

IOANNIS MESVÆ GRABADIN,
IDEST COMPENDII SECRETORVM
MEDICAMENTORVM,

Liber Primus.

Quo medicamenta composita alijs celebriora describuntur.

EX IACOBI SYLVII
INTERPRETATIONE.



VM in commentarios nostros quædam à nobis experta commemoratione digna coniecissimus, nobis visum est hæc in opus vnum ordine idoneo cogere, cui titulum Grabadin, seu de antidotis, fecimus: in quo medicamenta experta, & secretiora, tum à nobis inuenta, tum ab his accepta, qui artis medicæ arcana perscrutati sunt, compedio tradere dignum existimauimus. Hoc autem opus totum in libros duos diuisimus. Priore medicamenta describimus composita alijs celebriora. Altero singularum corporis partium morbos proprijs cuique remedijs curare edocemus. Priorem vero in sectiones duodecim diuisimus, docuimusque, harum. Prima antidota, quæ electaria vocant. Secunda, medicamenta opiata. Tertia medicamenta solutiua. Quarta, condita. Quinta, eelegmata, seu linctus. Sexta, syrupos, & succos. Septima, decocta, & infusa. Octaua, trochiscos. Nona, pilulas. Decima, pulueres. Vndecima, vnguenta, & emplastra. Duodecima, olea.

CHRISTOPHORI GEORGII C
De honestis Florentini, super Antidotarium Mesvæ expositio.



VIA omne datū optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, congruum est ad ipsū piamente recurrere cum verbis Psalm. auxiliū petendo. *Cor mundum creua in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*, vt principium huius operis medium ac finis sit ad eius laudem, gloriam, & honorem, & ad vtilitatem cuiuslibet, qui hoc opus inspexerit. Itaque totus hic liber diuiditur in quatuor partes. Nam in prima parte determinat de canonibus generalibus pertinentibus ad rectificationem medicinarū simplicium solutiuarū, ac etiam non solutiuarum, & maxime circa debitum modum rectificationis, & administratiouis earum. Et in hac parte ponitur etiam modus succurrendi nocuentis, si ex eis proueniant. Et super hac prima parte Dynus de Floren. medicinæ dilucidator scripsit ad plenum. In secunda parte determinat de electione medicinarum simplicium quocūque modo soluentium, ponendo illarum doses, complexiones, & posse circa humores, ad quos ha-

Abent aspectum, ac etiam ponit modum correctionis earum, & de hac parte aliquid succincte notabo, cum de simplicibus medicinis faciam mentionem. In tertia parte principali, quam nunc tentamus exponere, determinabit de medicinis compositis solutiuis, & non solutiuis, sub diuersis modis, & formis, ac diuersimode præparatis, vt legendo patebit, ponendo cuiuslibet determinatam descriptionem, vtilitatem, & doses, & verum modū compositionis earum: licet doses earum in pluribus dispositionib. varientur, vt in quibusdam addendū, & in quibusdam minuendum sit de dosi: in paucis autē, vt scriptæ sunt æqualiter permanendo. In quarta autē & vltima parte determinat de cutis particularium ægritudinum cuiuslibet membri vsque ad ægritudines cordis, omissis earum signis, & causis, vt ibidem apparet. additiones autē curatiuæ, vsque ad extrema corporis concernentes, fuerunt à Petro Ebano æqualiter compilatæ, Nomen authoris præsentis operis, vt scribitur est Ioan. filius Mes. natus de stirpe Regia de damasco in Orientalibus partibus, A multis autē asseritur ipsum fuisse S. Ioan. Chrysof. vel Ioa. Damaf. sed ego hoc non affirmo. Assumo ergo, & aggredior tertiam partem princ.

Hæc tota tertia pars suæ Grabadin: siue Gradin, siue Grabatin, quæ his tribus vocabulis nominata reperitur in scriptis, id est Antidotariū, inuentum ex gratia Dei, vt in Græco profertur, principali diuisione diuiditur in partes xij. vt in textu patet. Notandum antequam procedā pro declaratione dictorum, ac etiam dicendorum, quod Antidotarium idem est, quodlibet includens diuersas descriptiones medicinarum ad diuersas, & varias dispositiones, vel passiones. Et inde dicitur antidotum .i. cōtra vitium datum, quia cōtra ægritudines principaliter: & sic quælibet medicina, vt sic composita, potest antidotum nominari.

Secundo notādum, quod gradin, siue grabatin, siue grabadin: idem est, quod antidotarium ex gratia Dei datum.

Tertio intelligēdum, quod et Nicolaus duo antidotaria cōposuit, magnū & paruū vtili sermone, quæ ambo communiter habemus in vsu.

Quarto notādū, qd medicina tripliciter accipitur, cōiter, proprie, & magis proprie: cōiter accipitur pro omni opere medici in corpore humano, siue sit opus cōseruatiuum, siue præseruatiuū, siue curatiuum: quocūq; instrumēto operetur. proprie accipitur pro actu curationis, qui solū debetur corpori ægro cū quocūq; in-

Mesvæ. P. stru.

MESVÆ DE ELECTARIIS

strumento: magis proprie solum accipitur pro
mō curationis, qui debetur corporibus agris,
solum in medicina solutiva. Et hic ulterius est no-
tandū, quod solutio ventris fit cū medicina solu-
tiva virtualiter attrahente humorem, ad quem
principaliter habet, aspectum cura sua proprie-
tate, sicut de scammonia & rheubarbaro, quod
purgat choleram, & de colocyntide, & turbiti,
quod euacuat phlegma, & de lapide lazuli, & epi-
thymo, qui euacuat melancholiam, & omnes
prædictæ medicinae, & cōsimiles dicuntur exolu-
endo euacuare. Quandoque fit solutio ventris
cum medicina attractiva, quæ dicitur cōpressi-
ua, quare cōprimendo euacuat, seu extrahendo
humorem extractum ad ipsa intestina, sicut dici-
tur de myrobalanis, qui aspectum habet ad par-
ticulares humores, illos attrahendo, & per con-
sequens euacuat comprimendo. Quandoq; fit
solutio ventris cum medicina lenitiva, quæ ma-
gis proprie dicitur lenitio ventris, sicut cū man-
na, vel castia: & licet in eis, & in qualibet de pe-
se fit etiam aliqualis virtus attractiva humoris
cholericus, unde administrantur in purificando
sanguinē ab ipso humore cholericus, plustamen
eis dominatur lenitio pura. Quandoque fit leni-
tio ventris cū medicina lubricativa, quæ solum
lubricando humores, seu egestiones repertas in
stomacho, & intestinis euacuat, sicut fit cū iure
pulli, & alijs pinguibus vinctuosis, & mucilagini-
bus. Et similiter fit solutio ventris cū medicina
lambificativa, quæ proprius dicitur absterfiva,
sicut quādoq; cum aqua hordei, & pulvere zuc-
cari, materies educimus de stomacho, & intesti-
nis. Et his quinque modis de medicina solutiva
loquendo fit solutio ventris, vt inferius appare-
bit: proprie tamē illa dicitur medicina solutiva,
quæ principaliter attrahendo, ac etiam exoluē-
do euacuat, vt in præcedentibus dictum est. Di-
uersimode tamen, & diuersis modis, & formis
vtimur medicinis supradictis, vt quandoque in
forma potabili, quandoque in forma pulueris,
quandoq; in forma dactyli, quandoque in for-
ma electarij, & illa omnia inferius apparebunt.

Quinto notandū quod confectio, vt inferius
apparebit, est nomen cōmune ad electaria, quæ
ad formam solidiorem reducuntur. Isto modo
confectio idem est, quod compositio. Differt autē
electarium à confectioe. Primo quia electariū
pōt confici cum zuccaro, vel cū melle, & sic sæ-
pe conficitur, vel cum vtroq; simul. Confectio
non nisi cum zuccaro, sed si debet diutius cōser-
uari proprie loquendo, vt cōiter preparatur. Se-
cundo differt, quia confectio in solidiorem for-
mam reducitur per vltiorem cocturā, quam
fiat electarium, quod non tātō decoquitur tpe,
& sic diacitonite, & zinziberata, quæ cum melle
conficitur, ad formā solidissimā reducuntur, ac
quia diutius conseruata ex vltimata decoctura
dicitur euenire, tamen semper consistunt cum
mollitie quadam viscosa, quod in natura cōse-
ctionis cum zuccaro non contingit, vt diacito-
nite, & aliæ nunc dictæ proprie confectioes ei-
se dicuntur. Alia describitur differentia, eo quā
ad constructionem electarij, species, quæ ad cō-
positionem ipsius ingrediuntur duplicantur in
pondere. In confectioe autē minuuntur, vt de-

lectatio cōfectionis fit maior in gustu, & displicentia minor, & largo mō loquendo, trochisci
possunt poni sub nomine cōfectionis: vnde cō-
fectio aliquādo idem est, quod plurimum rerū
cōpositio. Et tiam notandum, quod medicina
opiata, seu electariū opiatū, est illud in quo in-
greditur opium, vel mandragora, vel cōsimilis
medicina; virtute cuius tollitur sensus à mēbro,
& spiritus incalescunt, & ipsorum transitus ad
mēbra prohibetur: ab eis. n. est omnino cauendū,
nisi calus magnæ necessitatis occurrat. Cō-
dita autē sunt illa, quæ cū melle, & zuccaro cō-
stituuntur, seu cōficiuntur cum leui decoctio-
ne ad ignem, seu positione ad solē, vt humiditas
superflua rei cōseruandæ aliquādo exsiccetur,
vnde conditū cū melle, vel cum zuccaro cōser-
uatur, & illo mō preparatur, & fiunt zingiber
conditū cum zuccaro; nuce recentis cum mel-
le, & violæ cū zuccaro, vel cū melle, & similiter
rosæ, & plura alia inferius declaranda, tā de flori-
bus, quam de fructibus herbarum, & radicibus.
Loch vero est electariū in liquida forma redu-
ctum cū zuccaro, vel cum melle, & cum tenaci-
tate aliqua, vt in descensu eius ad stomachum
morā contrahat in meri, & adhærentiā aliqua-
lē, tādiu quādiu virtus eius trāseat ad partes pe-
ctoris, & pulmonis, & contiguitatē, quæ est in-
ter cannā, & ipsū meri: vnde loch dicitur à lam-
bendo, .i. paulatim descendendo, & vsus ipsorū
est solummodo in passionibus pectoris, & pulmo-
nis, vt inferius apparebit, fiunt autē de ipsis diuer-
sæ descriptiones. Notandum est, quod syrups di-
uersimode formantur in operationibus suis ex
componētibus ipsos: & vt sic diuersas operatio-
nes efficiunt, fiunt autē, & operantur in forma po-
tabili cū aquis distillatis, seu decoctionibus alijs,
aut cū simplici aqua, vt ipsorum virtus, atq; sub-
stantia transeat facilius ad loca profunda, vt et
vigoretur virtus in eorum operationib. Iuleb
autē differt à syrups compositis. Primo, quia sy-
rupus lōge plus decoquitur quam Iuleb: vnde
non sic ad tenacitatē reducitur. Secundo, quia
Iuleb absque admixtione alicuius decoctionis
cōponitur, non sic syrupus, vt exemplo patet de
Iuleb rosato, vel violato. Syrupus autē acetosus
simplex, locum mediū tenet in verum Iuleb, &
veros syrups cōpositos, quia non sic decoquitur
Iuleb. Rob autē est succus herbarum, vel
fructuū inspissatus ad ignem, vel solē, quando-
que permixtus cū zuccaro: vel plurimū sine ip-
so: large tamen omnis succus potest dici robur.
Sed proprie succus fructuum à medicis robur
vocatur. Rob absolute prolatū est idē, quod sa-
pa. Decoctiones autē nō sunt aliud, quam deco-
ctio rerū medicinaliū in aquis distillatis, vel in
qua simplici, vt cōiter preparatur pro distem-
peratione syrups, vel pro clysterijs construē-
dis: diuersificantur autē secundum diuersam ad-
mixtionem, & aquarū, & rerū cū quibus deco-
quitur, & secundū leuē, vel multā decoctionem
ad ignem, potest et decoctio construi cū vino,
sed raro. Etiam quæque decoctiones sumuntur co-
late per se permixte cū zuccaro, vel sine ipso vi-
ce syrups. Infusionis autē sūt rerū, quæ in aquis,
vel vino, seu syrups, vel in alio quocūq; liquore
ponuntur per spaciū aliquod absq; vlla decoctio-
ne ad-

Medicina
opiata.

Trochisci

Credita

Opif.

Loch.

Troch.

Syrups

Differtia
inter Iuleb
& Syrupum.

Robur

Donna

Infus.

ne ad ignē, vel cū leuissima decoctione ad ignē cum expressione rerum infusarum, & tamen in liquoribus, vt nucū viridū, & talū, & tali expressione, vel colatura vtimur in medicinis, sicut cōiter fit, cū infunditur agaricus, vel turbitū, vel alię consimiles medicinę. At trochiscus idē est, quod confectio rotunda, seu confectio facta ad similitudinem lupinarem, seu pedonem, quę in sca-chishabetur. Diuersi autē trochisci ex diuersis pulueribus cōponuntur cum aliquo bono liquore, & sic diu conseruantur, & ipe necessitatis, a gritudinibus, in quibus conueniunt, puuerizati tribuuntur, vel cū electarijs admiscetur, quorum compositiones ab authorib. describuntur, sicut sūt trochisci de thiro, & plures alij in descriptione theriacę descripti. Suf vero idē est, quod puluis subtilissimus redactus ad similitudinem atomorū, qui in radijs solaribus demonstrantur, ex pluribus reb. cōpositus, & maxime aromaticis, & sic in forma pulueris deglutitur cū vino, vel alio liquore, secūdam exigentiam dispositionis, pro qua exhibetur. Puluis absolute prolatus differt a suffus, vel quia est simplex non permixtus ex pluribus rebus, vel quia non sic tamen eodem modo assumitur.

Notandū ēt quod pilulę generaliter oēs, vel saltē plures ex his, quę habentur in vſu euacuāt exoluendo, fiunt autē in forma rotūda, vt de facili pertrāseant mēri. Fuerunt autē pilulę adinuētę duplici de cā. Primo cū ipse cōiter componātur ex reb. amaris; ne ipsarū amaritudo (si in forma potabili acciperentur) percipiat in gustu. Et ex hoc multi faciunt ipsas folijs auri cooperiri, vel cum melle, vel cū alio liquore. Et quidam eas assumunt cū vino, vel cum aqua. Non autē debent assumi cū grano vuarū, vel cū simili re alia: quę nō dissoluatur in stomacho, vnde pilulę exeāt nulla operatione ipsarum facta. Secundo adiuuentę fuerunt, vt diu trahant morā in stomacho, propter q̄ melius attrahant a remotis, & ideo plus conferunt a gritudinib. capitis, & membrorū remotorū a stomacho, quā potiones, imō vna sola pilula crassa eiuidē pōderis ex eis dē reb. cōstruētā, multo plus operatur, & soluit, quā sepiē pilule eiuidē ponderis cū solutiuo: quia diutius moratur in stomacho, cū tardius dissoluatur. Cōiter autē ex pōdere dr. j. vij. pilulę conficiuntur, & sic, vt plurimum est dosis earū. Nec habēda est cura de ipsarū numero pari, vel impari, nisi secundum voluntatē recipientis, solum autē est aspiciēdam ad pondus ipsarū, vt non sit excessus earū: cōseruantur autē diu magdaleones, & est illa permixtio cū quadā longa rotunditate, & crassitie, ex quibus pilulę cōstruuntur qñ nouiter assumūtur, licet multis alijs modis possint distincte cōseruari vt in forma pulueris sint admixti: & in pyxide reseruari. Quādo autē sit tēpus assumptionis earū, & quō, & pro quib. dispositionibus, inferius patebit. Vltimo notandū, quod emplastra cōiter fiūt ab q; cerę admixtione, ex farinis, pulueribus, vel alijs consimilibus: & cum herbis, & radicib. cōmixtis cū aqua, vel lixiuio, qñ cū alijs liquoribus similib. istis, vt cū pinguedinibus, & cū oleis, & qñq; mucilagines immiscendo, et qñq; sine, et qñdoq; sine oleis cōponuntur in quibus res non

multū conterūtur, sicut fit in vnguētis, et ex hoc non ita cito penetrant cū ipsorū virtute ad membra profunda, sicut vnguēta, quę velocius operantur, virtus autē emplastrorum est magis perdurans in membro cui approximat, nec sic cito resoluitur, vt ab vnguētis, vel alijs vnctionibus abique cera. Vnguētum autē componitur ex cera, et oleo, et si aliqui pulueres subtilissimi addantur, dum modo sit cera, et oleo, in quia percoctionem ad solidiorem formā reducitur, non vocatur vnguētum, et quia communiter extenditur super corio, et sic alicui mēbro particulari approximat. Olea autem sunt cōmuniter nota: ideo non aliter hic de eis prolongo sermonē: sed vterius transeo dicendū: pro quibus omnia supradicta erunt summe vtiliter declarata: vnde sunt memorię commendanda: nec cū ipso potest locus inungi, sicut cōiter cum vnguētis.

IACOBI SYLVII ANNOTATIONES.

ANTIDOTARIUM est vocatum, quod contineat descriptiones antidotorum, hoc est medicamentorum, quę non foris admota corpori, sed in corpore recepta, affectus medentur. Antidotus autē hæc, vel hoc antidotum. Grecis dicitur contra affectus datū, vnde Gal. lib. de hæ materia scriptum, *ἀντιδοτοῦ*, id est de antidotis vocauit nos fratres vero libros hæc dē re scriptos, Antidotarium inscripserunt, etiam si non sola antidota, quę omnino sumuntur, sed et admouenda, olea, vnguēta, cerę, emplastra, ex æquo continent. Quę duo causarum salubrium materias præcipue comprehendunt, quanquam educenda, & facienda ipsarum reliqua duo genera magis etiam momenti sunt in multis morbis. De sumendi igitur tatum, & admouendis Mef. scribit, & illa tanquam præstantiora, plura, vſu frequentiora, & serē priora præponit quibus et educendorum ratio quædam complicatur. Hęc propter oppositas rationes postponit: in ipsorum tamen vtriusque quorundam ordinem cū mutari, paucis accipe. Inter sumenda ista tui prima omnium condita, quod hæc parte sua plurima sint alimenta, non omnino medicamenta. Vt igitur a re nobis familiariori magis incipiat oratio, hæc in prima acie locauit. Post hæc autē iulepos, & syrupos natura prope tota, viribus, consistentiā, parandi modo conditis proximis (nisi si quis sint medicamentosi magis, & compositi) vt omittam syrupo suo condita seruari. Sunt item syrupi succorum, & aliorum quorundam velut conditura, ad saporis gratiā, & custodię diuturnitatem. Quonia vero in syrups plerique sunt thoraci, præsertim quos descripsimus postremos: ob id eclegmata viribus his affinia prope oia subiunximus sectione tertia. Sectione autē quarta descripsi decocta, & infusa his consistentiā proxima, & quibusdam syrups aliu soluentibus facultate affinis: vt alicunde inciperet antidotorū proprie appellatorum tractio. Quanquam & infusiones, & decoctiones syrups sint necessaria, sed alia multo quā quę his Mef. decoctis, & infusis, vel purgatorijs, vel saltem eccoprocicis & steruis deiectionibus describuntur. Sectione quinta antidota conclusi, si quę electaria vulgus vocat, rū abasid in his priora, quę sapore sunt iucunda: post hæc amara, & hieras, et alia purgatoria. Sectione sexta descripsi catapota purgatorijs his proxima viribus, neque iucunda, & consistentiā non multo duriora. Septima sectione trochiscos multo his duriores ac liciores. Octaua autem pulueres quosdam omnium sicillimos. In admouendis præterea ordinem mutandū censui, ac olea ceterorum materiam, omniumque liquidissima, & serē simplicissima, vſu frequentissima, vſu prima, non postrema scripsi cum Mef. sed reliquis præposui sectione nona. Decima vero, his consistentiā, & viribus propinqua vnguēta, adeo vt sæpe olea vocentur. Vndecima autē sectione cerata ex præcedentibus, & cera cōstantia, ac magna ex parte emplastrorū materiā. Postrema descripsimus emplastra, tanquā maxime cōposita, & durissima. Habes rationē ordinis in hoc Antidot. a nobis parū mutati, nō modo in sectionum ordine, sed in plerisque et sectionū singulorū cōpositis, vt lectio te docebit: quia autem ratione id fecerim, facile tu ipse coniectabis, vt cur ex sine syrupsorum condita quadā in condita retulerimus in syrups, cur calidos, thoracicos, iunximus in eclegmatia, cur viribus finissima: & in ceteris si-

Mefus.

P ij mili-

MESVÆ DE ELECTARIIS

militar. Ea tñ cautione prædicta mutavi, vt nullam omnino Mes. compositionem omiserim, aut truncauerim: sed oēs integras, verbis tñ nō paulo purioribus descripserim, licet interdum coactus barbaras quasdā voces retinui. Ipsa item libri totius particulas breuiiores, quā vt libri nomen mererentur, sectiones appellauimus. Hipp. in epidemijs, & Arist. in problematis vñ præterea hoc est (vt Gaza in Acril. vertit) lectio nes, imitari. An vero problemates scriptas hoc lib. compositiones, siue à Mes. inuentas, siue ex alijs corrogatas, dicere malo cum Gal. illas me vt antiquas, & multorum experientia probatas, recipere, & Gal. consilio satius esse multo vsu experias, & cōfirmatas cōpositiones sequi, quā nouas effingere, p̄tæ ferriim methodo summa siquis alius expedit, plurimas Arabū cōpositiones conscriptas iudicaturus sit: quas vero paucas dānare conaberis, si pauca quosdā Arabib. certissima receperis, in illorū sententiā oīno ab his, nullamq; improbandā iudicabis. Quamquam n. harū multæ vsu exciderint, vitiosæ ob id existimandæ non sunt, aut Hipp. suum peplum, & elleborum nigrum vitio verteris, medicamēta illi & in morbis acutis ad corpus purgandum cōsuetissima, quæ ob violentam actionem hodie attingit nemo, & quot purgatoria medicamēta, antidota, emplastra, vnguenta, trochisci, malaginata, acopa, myracopi, & id genus alio, Diosci. Galen. alijsq; celeberrimis medicis magno in prætio habita, nunc omnino vsurpari desierunt. Vt serum, verborumq; cōditio quosdā similis, & vicissitudo sit. Quomodo n. de verbis cecinit ille, sic nos de remedijs prædicare possumus, qd̄ scribet.

Multa renascentur, quæ iam excidere, cadentque
Usurpata modo medicamina, si volet vsus
Et ratio, Medicis duo præstantissima doctis
Instrumenta, quibus quæruunt, carpuntq; docentque.

Quæ vicissitudo in ijs Mes. compositionibus vbi contingit, notas prope singulis adscriptas à nobis mutare cuius licebit. Adscriptimus aut̄ opinor non temere notas hmoi, ne scilicet in obsoletis hodie multā operam collocet bonus lector, quib. arithmeteorum neotericorū circulum nullus per se numeri indicem comet præpositum: in reliquis esse diligentior, præsertim celebrioribus, & vsu frequentioribus, quas alterico & itellula quadam illustrauimus: vt quæ mediam horum conditionē sustinent cruce signauimus: vt verba hæc vitæ tam imitata, toties mihi essent repetenda: vtque (quod nuper dixi) bonus lector in scripturis hodie cōsuetioribus operæ plus ponat, q̄ in dissuetis. Quas ob id veru, vel obliuio confodendas non censui, q̄ nō improbarem, quodq; horum nonnulla forte fortuna haud ita multo post altericos alijs rapiant. Tempus tñ mihi iā videtur pauca quosdam de mensuris, & ponderibus Mes. consuetis dicere, ne quorundā nouitas inaudita lectori adhuc rudi, aut imponat, aut sit remoramēto. Mensuris admodū paucis vtitur Mesues, vt libra mensurali, sextario, quem nō pro his interpretis vocabat, mina Ponderib. vtitur ferè Græcis *μετρίον*, & *στατήριον*, aut id est scriptulo, raro: gaudet naq; parua pondera exprimerè per dr. vnius partes 3. 4. 5. 6. vel partem 3. 4. 5. 6. vtitur & aureo. *Κεράριον* autem id est corniculi *κεράριον* apocope interpreti vocabatur, vt Actuarius *κεράριον* appellat: quo nomine èt hodie vulgus, & Meius aliquam ipsam appellat, grana circiter tria lupinis similia, sed minora in carne lignosa, & dulci continentem. Horum granorum quodque grana hordei quatuor pendit: octo aut̄ leuis, etiam *μετρίον* Græcis, Mesue *μετρίον* quod in eo ponderū aliorū more per apocope scriptum est. Latine sitaque dicitur. *Κεράριον* autem pro *κεράριον* corruptum ab interprete puto, quod èt apocope pronuntiat̄ vocis Græcæ: *κεράριον* enim Græcis dicitur, Latina voce sextarius: in hanc detorta, vt *κεράριον* ex libra ipsa detorta est. *στατήριον* vero integrum est. Sextarius aut̄ Italicus vt Galeno, sic Mesue vsurpari videtur, qui duas cotylas seu heminas, seu libras mensurabiles, id est vncias xxiiij. implet. Sed varium pondus efficit, ob rerū metiendarū naturā: vini n. sextarius capit vnc. mensurales xxiiij. Pendit aut̄ libram, & beffem, seu vnc. xx. mellis: sextarius duas lib. & semissem: olei sextarius vnc. xvij. pendit. Vnus dr. partes duæ scilicet ex tribus, sunt scriptula duo: partes vero tres, .i. sex iij. granorum .ix. quot sunt in dr. Quantū aut̄ pondus drach. tribuat, & quot dr. vnc. imperiat, & quot vnc. lib. non pertinete compertum est. Drac. aut̄ ipsi pondus minus aureo apertum est ex locis non paucis in simp. & in Antid. vbi elect. p̄lylij dat à dr. iij. ad aur. iij. Elect. Hamech a dr. ii. ad aur. ii. & in catapotijs sape à dr. j. ad aur. j. hoc est sciquadrachmam, vt quibusdam videtur: vt alijs pondus grans v. aut vi. drac. grauis, quale est nostræ areæ solaris. Idem pondus èt soli-

Tab. 3. not. no. aut.

Atensua. & pondera Mesue.

Et cum Actuario *κεράριον* dicitur. Aureum aut̄ scribit Mesues in hiera Archigenis à Paulo descripta: vbi tamen Paulus semper habet drac. id quod in alijs ex Paulo sumptis obseruare licet. Quid, quod Serapioni in probanda theriaca, aureus est pondus duorum lupinorum. & Aut. in curado ascete dat catapotiorum quorundam aureum vnum debili. dr. i. forti: Alijs aureus in cōpositionibus purgatorijs est pars septima vncia: in alijs est sesqui. drac. Vicia autem dr. viij. cū Græcis non videtur tribuere. Nam in Hieria Rufi scribit dr. viij. vbi scribere potuit vnc. i. si illa dr. viij. tribueret. In apozemate adianti albi sectione quarta fumaria vnc. j. mox addit, lupuli violarum siccarum. ana dr. viij. cum scribere potuisset, vt alibi semel fecit, tantundē: vel omnibus simul connumeratis subscribere. ana j. æqualiter part. culam Galenæ frequentem. In elect. Hamech, ienna & aliorum vnc. j. polypodij dr. xvi. cum scribere potuisset voc. n. lo tryphera v̄ro Perica *κροβ. flavarum* vnc. i. & *scopol. iohanna* vnc. i. belleric. emblic. an. dr. iij. hic. pro vnc. vicia videtur accepisse vt proportione quadam pondus diminuat. Neq; vnciam dra. ix. Mesue esse potes conuincere: cum in hiera sua scribat dr. ix. vbi dicere potuit vnc. i. vnc. dr. ix. tribueret. Mallem tamen cum alia Galenæ pondera, & mensuras sequatur, etiam cum Galeno vncia huius dr. viij. tribuendā autem nouem cum imperitis quibusdam pharmacopias, nulla eius autoritate, nec ratione probantibus. Pondera autem dr. minorā vitauit: scriptulo tamen vsus in Antidoto ex cocco baphica, & Antidoto aromatico Gabrielis alias dr. vnius partes 3. 4. 5. 6. dicere maluit, vt ante diximus.

SILVIUS DE ELECTARIIS.

ELECTARIUM qua forma antidotarium dicitur, compositio, scilicet electa aliquot simplicia med. camera comprehendens: id quod licet medicamentis omnibus compositis commune sit (omnia n. delecta sunt in simplicitate perfectissima cōponi debent, non adulteratis, aut alter vitatis, & imperfectis) tamen, vt antidotorum genus duplex contractum est vsu neotericorū. Alterum solidum, & durum, reliquum molle, non tamen liquidum. Sit vtunque ex pulueribus maxime iisque, vel saccharo, vel melle, vel vtroque comprehensis addito etiam melle aereo, nonnunquam penidijs quandoque mui, sape. Quæ quidem ijs miscentur, non modo, vt palare per illa cōprehensi facilius deuorentur: sed etiam diutius efficaces seruentur, & vt dulcorentur, præsertim qui sunt gustu ingratiiores. Qui n. grati sunt, iusculis inpergi, & condimento possunt, & salis vice sumi qualia sunt Galeno, diatrion peperoni, diacalamintēs, & quæ Mesues prima scribit. Possunt tamē hæc etiam ipsi dem authoribus melle desponito excipi, vel etiam Arabum, & neo heticorum more, saccharo, in aqua vel propolis idonea dissoluto, & ad usum crassitatem cuncto cōprehendi, mox cōplanari, & in tabellas solidas, nunc quadratas, nunc quadrangulas, sed oblongas, nunc rhomboides lectari quas vulgus lozēgas vocat, vt oblongas manu Christi, a digitorū longitudinis forma. Qui vero pulueres sapore sunt ingrati magis, melle omnino, vel saccharo, vel penidijs, vel mui, vel simili sunt dulcorandi, siue solidi, siue molle faciendum sit electarium, quamuis mei, & mui mollioribus sit ferè destinata, vt saccharo, & penida duris. Sic, vt pro vnc. iij. pulueris aromati, & aliarū specierū crassū, & cretarum, miscetur lib. j. vel mellis, vel sacchari, vel vtriusque. ana scilicet. Quo aut̄ plus horū habet dulciū, minus est efficac, sed deliciasius: ob id libra sacchari, vt loquuntur, syruripari, & perfecte cocti, hodie tñ vnam pulueris specierū tenuissimæ triti, & creti comprehendunt: alij èt semunciam: sunt qui tñ dr. iij. vel etiam ii. quando delicatissimis hominibus. i. tabellas solidas paramus. Creti addo propter amygdalas, & semina alia, gumis, quæ cum cribrari nequeant, no admittantur: ob id in diatrageacantho Nicolai quia pauca sunt creta, vnc. iij. pulueris miscemus vni libræ sacchari, licet gum aqua violarum, vel alia scopo idonea melius dissoluatur. Quæ vero electaria molliora tñ grata palato, quā ingrata paramus, mellis despumati lib. j. & pulueris specierum tribus vnc. oīno tēpe ramus apud Mes. & alios, nisi in aliquius gratiam, aut mei aut gemus, aut puluerē èt vnc. i. minimus, cuius quāto plus habet medicamentū, rāto, est valentius, cū vis eius oīs à puluere p̄deat, cuius parua quātitas mellis, aut sacchari copia obtunditur. molle aut̄ sicco est efficacius, quia pulueris plus capit melius teruet, agere expirat, prōptus in corpus distribuitur. Quæ p̄p vni libræ sacchari parū coctæ sunt, qui miscent hodie rhabarbari pulueris, vel alterius vnc. iij. v. vi. palati ut lapitare vtūq; neglecta. quā parū diu seruare libet, ac pauca tabellis magis medicamentosis æger gaudet potius q̄ multus

tis minus efficacibus. Id quod in electarijs quoque molli-
 bus hodie et factitant. Nec fortasse alienum a ratione est,
 quod hodie sicco electario, quod humido minus puluerum mi-
 scemus, quod in subiecto sicco valentiores appareant, praeter-
 rim cum maxima ex parte potentia sine calidi. Sunt autem, qui
 pulueres electarijs vtriusque parcius miscant, non de pa-
 lato aegrotum solliciti, sed sumptu fugientes, praecipue cum
 puluis praeciosus est, ut in electarijs cardiacis. Quae res a me-
 dicis animaduerti, quam diligentissime velle. Alij preciosa
 medicamenta potere medico appendant, alia viliora potere
 (quod medicum quoque, sed grassum vocant) tam graui in-
 ut vncijs suis xij. (quorū libra medica complectitur) ariet po-
 dus vnc. sexdecim, quorū libra mercatoria continet. Nec de-
 sunt quibus drachmas nouē vncia habet: et octo his precio-
 sa, illis vilia appendentes, hoc se modo compositioni satisfecisse
 rati. Quae vero differentiam Arabitarum vulgus inter
 confectionem, hoc est, compositionem, omni composito
 medicamento conuenientem. Et electarium sunt, commēti,
 non seruant ipsi perpetuo, ut illa solum sit electarium soli-
 dum: electarium vero latius patet, et est molle comprehendit.
 Quam nominū confusionē plane indicabat. Meluz in-
 terpres, scribens confectionē de bacca lauri, confectionem
 terpres, scribens confectionē de bacca lauri, confectionem
 alkerimes, confectionē pilularum talium, et talium, et alibi
 sape. Sed haec nomina portenta ex Meli. de indultia su-
 stulimus, ut facie paulo teriore lectorem magis alliciat, et
 stultum reddat. Nec tamen dulcia, et amara sunt electaria,
 sed et acida, ut diaprūm, diaramar. In quorū Nicolai, et
 quouis sapore praedita inueniuntur. Sed ad hos sapes duos,
 dulce, et amarū, tanquam ad gratū et ingrātū Meli. reduxit,
 quod odorū species oēs, (quae Gal. tot sunt, quorū saporū
 sed non oēs nominata) ad suauē, et graueolēs,
 seu odorē gratū, et ingrātū reduxit maiores nostri.
 Nec omittendum est, quod ceteris parib. electarium mol-
 le valentius est sicco: hoc est, si pondus idē specierum libra
 mellis ad molle, libra sacchari ad durum acceperit, poten-
 tius aget molle, quam sicca, et si mox a componendo vtriusque
 sumatur. Quae de ea hieran mellitā potentius purgare cen-
 suit Gal. libro septimo meth. sed si vtriusque seruetur, quod
 dicimus apparebit euidentius, nam electaria sicca initio sunt
 valentiora, et quo diutius seruantur, quia vis eorum prom-
 ptius exhalat ex corpore tabellarum tenui, eo imbecilliora
 euadunt. Multa contra tpe. in se mutuo agentibus. Ipsi simpli-
 licibus, et patientibus, a suo calore natū tandem coquantur
 illa sua velut fermentatione, tantum viriū, ut medicamen-
 tum vires acquirat, non modo his quas roces habebat contra-
 rias, sed a simplicium omnium viribus diuersas, vna. scilicet velut spe-
 cificā formā nouā adeptū: id quod theriace, et opiata mul-
 ta alia medicamēta Sole clarius ostendunt quae mox, ut sunt
 composita, tam valentes habent opij, et aliorum refrigeran-
 tium vires, ut stupefaciant, et tanquam partes mortificent,
 ubi vero post mentes, aut annos coctionem acceperit, nūc
 celeriores, ut si optimum recipit cinamomum theriace,
 nūc tardiores, si deterius: ita calefaciunt, et quo diutius ser-
 uata sunt viribus integris, eo calidiora euadunt, et suam ve-
 lut florentem statem ostentant. Tūcque non modo calefaciunt
 pro simplicium suorum ratione, sed et valentius: et facultatem
 fortiantur a forma acquisita, nouam: ut cum ex maza ser-
 uendo euasit fermentum, vires a maza diuersas oino nanci-
 scitur, et ex vino acetum, et ex vino nouo vinum idem ve-
 tus, id quod Galen. in theriaca abunde docuit, et in Antido-
 to Philonis libro methodi medendi. Ut molle item electa-
 rium sicco sit praestantius, nisi quando potentius siccandū,
 non mediocriter facit promptior ipsius in corpus distri-
 butio. Ut enim potū, quā cibo impleri est facilius, sic medi-
 camenta quanto leuius trita sunt et liquidiora, tanto cele-
 rius in corpus rapiuntur: tamen pro cuiusque palato nunc
 illud, nunc hoc sumendum est, nisi aliud intercedat, quod
 vnum altero reddat, vtilius. Electaria autem tam solida, quam
 molia non purgatoria, sumantur horis. ij. ante cibum, si ap-
 parare humores expulsiō, obstructions liberare, vrinās,
 aut menses, aut sudores mouere, crudos in corporis habitu
 succos coquere debent: horis quoque ij. ante coenam sumi
 possunt, quae vero coctionem iuuant, partes nutritorias ro-
 borant, aut etiam cor, illa mox ante, vel post, vel etiā inter
 epulas sumi possunt, ut et analeptica inter cibos ferē su-
 muntur, quae alimentū in corpus distributionem iuuant, ab-
 soluta in ventriculo coctione, id quod ex cibi ingesti quāti-
 tate, qualitate, et tpe. coniectabatur: ad hęc ventriculi coctio-
 robore, aut imbecillitate consueta: ad hęc ructū nullam ali-
 menti prioris qualitatem referente, ventriculi tumore iam
 submisso, et noui alimentū appetētia. Quae cerebrum robo-

rant, mox a cibo, uti, quae os ventriculi respiciunt, simul in-
 cum vapore ex alimentis elato, vis medicamenti sursum tol-
 letur. Cerebrum autem roborantia, quidam exhibet hor. ij.
 a coena: quae appetentiam inuitant, paulo ante cibum: quae
 flatus dissipant, cruditates, et obstructions corrigunt, ven-
 triculo vacuo, ij. aut iij. hor. ante cibum: quae coctionem iuuant,
 etiam inter epulas, et paulo ante, aut paulo post cibum, aget
 etiam mox a cibo: sed cardiaca ore tonanda. Quae item hy-
 potica sunt, paulo post coenam, hora scilicet qua aeger per
 sanitatem dormire consuevit, sumenda sunt: eadem stupefaci-
 entia si ad dolorem sedandū, aut sanguinem sistendū, dan-
 tur horis v. ante cibum, stomacho vacuo. Purgantia vero
 mane hor. ij. iij. ante cibum, pro medicamento virib. tar-
 dis, celeribus, et corporis humore multo paeco, crasso, ten-
 nui, lento, liquido, pleni natura, et morbi temperie. Ad an-
 num seruari possunt: sed electarium quo vtitur Reges, ad
 diestantum xx. aut xxx. nam rancescit facile. Puireres autē
 miscendi melli, vel saccharo modice refrigeratis, non autē
 multum adhuc calentibus: nam aromatum vires calor dis-
 sipat.

DISTINCTIO PRIMA DE ELECTARIIS.

Et primum de delectabilibus
Trigintasex.



ELECTARIUM de aromatibus,
 Galeno adscriptum, ad ventriculi,
 & hepatis affectus frigidus, ex pitui-
 ta crassa, & flatibus natos efficax:
 flatus enim dissipat, coctionem inuauit;
 ob id acidus ructus, nauisam, cibi fastidium
 compefcit, colorem cuti floridum affert, can-
 tiem tardat, oris, & sudoris odorem commen-
 dat: sed hepar & renes immodice calfacit, ac in-
 de semen & venerē promouet. Recipit autem
 igni aloes crudi, rosarum, ana aur. xij. calami
 aromatici aureos quatuor galliae moscatae, ma-
 cis, doronici, piperis longi, nucis mosc. mentae
 siccae, spicae, nardi, castae, massiches, cinam. ca-
 ryoh. asari, ana aur. iij. croci, cardamomi maio-
 ris, & minoris, trium sandalorum, rhabarbari,
 costi, cubeborum, zingiberis, seminis faniculi,
 & anisi, & * lygustici, ana aur. ij. sacchari vnc.
 vj. miuæ aromaticae vnc. xij. mellis despumati,
 quantum sufficit. Datur a drach. ij. vlque ad
 aur. sex.

CHRISTOPHORI GEORGII EXPOSITIO.

ELECTARIUM de Aromatibus, di-
 cit fuisse inuentum a Gal. non tamen re-
 peritur liber, in quo ipsum posuerit. Cer-
 tum tamen est, quod Gal. magnum an-
 tidotarium composuit, quod translatum penes
 nos non habemus: sed ipsum vidit, & habuit hic au-
 thor, Auic. Nic. & alij auctores, qui ipsum appro-
 bant, & allegant. Notandum, quod licet in hac de-
 scriptione ponatur rhabarbarū, non tamen pro-
 pter hoc redditur sensibiliber solutiū, quia quā-
 titas eius est adeo parua cōparatione aliorū, quae
 hic ponuntur, ut eius virtus facile obubretur in
 parua dosi, qua assumitur notandū est, ut habeat-
 tur conueniens modus cōstructionis cuiuslibet
 electarij tā solutiui, quā nō solutiui, & similiter
 Mesua. P iij cuiusli-

MESVÆ DE ELECTARIIS

cuiuslibet veræ cōfectionis tēdētis ad formā solidiorē per vltiorē decoctionē, quā in electarijs nō facimus, siue fiāt cū zuccharo, siue cum melle cōueniēter, & sicut cōsuetū erat antiquitus, qđ ad quālibet librā mellis, vel zucchari apponatur, sicut, & debēt. iij. vnc. aromatū ingredientū cōpositionē talis electarij, vel cōfectionis: licet, vt est superius dictū, minor quantitas aromatū requiratur ad cōpositionē cōfectionis, quā electarij: hodiernis autē temporib. solū vnc. ij. ponitur aromatū: & minor quāntitas in cōfectionibus propter cōplacētā infirmorū, quārēdo potius delectationē in gustu, quā vtilitāē infirmis, salutē ipsius, propter defectū eorum, qui ipsa de nouo cōstruūt, & cōficiūt. & ex hoc nec electaria, nec cōfectiones virtualiter operantur sicut ab auctorib. describūtur. Circa hoc autē est habēda diligētia magna, & maxime in electarijs: nā operationes fortificātur, ac et minuitur, sicut quod additur, aut minuitur in aromatibus, quæ ponuntur ab vnc. ij. vsque ad iij. cum lib. mellis, vel zucchari.

Vltorius generaliter est notandum, quod oīa electaria nō solutiua, de quib. ad præsens est sermo, siue sint cū zuccharo, siue cū melle regulariter debēt assumi ante alicuius cibi, vel potus assūptionē per duas horas ad minus: immo et facilius, & melius operantur si mundificato stomacho assumantur, a superfluitatib. quæ multiplicatur in ipso, a cibo prius assūpto. Nec est incōueniens si quāq; sumantur mane, vel vespere, cū accelerare volumus operationē, & eodem mō est sequendū, si ad formā solidā cōfectionis reducātur, & fiant, quæ cū solo zuccharo cōstruuntur. Electaria autē, quæ habent inducere somnū, & generaliter oīa somnifera sunt per horam sumenda post cibū, vt facilius, & melius cū virtute euaporēt ad caput, ad somnū prouocandū, & similiter est sumēdus syrupus de papauere, vt in ferius patebit. Electaria autē solutiua ante cibū sūt præmittēda: immo cibus, vel potus nullatenus est assumēdus post assūptionē electarij solutiui, vel alterius cōsimilis medicinæ in quacūq; forma exhibitæ, siue in forma dactyli assumatur, siue in forma potionis, nisi vbi totalis ipsius operatio sit cōpleta de vētris solutione, vt notabiliter inferius declarabitur. Cōmuniter autē cōfectiones cōfortatiuæ virtutis, sicut est cōfectio de margaritis, & similes, possunt cōuenienter simul assumi cū cibo & ante, & post, ad placitū ægrotantis: aliæ autem cōfectiones sunt præmittēdæ, vt de electarijs dictum est.

MANARDVS, In Electarium de Aromatibus.

AB ODORATIS rebus nomen accepit, ex quibus componitur: nusquam tamen quod norim, paratum inuenitur.

QUOD fecipit Gal.) Cum ingredientur Sandali, non potest esse Galeni: siquidem apud eum, aut antiquos alios de his nulla mentio.

LIGNI aloes.) Agallocon Græci vocant.

CRVDI.) Quia si coquatur, vt quidā excipiēdi odoris gratia faciunt, vim amittit. **GALLIÆ** muscatæ.) Compositio est, quam habes infra inter trochiscos. **CASSIÆ.**) Intelligit quod nunc cinnamomum vocant. **MACIS.**) Cortex est nucis moschatæ interior, duplici enim tegitur. Græci macerem, Plinius macierem vocat, nisi in libris sit mēda.

DORONICI.) Doronicū vocant: sunt radices odoratæ passim cognitæ. **S P I C A.**) Nardum intelligit. **CINNAMOMI.**) Verum ad nos nunc nō adfertur. pro eo accipe vulgare duplo pōdere. Calami aromatici.) Et hoc caremus: radicem enim non calami officinæ ostendunt: atq; alterius rei, non ipsius calami. **CARDAMOMI** maioris & minoris.) Quod Græci cardamomum, id Arabes Cordumeni vocāt. Plinius quatuor species cardamomi enumerat. Vidi ego tres res, q̄ nunc cardamomū dicuntur, inter quas nescio an vna sit, quæ verū sit cardamomum. **CHEISIN.**) Ligysticon Græci vocant, pro quo herbam aliam ostendunt officinæ, quæ non est verum Ligysticon, veruntamen nunc cœpit agnosci.

SYLVII ANNOTATIO.

Hoc medicamentum ex aromatum catalogo commissum, vnde nomen habet, valenter calfacit, leniter adstringit in vltimo esse desijt, neque ignauum fuerit, etiam si componatur absque cinnamomo, vel calamo aromatico, cardamomo, femine libistyci, simplicibus et hodie in Gallia desideratis, atque etiam sine reliquo tum bona parte, quando singula prop̄ idē pollent, calfaciunt enim tenuant, incidunt, tergent, quædam adhuc leniter adstringendo roborāt. Hoc antidotū non esse Galeni aperit declarant gallia moschata, nux moschata, macis, doronicum, caryophylla, santala, rhabarbarum, cubeba, miua aromatica, omnia Galeno ignota, & sacchari vsus infrequens: etiam si non id modo, sed alia non pauca tam simplicia, quæ composita Galeno, vel ignota, vel indicta Mesues, ex Galeno citet, nisi fortasse antidotariū aliquod falso Galeni titulo circumlatum viderit Mesues, & præter eum Auicennas, & Nicolaus medicus Salernitanus in Antidotario suo, tum magno, tum paruo Galeni per sepe citantes authorem compositionum ipsi indictarum. Quæquam certum esse magnum aliquod antidotarium à Galeno scriptum, nondum tamen Latinitate donatum assermet Christophorus Georgius Florētinus, quod falsum esse præter dicta facile conuincit, quod eius nusquam Galenus meminit, nec in numero, nec in ordine librorū suorum, nec in libris duobus de Antidotis, homo alias eius rei studiosus maximē. Rhabarbarum huic inest parcius, quàm vt purgare possit.

IOANNIS COSTÆI ANNOTATIONES.

Hac Syluij, quam proponimus versione non Syluij nomen, sed proprium Authoris Mesue institutum seruandum putauimus. Ob id ordinem in proponenda diuisione huius libri à Syluo perturbatum restitimus, reliqua vt ab ipso scripta sunt, fide reliquimus, vnijs tamen lectionibus ex veteri interpretatione margini affixis, vt suum quisque in hisce parandis medicamentis iudicium, & genus sequatur.

ELECTARIVM de Aromatibus, Gabrielis est antidotum, cuius frequenter meminit: non Galeni, cui ex his aromatibus ignota sunt plura.

Lignialoes crudi. Probatissimum intellige, quod neque ignis vim sit passum, neque adulterium vllum. De quo fustius suo loco.

Gallia moschatæ. Galliam moschatam sume, de qua hic author distinct. 8. vbi de trochiscis. Errant vero, qui Nicolai galliam vsurpant, quam Mes. ne nouit quidem.

Doronicum. Doronicum quod affertur Venetijs ex Apulia.

Apulia, aconitum esse pardalyaneben Dioscoridis, & Telyphona Theophrasti, quem alij etiam scorpionem vocant, collata historia planta plane discet ita nobis. Marantha vir doctissimus in sua de cognoscenda simpl. method. persuasit. Neq; ab hac sententia nos mouet quod obijciunt inesse plura doronico folia, quam Diosc. illi aconito ascribat: quod item huic folia non sint cyclamini, aut agrestis cucumeris: quod adnotum non stupefaciat scorpionem: neque exhibitum seras necet. Pulchre enim quod ad folia attinet, satis facit Marantha: quando neque omnibus locis idem foliorum esse numerus; in colle quippe prope Venusiam vidit. Marantha folia illi inesse non plura tribus, aut quatuor, alibi tamen etiam ad denarium numerum accedere: folia vero cyclamini, aut agrestis esse cucumeris, et rad. cem scorpionem similem certius est quam ut quis ambigat. An autem scorpium illo adnoto stupeat, nobis obseruatum non est: sed neque Dioscor. aut Theophr. pro certo asserunt, qui ita ferri auent. Quod vero seras necet, asseruntur experimentum. Iacobus Ant. Cortesius vir diligentissimus, atq; idem mentiri nescius, canes, simias, & ius doronico enecios affirmat. Ergo, si doronicum aconitum est, uti ne eo medicis licet Theophrastus suum telyphona, quamuis seras necet, hominibus tamen eorum contra scorpionum ictus proficere literis tradidit. Et vere doronicum praegnantibus exhibitum nihil unquam perniciosi attulisse a multis est obseruatum. Repentinus tamen Contradi Gesneri interitus post assumptum doronicum, quamuis seniorum symptomatum, in qua incidit, in frigida potionem ipsemet reiecerit, nos ab hoc medicamento adeo deterret, ut vel nullo pacto usurpandum, vel non nisi exigua admodum mensura, atque alijs commistis aromatibus, ut Arabum est mos, assumendum putem, ita etiam viperarum carnes, crocum, & alia, qua seorsum necant, si alijs miscentur rebus, neq; modum excedunt, veniens aduersantia, & salutaria reddi solent.

Mente sicca. Venetijs menta alitur, quam garophyllatam vocant, odoratissima: hanc semper deligere, & exsiccare solo: qua autem vliginosa, aut sterorosio prouenit, inutili scatur humore, neque admittenda. si copia sit alterius: sunt vero odore, & sapore praestantiores planta, qua arido loco nascuntur. falli ergo eos puto, qui ex vdo loco colligendam hanc aiunt, quum humida menta sit mensio. Crassum vero etiam id, quod siccam in electario hoc assumi dicunt, quia recens status pariat, & ventrem perturbet: si enim pulueranda est, ut cetera, siccam quoque antea constat: cum tot vero etiam discussorijs rebus, qua hic cum ea simul veniunt, quid statum excitare possit recens, non intelligo.

Calix. Casia odorata est quicquid fere ad nos sub cinamomi, seu cannelle nomenclatione afferunt, ut peritionibus placet. Eius historiam susius docent Diosc. & Gal. iussissime vero Maetbiol. & Garcias.

Cubebae. De Cubebis agens Auic. eadem refert, qua de carpesio Gal. in eo tamen varius, quod erit brodanio ipsum comparet, phu vero Gal. de his tamē agens Serap. primum eadem asserit qua Diosc. de oximyrsine, post etiam qua de carpesio. Gal. qua res in Serapionem omnes excitauit, turpi, ut aiunt, errore agrestem myrtum cum carpesio confundentem. Ceterum, horum pace non ignorauit Serap. differre ab oximyrsine carpesium: quin postremo loco: ribens, neq; Diosc. egisse de cubebis, neq; Gal. de myrtho agresti, differre hac inuicem inuuit, sed eodem tamen nomine nuncupari, quod apud

A Arabes forte Serapionis tempore obseruabatur. Quare quum postremis verbis scribit. Et vidi quod descriptio Galeni super cubebas est descriptio Diosc. super myrthum agrestem, descriptiois voce non historiam, sed titulum intelligendum existimari admonere, scilicet, Serapionem historia de carpesio Galeni, & de oximyrsine Dioscoridis ascriptum fuisse titulum de cubebis, quamuis hac inter se differant; qui error licet non sit in Graecis, aut Latinis codicibus, in Arabibus forte erat Serapionis arate. Sane de carpesio quid sit, & de vulgatis cubebis quid sint, adhuc obscurum est. Illud autem certum, vulgatas cubebas Galeni carpesium non esse, quando cubebe semina sunt, carpesium seculas esse herbae phu similis. i. lib. de antido. ait Galenus. Cubebas autem nostras eiusdem esse generis cum pipere illo candato, quod in Benin Aethiopiae regno nascens vulgato pipere longe acrius, Lusitanorum idiomate vocatur pimienta del Rabos sicuti vbi vtriusque faciem spectes verisimile est; ita vel non nisi multa vetustate tabidas ad nos afferri, vel certe alio solo ortas longe imbecilliores esse est arbitrandum; tantum enim abest, ut haec vulgato pipere acriores sint ut ne vix quidem acrimonia quidpiam habeant, quum candati pipere semunciam vulgati pipere selibra effe. actio- rum esse ex recentioribus historijs constat.

Colli. De colli susius in Diacosto. nunc eius loco zedoaria sumi potest.

Zucchari. Antiquorum saccharum salis modo coactum, dentibus, ut sal fragile, ac splendidum, ex eadem planta prouenire, ex qua nostrum saccharum vulgare, discet ex India commentarijs, adhuc enim apud Babecalum India tale videre est usdem arundinibus sponte adnascens, ex quibus reliquum purius, atq; impurum conficitur. Antiquo illi tam simile est nostrum factitium candidum, ut nihil supra. Falluntur ergo qui antiquorum saccharum concresecere ex rore, & mellis speciem esse contendunt, neq; enim sole dissoluitur ut mel seu acreum seu quod colligere apes: sed concresecit magis: quare Dioscor. & Galen. eiusdem vtrinq; generis arbitantes sacchari historiam non satis norunt, neq; mirum, quando non tam late patuere Indiarum tractus illorum arate, ut nostra. Sane factitij sacchari conficiendi, & depurandi ratio non vulgata est arate nostra albissimum crebra depuratione, (ut hac voce vtar,) redditur, id vero tabarzetisicut, & probatissimum mel Mauritanis scriptoribus nuncupatur, medicis nostris album, vulgo fino, quod finem assequutum sit puritatis, & candidius reddi arte non possit. tale autem etiam siccius, & calore inferius est impuro. Meminit & de saccharo Albusar seu Allasfer Auic. quod mannam quoq; vocat, sed diuersa res hac: inest enim illi amaror, & astrictio, qua non saccharo propterea etiam non facit sitim, quia minus dulce: & ex arbore colligitur Serapionis testimonio non ex arundine, quanquam & in hoc a Serapione differat Auic. quod hic rorem, is gummi eius arboris putat, qua in re falli Auicem potuit, ut nostri qui mannam Calabram rorem esse arbitrantur. Ex his ergo patet infirmum esse recentiorum argumentum, quo antiquorum saccharum rorem esse contendunt. Illud autem animaduersione hoc in loco dignum, cur in electarij huius confectioe vtraq; & saccharum, & mel veniant. Si enim ut Nicolaus quoq; Alex. docet, mellis in medicamentis componendis triplex est vsus, conseruandi, abstergendi, & condiendi, conseruat autem siccitate praesertim sua, qua aduersatur putredini, & len-

MESVÆ DE ELECTARIIS.

toye qui ambientis aeris aditum excludit, abstergit eadem siccitate, condit dulci sapore, cuius gratia præstare, & alia multa potest, que in lib. Can. Mes. atqui eadem commoda præstat saccharum, servare potest siccitate, & lentore suo, abstergere siccitate, condire sapore dulci, Cur ergo utrunque hic & nonne alterum satisfaciat? Aiunt nonnulli inmiscendi ratione addi saccharum, nempe quom ad discutiendos status hoc pavetur medicamentum, addito saccharo, duntaxat hæret ventriculo ob illius lentorem. At qui non minus lentum mel puto, atq; quum multa ab hoc eodem scriptore pro discutiendis status describantur medicamenta, cur non in omnibus tamen saccharum assumitur? Arbitror ergo condimenti potius gratia ipsum adijci, suavis enim est melle. At cur non solum saccharum satisfaciat? Quia mel abstergit magis.

Minæ. Minæ paranda modos quinque describet hic author distinc. 6. Hic vero non olia, quam aromatica usurpanda est ex authoris præscripto, quanquam in ea conficienda multa veniunt, que in hoc itidem electario assumuntur.

Mellis despumati, Sec. Mellis usus in medicina admodum est frequens, sed non uno tantum modo usurpatur, sæpiissime coctum, interdum etiam crudum admittitur. Mes. in consell. de moscho, & in cardiacis medicamentis Avicen. crudum fere assumit, in cæteris despumatum. Arbitror ea in cardiacis poni non importune quæ status mediocriter pariunt, quod spiritus vitales status ipsi excitant, ac veluti alacriores reddunt, propterea crudum in his mel sed purissimum tamen, atque ignis expers, quod virginicum vocant, accipitur. In cæteris, præsertim statuum discussorij despumatum quaritur: coctio enim quidquid statuosum, aut cereum illi inest seponitur. At vero mellis coquendi, ac despumandi ratio non eadem est, ubi crassum, atq; ubi liquidum parare oportet medicamentum. Ubi crassum futurum est per se coquitur, ubi liquidum, aqua, vinum, acetum, aut herbaceus aliquis succus addi solet pro scopo medici diverso. Nunc quando electarij conficiendi gratia mel despumatum exposcit Mes. atq; roquendum id per se neque aliud immiscendum, quo pacto fieri hoc debeat paucis dicam. Quia mel igne multo immodice effervescit, exundat atque incendiij periculum incurrit, propterea vasi amplo, aut aëro, & stanno illito, aut quod longe melius est lapideo, tales autem lebetes. Italia ad coquinas usurpat, aut lateritio quod sit vitro incrustatum, injiciendum purissimum mel. admouendus vero levis ignis, ubi fervere, & extumescere incipit, aliqui aqua exiguum injiciunt, quam, si non multa sit, non improbo: evanescit enim quæ paucæ est parvo negotio, tu vero aut ignem subtrahes, aut vas sustolles: & mox sedato paulum tumore despumabis: admouebis autem rursum igni vas, atque quom rursum effervesceat idem ages quod prius, ac id sæpius repetes quousq; purior spuma appareat, & mel crassescat: hic enim erit coctionis finis, nempe expectandum hic non est, si absq; humore incoxeris, ut mel spumam non regeat, quando ea etiam trigiesis detracta alia semper emergit spuma. Hoc pacto ergo despumandum mel, quod in crassiora medicamenta est usurpandum. præstatq; hic ut absque humore omni mel coquat, quod duntaxat servatur, & situm nunquam contrahunt, quæ alieni humoris expertia sunt. Sed hic etiam nisi pharmacopæus diligentissimus sit id periculi imminet, ne mel supra modum excoquatur, atq; amarescat. Quo fit ut alia

coquendi ratio mihi magis arvideat, in duplici vase quod balneum maria vocant, usq; ea est Gal. in arborea cum quadam compositione 7. de compo. med. per loca. hoc autem pacto mel excoquat, emergit primo fere seriore quicquid illi inest, ac detracta ea spuma, tam purum id remanet ut nullam aliam spumam regeat, aut aliam operam desideret: longo præstat hic despumandi modus superiori, & elegantia, & facilitate: sed maiori etiam is medicina est usus, quando neque voluit in superiori ut offerret, atque amarescat periculum est, neq; ut acris evadat: sed sua mellis temperie nihil immutata forde omni expurgatur, & servandis rebus, quarum gratia excoquitur, redditur præstantissimum. His ita constitutis quia Mes. de certa melis mensura in hoc electario recipienda nihil firmi affert, sed, quod satis est, obscuri tantum iubet, ambigunt septuagintarj quantum in his assumendum, & certam dari normam postulant. Id autem hic dubitandi ansam præbet, quod eorum quos in medicina veluti duces sequimur, nullus certam unquam mensuram præscripsit: quin, si eorum institutum spectes, nonnunquam mellis quadruplum, collato, scilicet speciebus melle assumunt, ut in diamocheo dulci, & Philonio ex inventione propria Mes. quoadq; tripulum, ut in Thrigera magna Avicen. interdum tantundem, ut in hiera piera nonnunquam fieri idem Avic. testatur: aliquando etiam sexcuplum, ut in diacyronite purgatorio Mes. distinct. 3. in quo binis speciebus uncijs mellis lib. 1. adungi observabis, succo cydoniorum excepto. Hæc ergo quum ita se habeant, non mirum si torquentur pharmacopæi, atq; hæc in re hæsitant. Cæterum si in tanta discordia nobis quoq; periclitari liceat, de electarijs primum omnium ita puto distinguendum, sint ne purgatoria an non. Quibus enim expurgandi vis inest, sicuti maiori exhibentur periculo, ita & maiori solent construi artificio. Quæ non expurgant, si perpendas, ex tam multis eiusdem usus interdum constat, ut fortuito congesta potius videantur quam consilio, quanquam, & in his componendi ratio, atq; ars non deest: ita equidem in Theriaca, & Mithridatica antidoto, & alijs id genus. Contra vero in purgatorijs si dolo virosint constructa, artificio statim elucet mirum: unius etenim, aut alterius simplicis medicamenti actio quum sit, id autem basim vocant, cætera, quæ adduntur, nihil offerunt præter basis illius castigationem. Ergo, quum artificio careant electaria, quæ non purgant, si purgantibus comparentur, sicuti non purgantibus parum interest plus mellis addas aut minus, ita in purgatorijs plurimum refert. De purgantibus igitur primum, ut agamus, in his illud statim, atq; ante omnia spectandum puto, quid in ipsis sit, cuius vi humorum fiat eductio: sit ne unum aut plura: soluentia intellico, de lententibus enim postea. In memoriam autem revocanda, aut ex Mes. petenda suprema eorum mensura, quæ expurgent, quam recepto iam in medicinam usu dosim vocant. Ad hæc etiam, summa electarij dosis ab authoris præscripta perpendenda est, ac id statuendum, tot dosium cumulorum explere totum electarium oportere, quot doses fuerant eorum simplicium à quibus in hoc purgandi vis emanat. His ita intellectis, atque toto electarij pondere ita posito, simul suppertanda ea omnia sunt, ex quibus electarium confici scribunt, spectandumq; quantum desit, ut desideratum pondus expleant, ac tantum mellis, si modo adiungi mel debet deesse, & addi oportere pronuntiabis. Sed exemplo rem patefacio. Sit diaphœnicum Mes. paratum

am, in quo mellis certum pondus non præscribitur. Aute omnia spectare oportet, quæ simplicia hic sunt, à quibus in hoc electarium purgatorium vis derivat, deprehendens autem duo, turbitib, ac scammonium. Videndum est scorsum quæ nam horum suprema sit dosi. Atq; turbitib ait Mes. lib. simpl. exhiberi à drach. i. ad duas, atque adeo summa eius dosi duæ erunt drachmæ: assumit autem in hoc electario drachmas eius trigintaquinque: eruat ergo doses turbitib ipsius decem, & septem cum dimidia, pro quibus ponas decem, & octo doses: id enim parum refert. Videnda deinceps est suprema scammonij dosi: ea ex libro simpl. duodecim est granorum: atq; ideo singula drachma quinque explet doses: in hoc igitur electario quod scammonij recipit drac. duodecim, sexaginta erunt eiusdem doses, quis si supputabis cum decem, & octo turbitib dosibus, colliges simplicium solventium doses in diaphœnico Mesug esse in uniuersum octo supra septuaginta. In totidem ergo totum etiam dimidi electarium ubi confectum erit, prædicabis. Atque eius dosim ab aureis iij ad 7. ac propterea summam dosim esse decem drachmarum cum dimidia Mes. scribit. pronunciantur ergo totum electarium id pondus octo, & septuaginta dosium ut expleat oportere, atq; adeo unciarum fore vnius supra nonaginta. His ita positis, supputanda simul omnia sunt, & pulueres, & reliqua, quæ auctor enumeratis, deprehendensq; expleat summam drachmarum ducentarum, & duarum supra quinquaginta, hoc est fere unciarum viginti octo. Tunc vero si quantum ab uncijs viginti octo ad vnam supra nonaginta deest, id est uncijs tres, & sexaginta supplementis addito melle, eò redactum erit electarium, ut ex auctoribus præscripto drachma illius decem cum dimidia, id est aurei septem possint tuto exhiberi: id, quod tamè in robustioribus erit corporibus obseruandum. Hac ergo esset in compositis solventibus, mea quidem sententia, obseruanda norma, ubi certa mellis mensura ab eorum auctoribus non præscribitur. Sed & in lenientibus compositis similem quoq; legem non importunam existimo: nempe ubi adnotaris quot sint simplicium aluum subiacentium doses, & quo itidem pondere totum exhibeatur electarium: tunc etiam supputatis, & speciebus, & ceteris, quæ ab auctore ponuntur, videbis statim quantum mellis adijcere sit oportunum. Quod si quis non quadrare normam hanc compositis scriptorum medicamentis asserat; quando si ea supputes, mellis interdum plus, interdum minus assumitur quam hæc regula doceat: non equidem distimur: neq; illorum tamen formulas improbumus, quum liceat ea que, ut libet, medicamenta construere, modo ne in ijs exhibendis modum excedas: at ubi certum mellis non est præscriptum pondus, nullam arbitror certiore hanc dari posse normam, quam quis sequatur. Constat profecto vulgatam seplasiarum consuetudinem, qua tribus D puluerum uncijs mellis. lib. i. generatim adiunguntur, nulla aut ratione, aut auctoritate fulciri: quædo si rationem quaras, nihil in promptu habeant præter diamoschibi exemplum: auctoritas vero contra docet, interdum triplum, quandoque sexcuplum, aliquando etiam tantundem mellis assumi, exemplo Triphera magna Auicenn. dyacydonites, ac hiera simplicis. Quæ si modo auctoritas, atque exemplum sequendum esset in purgantibus pro exemplo diamoschum non est usurpandum, quod non purgat, sed potius dyacydonite illud purgatorium. atque adeo prudentius agi videretur, si in purgantibus binæ puluerum unciæ, ad libr. mellis vnam adderentur. Est ergo vulgata ea lex inconstans, si & rationem quaeratur, & auctoritatem. Porro veterum aliud etiam ius-

A se consilium animaduerto: optasse enim potius videntur, ut melle addito electarium mediocrem consequeretur consistentiam, neq; plus iusto crassius esset, aut liquidius. Ita Gal. interdum coquendum mel docet, ut non manus inquiet: Ita & Mes. in hiera Hermetis addendum ait mel quantitate, qua fiat maza: sed incerta admodum hæc quoq; lex videtur, quando pulueres ex quibus electarium, alij humoris plurimum, alij parum exiguus, atq; electaria aliqua præter pulueres, succos quoque, & liquores alios recipiunt, id quod seplasiarum consilium de mellis mensura, non mediocriter perturbet, nisi longo vsu certam mellis mensuram obseruauerit, qua medicamentum, neque dissuatur, neque plus iusto crassefcit. Illud certe peritiores pharmacopæi aduertisse atque vsu longo obseruasse testantur, tribus generatim puluerum uncijs unci mellis libra commistis electarium mediocrem assequi consistentiam, reiectis interea succis, lacrymis, gummi, fusi. bus, pinguibus, atque alijs omnibus, quæ in puluerem redigi non possunt, reiectoq; etiam saccharo, & rebus ceteris quæ leui humoris momento dissoluant, quali pentha: hæc vero omnia neq; in mellis, neque in puluerem serie ponuntur: sed scorsum, paratis reliquis, suo pondere ab auctoribus præscripto assumuntur. Verum, ut dicebam, quum neque ratio vlla, neque certa auctoritas huius consuetudini assipuletur, non facile ego quidem illi assentiar, quum de purgantibus agitur medicamentis, secus quum de alijs quæ purgandi vires non habent: in ijs enim non tantum interest plus mellis aut puluerum sumas, à quibus non tantum periculi imminet, aut noxa, & ipsis, nostra etiam sententia, vulgata consuetudo perbelle quadrat, siue addas pro vna mellis libra duas puluerum uncijs astate, tres vero hyeme, ut aliqui faciendum censent: siue etiam quouis anni tempore eadem pares mensura.

Hæc ergo de mellis mensura uniuersæ sint dicta. Quod si non melle, sed saccharo medicamentum conficere sit animus: tunc si mollius electarium velis, eadem ratione, & mensura saccharum quæ mel, usurpandum puto: distinguendumque eodem pacto purgatorium ne sit, an non in purgatorijs enim à regula hic à nobis tradita non tuto discedere vllum puto: quum in non purgatorijs vulgata tamen consuetudo satisfariat, secus si solidius medicamentum velis: tunc vero non electarium amplius, sed quia in morsulos effigi solet, morsuli etiam nomine nuncupatur, hic autem sat erit si vnam pulueris vnciam aut drachmas sex libra sacchari vni adijcias, sed tunc liquores, si qui in parando ex iisdem speciebus electario sumendi erant, pretereundi sunt: veluti in electario de quo modo agitur prætermittenda esset maza, alioqui vix aut ne vix quidem solidesceret. Atque hæc satis.

Expendenda nunc essent simplicium, & rerum cinnæ que in hoc electarium de aromatibus veniunt facultates, conferendaq; ijs, quas toti electario à Mes. ascribuntur vires. Sed egeret res hæc longiori animaduersione: præsertim si quis cur tot addantur, rationem postularet. Illud ergo nunc dixisse satis esto, non temere Mesuem ita multiplex ex hoc medicamento præsidium polliceri, corroborandi ventriculi, & cordis, & discutendi status, quando si singula perpendas, ea eiusmodi viribus insigniter pollent: poterant vero etiam pauciora simplicia idem præstare: sunt. n. ex his nonnulla earundem prorsus facultatum, atq; adeo assumpto vno prætermitti alia poterant. Verum si uti, & in tberiaca atq; antidotis illis magnis, vitio vertendum non est, quod plura assumantur, quando tamè pauciora possent satisfacere, ita in hoc atq;

MESVÆ DE ELECTARIIS

atq; alijs non est ut paucioribus agi posse quispian con-
 tendat, redduntur certe plurimum vsuum, quæ plura reci-
 piunt, quam quæ pauciora: præsertim quod insunt singu-
 lis præter rebus manifestas qualitates, innata illa forma,
 ex quib. singulis singula, ac mira proprietates emanant,
 ex quibus demum committis, ac fermentato, ut auunt,
 electario peculiaris forma alia insurgit à prioribus for-
 mis varia: earum tamen omnium vires suo veluti suum
 amplexa, & longe quam illa singula admirabilior.

M E S V E.

ELECTARIUM ex Gemmis ad frigi-
 dos affectus cerebri, cordis, ventriculi, he-
 patis, vteri, efficacissimum: nam melan-
 cholicos sine causa manifesta tristes, nudi-
 dos, solitarios iuuat, exhilarat, ad mores probos
 inuitat, emendat cordis tremorem, tyncopē, ven-
 triculum à frigida intemperie imbecillum robo-
 rat, & coctione tum eius, tum hepatis meliore
 reddita, corpus bene coloratum, & odoratum
 efficit, ob id sumptum Regibus, & magnatibus
 magis in vsu est.

Accipit verò margaritarum albarum drac-
 mas † duas: saphiri, hyacinthi, sardidis, granato-
 rum, smaragdi fragmentorum, ana drac. vnam
 & dimidiam, zedoariæ, doronici, corticum ci-
 tri, macis, seminis † ozymi caryophyllati, ana
 drac. ij. coralli rubri, electri, limaturæ eboris, ana
 drac. vnius partes duas: ben albi, & rubri, caryo-
 phyllorum zingiber. piperis longi, spicæ nardi,
 folij, croci, cardamomi, ana drach. vnam, trochi-
 scorum diarodon, ligni aloes, ana drach. quin-
 que, cinnamomi, galangæ zurumber, ana drach.
 vnam, & dimidiam; auri argenti foliorum, ana
 † aurei dimidium: motchi bont drach. dimidiā,
 ambrae drach. duas. Confice cum melle embli-
 cato, & † melle rosato colato, ana, vel etiam sac-
 charo rosato si solidum facturus es, non melle.
 Datur ab aurei semissem ad aureum vnum cum
 aqua buglossi, & vino odoro.

† Al. drach.
ij.

† Alfelonia
mich.

† Vetus ha-
ber aurij.

† Colatura
glenitabā de
rofi.
a hoc addit
ost.

CHRI.

PRÆSENS electarium habetur in vsu, sub
 diuersis tamen formis: quia nonnulli eo ali-
 quando vtuntur remouendo aromata calida, ali-
 quando et nihil remouendo, nec addendo. Pri-
 mo vtuntur pro febricitantibus, & in cā calida,
 Secundo modo in causa frigida, & valet ad ea,
 quæ scribuntur in textu, & dicitur electarium de
 gemmis à gemmis in ipso intrantibus, & domi-
 nantur gemmæ lapides preciosi. Vnum hic no-
 tabimus pro euitatione cuiusdā erroris, ferè ab
 omnibus aromatarijs commissi. Est enim, quod
 zurumbeth cum h, & zurumbet sine h reperitur
 scriptum apud bonos auctores, & est zurubeth
 per h scriptum radix similis cypero eandē habēs
 virtutem sicut, & zedoaria. Sed zurumbet sine h
 est illud, quod dicit Serapio ex speciebus scilicet
 odoriferis in virtute sua simile cassiæ lignæ, &
 cubebas, quod et ponitur, vt vult Possidonius lo-
 co cinnamomi, & istud zurumbet intellexit hic
 Mes. & non aliud, simile zedoariæ. propter quod
 errant aromatarij ponentes loco zurumbet radi-
 cem illam rotundam, sed melius facerent ponē-
 do loco zurumbet cassiam ligneam, vel cubebas
 in eodem pondere, vt satis patet per Serap. cui
 magis credendum est, quam multis alijs.

NE hoc in tabernis inuenitur, alijsque, & eo pos-
 sūt carere homines. Gemmis enim in antidotis
 non sunt vsi antiqui: nec ego libenter vtor: siquidem,
 quæ eis contritis ad confortandum vis? Et si qua etiā
 sit bonas perfringere oporteret, non ramentis quibus-
 dam vti, quibus nulla præterquam coloris cum veris
 gemmis conformitas. Similiter argenti, & auri folia
 non nisi ad decorem, & ostentationem puto condu-
 cere.

MARGARITAS.) Nō in toto sperno, sicuti Coraliū,
 HYACINTHI.) Aue. prima parte li. i. ex eo, & gra-
 nata medicamentum parat. SARDINIS.) Sardinum
 lapidem eum puto, qui nunc Corneolus dicitur.
 ZEDOARIA.) Radix nunc vulgo nota, antiquis, vel
 incognita, vel sub alio nomine scripta. Doronici.) Do-
 ronicum vocant etiam antiquis non notum.
 ALFELENIENSCK.) Id est, ocimum. CARABE.)
 Succinū lannē dicitur. BEEN albū & rubrū.) Radi-
 ces de quibus Arabes, olim ex Armenia ferebantur,
 nunc in Italia inuenta, sed, vel alia, vel nō æquæ bo-
 nae, HEYL.) Cardomomi species, FOLII.) Et hoc ca-
 remus. Greci malabathrum vocant. TROCHISCI
 diarodon.) Horum cōpositionem habes infra. GA-
 LANGÆ.) Radix, vt nūc nouissima, ita prisca igoo-
 ta. Zurumbet. Satis nō cōstat, apud Arabes. Quidam
 faciūt speciē Zedoariæ, aliqui arborē, vt videri potest
 apud Serap. Aue. herbam. AMBRA.) Res noua,
 quam non tanti facio quanti alimatur. Medici post
 Gal. Ambar vocant, de qua latius inferius agam. vbi
 Diambriā declarabo: sicuti, & de moscho in diamul-
 cho. SVCCVM empticorū.) Cū recentes habere non
 valeamus, poterūt qui parare voluerint, ex siccis, bene
 vino vel aqua maceratis, succum exprimere, GEL-
 ENIABIN.) Rosaceum vel mel, vel saccharum intel-
 lige.

MANA

Sic parandum est hoc electarium ad frigidum dictarum
 partium affectus salubre, ad calidos vero, & cum febre
 coniunctos ablati aromatis componendum est, nisi datur,
 vt lib. 12. meth. vinum calidum odorum tenuium partium in
 tyncopē etiam cum febre, & à bile flaua à macianū morde-
 tet: vbi vero succis, & spiritibus ob tenuitatem, corporis ra-
 ritatem facile multum distillat fit tyncopē, vt nec vinum re-
 nue, sic neque hoc electarium conuenit, nisi ablati aroma-
 tibus. karum est in tabernis, & si gemmis his facultas aliqua
 dictis partibus roborandis apta inuit optima gemma sunt
 leniganda, non fragmenta, & rasura quædam veris gemmis
 solo colore affines, & earum, vel purgamentū, vel si gignū-
 tur in terra, & aluntur gemmæ metallorum modo (ve chy-
 mistis placet) gemmarum sunt velut rudimentum à natura
 excoli ceptum, nondum absolutum. Quamuis autem hos
 gemmarum pulueres Greci veteres non simpliciter autem
 esse efficaces Arabū experientia probauit. nec à Grecorum
 piacitis abhorret, cum etiam integrum iaspidem videntem
 e regione stomachi appetitum, roborare ipsum alimur. Gal.
 lib. 9. simpl. & margaritæ, & corallium virtus non oblectur
 valent. Auri vero, & argenti folia, an ad decorem addantur
 tantum, & sumptum, ostentationemque, an vires præterea
 aliquas medicamento, vt Mesues vult, afferant, docuit in sim-
 plicibus. zurumbeth à zedoaria hic separatim cum detidere
 tur zedoariæ illi facultate similis duplum est in sciendum.
 Cum emblicas recentes habere non possumus, quarum loco
 puluere excipias, vt quidam legunt. (vt in simplicibus dic-
 tum est, & post in conditis) ex siccis vino, vel aqua probe
 maceratis succum exprime: id electarium siccum, & pauere
 Parrisijs hodie seruatur: potest tamen cum saccharo in
 aqua buglossi (cui infusa sunt myrabolani emblica) soluto
 percoqui in formam siccam, & uicari in ossas quæ angu-
 las, vel rhomboides, vt cum melle in electarium molle.

SYLV.

ALBARVM margaritarum. Margaritas
 quanquam aceto resolutas Romanus olim
 luxus in conuiuia traxerat, Plinio auctore
 lib. 9. an tamen in medicina vsus etiam
 tunc, vel antea venerint, non constat. Fuere ea Arabi-
 bus inter cardiaca medicamenta reposita, ac possunt cer-
 te in siccitate putredine amolui, atq; adeo, quod auunt
 Arabes.

COST.

CEP.

Arabes vitales spiritus illustrare, quum puriores remaneant spiritus putridis vaporibus ressecatis, & ressecatis: sed ascribunt ijs etiam occultis in venena potestatis nonnihil, quod non aspernantur, qui naturæ vires non derident. Earum ortus, nunc ex Indiarum historijs late patet. Quibus eadem ornamentis gratia expetuntur, quaruntur candore, magnitudine, orbe, lauore, ac pondere excellentes, in medicina satisfaciunt candidissima, grauissima, & quæ nullum passæ artificium, in ijs equidem quæ muliebris ornatus gratia perforantur, præcipua pars auferitur, intima scilicet, & quæ veluti illius est centrum. ob id non negligenda eorum obseruatio qui non perforatas petunt. Porro quum ad medicina vsum soleant margaritæ lapideo mortario teri, & porphyritide tabula leuigari, dum teruntur autem, ac leuigantur ex mortario tabularum corradit etiam nonnihil necesse sit: longe præstare arbitror si aceto, aut limonum acido potius resoluantur: ut enim in hac ita resolutas nihil sordium cadit; ita & acutum, & limonum acidus ille succus opportunus plerumque in cardiacis est affectibus: atque, si forte importunus, addito liquore alio pro medicæ spopo, & obtundi, & auferri eius vis omnis potest, & præterea igne aut sole extrahi quicquid humoris in se paruo licet negotio: ut una margaritarum substantia remaneat.

Fragmentorum. Gemmarum vsum in medicina in cordis affectibus, & ubi veneni aut pestilentijs vitæ quidpiam inest, Arabes probant: multi tamen ex recentioribus non probant, quod ijs Græci non sint vsi in antidotis. Cur autem & quo pacto cordi hæc profunt? An forte densando, ac adstringendo (sunt enim veluti lutum) arcant a corde noxios vapores; At qui quæ ita densant, dum obstructions faciunt, putredinem quoque maiorem faciunt, & multis adstringendi vis maior inest quam gemmis, quæ in hunc tamen vsum non veniunt. An forte quia insigniter exsiccant, & siccitate putredini obstruunt? At pumex longo est quam gemme siccior, qui in hunc vsum non cadit. Neque venenum omne desiccando curari debet, quod fit etiam ex siccitate, ut quod ex dipsade: & ex frigiditate ut ab opio: & ex calore ut ab euphorbio: & ex humiditate ut ferè à fungis, sunt enim nihil aliud quam mucus: & ex secundis qualitibus, puta ab arsenico quod corrodendo agit, & ex tertijs, ut à cantharidibus, & lepore marino, & à proprietate substantiæ, ut à regulo. Caterum ad hæc Gemmis antidoti loco vsum fuisse veteres Dioscor. & Galen. constat testimonio, saphirum epotum ad icterum scorpionis commendantium, eæ vero in cordis affectibus, quamquam manifestis interdum qualitibus operæ ferre possunt exsiccando: ob obscuras tamen præsertim proprietates solent usurpari, quas illis inesse non negent Græci, Iaspidi, atque alijs id genus occultas vires interdum ascribentes: quare etiam in pestiferis, & cardiacis affectibus promiscue omnibus ab Arabibus longa experientia edoctis assumuntur, non siccitatis, aut manifeste illius qualitatis gratia, sed ob occultas vires. At quo pacto, dices? ubi hæc contuse, ac in tenuissimum illum pollinem deductæ sunt, vires adhuc inesse illis possunt à proprietate? Dicam, quo pacto, & lapis cyaneus, & purgatoria alia ut lib. can. vniuers. diximus, expurgant tamen vi pollent, ita & hæc agere à ratione non esse alienum. Ita autem, & quod obijcitur, hæc dum obstruunt putredinem quoque augere, non puto esse necessarium, sicuti & bolus armena longe quam hæc viscidior, neque obstruit, neque putredinem offert maiorem. Porro fragmentorum nomine, se-

A plasijs hæc quinq; veniunt gemma, saphirus, hyacynthus, sardonius, granata, smaragdus: adduntur vero etiam corallia, & margaritæ, sed hæc gemma non sunt. In his autem deligendis consulendi gemmarij peritissimi, quamquam etiam illud maxime ambigo quid nam sardinis voce intelligendum sit, an corneola ut Manar. quum ex Alberto constet differre hæc inter se, qui de corneola, & sardine veluti diuersis agit rebus: quid item pro granata sit usurpandum, an vulgaris granata, an carbunculus, quem vulgo rubinum vocant, est enim ut ait Albertus, carbunculi species granata. At vero, ut ingenue dicam, quamquam inesse admirabile gemmis vires verisimile est: non multi tamen fortasse detrimenti medicina futurum est, si & earum vsum omittatur, id quod si per me liceat, ego profecto semper consuluerim, quando, & vix fieri potest quin quæ ere, & marmore etiam porphyritide sunt duriores, terendo, ac leuigando eris, aut marmoris secum aliquid non ferant, & suppetit amplissima stirpium, atque aliarum rerum copia, quibus uti pro antidotis licet. Vnum hic de saphiro omnittendum non est, quum Plin. lib. 37. Cap. 9. aureis punctis notari illum scribit, non errare tamen, aut cum cyaneo lapide saphyrum confundere: si enim eos consulas quibus gemmas poliendi est cura, priusquam poliuntur, inesse illi aurea illa interdum puncta intelliges. Cap. 172.

Zedoaria. Zedoariam vocat Serap. lib. Simplic. Zurumbeth, & radicem esse ait figura aristolochiæ rotunda colore autem zingiboris: hæc fere, & Auicenna de Zedoaria verba faciens. 2. Can. At rursus idem Serap. alibi zurumbeth arborem libani montis esse dicit: additque alia, quæ Paulus de Arnabo lib. 5. & Auicenna de Zarnabo. Scribit deinceps de zurumbeth Auicenna & radicem esse ait cypero similem, quæ & status distinet, & vim alij ac caparum halitum emendet, & ad alia multa utilis fit. Agit postremo etiam de zeduar, seu zedar Auicenna. atque idem esse dicit ex Dioscorido quod Algeduar ser. Atque adeo res insigniter est intricata. Sed extricabitur paucis. Zurumbeth primum Serapionis idem est quod Auicenna zedoaria seu gieduar, ut Bellunensis vertit: atque id collata vtriusque historia plane docet. Secundum vero Serapionis zurumbeth Pauli Arnabo est, & Auicenna zarnabum: huic enim ascribit Serap. quæ Paulus suo Arnabo, & subdit arborem esse Libani montis, ac reliqua, quæ de zarnabo Auicenna de zurumbeth vero Auicenna. & eiusdem zedar seu zeduar, nihil Serapion. Sed hæc nullius aut pauci sunt vsum: Illud multi si quid zedoaria, quid zurumbeth, quid Arnabo, quid zeduar sit, intelligamus. Profecto quum zedoaria nomine nobilis ea radix vsuueniat zingiberi non dissimilis, digitali crassitudine, odore iocundo, sapore acri & subamaro, colore fere buxo: hæc nos quia aristolochiæ instar rotunda non est, non esse Auicenna. aut Serap. zedoariam, sed Auicenna. eiusdem zurumbeth putabamus. quam scilicet radicem esse cyperi ait, & vini, alij, ac caparum halitum emendare. obseruare scilicet quotidie est, vulgatam hæc zedoariam, vini, alij, ac caparum halitus gratia expeti, ne de veteri statibus quicquam dicam, quos ea valenter discuti experimur, quas dotes omnes suo zurumbeth. Auicenna. ascribit. Confirmabat autem sententiam hæc nostram, quod Mauritano Idiome vulgarem hæc zedoariam nunc etiam zurumbeth vocari audiebamus. Caterum dum hæc perpenderem, occurreretque dum hæc radicem tracto, rotunda illa radix, quam zeduar admixtam lortypedem seu zoppam vocant, hæc rursus dum intrinsecus deprehendo

MESVÆ DE ELECTARIIS.

deprehendo longam, & vulgatam zedoariam loripedis huius esse appendicem: neq; has sapore, colore, odore, aut re alia differre. hoc ingenue fateor me à priori opinione, ita dimouit, ut vulgarem zedoariam ego quidem legitimam ab Auicenn. & Serap. descriptam pro certo habeam: sed rotundum illud capitulum, zedoaria, longam vero appendicem, zumbeth vocabulo veluti diuersam rem fuisse ab Auicenn. nuncupatam, ignaro scilicet, ex quali nam planta aut regione eiusmodi radix proueniret, quod nunc quoq; post tot novos inuentos orbis ignoratur. Neq; obstare illud puto quod zedoaria ea loripes adiuncta longa appendice aristolochia rotunda similis non sit, quando seorsum inspecta qualis scilicet plerunq; ad nos fertur, & Auicenn. puto, ac Serapionis tempestate offerebatur, aristolochia faciem habet. Ex his primum quidem illud sequi arbitror, quum in Arabum prescriptionibus zedoaria, & zumbeth eodem sepe loco expectantur, non aliud tamen quam vulgatam zedoariam cum longam tum loripedem esse assumendam. dein vero etiam vulgatam curcumam non esse, quod aliqui suspicantur, Auic. zumbeth. neque enim curcuma fetentem halitum emendat, neque insignem illam croceum colorem fuerat Auicenn. prætermisurus. Videtur autem curcuma cyperi potius Iudi esse species de qua Dioscor. nempe, & Zingiberis effigiem ita præfert, ut nihil magis, & manducata amaro sapore est, & ea tenuiora coria depilantur ac croci colore inficiuntur, quibus manica sunt, quas ebrotbecas vocant, atque adeo croci, & psilotri vim reddunt. Sane, quod superest, quid Græcis zedoaria sit dicemus in costi historia quid Pauli arnabo, & Auic. zarnabum, quid item Auicenn. zeduar fateor ego certe ignorare. illud vero satis constat falli eos, qui Arnabo Pauli aut zedoariam, aut Vnguenti esse speciem putant, aut qui vulgarem zedoariam Auicenn. zeduar esse existimant.

Alfelenimich. ocymum caryophyllatum interpretantur. Verum quum ocymi species tres colat Italia, maximum, medium, minimum, quodnam caryophyllatum sit, ambigitur. Atque alij minimum esse aiunt, vulgo basilico gentile alij maximum. Nobis minimum caryophylli odorem parum certe refert, maximum vero citrum potius quam caryophyllum redollet, minimum tamen illud caryophyllati nomine intelligi pro certo habemus, quando maximum ipsemet auctor paulo post citratum vocat, ubi de Diamoscho.

Corallorum. Corallum propinasse veteres ad internos affectus aliquos docemur ex Dioscor. ad sanguinis reiectiones, ad vrinæ difficultatem, & lienem ipsum commendante, & ex Galen. 7. de comp. med. per loca. Arabes vero etiam ad venena traduxerunt non frustrato euentu. ad quem rsum, & Dioscor. in Græco Matthioli codice vsurpat. Commendatur in cordis affectibus præsertim, exiccando equidem putrescentes absumere vapores potest, ac præterea non absq; occulta vi innatum calorem iuuare, quod vel ex eo persuademur, quod stomacho admotum eius dolorem (ut aiunt) leuat, & colitionem procurat. Rubri tantum, & nigri meminit Dioscor. sed spectatur, & candidus. Sint vero tres hi diuersarum specierum, ob Brasouoli viri grauiissimi obseruationem quis ambigat: is enim eadem planta album, & nigrum, & rubrum ac nigrum spectasse affirmat. Sed vere, siue id veluti naturæ sit lusus, quæ diuersarum specierum sunt, coniungentis; siue vnus esse putes speciei immaturi tantum, ac maturi ratione differentes, distinguuntur hi non colore so-

lum, sed substantiæ crassitudine, densitate, durtia, & proceritate: crassiores sunt rubri, minus nigri, & his minus albi: rubri densissimi, nigri minus, albi rari, & spongia instar intus cavi, ac à lateribus foraminulenti, duriores rubri, minus duri albi, his rursus minus nigri, proceriores nigri, qui cubitum etiam superant, rubri breuiiores, & his inferiores albi: quæ omnia differre hos specie inuunt. De coralli ortu plura Plin. lib. 3. Verum an mollis sit prius quam colligatur, an baccas proferat, commodiori fortasse loco alius: audio certe secus se habere. Nunc quod ad hunc locum pertinet, quæstione dignum puto, an corallus in medicamenta vsurpandus, vrendus sit, vel terendus. Plinius equidem ad tormina, & vesicæ calculum vrit, & ubi foris admouet etiam vrit. nostri tamen reyns ac porphyritide lapide lauant. sed cuiusnam autoritate terant non sat scio. Satius vero ipse arbitror vsu dei, quali vsos veteres docemur. quamuis ipsius etiam Pliny testimonio difficile vratur.

Limaturæ eboris. Qui vero ebore cavere nos putant longe falluntur. Videre est Venetijs elephantium dentes frequentissime, interdum tricubitales, ex quibus peccines, & alia multa conficiunt, ut propterea septuaginti laborandum non sit, ut verum ebur inueniant. Eboris scobe, quam limaturam vocant, vsus est Dioscor. ad reduktas: an tamen ore consumperint veteres, non constat. Vbi Arabes sunt p. sim, & exhibent nunc ad albas mulierum fluxiones multi successu non prorsus irriti. & vis certe illi astringens à Dioscor. ascribitur, cuius forte gratia in hoc electario à Mesue recipitur, ob ventriculi, & cordis robur eligenda autem scobes. ex quam albissimo ebore, & tunc deradenda quando vii est animus languenda tamen in porphyritide tabula priusquam vrare. Sane autem vratur nostra tempestate ebur, & pro spodio vsurpatur à pharmacopœis multis. Sed neque quod veterum vllus vsu eo sit vsus, noui: neque quis posteriorum vrendum docuerit hactenus deprehendi.

Been albi, & rubri. Been album, & rubrum, ut scripsimus alias, dum in Auic. meditaremur, vulgatas Cayotas albas, & nigras esse suspicor. His hic quoque veteres, quod legitima planta appareant.

Auri et argenti. Auro, & argento Arabes vni corroborandi cordis ex substantiæ proprietate ascribunt, præsertim auro. ut ex Serap. videre est, & ex Auic. 2. can. & lib. de virib. cordis. Sed miras Chymistæ vires auro tribuunt tuenda vitæ, & producenda. ut quosdam ego norim, qui potabile nuncupatum aurum putant morbis omnibus aduersari. Quamquam vero non respondet large promissioni euentus, longa tamen experientia obseruasse videntur Arabes, cor, auri deuorato puluere, muniri, & vires sumere. Deident tamen nonnulli, & incoctile esse ipsum clamant, contra max, ut ab innato nostro calore superetur, atq; adeo ineptum, ut præstet, quæ illi ascribuntur. Nos vero ineptum certe illud fatebimur ut alat, non tamen vs in corpus agat medicamenti instar. quis autem ignorat medicamenta non euinci, sed contra quam alimenta euincere? At vero quibus auro atq; argento vti in medicina est animus, abstinendum ab adulterato, & chymistarum capitella experto, quando vix fieri potest quam ex calcantho, atq; id genus alijs ex quo capitellum, aliquid vitæ contrahat. Vbi autem purissimum delicti generis, aut tenuissima limula corradendum, terenda autem deinceps prophyritydie in tabula scobes: aut, quod commodissimum est, foliato vteris, in tenuissimas scilicet

Cap. 11

Confessio
Serapionis
Nam ex eo
est

De electo

De electo
De electo
De electo
De electo

MA

SYLV

MESVÆ DE ELECTARIIS

tius substantia proprietate, que norunt Arabes longa observatione. Neque vero quanquam rubrarum rerum inspectio spiritus ac sanguinem potest concitare, ingesum tamen rubrum aliquid idem facit. ridiculum enim hoc est, ac si in se sanguini, & spiritibus videndi sensum, & de visis iudicandi rationem quis dicat. Atque, ad quam partem attrahit hoc? quid ex ea noxæ? Si ubi quis sericum, & coccum assumat ad ventriculum commovere sanguinem, & spiritus dicat, proderit forte id cordi, dum refrigerij præbet occasionem, & ventriculo dum illius eorum concussu seuetur color: si ad corpus concurrant, vitalis itidem calor intenditur, id quod corporis adauget robur. Sed de hac re satis. Nunc quod ad sericum pertinet quo in medicina est vitæ, ubi coccum delegeas, de quo mox, probat simum, contusumque maceraveris fontana aqua, cui quod magis placet, stillatitia ex boragine aut melissa; ubi etiam tantisper efferverit, ut eius vis in aquam transmigret: solliciti tunc optime antea expurgari, & in minimas partes dissecti in calidum id decoctum injiciendi, & macerandi, ut cocci colorem probe suscipiant: quod sericum fiti spacio. Extrahendi autem tunc ne diuturna mora putrescant, & expressi desiccandi non ad solem. Sed roget al quis ad inficiendum cocco sericum quantum cocci, & aqua sumendum? Id Mes. non docet, si tamen inficiorum exemplum sequamur, solent ij pro singula serici libra, cocci uncias tres aut quatuor in id aqua macerare, ut aqua immersum sericum digitorum quatuor mensura exuperet. Satisfacere vero hoc in loco eadem potest ratio. sed mea quidem sententia, præstabit coccum liberalius sumi. ita enim eius colore, & viribus sericum magis saturabitur, & præstantius reddetur medicamentum.

Chermes. Chermes Arabum idem esse cum tinctorio cocco de quo Dioscor. nulli dubium, qui expenderit que Serap. de chermes. Hoc Plinio etiam adnotante, libr. 16. ab ilice ac quercus specie produciuntur vulgato aquifolio arbori simili, & videre certe quotidie est Venetis cum cocco foliola spivis horrida qualia aquifolio, & glandis quercinis similes, & earum calyculos. Vulgo grana nuncupatur, & ad lanea ac sericea inficienda opera summo est precio. Sed aliud nunc in eundem usum venit ab Arabum Chermes longe diversum, idem tamen apud vulgus sortitum nomen. Granum est seu verius cum ad radices pimpinella illius quam cum aceto prima mensa Italia usurpat, cocco plus minusve crassum, sed oblongum, transversim striatum, purpureum, & purpureo humore plenum. hoc mensere Julio in eunte eruiis pimpinella radicibus colligitur, & aceto inspergitur, vel lutyro aut aliqua alia pinguedine inungitur, & exiccatur: idque protinus. si enim prorogetur, cum radium, tum huius collectio, nasci aiunt cortice vel lito inani, & nullius usus, animalcula quadam alata cimici similia, evolutantia, brevis tamen vita. Sed, & ubi exiccatum est id granum, cimicis nigrioris faciem quandam habet, sed compressius est, intumescit autem si in calida aqua maceraveris, et sui ipsius recentis figuram resumit, quod eos docet falli qui animalcula ipsa esse putant. Quo Italia vitur, præsertim ex occidentibus Indis, ut audio, affertur. Sed, & in Hetruria, & Umbria colligitur probat simum, pusillum tamen. Sane autem quod ad hunc locum facit, errant qui vulgatum hoc chermes in hoc electario sumunt, quod non norunt veteres sine Græci, sine Arabes. neque aliud hic sumendum quam, quod granam vocant, latinorum coccum, & ipsissimum Mauritanorum chermes.

Lapidis lazuli. De hoc supra lib. simp. Hic de præparandi huius ratione opportunum est, ut dicamus. Mes. lib. simpl. teredum atque abluendum trigiesies docet Dios. Vri aut ut chalcitidem, & leuani ut cadmiam quo pacto autem utatur chalcitis, et cadmia abluatur docet lib. 5. Sed longe nobilior est artificium quo hodie paratur hic lapis: qui eo interdum redigitur pulchritudinis ac puritatis pectus gratia, ut auro ipso quadruplo sit præcior. Vritur huius vase (cruicibus vocant) ut si ille addeat, tunc in vas aliud in quo humanum sit locum recens aut acetum inuentur, sit que hac ratione friabile. Abluuntur debite frigida, & pura aqua, atque exiccantur teritur aneo mortario, & tabula prophytide ad leuorim: paratoque ex mastice terchinthina, & colophonia, & propoli pusillo solidiori, & qui non dissolvit, totus in pusillum, colligitur lapis, tum in lita in laterum siucelâ amphioré vitro inveni statim tepida aqua, pusillum quicque in eandem miscetur, & manu pariter tractatur, rursus effuse in aliam sicut etiam tepida aqua, atque pertractato in ead, & tunc pusillum, ad tertiam scutellam, & quartam, & deinceps si libet ad decimam vidis. ac servata singulis in scutellis aqua in quibus pusillum tractatum, videlicet subsistere cyanum lapidem puriorem in prima, minus purum in secunda, & tertia, & deinceps ultima, cetera enim sordes que lapidi inerant, pusillo in lita erant. Infunditur tum in lita, & tenuiter vase singulo, aqua, & quod subsedit colligitur, desiccatur, & servatur. Terebinthina hac est abluendi, & parandi huius lapidis ratio, quam sequi pharmaco- pæos velim: neque enim ijs assentiri possum, qui marmorea tabula tritum ita sordidum in pusillos consingunt. Ceterum dignum animadversione hic est, an recte cyanus lapis in hanc antidotum recipitur, quæ non surgandi, sed roborandi cordis gratia paratur. Quæ enim exigua sit eius lapidis portio, & minor quam quæ possit expurgare ventrem oportet atque adeo corpus potius offendi quam iuvari. Verum Manardo hac obijcienti cæcum lapidem cyanum ea mensura assumptum quæ non expurgat, ventrem subversurum, nisi colligatur, at colligatur hic multo, ut aromati acceffione, ut propterea perturbare nullo pacto possit: præstare autem insita proprietate cordi auxilium possit. Illud etiam hic quaerendum de huius lapidis mensura, ana dr. xij. sumenda ut in lib. simpl. an. aus. ut hoc loco in omnibus fere possum codicibus legitur. Iudicio nostro quæ lib. simpl. sapientes quosdam eius drac. vij. tui antidoti libra adiunxisset offerat insigni cum auxilio ad afflicti melancholicos, & ad eorum imitationem ipse quoque sum hoc parat: subesse hoc in loco errorem arbitrandum, & drac. xij. pro duabus reponendum.

Ambra crudæ minutim, &c. impressi codices fere omnes habent dr. sex, & paulo post ligni aloes crudi, & darseni ana drach. iij. sed legendum ambra drach. iij. ligni aloes, & darseni ana drach. sex. Ita scilicet in lib. simpl. & in impresso Mediol. ac manuscriptis omnibus legitur. Dignum autem animadversione est quod ambra crudâ exposcit, & in calidum mel injici iubet ut dissolvatur. Est etiâ collecta ambra? Ac, quid interest, dissolvatur ne calore an terendo? Cur in electario de gemmis & sequentibus antidotis de cruda ambra aut eius liquefactione nihil? Sane de ambra cruda neque hic alibi, neque alius quod ipse observarim: atque adeo suspicari licet cruda vocè pro grisea vocabulo irrepisse: deligunt enim. Auct. & nostri grisea, si in cruda legendum sit, cunct Mes. ne ambra sumas quæ extrahendi odoris gratia liquori calido alicui immersa fuerit, qui forte eius temporis vulgaris mos erat, ut & de xilaloe, probat simum, ergo deligit.

Cap. 8.

Cap. 8.

Det. 8.

MA

CO 2

deligit, à qua odor artificio non sit extractus. Quod autem liquefaciat, non terat; non parum certe interest, ut ne eius odor diffuatur, qui terendo magis euuoluit. Sed, & hoc ad ambra delictum facere arbitror, ut eam scilicet deligas qua liquefaciat, talis autem pinguis est, & qua vetustatem non sensit, qua enim arida seu ob aratem seu alia quavis de causa, non facile liquefit. ne interea illud quoque fileam, admoneri nos, ut purissimam deligamus, cui nihil sit permistum, aduterari enim solet gypso, ut monet Auicenna. & xilaloos scobe atque arborum mosco ut Agricola. ac qua eiusmodi est non preapte liquefit. Ob has ergo fortassis causas crudam ambra ut calido in melle dissoluitur, quod quinquam in electario de gemmis ac alijs sequentibus non repetit, memoria tamen pharmacopoeo tenendum est in omnibus, in quibus praesertim multum ambra assumitur, neque enim si probatissima est facile teritur, ob leuorem. Teritamen itidem potest cum alijs aromatis, & saccaro sicuti etiam moschus: sed minus facile, si, ut dixi, probatissima est. Tunc vero non statim tota puluerum massa addenda, sed paulatim, & industriè terendo commiscenda. atque in calidum mel, non calidissimum tamen, ne ambra, atque alia id genus pingua rursus coeant, omnia iniicienda, & rudicula agitanda, ut exactissime permiscantur.

MESVE.

ELECTARIVM xyloaloes morbos cordis, ventriculi, hepatis frigidos sanat, & partes ipsas roborat. Ob id cordis palpitationem, syncopen sanat, exhilarat, coctionem iuuat, ac inde, & odore suo halitum oris commendat. Accipit autem ligni aloes crudi, rosarum rub. ana drachm. viij. caryophyllorum, spica nardi, macis, nucis moschatae, galliae moschatae, cubebae, cardamomi vtriusque, mastiches, cinnamomi, cyperi, schoenanthus, zedoariae, behen albi, & rub. folii, serici crudi, margaritarum, coralli rub. succini, citri corticum, & foliorum, ozini caryophyllati, fisymbrii aquatici, menthae sicca, piperis longi, zingiberis, ana drachm. iiii. ambrae drachm. i. & s. mosch. scup. vnum. excipe melle emblicarum, & miua aromatizata. Datur à drachm. i. ad drachm. iiii.

MAN. DE cubebis non constant inter se Arabes nam Serapion putauit esse oxymyrsinè, & sic esset Rufus. Auicenna Carpesion, & sic essent festuca quaedam non semina. Quibus vero nunc utimur, semina aromatica sunt, quae satis hic congruere videntur. **SQVINANTH.** Floris videlicet scheni. Afferuntur autem nunc non flores, sed ipsa absque floribus planta. **MIV A.** Ex cotoneorum succo confecta, de qua inferius.

COST. **L**IGNI aloes crudi. Agallochum, & Xilaloen vocant de quo Dioscor. lib. 1. Porro quum decem huius differrentias esse dicat Symeon Sethi, fortasse oleastrum Rhodium quod pro agallocho superiori seculo usurpabatur inter eas erat. qua tamen res, ut se habeat, probatissimus agallochus, Indus est. quum enim cetera species si cerebro suffiantur, propter dulcedinem, ut ait Sethi, pediculos gignant, solus Indus

ob sui acrimoniam eorum ortum prohibet. Triplex autem Indus est agallochus, ut in India Commentarijs Lud. Rom. qui in Taprobana oritur, praestantissimus, Calampat vocatur: secundo precio est Loban: tertio Borchor. Calampat manu tractatum miro odore fragrat, quare illius studiosissimi, & auro opulentissimi Indi regis pro delicijs habent, quo fit, ut raro ad nos eius quidquam afferatur. Quo vulgo utimur, loban esse crediderim, quem scilicet ex flumine quodam arripi Lud. Rom. ait. At vero quid crudi agallochi nomenclatione hic Mes. velit, quum digladiantur inter se recentiores, exponam quod sentio. Agallochi ortus natales atque historia sunt superiori aetate quantum coniectari possumus incerta, & longe quam nostro tempore obscurior. hinc ex deliciarum hortis (paradisum vocant) idum aduehi maiores nostri existimauerunt. hinc etiam, quia raro eius arboris quidpiam ad nos affertur, cuius extima superficies exesa carie aut limo non sit obducta; emanasse illud videtur quod Serapion, & Simeon Sethi de eo prodidere. consuesse scilicet Indos, excisos eius arboris ramos multo puluere obruere conciliandi odoris gratia, quo quandiu incorruptum est, caret, ut Sethi ait; aut delibrandi causa ut Serap. Sunt autem haec iudicio nostro fabula, quando paradysi quidem locus ignoratur: recentem autem agallochum rationi consentaneum est odoratissimum esse: & quibus instrumentis ex arboribus absinduntur rami, ijs etiam delibrari possunt. alioqui certe, quod tanto supernacaneo humore is affluat qui conmatum humorem obruat, ut aiunt, aut quod tantus cortici insit lentor eius gratia ferro detrahi non possit, adduci non possunt ut credam. Hinc ergo ob incertam xilaloos historia ac ob probatissimi penuriam, illius aetatis homines varia suspicatos fuisse, proptereaque, ad quos forte exigua tantum frustula afferentur qua inodora essent, excipiendi odoris gratia decocta, & adulterata existimasse, ac crudi exquirendi diligentiam inualuisse etiam existimari. Quae quidem si ita se habent, crudi agallochi nomenclatione eum qui ignis vim expertus non sit, intelligi à Mes. & Nic. Myr. ps. erit arbitrandum. In agallochi tamen delectu nostra tempestate qua multi, & crassissimi eius arboris, rami ducentarum etiam librarum pondus aequantes aduehantur, ubi grauisimus, odoratissimusque agallochus occurrerit, de adulterio, aut elixatione nihil redendum erit.

Macis, nucis moschatae. Nucis moschatae, & macis ortus, ut ex India Commentarijs legere est, in Bādan seu ut alij Bachian est Moluchanum. Arbor est si planta, & foliorum imaginem spectes, nostra regia nucis non dissimilis, quoniam alij persici faciem illi ascribunt. fructus triplici tunica obducitur, extima crassa quale putawen est nostratis; secunda tenui retis instar, quam macis vocant quem hic auhor exposcit, tertia testacea, qualis etiam nostris in st. putamine amoto. in hac intruditur nux qua moschata vocatur, à muschi odore. Feruntur ad nos integra saccharo condita nostratis; bus duplo interdum crassiores, suauissimae autem, & odoratissimae. Ex his eorum opinio excluditur, qui macis nucis huius florem asserunt, debiscentem quidem primo, fructu vero maturefcente coeuentem, contra enim ratio docet debiscere illum quum maturefcat ob siccitate oportere aliorum exemplo: praeterquam quod historia fides illis refragatur. Errare etiam constat qui macis Arabū, macerem Graecorum putant. est enim ut diximus macis nucis moschatae, macer vero non fructus sed magnae cuiusdam radis cortex, ut Plin. lib. 8. atque ille etiam crassus ut testatur Diosc. quare, & Auic. quū Talisafas

Mesua

Q ij

ca

MESVÆ DE ELECTARIIS

ca omnia ascribat qua Diosc. suo macheri, de maci postea diverso agit loco. Tuere tamen ante Serapionem qui de hac quoque re ambigerent, ut ex eius historia patet.

Squinanthi. Iuncum odoratum vocat Diosc. Galenus. 7. de comp. med. per loc. iuncum odoratum rotundum. Quum de hoc dissentiant peritiores aratis nostri herbarij, si recte tamen intueare, vulgare squinanthum ipsissimum est odoratum iuncus de quo Diosc. Ideo Plin. atq; alij quanquam enim calami fasciem refert dum crebris à radice nodis insurgit, circumuehientibus ut in arundine foliolis, quod tamen ijs includitur non est cauū ut in arundine, sed solidum iunci modo, quod eos resellet qui hunc ipsum calami aromaticum esse prodidere. Neque vero cappillamenta ea radicum radices esse arbitror, quibus veteres utebantur, inodora enim sunt & insipida, sed crassior ille est caudex cui culmi insident: quem frequenter vident qui iuncum frequenter tractant. hac pars est odore, & sapore insigni veluti etiam caulis ipse medius qui foliolis arcte contegitur, nisi modo vetustate contabuerit. Flores huius iunci frequentissime nos vidimus quales fere habet cyperus, deciduos, odore, & sapore cum fo ijs pari, quamuis nunquam rose odorem senserimus, id quod in recenti fortasse tantum observatur. Cetera quæ oblatre huic videntur opinioni Matthioli refellit.

Sylimbrij. Duplex sisymbrium, campestre, et aquaticum. de campestri hic mentha amulo intelligit, quod rursus duplex ex Theoph. 6. de hist. plant. & 5. de caus. pl. sylvestre, & sativum. illud describit Diosc. & reperit Matthioli in valle Anania. hoc habemus passim mentha facie odore, ac sapore tam proximum, ut nihil supra, sed folia tamen illi rotundiora, crispata, ferre lanuginosa, & acrimonia atque odor longe acutior quam in mentha. Degenerat hoc neglecto cultu in mentham odore, specie vero quasi in calamintem, ut Theoph. 2. de caus. plant. quem emulatur Plin. lib. 19. recte ille quidē Theophr. ut puto, mentum assiquutus.

Cap. 7.
Cap. 8.
Cap. 10.

MESVÆ

ELECTARIVM lætificans Hamech filij Zacchariæ ad affectus cordis, ventriculi, hepatis, quas partes etiam roborat palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, coctionem iuuat, proindeque oris, & corporis reliqui odorem commendat, coloremque viuendum facit. Accipit vero rosarum, ligni aloes, ana drach. vj. macis, nucis moscatae, galliæ moscatae, cardamomi vtriusque, ana dr. ij. cinnamomi, croci, ana drach. ij. & semiss. cyperei drach. v. caryophyl. mastiches, spicæ nardi, asari, ana drach. ij. Excipe melle emblicarum, aromatiza moschi granis xv. Datur à drach. j. ad drachm. 3.

MANA. HÆC compositio satis cōferre videtur ad ea, quæ laudatur, & nihil est in ea obscuri præter duo cardamomi genera, quæ etsi, ut quomodo apud antiquos vocentur, nesciamus, an ea quib. vulgo vtiuntur, & per se bona sunt, & satis hic congruentia. Aliam eiusdem lætificantis cōpositionem habes ab ipsomet Mesue cap. de Melancholia, à Raze, & Nicolao, & alijs. Fertur, & alia sub Galen. nomine, quam tamen nondam apud illum legi.

SYLV. LÆTIFICANS compositio hæc apud Rasim (quem Hamech filius Zacchariæ vocatum quidam volunt) est lib. 5. continentis, quibusdam tamen

mutatis: alia eidem lib. 9. ad Almans. cap. de melancholia multo præstantior isto etiam Mes. cap. de melancholia alia Mes. & Nicolao ex Galen. (quo tamen lib. nondum legi) citata: alia denique Nicolao Salernitano vltus frequens. Hic vero descripta, quanquam in vtu non sit, tamen ad ea, quæ pollicetur est efficax: horum omnium loco frequentius vtu est elect. Iguificans Conciliatoris differentia 196.

CARDAMOMI. Cardamomi historiam tam CANGUSSE ac varie tractarunt omnes, ut quid hoc sit adhuc ambigant peritiores. Serapion cardamomum id vocat quod Dioscor. cardamomum, cardamomi voce aliud intelligens. Plinius lib. 12. quatuor facit cardamomi genera. Arabes duo maius, & minus; ac præterea etiam de beyl mentionem faciunt, quod tertia cardamomi species videtur. Vix patitur nunc quod granum paradysi, & melegretam vocant quanquam id etiam verum esse cardamomum negant. Nesci tam intricata re nihil certi pollicemur. Vulgatum tamen cardamomum nihil fortasse obstat, quo minus legitimum censeamus, de quo Graeci si enim cardamomum semen est, ut ex Damocrate colligitur earmine de Theriaca; estque album ut ex Paulo. & folli nō includitur, ut ex Galeno. 2. de antid. ubi detrahendum ait follicium, atque hæc omnia in vulgari sunt cardamomo. At obijciunt non esse acre, non amarum, non fr. etu contumax, non capri feriens, quas in eo notas Dioscorid. optat. Ego vero, quanquam non semen solum, sed etiam folliculus, quod semen includit, describitur à Diosc. (conueniunt enim hæc voces, plerumq. oclusum, fractum, non semmi, sed folliculo) ut tamen has notas semini concedam conuenire, sicuti, quod eas habet probatissimum esse cardamomum esse maxime, ita quod ijs caret non statim negarim esse legitimum. sed, si cetera consentiant, cardamomum esse dicam, sed minus probatum. Ita ergo vulgari nostro, si non acre est, non amarum, non fr. etu contumax, non capri feriens, deesse optimi notas dicerem, non esse tamen legitimum ac verum affirmare non ausif. vetustata enim, imo celi solique conditione, quæ alias esse solent præstantissimo odore ac sapore, & substantia diuiori, inodora insipida friabilia euadere quotidiana, docemur experientia. At vulgato cardamomo neque odor nec acrimonia prorsus desunt: amarorem vero abesse non mirum, quæ in optimo, & recenti leuis esse solet. subamarum enim est Diosc. At non est fr. etu contumax. Plinius quod maxime laudatur, acutis angulis, & contumax fricanti esse ait: atque adeo non friatum, sed fricatu difficile quod optimum est facit, id quod in angulorum acutiem, ut ita dicam, referendum est fricantis manus off. ndentem non temere ergo suspicari quis possit esse mendum in Dioscor. Sed est tamen vulgare cardamomum fractu etiam contumax, si digitis ac dentibus, non autem ferreo pistillo experiaris. Ceterum, ut hæc se habeant, pro cardamomo, & hely hic expet ro, ac pro maiori, & minori, quod interdum exposcunt, non aliud quam vulgatum, sapore tamen atque odore maxime præstans est assumendum.

COST.
Cap. 11.
SVLV.
COST.

MESVÆ

ELECTARIVM ex Citro, cor, & ventriculum roborat, coctionem iuuat, oris halitum commendat, flatu crassos dissipat. Accipit autem corticem citri aur. xx. caryophyl. ligni aloes, cinnamomi, macis, galangæ, ana

MAN.
SVLV.
COST.

ana drachm. ii. cardomni, zingiberis. ana drach. j. moschi drachm. v. melle excipitur. Datur ad vnc. v.

MAN. PLACET mihi hoc commixtum, cui si apponeretur citra condita, stans esset, nec minus utile. GALANGÆ ER Radix nunc nouissima, quam, vt supra quoque dictum est, apud Græcos nondum euidenter inueni.

SVLV. IN vsu non est, sed cortex citri saccharo tum liquido, tum sicco conditus ad cordis, & ventriculi robur, & coctionem probiorē diligenter manditur per se, vel alijs mistus: odore. n. aromatico, & calore mediocri, & tota sua substantia dictis partibus confert: huncque feci loco miscere præsentī compositioni, vt sit suauior, nec minus efficac. præstiterit. Moschi largior quantitas hic est; suffecerit. n. scrip. dimid. Ad hæc in dosi pro vnc. v. legerem drach. s.

POST. CORTICVM citri. Citri quum partes sint quatuor, extimus cortex, caro, acidum, & semen: de horum temperamento dissentiunt scriptores miro modo. Gal. 7 simp. in semine ait acidam aut siccam vim præuallere, uterij sit ordinis siccantium & refrigerantium: corticem siccum secundo excessu, in calore autē aut temperatam, aut paulo infracarnem crassi succi, & pituitosam ac frigidam. At Auic. 2. Can. corticem in primo ordine calidum in secundo siccum; carnem calidam, & humidam in primo: acidum in tertio frigidum, & siccum: semen calidum in primo, & siccum in secundo. Verum idem Auic. in lib. de viribus cordis aliter, nempe corticem calidum, & siccum ordine tertio: acidum tertio frigidum, & siccum: carnem primo humidam, & calidam: & corticem tertio calidum, & siccum statuit atq; ita res admodum est varia. Caterum, quinquā non ignoramus Manardum alioqui doctissimum lib. epist. xi. longe aliter sensisse, & Auic. vt eius moris est, erroris damna esse: si liceat tamen nobis proferre, quod sentimus, neq; ob vnus Galeni auctoritatem aliorum iudicium tam parui estimandum censo, vt qui à Galeno dissentiunt, statim falsi omnes sint iudicandi: neq; minori notandus culpa esset Galenus, si modo tam prompte liceret de magnis viris ferre sententiam. Quis vogo citri semen acidum esse dixerit, vt Gal. ait? Quo pacto idem semen amarum, ex Galeni lege, frigidum tertio est ordine? At idem Gal. eodem in loco dissentienti huic vim ascribit: non dissentiunt autem que frigida, sed quam mire illud varium? semen initio in tertio siccantium ordine collocat, postmodum secundo gradu siccum pronunciat. Cur autem acida pars omisa est à Galeno? Hæc erant etiam à Manardo perpendenda. A. e. autem vt breuissime nos rem explicemus. De citro subesse in Galeni libris mendum ob hæc que modo dicebamus, semper sumus suspicati, confirmant vero id suspicionem hanc nostram, quod Serapio de eodem longe aliter ex Galeno, quam vulgata eius lectio habeat neq; autem irrepsisse hunc in Galeno errorem nunc tantum, puto, sed iam multo antea, quando, & Aetius, & Paulus in eadem sunt culpa. Ergo de citri partibus ita sentio. Extimum quidem corticem, qui & acris, & feruidiusculus est gustu, non solum calore temperatum, sed primo etiam ordine calidum cum Auicenna: non attingit tamen tertium ordinem, vt auctor lib. de viribus cordis. siccum vero etiam ordine secundo cum Galeno, & Auicenna. puto. Caro autem, aut cum Galeno frigida atq; humida est, nempe pituitosa, aut forte (quod magis placeat) calida, & humida primo ordine. dulcis equidem est, neque, nisi crassiori constaret substantia, tam promptum pituita generanda esset alimentum. Acida porro pars,

A insigniter acida quum sit, tertio ordine cum Auicenna refrigerare, & siccare potest. hæc vero etiam scripsisse Galenum arbitror, nempe que in vulgata lectioe semini ascribitur, de acida hæc parte dici verisimile est: quum Serap. ex Galeni auctoritate in secundo gradu collocet. semen vero tantum abest, vt frigidum tertio excessu putandum sit, cum vulgata Galeni scriptura, vt contra in primo saltem ordine calidum cum Auicenna. poni debeat. amarum enim est mediocriter, non tamen in gradu tertio calidum dixerim, vt auctor libri de viribus cordis. siccum vero idem esse in secundo gradu alijs assentiar. Atq; hæc de citro. Sande autem, quod ad hunc locum pertinet, quales nam cortices citri assumendi in hoc antidoto, sicci ne an recentes, in quo habere quosdam video, apertum fiet us, qui norint maiorem longe acrimoniam, atque odorem inesse recentibus quam siccis, deligendi ergo recentes. ita vera in syrupo de corticibus citri bieme B auctor recentes iubet assumi.

MESVE.

ELECTARIVM dulce ex Moscho, ad frigidos cerebri affectus, melancholiam, & ei connatam tristitiam sine causa manifesta, vertiginem, epilepsiam, paralyti, oris torturam, seu spasmodum cinicon, cordis palpitationem, pulmonis affectus, & spirandi difficultatem. Accipit autem croci, doronici, zedoariae, ligni aloes, macis. ana drachm. ij. margaritarum aio. serici crudi vsti, & electri, corallij rubri. ana drachm. ij. & semiss. & galliæ moscatae, ozimi citrati. ana & drachm. ij. & semiss. beæ albi, & rubri, folij, spicæ nardi, caryophyllorum. ana drachm. j. zingiberis, cabebæ, piperis longi. ana drachm. j. & semis. moschi scrup. ij. Excipe mellis crudi quadruplo, vase vitreo conde: datur à drachm. j. ad drachm. ij. Amara autem fiet, atque ad prædicta efficacior, & præterea ventriculi humores etiam putres potentius absumet, si addantur absinthij, rosarum. ana drachm. iij. aloes lotæ drachm. iij. castorij, ligustici. ana drachm. j. cinnamomi & iemiss.

CONFECTIO de Musco. i. compositio de musco dulci. denominatur autem à musco propter muscum qui ingreditur compositione ipsius: & dicitur diamuscum dulce, quando est sine aditione rerū amararum, quæ ponuntur in fine huius descriptionis, & dicitur diamuscum amarum, quando aloes, & alia amara ponuntur in ipso: & ipsius esset efficaciam maior, est. n. istud electariū conferens debilitati cordis: & ad oēs egritudines melancholicas absque febre tabulādo spiritus cordis, & cerebri, exacuendo sensus intrinsecos, princ. paliter cereb. ū confortando: vnde summe confert oibus passionibus frigidis cerebri, & neruorū, & plura habet alia inuamenta, quæ ponuntur in litera. Dosis autē eius est à dr. j. vsque ad ij. secundū quod corpora sunt debilia, vel robusta, de mane ante cibum ad minus per duas horas, stomacho bene vacuato à superfluitatibus quanto plus est possibil. In oibus operationibus supradictis efficacior est diamuscus amarus, quā dulcis, sed dimittitur propter displicentiam eius in gustu: & tēpus assumptionis eius, & dosis Mesua. Q ij eius

Conf. de musco dulci.
† herabe.
† mosch. non habet muschara.
† drach. j.
† drach. j.

MESVÆ DE ELECTARIIS

Stannum eius esset eadem sicut de diamusco dulci, vel minus. Restat descriptionē eius legendo verificare particulariter, declarando quæcumq; simplia cōponentia ipsum; & primo. R. croci: est calidæ cōplexionis in secūdo gradu, & sicca in primo, & est medicina valde cordialis prouocās ritum. Doronigi est radícula parua, saporis dulcis, & est calidæ, & sicca cōplexionis in tertio gradu portatur ad nos de partib. oriētalibus. Lignū aloes. Istud est lignū odoriferū quod portatur ad nos de partibus India. proprietatē magnā habet ad stomachū frigidū, & ad cerebrū, & est calidæ, & sicca cōplexionis in secūdo gradu, licet siccitas sit maior caliditate eius. Sophisticatur, & adulteratur, vel alteratur per decoctionē eius in aqua, & sic tollitur virtus eius: ideo studiū est de crudo habēdo, quia crudū est melius coctō: & ideo mirandū est quod Auic. nō facit de ipso capitulū in secundo can. vbi de simplicibus tractat. Macis, multi dicūt, quod est cortex exterior nucis moscata: alij, quod est cortex alterius arboris productis aliū fructū, & asportatur de partibus India: medicina est aromatica, stomachalis, iuuans ad digestionē cibi, & ad eius retentionē. est calidæ cōplexionis, & sicca in secundo gradu: sed siccitas eius superat cū virtute styptica. Ambarū margaritarū. i. crassarum, & minutarū, crasse tamen oīno sunt meliores, & perfectiores. aliter, et melius, perforatarū, & non perforatarū: artificialiter aut perforantur, & efficiuntur magis parua, & clara; ex eis ēt reperiantur aliqua perforata; quas puto tamē ex artificio perforatas fuisse. Nō perforata cōplexionis sunt frigida, & sicca versus primū gradū cum virtute aliquā absterfua sed perforate participāt plus de virtute styptica, quā nō perforata; quia in perforatione & practica resoluitur plus, si qua humiditas est in eis, sicut præcise euenit de gallis quercus perforatis, quia perforatae sunt magis siccae cū maiori stypticitate. Oēs margaritæ a proprietate sunt cordiales, resistentē corruptioni sanguinis circa cor. Cōferunt ēt tremori cordis, & iuperflue calefactioni eius: ideo cōmuniter ponūtur in confectionibus febricitantiū, & debiliū in virtute portātur de vltra, marinis partibus, & ibidē iuxta litora maris repriuntur. Setae crudæ adusta, dixit cruda quia virtus eius extrahitur per decoctionē in aqua, sicut dictū est de ligno aloes, demum vitūtur illa aqua cum virtute iua. vnde cruda est melior. & nō adusta est maioris efficacæ, si cum artificio subtiliter teratur, vt minutim ipsā incidēdo, demū pistando ipsam cū margaritis, sicut dicit Serapio in suo de simplicibus in c. de seta. ipsa est calidæ cōplexionis, & sicca in primo gradu: est medicina cordialis purificās spiritū, & sanguinē, et ipsos clarificans, et vnit virtutē, & a proprietate cōfortat, producitur a quibusdā vermiculis, qui pascuntur de folijs moris celsi. Charabe: gūmi est cuiusdā arboris nominatæ ibex romana, coloris citrini cū aliquā rubedine cōgelatū. & sūt ex ea pater noster. virtutē, & proprietatē habet ad se attrahēdi paleas, & festucā, sicut magnes attrahit ferrū, vnde in Arabico tantū est dicere Charabe, quantū rapiens paleas in latino. Est calidæ cōplexionis ad primū gradum, sicca in secundo sū Auic. confortat stomachū prohi-

bendo vomitū, & nausē, & prohibendo humiditates malas congregatas in eo, & a proprietate cōfert cardiacæ, et tremori cordis. Coralli rubei tres sunt species ipsorū, rubei, albi, & nigri, & sūt radices, & rami cuiusdā arboris nascentis in fundo maris, in partibus Africa, efficiuntur nodosi ab aqua marina; & cum exeunt ad aerem indurantur, immo petrificātur. meliores sunt rubei, qui cōter habentur in vsu, & sunt frigidae cōplexionis in primo gradu, & sicca intra secundum. a proprietate cōfortant stomachum, & remouent mala accidētia ipsius, immo sola ipsius suspensio ad collum ex directo iuper stomachū curat dolores ipsius, & prohibet vomitū, & nausēam, sicut suspensio ligni crucis ēt curat epilepsia, & hæc sunt verba Galeni, autoritate Auic. secundo cano. c. de corallo. & ex hoc mouentur matronæ bene doctæ ad suspendendum corallū rubeum ad collum infantium, ad prohibendum vomitum lactis ipsorum, qui plurimum venit ex dolore ventoso, vel alio in eorum stomachis generato. cōfert ēt febricitantibus prohibendo resolutionem spiritū, & cor misce confortando, vnde in cōfectionibus cōmuniter apponuntur. Gallia muscata, hæc est quædam medicina cōposita cuius descriptio sub nomine confectionis galliæ muscatæ ponitur a Nicolao in suo antidotario: reducitur tamen ad formam trochiscorū, & sic cōseruatur: raro tamen habetur in vsu per se sola, sed ingreditur confectiones præciosas, & antidota magna, & componitur ex gallis, & aromatis alijs, & musco. vnde denominatur a gallis, & musco. virtus autem, & complexio, quæ reultat in ea est calida in primo, sicca in secūdo gradu. mirabiles operationes habet in confortando principalia membra, & plura alia posita a Nicolao in suo antidotario. Fiunt autē trochisci aliquando de gallia muscata, quorum descriptio ponitur ix Almanforis c. de prouocatione menstruum, & ad educēdum partus. quorum dosis in puluere albo subtili accipiēda est vsque ad drach. j. & ego iam diu vidi in his certam, & veram experientiam in facilitando partum difficilem, & ipsū absque nocimento foetus, vel mulieris accelerando, immo etiam in educēdo foetum mortuum, & secundinam. Ozimi, idest basiliconis caryophyllati tendentis ad aliquā citrinitatē, & illa est expositio vera, nam ozimum idem est, quod basilicon citrinum, idest caryophyllatum cum aliquā citrinitate habens odorem caryophyllorum, & virtutem. Est enim duplex ozimum, habens flores nigros, & caryophyllatum, quod etiam in multis locis reperitur. vnde citrinati conuenienter posset exponi, idest de illa cōtrata vbi nascitur basilicon caryophyllatum habens folia, & flores recentes ad aliquā citrinitatem. & est calidæ cōplexionis in secundo gradu, & est magis conueniens, quam ozimū caryophyllatum. iuuat vero ad digestionem cibi crassi, & est difficilis ad digerendum. Confortatiū est cordis, & aperitiū oppilationum hepatis, summe cōfortat cerebrū, desiccando superfluitates phlegmaticas multiplicatas in eo, sed principaliter iuuat ad aperiēdū oppilationes factas a phlegmate i carunculis, vel in naso, solo odoratu, vel quolibet aliter pparato, vt attrahēdo eius

eius aqua distillata per nares, vel eius succum, si-
cut fit cōter de aqua maiorana. Behē al. & rub.
radices sunt, quę portantur de India, & de eis sūt
alba, & rubea: Rubea tñ sunt magis cordiales,
quam alba, vtręque sunt calidę complexionis,
& humidę in secundo gradu, sed quando defie-
cantur diminuuntur ipsarum humiditates, & re-
centes comeduntur, vel conditę cum zucchero, vel
cū melle augmentant sperma, Et hic memorā-
dū, quod behen scriptum per h, & per duo ee, est
radix alba, & rubea, de qua nunc dictum est, sed
ben scriptum solum cum vna litera e, absque h,
est semē cataputię, quod est medicina solutiua,
de qua dicetur inferius. Folij sunt eius duę spe-
cies scilicet aquosum, quod nascitur in aqueis lo-
eis, vel in aquis dulcibus absque radice in aqua,
sicut lenticula aquę, & est aliud arborosum, qđ
nascitur ex arbore quadam in partib. Indię extra
aquas, similitudinem in virtute habet cum spica
nardi, & istud folium arborosum, est illud, quo
vtimur in medicinis nostris, quia laudabilib. est
alio, & est calidę complexionis, & sicca in secūdo
gradu odorem habet aromaticum, & virtutem
habet confortatiuam membrorū principalium
in oībus operationibus ipsorum a proprietate,
conseruat pannos a corrosione tinearum tpe g-
stiuo, dicunt tamen aliqui, quod folium non est
aliud nisi folia plantę producētis caryophyllos.
Spicę duplex reperitur, scilicet spica nardi, & spi-
ca celtica seu spica inda, quę idem est cum spica
nardi: spica romana, quę idem est cum spica cel-
tica. vtręque est aromatica cum odore acuto, ca-
lida est in primo gradu, sicca in secūdo. cōfortat
stomachum frigidū, & efficit odorem bonū, &
confortat cerebrū, & prohibet descensū reuma-
tis ad partes pectoris, vel pulmonis: aperit oppi-
lationes hepatis, & stomachi, & plura alia habet
iuuamenta, quę vide ab Auic. secundo cano. c.
de spica. Qñ autē spica absolute profertur, intelli-
ge semper de spica nardi, seu spica inda, quę est
idē cū illa; quia magis aromatica: & quia omnes
operationes habet pfectiores, quā spica celtica,
vel romana: quę pro eadem assumitur. Caryo-
phyllorum. non sunt caryophylli. deferuntur ex
India, & sunt calidę complexionis, & sicca in se-
cundo gradu. Frustra autē caryophyllorū satis de-
ficiunt a virtute, & operatione ipsorum: ipsi sunt
principaliter stomachi cōfortatiui virtutis dige-
stiuę: & hepatis: & stomachum, & cerebrū cō-
fortant, masticati. & retenti in ore odorem oris,
& totius corporis efficiunt bonum. Zingiber ra-
dix est cuiusdam plantę, quę affertur de partibus
Indię: calidę complexionis in secundo gradu:
humidę in primo dum est recens: sed post colle-
ctionē cōtinuę priuatur humiditate, & efficitur
sicca complexionis in primo gradu: & tūc calidi-
tas eius augetur æqualiter in ipso ad tertiu gradū:
zingiber autē conditū cū melle siccius effici-
tur siccitate mellis: nō sic autē conditum cū zuc-
charo: diuersificantur autē radices zingiberis sñ
diuersitatē loci in quo oriuntur: nō tamen spe-
cie differunt: quia vbique eadem est planta pro-
ducens zingiber: & est optima medicina ad cale-
faciendū stomachū, cerebrū, nucam, & omnia
membra neruosa: & mire cōfert omnibus do-
loribus ventosis, & factis a materia phlegmati-

ca post euacuationē, velociter, & a proprietate
vigorat operationē turbidā, vt inferius appare-
bit. conditū autē cū zucchero confert paralyti-
cis, & stomacho debili. Cubebę sunt fructus eu-
uidā arboris, seu grana quę adā, similia piperi ni-
gro, quę affertur de partibus Indię, & sunt ca-
lidę complexionis, & sicca in secūdo gradu, con-
fortatiuę multū omnium virtutum cerebri, &
maxime masticata, & diu in ore seruata, spiritus
claros faciunt; sūt valde potentes in aperiendo
oppilationes hepatis, & ipsū mire confortāt. Pi-
peris longi. fructus est arboris, qui affertur a ter-
ra multū remota in India, calidę, & sicca cōple-
xionis vltra tertiu gradū: sed caliditas eius supe-
rat siccitatem. Reperiuntur autē tres maneries pi-
peris: licet ab eadem arbore producantur: est. n.
piper longum, quod colligitur qñ incipit matu-
rari: est vltius piper nigrū cum est perfecte, &
vltimo maturum: denigratur autē ex forti incē-
dio solis in partib. illis, nā in partibus orientali-
bus oritur. Est et piper album, quod est medium
inter piper longum, & nigrū ex parte maturita-
tis ipsorū. Nā sic euenit de pipere lōgo in exem-
plo loquenco, sicut de borachijs scilmorum, qui
elongantur post ipsorum natiuitatē ex humidi-
tate superflua. Est autē piper nigrum calidius, &
siccius albo, & album calidius, & siccius lōgo. &
in longo est maior siccitas. omnis maneries
eius calefacit summe stomachū, musculos, & oīa
membra neruosa, oppilationes aperiendo, & hu-
miditates superfluas phlegmaticas desiccādo, &
masticatū cū passulis attrahit phlegma a partib.
cerebri: & vocem raucā clarificat masticatum,
& retentū in ore. Musci est. n. res odorifera mul-
tum, quę reclusa reperitur in quodam folliculo
in quo oritur: & sic extrahitur a quodā animali,
assimilato gazelo in partibus Indię, & est calidę
& sicca complexionis in secūdo gradu: licet ca-
liditas superet siccitatē: mirabiliter subleuat vir-
tutes cordis, & cerebri prostratas, portando etiā
virtutes aliarum medicinarum ad membra ip-
sa: & ab ipso denominatur presens electarium,
quoniam sensibilis quantitas ingreditur cōposi-
tionem eius. Est. n. muscus theriaca venenorū,
& maxime Napelli. Cōfice cū melle crudo: & sit
quadruplū ponderis omnium scilicet supradictorū
aromatum: vnde ad libram mellis ponatur
tres vncię de supradictis aromatis. proportiona-
biliter secundū descriptionē: pondera particu-
lariter supposita in litera: quā per te ipsum lege:
quia clara est: & hic specificatiuę ponitur quan-
tū mellis requiritur ad hoc electarium conficiē-
dū: quod non facit in alijs elect. subsequentibus,
sed superius quantum fuit expediens declarauī.
Mellis autē, quod melapum vocatur, quia ab eis
producitur cū depascuntur ex rore super florib.
melli fluis adherente: & est calidę complexionis,
& sicca in fine secūdi gradus: licet caliditas su-
peret siccitatem. In iuuenibus autē cōuertitur in
choleram: si eo superflue vtuntur: & in senib. in
benignum sanguinē. In super habet virtutē for-
titer absteriuā maxime phlegmatū: & aliatū su-
perfluitatū contentarum in stomacho: est et op-
pilationū aperitiuū, & maxime cum sit crudū.
Nam per decoctionem viscositatem aliqualem
acquirat: & est cōueniens ei, qui fungos veneno-
fos

Culib.

Tiper.

Muscar.

Demelle.

E. h. u.

Folij
d. u.

Spica.

Caryophyl.

Zingiber.

MESVÆ DE ELECTARIIS.

fos comederit: & ei, qui opulenti sumperit: per se solum non est sapor usus eius bonus: ponitur autem ad componendum aromata, & ad ipsa dulcorandum in electariis quibus cōiter admiscetur, ut delectabiliora reddantur in gustu, & ad faciendum alias operationes dictas superius cum virtute sua. Dosis autem dicti electarii est, usque ad drach. ij. de quibus dispositionibus dictum est superius in principio declarationis huius electarii, & similiter dictum est in vno notabili anteposito tempore, & horas assumptionis. Est autem drach. ix. pars vnicæ. Complexio autem dicti electarii resultans ex suis simplicibus componentibus ipsum est calida, & sicca, & eam primam operatur, licet etiam a proprietate plura alia faciat iuuamenta. Restat transire ad declarandum simplicia, quae ingrediuntur in additione huius electarii diamulsi, posita in fine ab auri. Sed vocatur diamulsi amarus sicut superior vocatur diamulsi dulcis. Et cum dicit absinthij, diuersificatur absinthij secundum diuersitatem loci, & proprietatem in quibus oritur. Et ideo denominatur absinthij Romanum: & istud est melius alijs, vna tamen, & eadem est species: quod autem in montibus, & in locis saxosis oritur est melius, quam paludosum, vel quam id quod nascitur prope mare. herba est nota satis, quae suo acuto odore, vel amaro sapore cognoscitur: calidæ complexionis est iuxta secundum gradum, & in siccitate ipsum transcendit cum stipticitate: quidam tamen ponunt ipsum calidum in primo gradu, quia in fine primi gradus: & quidam in secundo, quia in principio secundi gradus: & sic et dicunt ipsum esse siccam in secundo gradu, quia in fine secundi gradus: quidam in tertio, quia in principio tertij gradus: habent nam gradus medicinarum latitudinem magnam, & sic potest discordia authorum diuersimode gradus medicinarum accipiendo, faciliter declarari. Nam declarandum est modo iam dicto. Vtilis, & efficax medicina est absinthij in reducendo appetitum prostratum, & in confortando virtutem digestiuam stomachi, & hepatis, & membrorum: oppilationes aperit meseraicarum: color est corporis bonum efficit, & mire subuenit cachexia, & habitudini malæ cum qua est equalis admixtio coloris citrini cum albo: virtutem lenem habet in soluendo cholera subtili cum phlegmate aquoso permixta a stomacho, intestinis, & hepate, non tamen ulterius extenditur virtus eius. Et dosis eius in infusione seu in decoctione eius quatuor vnicæ est usque ad vij. in puluere autem ab vna drach. usque ad ij. & in succo a duabus drach. usque ad tres. Et omnibus prædictis modis cum adest dosis debita leuis fit solutio vetric rarissime tamen vtimur eo solo secundum aliquem prædictorum modorum: admixto autem sapor vtimur ipso: non quantitate, vel pondere quo sensibiliter soluat, sicut in additione presentis electarii ponitur. Possent tamen omni modo assumi, & summe confortat in dispositionibus dictis, si non esset eius displicentia in sapore, & est in odore. Rosa. Rosa est ex medicinis benedictis in operationibus suis, & cordialis, & odorifera. Sunt autem ex eis albae, & rubrae, & planae, & crispae in folijs suis. rubrae, et planae sunt meliores albis, et crispis, et magis odoriferae, et complexio omnium ipsarum est in primo gradu frigiditatis modicum ipsum ascendens in gradu stipticitatis, et maxime dum sunt

ficca, quia recentes in dictis gradibus remittunt. Rubra tamen minus, quam albae sunt frigidae, & in siccitate remittuntur. Coniungitur etiam in eis manifestata stipticitas, & aliqualis caliditas propter ipsam amaritudinem cum dulcedine quadam. Vnde diuersae operationes possunt ab ipsis provenire: tamen operatio ipsarum principalis est remittere caliditatem superfluum cordis, & hepatis. prohibere resolutionem spirituum in membris principalibus, & quaeunque membra principalia relaxata confortare, & maxime stomachum. Reprimunt vndique vapores ascendentes ad caput virtutem solutiua leuissimam habet succus recentium, vel ipsarum decoctionum, quia a siccis tollitur omnis virtus solutiua, quae est in eis, & dosis sicci earum est ab drach. j. usque ad ij. admixti cum zucchero, & dosis decoctionis earum recentium est ab vnicæ. ij. usque ad iij. sed his duobus modis raro vtiuntur eis pro solutione faciendâ, quia leuissima est earum solutio cum displicentia aliquali in ipsarum sapore, & quia non solum rosae recentes reperiuntur, loco autem succi, vel decoctionis earum vtimur cassia, vel tamarindis, vel manna, quia illarum copia magnam habemus. Soluit autem succus, vel earum decoctio materiam cholericam sanguinem purificando ab eo, & ipsum aquosum remittendo a calore superfluo, vtimur saepe aqua ex rosis distillata, quae aqua rosata vocatur, in epithimatis cordis, & hepatis: & alijs complexionibus calidis, & oculorum, & omnium aliorum membrorum. Ac et vtimur saepe rosae conditis, cum zucchero minutim incisis, quae mixtura vocatur zuchcharum rosatum, & confortat aduersionibus oris, & linguae, & stomacho calido, & aliquando alijs membris cum aqua hordei colluendo vel gargarizando, vel quomodo libet aliter assumendo. Et aliquando imo sapissime, vtimur rosae conditis cum melle minutim incisis, vel cum zucchero, & melle simul admixtis ad solem positis, & parum decoctis, quae mixtura vocatur mel rosatum cum folijs, vel colatum, & huius mellis rosati usus est valde conueniens est abstergendum, & exiccandum materias phlegmaticas putridas contentas in stomacho, ac et intestinis. Calefacit virtute mellis. Et infrigidat aliquantulum virtute rosarum, sed omni modo deficiat, vincit autem apparenter caliditas eius frigiditatem, & non transit virtus eius ultra regiones hepatis, assumpti in forma electarii nunc dicta. Sed si assumatur cum decoctione aliqua, aut aquis distillatis inferius declarandis, cum virtute sua usque ad regiones venarum pertransit, & illo modo dosis est, usque ad vnicæ. ij. sed raro per se solummodo sumitur, licet cum alio syrupo permixtus in eodem pondere, & mensura, sicut apparet in cura phlegmaticae febris, vel tertianae nocturnae, quibus in principio mel rosatum est summe conueniens, diuersis tamen modis, & potionibus vbi alibi est videre: non tamen minus constringit, deficiat, & calefacit stomachum, isto modo preparatum, quam cum rosae incisis, vel cum zucchero admixtum in modo plus, cum eius virtus transiret ad profunda: & sic generaliter in usu vbi que locorum ab ipsis, qui practica insequuntur: & geleniabini. i. mel rosatum vocatur ab omnibus authoribus medicinae. Vtimur etiam rosae siccis in lotionibus, facellis, embrocationibus, in electariis, pilulis, & pulueribus, & alijs, quae mirabilis operationem efficiunt cum suis qualitatibus

Absinthium.

Rosa.

Aqua ros.

Zuchcharum rosatum.

Mel ros.

Rosatum in aqua ros.

De elec. 196.

196.

196.

196.

196.

196.

bus primis, & ipsarū sūpticitate. Sed magis ope-
 rantur ēt a forma specifica, membra principalia
 confortando, & spiritus cū suis odoribus suavis-
 bus, & amenis. Et fit ēt ex rosis recētibus oleum
 rosatum: nam fit, vt plurimum cum oleo oliua-
 rū perfecte maturarum, & istud cōmuniter est
 in vsu ad repercutiendū virtute rosarum mate-
 rias fluentes, si ex ipso inungantur, & virtute olei
 aequaliter resoluendo, vnde in principio contu-
 sionū est optima medicina. Fit ēt oleum rosatū
 ex oliuis immaturis, vel non perfecte maturis,
 quod vocatur oleū omphacinū, & istud est mag-
 is repercussum, frigidum, siccū, & sūpticum,
 quam aliud dictum: non tamen nisi magistraliter
 preparatur ab aliquo. Fit tertio oleū rosatum
 ex oliuis complete maturis ad inixtū cum rosis,
 & aliquantulo salis, & istud est fortius in desiccando,
 & ēt resoluendo cum virtute leniter cō-
 pressiuā: & ista de rosis sufficiant qualitercūque
 paratis, seu administratis, & si hic prolongauit ser-
 monē, breuitate vtemur in posterum cū in mix-
 tis, de rosis faciam mentionem. Aloes optimi. i.
 succotrinī, inter oēs alias species aloes succotri-
 num est melius. Abluti. i. loti cum aqua endiuic,
 vel aqua pluuiali, sicut cōmuniter fit ad remo-
 uendum acuitatem ipsius, & nocuenta, quæ ex
 ipso accidere possunt, maxime de fractura seu
 aperta venarū, sed ex lotionē ipsius frangitur,
 & debilitatur satis virtus eius solutiua, sed addi-
 tur eius virtus in cōfortādo virtutes membrorū
 intrinsecorum, & maxime stomachi. Eius autē
 potentia soluendo nō transit vltra regiones he-
 patis nisi cū alijs medicinis solutiuis admixtum:
 vel cum alijs vigorantibus eius operationē. Non
 ablutū autē vigorosius soluit, minus tñ membra
 cōfortat. Et ideo cū ponitur in isto electario, est
 abluendum cū aqua pluuiali, vt eius acuitas, &
 solutio remittantur, licet quantitatis eius, quæ
 ingreditur in additione eius electarij non sit po-
 tes ad soluendum ēt si ablutū non esset, conside-
 rata dosi, quæ ipsius dēt assumi assignata super-
 rius. Et notandū, qd de aloe varij varia dicūt. Est
 .n. quorundā opinio, quod aloe tripliciter variat-
 tur solū in nomine, & in suis partib. per decoctio-
 nem ad ignē: dicunt .n. quidam ipsum esse succū
 cuiusdā herbe in vltimam partibus adiuuent-
 tæ, qui ad ignē randiu decoquitur, quod ad soli-
 dā formā reducitur, & quod eius pars superior,
 in decoctione est aloe succotrinū, & illud est pur-
 rius, & melius alijs: pars autē media est aloe hepa-
 ticum, & istud sequitur in bonitate post succo-
 trinū: vltima est pars infima, quæ dicitur aloe ca-
 ballinū, & istud est minoris bonitatis alijs su-
 pra dictis. Et hæc opinio pluribus creditur, & pro fir-
 mo tenetur: non tñ traditur a doctoribus medi-
 cinæ aperto sermone. Alii autē dicunt, & affirmāt
 prædictā opinionem clarissimis rationibus impu-
 gnādo, quod aloe est (vt dicitur) succus inspiss-
 latus ad ignē, vel ad solem tēpore æstiuo diuer-
 sarum herbarū, non tamen aliter adiuuicē differ-
 runt nisi secundū, quod diuersitas est in vuis, &
 consequenter in vuis: dicunt .n. quod herba ex
 cuius succo fit aloe hepaticum in bonitate per-
 fecta est, post aloe succotrinū: & vltimo in boni-
 tate est herba ex cuius succo fit aloe caballinū, si-
 cut .n. vna, & vna multum differūt in sapore, &

A in bonitate ipsorū, non tamen adiuuicem diffē-
 runt genere: & vt sic quilibet succus prædictarū
 herbarū ad perfectionē decoquitur de per se, &
 huic opinioni est plus adnærendū. Vnde alii di-
 cunt, quod prædictæ tres herbe diuersificantur
 secundū diuersitatem loci, vel patriæ in quibus
 oriuntur vel crescunt, & sic subsequēter diuersifi-
 cātur species aloes, sicut cōtingit in diuersitate
 vuarū, & vini secundū diuersitatem situs, & loci in
 quibus vna oriuntur, & fiunt, vt patet de vinis
 collectis in partibus vallis Armeniæ inferioris,
 & ēt de vinis collectis in vallibus, secus, quæ sunt
 media in prædictis. Et hæc opinio non discrepat
 in prædictis a recto tramite veritatis, quælibet
 tñ species aloes est calidæ, & siccæ complexionis
 in secundo gradu, licet siccitas superet calidita-
 tē, quia ascendit ad tertiu gradū. Aloe autem per
 se solam non assumitur, propter pericula, quæ
 exinde accidere possunt. Est .n. principaliter so-
 lutiuum materiei cholericæ cōtenta in stoma-
 cho, & meleraicis, ac ēt in intestinis, multū tar-
 dator eius operatio, vt a xii. horis, vt plurimū vs-
 que ad xxiii. horas, & dosis est vsque ad drach. ii.
 & s. secundū potentias corporū assumētū ip-
 sum, sed nō consulo vsu eius, nisi alijs medic-
 nis admisceatur. Habet insuper virtutē desiccati-
 uam humiditatum, & putredinū stomachi, ac ēt
 intestinorum, sed prouocat hæmorrhoidas, ideo
 ad eas dispositi non assumant, & aliquando est
 abstinendum ab ipso tēpore frigido, ac ēt multū
 calido, sicut Meue expresse declarat in capitulo
 proprio. In oibus operationibus autē aloe succo-
 trinū est potentius, & vigorosius alijs, & maxi-
 me in soluendo. Cum autē aloe in aliqua descri-
 ptione absolute profertur, intelligendū est de aloe
 succotrinō tanquam de meliori, & magis perfe-
 cto. Castorei, est .n. pinguedo inuoluta in quod
 dam folliculo iuxta testiculos cuiusdā animalis,
 & in meridionalibus partibus reperitur, & est ca-
 lidæ cōplexionis in tertio gradu. siccæ in secūdo
 gradu. virtutē habet calefactiuā, & confortatiuā
 neruorum cū manifesta resolutione materiarū
 contentarū in eis. Et ideo cōfert spasmo humi-
 do repletionali si mēbrum spasmatū ex eo linia-
 tur. Confert ēt superfluo pruritu puerorum, ac
 et a epilepsiæ, ipsum mire pōt subuenire, si col-
 lum, & nuca inungātur eisdē operationes efficit
 manifeste si abluatur, & sumatur vsque ad dr. ii.
 sed non vsitatur, a medicis de per se nisi admix-
 tum cum alijs medicinis cōpositis, Keisin. i. leui-
 stici planta est satis nota nascitur iuxta tumulos
 sepe, & est calidæ cōplexionis, & siccæ in secūdo
 gradu; vtitur in oibus medicinis eius semine
 non folijs, vel radice, quæ efficacius est: habet .n. vir-
 tutē appetitiuā oppilationū, & desiccatiuā humi-
 ditatum contentarū in stomacho, & resolutiuā
 ventositatū crassarū, & forticatiuā digestiuā vir-
 tutis cū caliditate, & aromaticitate sua. Et si ip-
 sius seminis puluerizati exhibeat alicui in astate
 pfecta vsque ad dr. j. cum aqua graminis, vel ab-
 sinthii, mire educit vermes, & ascarides, tamen
 quantitas prædicta debet minui in pueris. In fe-
 brientibus autē febre cholericā nō sic secure cō-
 ceditur. Cinnamomi, duæ sūt eius maneries, est
 .n. cinnamomū, qd est subtile multum, lōgum,
 perforatū, aromaticū valde, & cū multo sapore.
 Est

De oleo nra

De oleo

De oleo nra

Aloe per se
solum assumi
non debet.

Castoreum

Mirabile in
epilepsia.

De Keisin.

Mirabile in
vermibus.

De cinn.

MESVÆ DE ELECTARIIS

ES. cortex interior cuiuscā arboris odoriferi valde, & istud vocatur proprie cānella, perforatū est, & tale est perfectius in omnibus operationibus suis. Est aliud quod vocatur cinnamomū, quod est crassum, & est cortex exterior arboris in partibus Indiae. vtrunque est calidæ cōplexionis, & siccae in secundo gradu, sed caliditas eius superat siccitatē: prerogatiuā habet super omnia aromata ad confortandū virtutē digestiuam in stomacho, & ad exiccandū, & prohibendū putrefactiones in eo: ac etiā ad aperiedum oppilationes hepatis, & aliorum membrorum. confortat cerebrū, & alia principalia membra, & est multae prouocationis, & maxime menstruorū. odorem oris efficit bonū, & totum corpus redolere facit, & hæc est declaratio descriptionis præsentis electarii, cui de melle crudo ad ipsum confortandū proportionaliter addi debet secundum quod in hac additione aromatum factum est supra.

ADDITIONO.

AVICENNA quinto can. habet plures descript. diamusci, sed non sunt in vsu. Similiter Halliabas. & Serapio in proprijs antidotarijs habent descript. diamusci dulcis, & amari, parū ab ista differentes. Rasis etiam. ix. ad Almanforem, & in diuisionibus ponit diuersas descript. diamusci, quæ non sunt in vsu, quia ista, quæ est Mes. videtur alijs nobilior, ideo apud oēs plus in vsu habetur, & dulcis plus quam amara, quamuis sit maioris efficacitæ ad ea, quæ describuntur, tamen propter eius malum gustum à modernis relinquitur.

Ozymum citratum quod.

ERRAVIT comment. circa illa, quæ hic dicit de ozymo, nam per ozymū citratū intelligere debemus mellissam, & nō duas res scilicet per ozymum basiliconem, & per citratum ozymum caryophyllorum: nā quādo reperitur ozymum caryophyllatum nō intelligimus ozymū, & caryophyllos, & quādo reperitur ozymū carminum nō intelligimus ozymum, & ciminum. Similiter nec per ozymum citratum debemus intelligere duas res vt iam dictum est. Sed debemus considerare oēs species ozymis & per illud quod habet odore citri, debemus capere pro ozymo citrato, quod est melissa, vt iam dictū est, quia si fricemus folia melissæ, habebunt odorem citri. Præterea vide Simonē Ianuensem, qui dicit circa expositionē istius vocabuli turungem quod Arabice est idem, quod citraria, est autē citraria melissa, aut ozymum citratū, quod habet odorem citri. Auicenna etiam loco iam allegato in sua descript. habet ozymum citratum, & sic bene considera errorem multorum.

SYLV.

ELECTARIUM diamoschu dulce, multis in vsu est: amarum, ob saporis ingratinē, nulli: humores, ac spiritus tenuat, atque purgat, principesque partes roborat. Margaritarum, non albarum, sed ambarum quidam legunt scilicet crassarum, & minutarum, vel integrarum, & perforatarum, quarum crasse, & integræ præstantiores sunt. Datur autem mane horis duabus ante cibum; affectibus quoque cerebri pulmonisque pituitosis confert, vertigini, paralyti, apoplexiæ, epilepsiæ, asthmati. Secunda Actuarij compositio diamoschu viribus eadem cum ista, licet simplicibus multis variet, vt aliorum diamoschu. Iisdem prope simpl. constat elect. ex xylaloe, & idē promittit. Mel quadruplum erit, si pul. creti vnc. iij. lib. mellis singulis miscantur sit autem id mel purū, aut despumetur. Hodie autem electarium sit solidum ex faccha. coct. lib. j. & pul. vnc. j.

COST.

MOSCHVM odoratum non norunt veteres Graeci. Nunt ex recentioribus Aetius, qui de eo me-

Eminis lib. 16. nouit, & Symeon Sethi, qui eius historiam conscripsit, sed fusius hac de re Serapio. nouissime etiam M. Paulus Venetus, Odoardus Barbosa, & Pighasetta in suis de Indiarum rerum commentarijs de hoc plura. Inter omnes conuenit moschum esse animalis aliquid: sed quale sit animal, quidue ipse sit moschus, non conuenit, quum alij animal. caprea speciem afferant, alij cato comparent: alij paruum dicant, alij magnum: alij cornua, vt caprea duo, alij vnum tantum, vt monocerosi tribuant: alij binos ex inferiori mandibula dentes veluti apris inesse testatum reliquerint: alij quatuor, ex vtraque maxilla binos, atque hos alij ternum digitorum, alij palmi longitudine esset dicant. Sed in tanta tamen varietate plerique consentiunt animal esse caprea simile. quod quidem persuadet nos, vt Brasauolo credamus qui Ferraria id fuisse scribit, capreolo, & figura, & multifidis unguibus, & agilitate, & cuius celeritate simile, sed eo interdum minus, quāquam, quia is de dentibus, aut cornibus nihil, cogimur etiam hic habere. Est vero de moscho quæque, qui ex hoc sit animalis varietas. Aiuunt ad eius animalis umbilicum vomitum nasci vbi in Venetiam agitur, seu vt Alii sicut Cadenius Venetus, singulo pluvio, tunc vero agrotare, cibo potuque abstinere, humi cerebro volutari, atque ad saxa, & arbores vomitum fricare, vt dissumpatur, & sanies effluat, quod autem effluit sordidum esse, sed vbi conuerterit satore deposito bene olere, atque hunc esse probatissimum moschum, quem iacola studiose perquirunt in regum vsu, sed, & varijs præterea artibus eius præda intendere, eoque capto vomitum cum corio abscedere etiam immaturam, terti autem tunc odoris, sed vbi libera aere suspenderit, ac decursu temporis veluti concocta fuerit, odoratissimam. Qui autem inter secandum sanguis effluit, seruari scribunt pro optimo moscho, ac crebris ad vulnus admotis hirudinibus, quod sanguinis animalis reliquum est cum vita exurgere, & exulsum ac desiccatum cum eius, qui inter secandum fluxerat portioncula commixtum in vesiculas ex eiusdem animalis corio paratas conijcere, quæ ad nos afferuntur. Atque hæc illi. Contra tamen, qui cetera pendiam orientaliū regionum, & vbi vbi Lusitaniam admodum scripsit eo pacto confici negat, fieri autem ex eius animalis sanguine ac carnibus contritis, & in vesicis coniectis, cuius rei signum esse, quod cum moscho essum interdum confracturam frustula inueniuntur. Hæc ergo sunt, quæ de moscho odorato hæcenus deprehendimus, quæ certe de re, quid statuendum sit incerti sumus, quāquam enim refragatur posteriori hinc opinioni Arist. 13. si est. probl. nullum animal esse odoratum scribens præter pantheram, quod & Theophr. 6. de caus. plant. præter pantheram tamen etiam cercopitbeci est genus quoddam, sunt & sebellimi sponte sua odorati, non dicam bekuarum sensu, sed hominum, atque adeo moschi animal odoratum esse nihil obstat. Ceterum bis nunc prætermisissis, atque vt, vt se res habeat, probatissimus est moschus, qui (vt Lud. Rom.) ieiuni hominis naribus admotus statim sanguinem elicit, atque, vt Simeon Sethi, qui in pelium madentem demissus, vbi in eo paululum dimiseris, grauior euadit.

Ocimi citrati. Ocimum est latifolium, quod citri odorem prorsus refert. Sed quid sumendum? foliæ an semen? Arbitror semen, vt in superioribus quoque. folia enim quāquam dum recentia sunt præstant ea odoris gratia, desiccata tamen parum olent, est enim illis odor in superficie. Confic. cū melle crudo. Ita, & Auic. cordiacæ ferè omnia crudo melle excipit, vt dicebam, obstat, qui

Quatuordecim...

Hæc in vobis...

CHR.

Cap. 26

Cap. 26

Cap. 26

Cap. 26

Cap. 26

qui spiritibus nostris affines eos etiam augere plurimum videntur. Sed deligendum purissimum mel quale Hispanicum ex Valentia, & Creticum.

Aloes optima abluta. Aloes sumit lotam, quia ventriculum magis roboret, quam non lota. Quot modis autem haec abluatur nos alibi fufius ubi de catapotijs alexandriae. Quod ad hunc locum facit, quia aloca hic optima, & ablutam possit, existimat aliquis velle aloes, quae ex aqua cum speciebus aromaticis sit parata. neque enim si ex simplici aqua, aut pluuia, aut fontana lotam vellet optimam adiunxisset: quando quae optima est, minimum sordium habet, neque eget, vt abluatur. Sed verum quum aloes non elota etiam optima, ventriculo minus sit amica quam, quae lota, simplici aqua ablutam non esse hic importunam puto, quaequam si ex aromaticis speciebus lotam sumas, non erraturum etiam te arbitror. Sed quando de ea re non meminit Mes. simplicem satis accretionem pro certo habeo.

M E S V E.

DIASATYRION analepticum, & re-nutritorium phthisicis, heclicis, vel aliter consumptis, & emaciatis. semen auget, venereque incitat. Accipe

radicum satyri plenarum, & recentium libra vnam, tere, coque exacte in lacte ouino dulci quantum satis esse videbitur, ad lactis consumptionem. Postea tere pistillo ligneo cum vncijs tribus olei recentis amygdalarum dulcium. Deinde syrupum ex succi buglossi cocti, & despumati libris ij. succi pomorum dulcium vnc. xij. cum sacchari optimi lib. iij. coctum superfunde, melle percoquendo. Postremo ab igni deposito inijce cinnam. dr. v. been albi, & rub. ana drac. ij. ligni aloes drac. iij. croci, santali flauo, tragacathi, gummi arabici, ozymi caryophyllati, cubebae, macis ana dra. j. & s. repone in vase vitreo. Da ab aureis tribus ad aureos v.

CHR. **D**VAE descriptiones sub eodem titulo describuntur, quae in modo compositionis, & virtute aequaliter variantur. Est enim prima descriptio, quae hic ponitur maioris efficaciae, & virtutis, corporibus consumptis, & exiccatis, & phthisicis, & heclicis, & similibus si absque febre consistant, maxime talia corpora humectando, cum hoc eriuuat ad coitum multiplicandum, & incitandum: descriptio autem subsequens est maioris potentiae in faciendo virilis membri erectione, & appetitum ad coitum incitandum, & multiplicandum, & semen spermaticum augendum, & est, quod magis habetur in vsu, & preparatum reperitur. Notandum, quod ambae nomen accipiunt radice herbe, quae vulgari nomine testiculus vulpis appellatur: & est herba in nostris partibus satis nota, habet radices ad similitudinem testiculorum vulpis; & in compositione huius electarij magna eius pars ingreditur in primo videlicet de his duobus: sed secundum electarium est magis delectabile ad gustum, & licet cum zucchero componatur, & hoc possit ad formam verae confectionis reduci, tamen sub forma electarij preparatur, quia melius conseruatur propter succos, & lac, quae ibi ingrediuntur, & sic efficacius est operatur: communiter in apothecis preparatum reperitur,

A & sic etiam magis habetur in vsu, & pro coitu incitando. Conuenit illud electarium, heclicis, & consumptis, si absque febre consistant, exiccationem corporis prohibendo sua virtute humectantia, aequali leui infrigidatione, & fortificatione resolute virtutis, multiplicatum est coitus, & haec est eius principalis operatio, propter quod habetur in vsu: generando ventositatem in vasis terminalibus, vel adiuuando virtutem digestiuam in eis conuersione sanguinis in materia seminis: vnde fit augmentum in semine, & in virilis membri erectione, vt prius dictum est. Sequitur eius descriptio. Testiculorum vulpis. Sciuntur a patre suo, hoc est a stipite suo, haec radix dicta testiculus vulpis est calidae complexionis, & humidae circa secundum gradum, multiplicans ventositatem, & prurium in genitalibus membris, vnde est causa erectionis virge, & a proprietate incitans ad libidinem est secundum omnem usum ipsius. Terauntur, & coquantur cum lacte ouino, scilicet dictae radices testiculorum vulpis: est. n. lac frigidae complexionis, & humidae in primo gradu, licet humiditas superet frigiditatem ipsius, & ideo conuenit heclicis, & consumptis, diuersificatur tamen lac in diuersitate specierum animalium, a quibus emulgetur, non tamen, quod exeat extra latitudinem dictae complexionis, nisi extra vera diu moram contrahat, & inde acetositatem acquirat, ex quo efficitur frigidius cum siccitate aequali. Lac. n. muliebre siue humanum est medium inter omnia genera lactis, plus appropinquans temperamento complexionis, & pot ipsum immediate sequitur lac caprinum; lac autem ouinum, & vaccinum de frigiditate, & aquositate minus participat. Sed asininum lac frigidius est, & humidius omni alio lacte: & ideo non ita conforme ponitur humanae naturae. Et pot facilliter separari omne lac in tres substantias complexionum diuersarum. Est. n. in eo pars casealis, quae est frigidae complexionis, & sicca, & est pars butyrosa, quae est temperatae complexionis attingens circa primum gradum caliditatis, & ad primum attingens humiditatis: est vltima pars serosa, quae est frigidae complexionis, & humidae licet Mes. ipsam ponat calidae complexionis propter virtutem solutiuae, quae est in ea, Gal. autem iij. de simplici medicina dist. 3. c. vlt. ponit hanc scilicet serosam partem esse frigidae complexionis expresse. Sed illorum concordia facilliter habetur: nam Mes. solum considerauit quasdam partes ipsius aquositatis nitrosas, & salias, quibus mediantibus virtutem habet aequaliter solutiuae, & sanguinis purificatiuae, & illae sunt calidae. Galenus autem alias partes considerauit aquosas, quae sunt manifeste alterantes ad frigidum, quae sunt multo plures partibus praedictis nitrosis, & salis, vnde tota eius complexio resultat ex dictis, frigida, & humida praedominatur in ipsa serositate iam dicta: tollitur autem illa nitrositas, si de nocte teneatur ad aerem. Olei amygdalini dulcis. Amygdalae dulces, calidae sunt complexionis versus primum gradum, sed amarae sunt calidioris complexionis, transeunt primum gradum siccitatis, & sic olea quae fiunt ex his, appropinquat complexionibus earum in caliditate, & humiditate in dulcibus, & caliditate, & siccitate in amaris.

B
C
D

Succi buglossae, id est linguae bouis, herba est nota,

Testiculus vulpis.

Cum lacte ouino.

Tres lactis substantiae diuersae sunt complexionum.

Amygdalae.

Buglossa.

MESVÆ DE ELECTARIIS

nota, quæ lingua bouina vulgariter dicitur, & est E calidæ complexionis versus primum gradum, & in humiditate appropinquans versus gradum secundum, & est medicina cordialis conferens alperitati gutturis, & canna pulmonis.

Prima.

De canna.

De sandalo.

Quid sit electarium.

De modo exhibendi præparati electaria.

Succi pomorū dulcū, hæc poma, vt appiola, & similia, sunt multum cordialia, frigida cōplexionis versus primum gradum, & humidæ circa secundū. Zucchari boni albi, quod alio nomine mel canne vocatur, ipsum est calidæ cōplexionis versus primum gradum, humidæ etiam in eodem, dum est recens: & cū antiquatur, gradū primum siccitatis acquirit, & eius humiditas exiccatur: vnde per se ipsum assumptū in stomachis calidis, & cholericis, ac febre acuta febrientibus cōvertitur in cholera, & maxime, quando cum vino lauatur, vt ipsam præparari faciunt medici ignorantes. Cinnamomi subtilis, & electi, de ipso dictum est in diamusco. Behen albi, & rubei, dictū est in diamusco: Croci, dictam ibidem. Sādali citrini, sunt tres species sandalorum, alborum, rubeorum, & citrinorū, asportantur de partibus India. Et sunt ligna cuiuscūq; arboris, quæ in quodā flumine capiuntur cū ex multitudine aquæ superflue argentur, & crescunt. & quælibet sandalorum species de prædictis est frigida cōplexionis in secundo, sicce in primo; tñ secundū. Gal. frigiditas sandalorū rubeorum est maior, quā alborū, & citrinorum; & sic in omnibus operationibus magis collaudantur, sunt enim medicina cordialis, & aromatica, conueniens superflue calefactioni cordis, & ipsius debilitati, & resolutioni, ideo ipsis multum vtimur in epithermatibus cordis, & maxime citrinis, & rubeis. Dosis huius electarij est vsque ad quatuor aureos. Et hic nota, quod aureus est aliquantulum plusquam dr. sicut florenus nouus est maioris ponderis, quam florenus antiquus læpissime numeratus, qui floreni ponuntur in sigillo. Vterius est notandum quod eū quærimus humectationem in corporibus exiccatis, debemus istud electarium exhibere de mane in dosi prædicta, cum conditionibus obseruatis abique alia conditione superius ante dictis, & quandoque cum pulpa caponis, quandoque cum carne testudinis, vt superius dictum est. Cum autem quærimus augmentū in coitu, & virilis membri erectionem, ipsum exhibere debemus vespere ante coenam, & cum modico vini subtilis, & odoriferi: prædicti autem electarij simul compositi, & fermentati complexio quæ resultat, est temperata inter calidum, & frigidum, humida tamen, ad secundum gradum attingens.

SYLV.

Galien. lib. 9. simpl.

HOC inter electaria confectionem de testiculis vulpis appellabat Mesues: Rarum vñ est: nec salubre heclicis, aut alia febre laborantibus, nisi aromata tollas: quæ conditio præcedenti etiam addi possunt ad venerem plenius augendam. Venerem vero, quæ excitant, humida sunt ad secundum ordinem, calida temperata, & flatulenta. Vult autem Mesues eam radicem sumi, quæ superior est, ac plenior, non eam, quæ flaccida est, & vetustior, alterius ceu parens. Quantum autem vtriusque vires differant, leges in Dioscoridis cynosorchis ad renutriendum autem, datur vnc. semisse mane horis duabus, aut tribus ante cibum: ad venerem uero, dormituri, aut etiam ante coenam.

SATYRIONVM. Satyrio duplicem radicem non COST. aseribit Dioscorid. scilicet vna est vera affinis hæc planta, quare Arabum interpretes pro archi vsurpant. archi autem Serapionis interpretis canis testiculum: satyrium vero vulpis testiculum vocat. Hic assumendus orchis duas habens radices canis testium amulas. Vt autem in animalibus minoribus testes solidiores, & succi magis pleni quam in antiquis, ita in his antiquior radix est rugosa, minor autem solida, & succo plena. vñ est ergo patrem, id est antiquam, & recentem deligit Mesue. Hanc autem in ouillo le. He dulcis, quam decoqui iubet, acidum lac cauet. Dioscor. autem ex quo hæc desumi videntur, Tibisalas mulieres in caprimo eam bibere affirmat ad stimulos coitus. Et est sanè caprimo lac, ventriculo aptus, nullum tamen pinguis, ac si itus magis excitans, inus rei gratia à Mesue hic puro prætermisso caprimo fuisse delectum. Venerem enim, in cuius usum hæc paratur antidotus status præsertim excitant. Porro quod subdit super addendum syrupum, ex succo buglossi collecto, & despumato, quo pacto despumandi sint succi, & syrupi suo loco.

MESVÆ

DIASATYRION alterum sententia auget, ac promouet, veneremque artecto valenter pudendo concitat. Accipit autem lib. j. radicum eryngij in aqua cicerum secunda coctorum, quæ cum radicem satyrii plenarum, & recentium vñ. viij. radices traphani domestici vñ. iij. radices dracontij vñ. ij. terantur, & adiectis olei sesamini, & satyri & vaccini. ana vñ. iij. exacte igni lento coquantur, lactis vaccini, vel ouini quantitate sufficienti ad iustam crassitiem, tunc adde mellis despumati ℥ lib. sex, succi cœpæ libram vnam, & semissem, perfecte coctum vbi erit, ab igne deposito adde hunc puluerem, scinci caudarum, & lumborum drach. viij. seminis erucæ, nasturtij, pastinacæ, napi, asparagi, zingiberis, & cinnamomi, piperis longi, & linguae auis. ana drachm. iij. cum prædictis misce. Postremo adde strobilorum depellatorum libram vnam, & dimid. pistaciolorum depellatorum vnc. x. cerebrotorum passerum vnc. ij. misce omnia probe, aromatiza drach. vna moschi boni. Datur ab vnciæ semisse ad vnciam vnam cum vino generoso, & puro, sed pauco.

HOC est efficax, & mirabilis operationis ad CHAR. multiplicandum coitum, facies virgæ erectionem, ventositatem generans, & prurum in genitalibus membris. Et hæc est principalis eius operatio. Assumitur de sero per duas horas ante coenam cum vino calido, licet etiam conuenienter assumatur, & melius de sero cū itur dormitū cū pauco vino. Eius dosis est vique ad dra. vj. sed, vt efficacius operetur debet assumi tribus diebus continuis hora, & modo prædictis. Et sumatur iterato si expedit, sed in vitimis senibus, & habentibus calidū naturale valde debile, frustra assumitur. Dicitur ergo confectionis, id est compositio, quia ad formam electarij reducitur. R. scaculi. eryngij, & est radix calcadrappe, supra quā oritur fungus, qui dicitur caldarella, & est calidæ cōplexionis in primo, ad secundū gradum in humiditate

MESVÆ DE ELECTARIIS

vis cineritis, intus nervosam habens substantiam, quam matricem vocant, qua detracta caua remanet, ut barundo: primo ordine calida, & humida. Hac seculum est descriptio, quam si perpendas, non potest eryngium esse seculum, quod folia pisi non habet nec flores viola, radices vero ei pollice crassiores, cubitales, adde, & secundo ordine sicca, ut idem met. Serap. diuersum de eryngio caput alibi facit. Neque etiam cum polygono conuenit (quod Manar putat) folio, flore, aut radice, folium huic Laurinum, flos albus, radix dodrantalis, nulla intus matrice. Neque etiam cum maritimo critico, quod recentiores, quum neque folia pisi, neque flores purpurei: radix euerem cubito etiam longior, a zingibere longe diuersa. Incognitum ergo nobis est seculum Mesue, & Serapionis. Eius loco pastinacam, quam bacciam vocant usurpare licet, quamuis in eadem antidoto eandem quoque exposcat.

In aqua cicerum. Abijciendam aquam precipit, in qua cicerem primum incoxeris, quod scilicet, ut puto saluginosi nonnihil habet eius superficies, cuius gratia renes, & vterum expurgat, & interdum aluum subducit. Parat, & Paulus ex cicere medicamenta ad impotentiam Veneris lib. 3. sed discrepant, quales deligendi sint, albi, rubri, an nigri. Vnus probauit rubros, alij tamen albi magis placent. Parum autem interesse nos arbitramur utros hic delegeris, sicut in eodem sapore omnes, & ob id viribus ferme isdem. Rubri tamen videntur magis alere, cuius rei gratia, ut copiosius semen gignant verisimile est, sed, & status excitare hi videntur plures, quod concoctum difficilius. Parum tamen referre arbitror utros delegeris. Aiuunt nonnulli si album cicerem aqua calida infundas per noctem, & eam ieiuno homini propines, lentiginem facere. Sed his reclamare videtur ratio, quando quicquid virium in aqua migrat ex cicere superficie migrat, qua saluginosa est, quod autem in cicere Veneri ferre suppetias potest, ipsa est caro, qua alit, & status parit, fortasse ergo, si modo his experientia disputatur, non ciceri, sed aqua status multos excitanti acceptum id est referendum, quod aiunt.

Testiculorum vulpis. Testiculum vulpis interpretatur Serapionis satyrium vestit, orchyn vero testiculorum canis, quare hic opportunum esset satyrium contra quam Manard. sentiat, sed quia satyrio caremus, assumendus orchys.

Radice Raphani. Errant, qui radicem illam acie herba Vngarica antiquis ignota, sumunt pro raphano, neque aliud quam vulgare raphanum, seu album, ac domesticum, seu nigrum, ac syluestre est hic opportunum. Hoc quorundam opinione ad excitandum Veneris desiderium ob id valet, quod semen auget, nobis praestare id videtur potius ob status, & illos aciores, quos gignit, quod & cepa, quam hic itidem exposcit succosam, id enim intelligit per humidam cepam. Neque pro hac ut bulbus assumeretur renuo: placet enim ea opinio, sed ignotum adhuc bulbum video, neque ascalonia cepa bulbis esse potest, ut quidam opinantur, si Theophrasto habendum, qui libr. 7. de ascalonijs, & bulbis seorsum agit.

Caudarum scinci. Si scincus terrestris est crocodilus, ut ait Dioscor. scinco legitimo caremus, qui enim ex Alexandria Aegypti Venetias feruntur, aquatici sunt ex Nilo crocodilo certe facie non dissimiles, sed magnitudine longe impares, vix enim crassitudinem pollicis, & dodrantalem longitudinem equant. Plinius ergo in Nilo hos nasci affirmans lib. 8. cap. 5. esse contra venena, atque ad inflammandam venerem virorum praeci-

Fortasse scincus in Nilo nascitur: vix tamen extra aquam scincus potest esse: si qui haec scripsit, quater

puum antidotum scribens, propius ad veritatem accedit, quam Dioscorid. terrestrum crocodilum ipsum vocans. Nempe, crocodili duo generam videntur in Aegypto; maximus ancipitis vix animal, duodeviginti interdum cubita longitudine excedens, ut Plin. ait, homini infestissimus: alter fere cubitalis, innoxius, per vias passim oberrans lacerti in modum, numquam autem in aquis visus, praeter hos duos, quos Venetijs frequenter vidimus, & tractamus, alium terrestrem esse crocodilum non constat, solus scincus superest crocodili facie (ut aiunt,) in Nilo nascens, quod testatur Plinius, & mercatores, qui Venetias ipsum conuehant, hic autem, ut puto verus est scincus, & falso terrestris dicitur, quod inuere visus est Plinius lib. 28. a quibusdam vocatum esse dicens crocodilum terrestrem. Sane autem quo scinci pars in usum recipienda, dissentunt scriptores. Plinius rostrum, & pedes vino albo epotos Veneris cupiditates accendere literis tradidit, & laterum carnes ad id esse efficaciores, atque ad rostrum pedes, & latera in usum. Dioscorides carnes, quae renes amplectuntur ad idem probat: quod, & Galen. de med. simpl. facult. & Paulus lib. 7. & alij fere omnes. Mesue vero rostrum caudas, renes, & umbilici sunt usurpat, sumen autem, aut pingue est, quod ad umbilicum: aut ipse venter totus: ea enim voce, qui ex Arabico sunt interpretati, etiam ventrem appellant. Auicenna primo eius sal, secundo loco carnem, tertio carnem suminis, id est ventris, quarto, qua circa renes, ac maxime omnium eorum adipe probat. Quo sit, ut res sit varia. Nobis tamen, quum vim, qua scincus Venerem excitat etiam a totius substantia proprietate perpendimus, totum animal ad id opportunum videtur. Tutius tamen putamus, si, quod plerique consentiunt, caro, qua ad latera, ac renes, abiecit careris assumatur, neque autem audet usurpandum hoc esse animal, quando referent Plinio, Sextus medicus plusquam drachma pondere eptum in vini hemina perniciem asserere tradidit.

Eruca. Eruca duplex, latifolia, & angustifolia, hanc syluestrem nuncupasse videtur Diosc. quum de erysimo agens ipsi syluestris eruca solia tribuit. Colitur haec in hortis passim, & in incultis etiam sponte copiose oritur, & ad Veneris usum utriusque semen sumi potest.

Linguae auis. Linguam auis nihil esse aliud quam fraxini semen, confirmatur ex Serapionis praesertim historia. Comendatur hoc Arabum multorum testimonio recit ante Serap. ad Venerem, & eruzendum semen. Quare quamuis Serapio interdum passerum salicium ancillarum linguam salaces reddere testetur, solet tamen fraxini semen propria quadam nuncupatione lingua auis vocari, atque id hoc loco puto usurpandum, non passerum linguam: quam si vellet Mesue mentionem de passerum cerebro hic faciens, distinde, ut puto, explicasset.

MESVE.

ELECTARIUM Diagalanga, ventriculi, & hepatis intemperiem frigidam sanat: ob id decoctionem inuau, ructus acidos compellit: & flatus crassos potenter dissipat, atque ab eis natas inflationes: oris halitum commendat, ac gigni prohibet. Accipit autem galangae, ligni aloes, ana drac. vj. caryophyll. macis, lignustici, ana drac. ij. zingiberis, macropiperis, piperis albi, cinnamomi, calami aromatici, ana drachm. vnam, & semiss. calaminthes

nos scincus, quod alioquin Martius dicitur Venetijs abierit vixisse in salubri regione istius. Cap. 8.

CHI

Galaga.

Valerian.

Melissa.

Ligust.

Vincetorum.

causalis galanga

laminthes sicca, menta sicca, cardamomi, semi-
apij, feniculi, carui, ana drachmam vnam, sac-
chari albi vnc. decem, mellis despumati, q. s. Da-
tur a drach. duabus ad aureos duos.

CHR.

HAEC est confectio. i. cōpositio magne effi-
caciae cōtra materias phlegmaticas in sto-
macho cōtētas, & in alijs mēbris nutritiuis: vē-
tositates crassas resoluit, digestionē cōfortat, ca-
lidū naturale viuificando: & eructationes aceto-
sas cōsumit: & oris odorem bonū efficit: & dosis
eius est de mane ieiunio stomacho, vsque ad tri-
iij. cū modico vino odorifero, ac etiā sine ipso:
debet assumi per duas horas ad minus ante cibū.

Et hic notandū, quod solum radix galange de

mane masticata, & in ore retēta, humiditatē salū-
ualem, & catharalem summe desiccāt, cerebrū
cōfortat, calidū naturale viuificat, & omnē fe-
torem oris prohibet, & obrundit: ideo vsus eius

folius multum cōfert in regionibus frigidis tē-
pore hyemis, iuuat etiā diminutam digestionē
in hepate, radix est herbæ calidæ complexionis,

& sicca in tertio gradu. Calamēti sicci, quia sic-
cum est siccoris cōplexionis, quā recens. Repe-
ritur autē calamētū montanū, & calamentum

fluuiiale, vtrūque est calidæ cōplexionis in tertio
gradu, sicca versus secundū; sed montanum est

calidius, & siccius fluuiali. Est autē alia species ca-
lamenti, quæ nepita vocatur, habens folia mino-
ra, quā calamētū: & est eiusdē complexionis

cum calamento prædicto, & maxime cū mon-
tano. Mirabilem habet operationem calamētū

contusum, & emplastrū ad sedandum dolorem
ischiatricum præmissis euacuationibus necessā-
rijs, & versus declinationem ipsius: succus eius

interficat lūbricos, & vermes qualitercunque ad-
ministratur. Mēta sicca, intellige de mēta dome-
stica, quæ conceditur, quæ nō transit secundum

gradu caliditatis, & est sicca cōplexionis in pri-
mo, quā nō est recens: ideo dixit sicca, quia recēs
in humiditate superfluit. Heyl. i. cardamomum,

vel species eius, & sic reuera est. Alij dicūt, quod
est quoddā aliud granū, quod est simile meleg-
heta, aromaticū. est calidæ cōplexionis in secūdo

gradu, & sicca versus prædictū gradu: portatur
et de partibus Indiae. Seminis apij, herba est nota

in partibus nostris, & est domesticū, & syluestre,
domesticū autē est magis in vsu, licet syluestre
sit potentius habens in se plures species, vt ponit

Serap. in suis de simplicib., maior est virtus in se-
mine, quā in folijs, stipite, vel radice, & sic vt plu-
rimum, & generaliter in semine cuiuslibet her-
bæ maior est virtus: & est calidæ cōplexionis, &

sicca in tertio gradu: Feniculi scilicet feminis,
& est domesticū, & syluestre, quod est magis acu-
tum, & est illud, quod ponitur in medicinis cō-
plexionis calidæ in tertio, sicca in primo. Feniculi
autē domesticus, qui cōmuniter comeditur, recens, &

siccus est minoris caliditatis, & sic-
citatatis, imo est cum dulcedine quādā: syluestris
autem cum acuitate, & mordicatione. Anisi, scilicet
feminis, quod est notū, & est calidæ cōple-
xionis, & sicca in tertio gradu. Calami aromati-
ci, nascitur in India, & est calidæ cōplexionis in
principio secūdi gradus sicca in fine secūdi.

Zucchari tabarzet, id est albi secūdū, quod in cā-

nis nascitur in quadā cōtrata in partibus Dama-

sci, Babiloniae, & Indiae, & ideo, quod hic in par-

tibus nostris de nouo conficitur, licet sit albis-

simum; tū non est bonū, neque conueniens, & de

cōpositione eius dictū est superius: & est calidæ

cōplexionis ad primum gradu attingens, humi-

dæ versus principium, dū est recens; sed dū an-

tiquatur ita, quod trāseat annum, gradu siccita-

tis acquirat resoluta humiditate ipsius: nominat

etiā ipsū quidam mel cannae, quia in cannulis

nascitur, quæ similitudinē habent cū cannulis,

quæ saginam producunt: & nascitur et zuccha-

rum in partibus Apuliae: sed in bonitate alijs non

adhæret. Damascenū autē est longe melius alijs,

notandū, quod zuccharum est prohibendū fe-

brientibus, & in corporibus multū calidis, quia

de facili inflammat. Melis despumati quantum

sufficit, & de ipso dictum est in Diamulco.

LAUDO hanc communiter. n. paratur. Cauendum

MAN. tamen puto in æstate & in valde biliosa tēperatu-

ra. CALAMVS aromaticus. Ad nos hoc tempore, vt

supra etiam dixi, nō defertur, sed eius loco radix que-

dam venditur, quam non credo zius cannae esse, nec

ex India adferri, siquidem, & recens multū aliquan-

dovidetur, & exiguo nimis venditur. MELLIS. Nūc

cum solo saccharo conficitur, magnaue vi inflatio-

nem pellit.

NVNC ferē cum solo saccharo cōponitur, aut sicca

SYLV. seruatur, per se; aut cum vino decoctionis galā-

gæ horis duabus ante cibum datur: inflationem que

potenter depellit. Vitanda æstate, & calidis naturis,

ac morbis. Etiam radix sola hyeme in regione frigida

commansa idem præstabit.

CALANGAM duplicem habemus crassorem, ac

COST. cenniorē. Innci species videtur si appendices spe-

ctentur, quæ cum vtrique sunt frequentissime. Legitimā

autem vtraque esse, quæ circumfertur, collata serapio-

nis, & Anic. historia patet, & eandem non esse acoro,

& galanga diuersis tractantes locis. Quo fit, vt de discorida, quæ inter recen-

tiores est maxima a nobis præterea non sit laborandum.

Carui, Carum Gal. in tertio calfacientium, & exicean-

tium ordine ponit, ex quo carotarum semen carum non

esse demonstratur, quod nulla acrimonia præditum vix

primo ordine calfaceve posse videtur. Nobis carota bœn

Arabum potius videntur, verum autem carum quod

vulgo carui nomine vsurpatur.

Calami aromatici. Mira, & de hoc discrepant re-

centiores. Vulgatum ego carum acori radicem puto cū

doctissimo Manar. vsurpari tamen etiam posse pro ca-

lamo.

MESVE.

DIARHODON commune, ventricu-

lum, & hepar roborat, coctionē ob id

iuuat, & dolorem horum a calenti, &

acti, ac mordente bile mitigat. Acci-

pit rosarum rub. drach. f. xxx. trochiscorum dia-

rhodon, trochisco, ex spodio, glycyrrhizæ, ana

vnc. sem. f. caryophyllorum, trium fantalorum,

gallia moichatae, ana drachm. iij. spodii, croci,

mastiche, Thigni aloes, ana drachm. ij. asari,

spica nardi indicæ, macis cardamomi, semi por-

tulacæ, lactucæ, f. sercos, scariolæ, cucumeris,

cucurbitæ, melonis citrulli, margaritarum alb.

ozymi, caryophyll. rasuræ eboris, tracaganthi,

Mesua. R ij gum-

MAN.

SYLV.

COST.

drach. xxx.

cinnam.

herk. erem.

Non est in

vulgata vna

MESVÆ DE ELECTARIIS

¶ al. s. r.
¶ s. r.

gummi Arab. ana drac. i. camphuræ † drac. i. & femiss. molci scrup. dimid. excipe syr. rosato, † & aqua rosarum, datur ab vnc. dimid.

CHR.

DIARHODON ponuntur duæ descriptiones, una ponitur à Nicolao in suo antidotario, quã vocant diarhodon Abbatis, altera secundum præsentem descriptionem Mes. quã magist. Thomas de Garbo suavis practice declarator præparari faciebat, asserens, quod idem faciebat Gentilis de Fulgineo magister suus, & hæc duæ descriptiones virtualiter in operationibus suis, quasi in idem redeunt: quia in cõponentibus modicum variantur, & mihi etiam hæc descript. Mes. plus placet, & licet ad formã solidæ confectionis possit reduci, quia cum zucchero præparatur; tamẽ in forma electarii generaliter ab omnibus conficitur, & sic in vsu habetur. In hoc tñ consideratur displicentia multa, vel cõplacencia assumptis in forma plus confectionis quã electarii, licet maior operatio, vel efficacior, ut plurimũ fiat ab electario, quam à confectione præparata. Primo propter meliorem fermentationẽ aromatum, quæ fit in electariis, quæ fieri non põt in confectione. Secundo, quia de aromatibus plus poni debet in electario cõstruendo, quã in cõfectione, quæ de nouo conficitur, & sic cõiter fit. Tertio, quia melius, & facilius operatur, vel euaporat, & transit virtus electarii ad mēbra remota, quã virtus cõfectionis assumptæ, ut in passionibus pectoris, & cerebri satis est clarũ. Et hoc verificari potest in oĩbus cõfectionibus, & electariis. Istud electariũ est multum efficax ad confortandum membra debilia relaxata, ac debilitata, ex ægritudine calida, & cholericã, quæ præcessit, & maxime nutritiua, ut hepar, & stomachũ, cum in ipso remanent punctiones à cholera mordicãti. Est in super oppilationũ aperitiuum, malæ cõplexionis calidæ, remotiuum, sitis extinctiuũ, ad digestionẽ iuuatiuum, & appetitus incitatiuum. Et sic est cõfert debilitati renum, & ipsorũ doloribus pũgitiuis. Et dosis ipsius est vsque ad drac. iiii. cum diuersis aquis destillatis, & sũ exigentiam dispositionis, pro qua exhibetur: obseruata regula de mō tpe, & hora assumptionis, dicta superius in electario de aromatibus, quod scripsit Gal. Vterius aduertendũ, quod isto electario multũ utebatur Thomas de Garbo in corporibus conualescentiũ ab ægritudinibus calidis, & maxime à tertianis nothis, in quibus remanserat aliqua cõplexio mala calida in nutritiuis membris, cũ ipsorũ debilitate, & oppilatione, maxime in hepate, & renibus, & cũ querebat alterationẽ maiorem ad frigidum, ipsum de nouo construi faciebat minuendo de aromatibus calidis, quæ ingrediuntur compositionem ipsius, & tñ ipsum vocabat diarhodon sine arombaribus. Tenebat. n. aromatarius suus aromata cuiuslibet electarii, quod penes eum erat in vsu, vnde omni hora poterat, & subito omne electarium conficere. Quando autem sine aromatibus illo modo conficitur, tunc similitudinem habet cum electario de tria sandalis, & satis conuenit cum operationibus illius.

MANA.

HAEC non paratur, sed alia cum Abbatis cognomine quam Nicolaus describit. (TROCHISC.) Hos inueniens inferius. Spodij.) De hoc scribam infra

rius, atque pariter de Berberis. SCARIOLA.) Species est (ut puto) sonchi, minus spinosa. Per citrulum ego intelligo cucumeris speciem, quæ colore, & forma citrum æmulatur.

VNVM est Gentili de Fulgineo, & eius discipulo Thomæ de Garbo usurpatum. Alterum est diarhodon Abbatis à Nicolao descriptum, alijs in vsu. Elect. molle hoc fingere potes solidum pro vario sumentis palato. Sunt, qui hoc releuatis à febris biliosis, ut tertianis nothis esse saluberrimum dicant, quia totum ventrem inferiorem, atque adeo renes ipsos roborat, obstructa liberat, intemperiem calidam tollit, appetentiã excitat, & sumitur cum aquis destillatis cichorii, eupatorii, &c. pro vario scopo. Si vero magis est refrigerandũ, recens componatur, & aromata vel tollantur, vel multum minuuntur, ut cum electrium santal. facultate multum conueniat: hic autem syrup. seu iulep rosatus fit ex sacch. clarificato in aqua infusionis rosarum, & aqua rosata: & deinde percocto ad aquarum consumptionem, tuncque reliqua sunt addenda, & fiat compositio, vel liquida, vel in buccellis. De hoc syrupo ante actum est. Alij lib. v. aquæ rosarum feruentibus lib. ij. rosarum recentium macerant, manibus expriment: idem opus iterum & tertio repetit: deinde cum sacchari clarificati lib. iiii. aquam hanc percoquant in syrupo.

SYLV.

GVMMI tragacanthi. *Que nũc pro gummi arabico, & tragacantha usurpantur, non fruuantur medicos expectato euentu. Atque cum afferatur nunc legitimus acacia succus Venetias: non est itidem à ratione alienum gummi quoque ex acacia de promptum ferri, quanquam in eo etiam ambigunt. Quod autem tragacantha non liqueat lingue subdita, ut scribit Dioscor. liqueat vero gummi arabicum; non cogit nos, ut gummi vulgatum tragacantham esse putemus, aut eam esse illegitimam, quando eadem permixto melle liqueat, ut velle Dioscor. videtur. Cur autem utraque hæc gummi, & tragacantha hoc in loco sumantur, si quis roget, id fieri dixerim, ut eo glutine aromata rectius excipiantur.*

MESVÆ.

AROMATICVM rosatum, cor, ventriculum roborat, appetentiã excitat, & cõtionem iuuat, nauseam, & vomitum tedat, viscerum humiditatem excrementosã abluunt. Accipit autem rosarum tubrarum † drac. vnam, & dimidiam, ligni aloes macis, galangæ, caryophylli, zingiberis, trochiscorum diarhodon, nucis moschatae, galliæ moschatae, ana † drac. ii. & s. glycyrrhizæ rase † vnc. i. cinnamomi drach. iiii. cardamomi, spicæ nardi, ana drac. i. syrups rosati, & syr. corticum citri quantum sufficit. Sunt, qui aromati- zant moschi scrupul. dimid. Datur à drachm. iiii. ad drach. v.

IN mala temperatura frigida magis hoc mihi probatur, quam sequens; non tamen in communi vsu est, sicut id quod sequitur.

IN vsu non est licet intemperaturas frigidæ efficacius sanet quam quod sequitur vsu frequentissimum.

ROSARVM rub. *Docedi sunt septasarij quo paulo rose exiccate sint seruandæ, nempe vineis citissime eroduntur, & promptissime enauescit earum odor, et vires. Desiccandæ ergo sunt ad solem obiecto linteo, seu ut alij furno leniter calido, ne urantur, & in vitrea ampbora ponendæ, cuius os seorsim obturatum diligentissime seruabuntur integro colore, odore, & virib. plures annos.*

MAN.

SYLV.

MAN.

SYLV.

Aromaticum rosatum dicitur Galienus

al. s. r.

CHR.

MAN.

SYLV.

Syrupi ros. Non explicat, vt neque in precedenti, qualem syrupum rosaceum sumas, præstabit autem vt ex stillatitia aqua confectum accipias, sed eo modo parata, vt lib. simpl. nos docuimus. Ita, & in precedenti, & in sequentibus consulem.

M E S V E.

aromaticum
Rosatum de
Siculis Galen.

et al. semp.

CHR.

ROSATVM Gabrielis, cerebrum, cor, ventriculum, atque adeo totum ventrem inferiorem roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, ventriculi humiditatem excrementosam, & ab ea putredinem omnem corrigit; ob hæc re valescentibus, & imbecillis mire subuenit. Accipit vero rosarum rubrarum drach. xv. glycyrrhizæ rase drach. vij. ligni aloes, sandalorum citreorum, ana drach. ij. cinnamomi drach. v. macis, caryophyllorum, ana drach. ij. & semissem, gummi Arabici, tragacanthi, ana drach. ij. & scrupula duo, nucis moschatæ, cardamomi, galangæ, ana drach. j. spice nardi † drach. ij. ambre scrup. duo: moschi scrup. j. syrupi rosati, & syrupi corticum citri quantum sufficit.

MAN.

ISTVD est famosum, & efficax, & preciosum electarium, quod generaliter est in vtu, & vbi que præparatum reperitur secundum istam descriptionem; posset etiam ad formam confectio nis reduci, cum zucchero construendo, & aqua rosata, sicut in forma electarii hic describitur, quæ construatur cum iuleb rosato: & vtroque modo hac descriptione vtimur, licet in forma electarii fortius operetur propter causas superius assignatas in diathodon prædicto. Valet principaliter istud electarium contra debilitatem virtutis digestiue stomachi, & eius defectio nem, omnia membra nutritiua confortat, illa vigorando, & confortando in operationibus suis. Est insuper optimū medicamen, & expertum contra superfluam mollificationē stomachi, exiccando humiditates corruptas, & putridas contentas in eo, & est confortatiuum virtutum cordis, & cerebri, excitat appetitum sopitum, & maxime in conualecentibus, talia corpora subleuando, & ad veram sanitatem reducendo: & est satis temperata cōplexionis, licet caliditas, & siccitas prædominetur in eo, & dosis ipsius est à dr. ii. vsque ad tres obseruato semper canone, & notabili superius posito in primo electario de aromatibus, de tēpore, & hora assumptionis cuiuslibet electarii non solutiui, & ideo ibi est recurrendum. Si quis autem vellet istud electarium cum melle componere, & non cum zucchero, posset: & tunc esset maioris calefactionis, & absterisionis, sed cum ipso non componitur, nec habetur in vtu.

SYLV.

PARVM calidum, ideoque securius in temperatu ra, & hora calida dari potest, quam præcedens. SYRVI rosati. Paratur. & absque his solidiori forma, cū solo saccharo, simulque, & delectat, & iuuat.

Apetentiam excitat, coctionē iuuat, conualecentibus, & debilibus mire subuenit. Idem prope pollet apud eundem Mesuem descripta, aromaticū minus, stomachicum rosatū, aromaticum moschatum, aromaticū caryophyllatum, aromaticum cardinum, & aromaticum Gal. a Mesue adscriptum. In vtu est frequentissimo, parum calet aere calido, & temperatura calida, tutius est prædicto, sed fere cum saccharo in aqua rosarum soluto, forma solida coquitur, sicq; magis calet, ac siccat: delectat tamen, ac iuuat. Melle autē exceptum terget quidem magis, sed etiam fit calidus.

SANDALORVM mazabari. Citrinos intelligit, odoratiore, qui vbi aliud spectatum auctor non præceperit, sumendi semper, quum sandalorum fit mentio.

COST.

M E S V E.

ROSATVM minus, cor, & ventriculum roborat, & eorum flatus, & ab his inflationes dissipat: recipit enim rosarum rubrarum drach. x. ligni aloes, sandalorum citreorum, ana drach. ii. cinnamomi vnc. dimid. mastiches scrupula quatuor, ambre scrup. duo, moschi scrup. vnum, syrup. rosati quantum sufficit.

HOC quoque parum calidum, præcipue si teneamus sandalos tales esse, quales scribuntur. Nullibi tamen quod sciam paratur.

MAN.

M E S V E.

AROMATICVM moschatum cerebrum, cor, ventriculum roborat, ob id contert epilepsia, palpitationi cordis, & syncope, suffocationi quoque ab vtero, or. s odorem commendat. Recipit ligni aloes dr. vii. † cinnamomi crassi dr. x. ambre dr. ii. moschi scrupulos duos, syrupi rosati quantum sufficit.

† dar seni ele. #.

QVO pacto conueniat præfocacioni, cum eximio suo odore vterum sursum trahat, non video, nisi exigua admodum quantitate.

MAN.

DAR SEN I electi. Secundum Serapionem est cinnamomum. Sed mirum est, quod hæcenus dixerit, cinnamomum, nunc vtatur alio nomine. Ego potius intelligerem Aspalathum, quem Arabes vocant Darisahan.

MAIVS in hoc, quum in superioribus moschi est pondus, ob id moscatum vocatur, non inutile ad eos affectus ad quos a Mesue commendatur, si Xiloaloes, cinnamomi, ambre, moschi, ex quibus conficitur, vnes expendas. Et ambigit Manar. an ad vteri præfocacionem conferat, quum suo odore sursum potius trahat. Et certe sicuti fetidis odoribus ad naves præfocatorum admotis præfocatio saepe curatur, ita laudat eas etiam non præfocatos a beneuolentibus frequenter obseruamus. Sed vni tamen dolentissimi pæce, neque semper beneuolentia naribus admota præfocatis efficiunt, neque fetida semper profunt, sunt enim multa quas a præfocacione reuocet moschum ambra, atque id genus alia naribus admota, & qua item suffusa fetidis rebus vtero adiumentur, sed generatim tamen cinnamomum, quod odore est suauissimo, conferre in præfocacionibus commansum solet, solent, & caryophylli, nux moschata, anisum, zedoaria, Mesua. R ii j atq;

COST.

MAN.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

COST.

tana, quæ & Thylacitis, adhuc ignota est peritioribus nostræ ætatis herbarijs. neque deesse in Dioscoridis codice mendum videtur, ut de ea nihil certi proferre liceat. Sed subeunt etiam Nardi nomen, ac veluti genus, quæ Laucadula, & Spicum vocatur, in Italia hortis passim culta. Usurpanturque eadem à quibusdam nardi loco. Sed quantum hæc à nardi specie absint (id quod ostensum est ab alijs) tantum errare eos constat, qui in nardi locum ea usurpant, præsertim quando in Celtica, quæ ad manus facillime est, nullus est accusationi locus, quare legitima non censetur. Subijt etiam phunnardi syluestris nuncupationem, sed alia, & hæc stirpis est species, neque locus est, ut de ea plura afferamus. Porro nostra hæc ætate, & Inda offertur, licet raro probatissima, & Celtica. sed ubi spica mentio sit, Inda præsertim, si eius optima sit copia, deligenda: sin minus, Celtica, quam optimam habere paruo negotio possumus, uti præstat, quam Inda non optima. Optime autem Inda, ut ex Dioscoride colligere est, nota ea sunt, ut sit quam maxime recens, & leuis, largam geuens comam, sano colore, perquam odorata, ac cyprium redolens, breui spica amaro sapore linguam siccante, & quæ diu in sua odoris gratia permaneant. Celtica vero ea optima censetur, quæ maxime recens, incundi odoris, numerosis radicibus, densa, plena, nec fragilis. In hac autem deligenda, quum cauendum admonet Diosc. ne aliam huic similem herbam assumamus, quæ hyrculus vocatur, graui odore, candidior, folijs breuibus, sine caule, & radice, neque amara, neque odorata: nunc tamè quid hyrculus sit ignoratur. At vero, quæ nardi pars usurpanda, quum alij radicem, alij spicam, alij caulem assumi velint, difficile est statui. Galenus porro 1. de antid. in Andromachi theriaca spica nomine radicem intelligendam scribit, ita scilicet ob similitudinem cum spica nuncupatam. Et 6. simpl. spica silentio prætermissa radicis vires explicat. Sed contra Diosc. ex Marcelli versione obijciendas radices censet veluti inutiles. Et Galen. 9. de comp. med. per loc. Philonis antidotum expendens cretici nardi drachmam assumentis, quem falso radicem ait dici, Philoni subscribens, nardi spicam verius nuncupari quam radicem, atque adeo spicam non radicem, statuit usurpandam. Ceterum ut pauca dicamus. Nardi pars, quæ in medicina expetitur, duas sunt, radix, & caulis. id enim de Celtica nardo Dioscorid. monet, atque utrunque horum, & caulis, & radix tam sp. & simile est, ut utrunque spica appellari possint non incommode. quia, & caulis tam profundo solo nascitur, ut non perperam radicis vox illi etiam interdum conueniat. ut eum in Celtica quotidie videmus, alius emergit caulis, id quod, & Inda fieri verisimile est. non sunt certe (sententia nostra) ij audiendi qui totam sub terra latitare, & totam radicem esse eam contendunt, quum coma, quam partem nardo Inda ascribit Dioscor. pars sit caulis non radicis. Hæc igitur quum ita se habeant, ut ego puto, quum quaritur utra pars deligenda, radix ne an caulis, non absurdum existimo, si quis utrunque assumendum dicat. est enim caulis radicis veluti pars quædam, sapore quo, ac odore pars vna inferior altera non est. quamuis, & summus caulis, & tenuiores radices & crassiori radice adnascens, & odore, & sapore cæteris partibus cædant, id quod Marcellum fortasse impulit, ut obijciendas à nardo radices putaret licet sensu à Dioscorid. sententia, alieno, qui auferendum lutum iubet, non radices. Igitur de nardi parte deligenda, ita statuendum putamus. cui rei qui sensus consilium non respiciunt, facile assensuros spero. Non temere ergo Galen. inter-

A dum radices probat, interdum etiam caulem, quam spicam vocant.

Gallix Sebellix. Describet huius compositionem postea in distinctione de trochiscis.

Cinnamomi. Cinnami quidam legendum putant. esseque hoc aiunt cinnamomi speciem vitioris. sed hoc non est, ut pluribus resclamus. Summa esset inscitia spreto optimo cinnamomo deligere vitiosum. legendum ergo, cinnamomi. An vero cinnamum differat à cinnamomo, explicabitur postea.

M E S V E.

DIACYMINON, ventriculum, & viscera reliqua calefacit, coctionem iuuat, flatum in dictis visceribus naros dissipat. recipit autem cymini pridie in aceto macerati, & siccati drach. x. zingiberis, cinnamomi ana ꝑ vnc. dimidiam, cayophyllorum, ligni aloes, macis, ana drach. ij. & dimid. galanga, piperis longi, cardamomi, ana drachm. ij. moschi serip. dimid. mellis despumati. q. f.

SATIS inflationi mederetur, sed pauperes tantum non faciunt inflationis redemptionem, præsertim cum aliud minoris emere possint, quod ex Nicol. parant: sed & aliud, quod ipse Melanferius scribit.

DIACYMINON Nicolai minoris constat, & vsu frequens est, præsertim cum saccharo forma solida, quia gratius quam cum melle, forma molli, licet inefficacius. Vtunque flatum à pituita crassa, aut frigiditate naros dissipat, ob id colicos lenat, & singultum prælocantem ex plenitudine, præsertim flatuum crassorum. ructum acidum emendat, obstacula liberat.

ADHVIVS emulationem suam Dyacimimum componit Nicolaus, quo vulgo vtuntur. Quum autem cyminum sit duplex satium, & syluestre, ad hæc autem ammi quæque Æthiopici cymini nomen subeat, hic satium est sumendum omnibus notum. Cyminum vero Germanis vulgo in pane vsitatum caron est, quod officina carni vocant, non inutile quidem ad affectus, quorum gratia hoc paratur electarium; sed non ipsum tamen, quod hic expetitur.

M E S V E.

DIANISON, intemperiem frigidam ventriculi à pituita cruda, vel etiam flatibus sanat, & tussim diurnam à frigida causa genitam. Recipit anisi drac. xx. glycyrrhizæ, mastiches ana ꝑ vnc. j. fœniculi, cari, macis, galanga, zingiberis, cinnamomi ana drac. v. trium piperum, calaminthes, pyrethri, casia, ana drach. ij. cardamomi, cayophyllorum, cubeborum, croci, spica nardi, ana drach. ij. & dimidiam, sacchari vnc. ij. mellis despumati. q. f.

HOC NON minus utile est quam præcedens, & minoris emitur. CARVI. Caros vocatur à Dioscoride.

VEL

MESVÆ DE ELECTARIIS

SYLV. **V**EL cum sacchari libra vna in aqua rosarum soluta, & pulueris vnc. i. fiat electarium solidum, vel siccum, vt fore fit. Forma etiam solida cū saccharo in aqua rosarum soluto paratur, preciosum est, ac efficacissimum: spiritus, & multos, & pueros efficit: calorem natiuum senibus auget: mulieres ob intemperiem frigidam, humidam, steriles, reddit fecundas.

COST. **F**OENICVLI. Foeniculum, & sponte oritur, et fertur. dulcis ac minus acris est, quod fertur, praesertim quod prima messe colligitur. Habemus in Italia etiam foeniculum barbaricum nostrate longe crassius, & dulcius, sed nostrate praesertim syluestri, quod longe efficacius est ego semper libentius vtor, quamuis non desint qui barbaricum sola inspecta magnitudine magis probeat.

MESVE.

DIAMBRA, cerebrum, cor, ventriculorum, ac ventrem reliquū inferiorem calfacit, & roborat, exhilarat, coctionem iuuat, affectibus vterinis, & omnibus alijs frigidis prodest, senibus ob id ac mulieribus salubre. Recipit vero cinnamomi, doronici, caryophyllorum, macis, nucis moschatae, folij galangae, ana drach. iij. spicae nardi, cardamomi vtriusque ana drac. j. zingiberis drac. j. & s. fantali citrei, ligni aloes, piperis longi, ana drach. iij. ambrae aureum vnum: moschi drac. s. excipitur syrupo rosato, & aqua rosarum, datur aureis iij. aut iij.

† vtr. habet drach. ij.

MAN. **P**RAECLARA est haec compositio. si bene praeparatur, sed praeciosa. ego ea sepe vtor praesertim in mulieribus, & senibus.

COST. **A**MBRAE. Ambrae Serapio fungi maritimi speciem putat ab eius fundo vbi nascitur, quum mare aestuat sursum eruti. Alij maris spumam dixere, vt Auic. testatur. Ipse vero Auic. cui subscribit Symeon Sethi, & Auer. 5. Col. bitumen, quoddam in mari ex suis fontibus emanans, & vbi induruerit in littora cictum putat. Incole Palandura Indi maris insula, quod in lib. navigationum refert Pighassetta, auum quarundam sterius esse arbitrantur in mare, vbi aestuat e seropulis receptum. esse vero id triplex, album, quod Porambar vocant maximi precij, fuscum, quod Puambar albo vilius, & nigrum adhuc vilius, quod Pimambar. primum aiunt parum mari fluisse: secundum diutius, atque ob id esse fuscum: tertium a balenis deuoratum, & excrementum, propterea nigrum. Alij rursam balena semen esse aiunt dum in Venerem vult exidens, & conuulsum esse vero illud maioris precij, quod ad eius animalis dissecti lumbos reperitur. his vero illud astipulari videtur, quod vbi balena sunt multa, illic etiam magna ambra copia colligitur, vt in Britannico mari; atque illud, quod Marocchi incolae aiunt balenam ambara nuncupare. Ceterum si mihi de hac re proferre liceat, quod sentio, quamuis fungos interdum valde odoratos, & moschum olentes in Pisani collibus obseruarem; & aliquorum animalium sterius odoratum esse non ignorem, quale scilicet est vinerra illius, quae testa perambulata, ac ex vituli stercore rosarium, depasti per dies plures, cyprinum nuncupatum puluerem se parasse quidam familiaris meus alias pro certo mihi significauit, ambrae tamen nihil esse horum, vel fungum, vel sterius.

E vel certi semen, vt aiunt, id docere videtur, quod bituminis more, caloris vi ambra, quae probatissima est dissoluitur, illorum nihil dissoluitur. aridet ergo nobis Auicenna, & Symeonis opinio scaturire ambrae veluti bitumen ex maris fontibus. Quae tamen res quo tandem pacto se habeat, in ipsa deligenda non conueniunt scriptores. Serapion albam reprobat, probat ceruleam. Symeon rubram, & pinguem extollit, asserique ait ex silache urbe: subalbidam vero ex Sicheon oppido Arabiae salicis delatam non ita probat: ac nigram, quae ex piscibus, damnat. Auicennas, & nostri griseum quaerunt: Nobis vero si odoratissimam, & pinguem, quae calore facile liqueat inuenieris, parui praeterea faciendus color videtur. Illud vero maxime quaerendum puto, sit ne ambra qua vjui sumus, naturalis an fictitia. solent enim eam, vt Auicennas docet ementiri ex gypso cera ladano, & probata ambra, atque vt scribit Agricola, ex benzoo, cera candida noui examinis, carie fraxini, & arborum muscho. aut ex styrace, ladano, & xilaloos ramentis, addito vtrouque muscho aut cibeto. Sed fraus (ait Agricola) facile deprehenditur, quia natua non ita celeriter equis mollescit, vt fictitia, & hac ab illa difert colore atque odore.

Folij. Folium, quod, & malabathrum, alias cognitum, & in vnguenta odorata expetitur nunc ignoratur. Sunt qui Betel seu Betre, aut Tembul Indorum, folium verum putent. sed hos refellit Auicenna. de folio, & Tembul diuersis agens locis. Huius loco non aliud usurpandum quam spica, earundem, vt Dioscor. ait eum eo virtum.

MESVE.

ELECTARIUM de Cinnamomo coctione iuuat, etiam pituitae putredinem prohibet, distributionem alimenti in corpus promouet. recipit cinnamomi subtilis drach. xv. cinnamomi crassi, cymini, enulae campanae ana drach. s. galangae drach. vij. caryophyll. piperis longi, cardamomi vtriusque, zingiberis, macis, nucis moschatae, ligni aloes ana drachm. iij. croci drachm. j. sacchari vnc. v. mellis despumati. q. s. vel sacchari tenuissimi triti duplo ad pulueres tenuissimos pondere excipiunt, & siccum seruant. Quidam moschi scrupul. duos miscent puluerando, vt cerebrum, & cor magis roboret. Datur a drachm. i. ad drach. ii.

† vtr. vtr. drach. ij.

DARSENVM. Ecce quod arsenum non est cinnamomum, ideo expono, vt supra. ENVLAE. id est helenij, accipiendae radices, vt Dioscor. docet, exsiccate. ET quandoque. Si hoc modo cum saccharo misceatur, erit multi vsu ad escas condendas, specierum vocatarum loco.

MAN.

ELECTARIUM de cinnamomo dulcem pituitam in ventriculo, & primis venis coquens, & appetentiam excitans est inusitatum. Dignum tamen in sum recipi, praesertim si puluere illo saccharato escarum specierum vocatarum loco condiantur.

SYLV.

CINNAMOMI quum Galeni etiam tempore summa esset inopia, sunt qui nostri quoque temporibus verum cognosce negent. quod aliqui ea praesertim ratione asserunt, quia non cortex, sed lignosum nigulatum est.

COST.

Diosco-

Dioscorida. & Galeni testimonio. cinnamomum. Ceterum, cinnamomi quidem plantam lignosam esse ridiculus sit qui ambigat, neque enim cortex solus pullulat: at odoratum illud cinnamomum, quod Galeni tempore vsurpabatur, id esse lignum, quod cortice obducitur, neque Galenum scripsisse vquam animaduerti: neque ut credamus verisimile est, quum id omni, & sapore, & odore sit aestimatum. est enim hoc a nobis diligenter obseruatum in canella ramo, quem crassitudine pollicis, sesquicubitali, habet sereni. Dux Sabaudia. Sed, & Theophrastus 9. de hist. plant. non in ligno, sed in cortice gratiam esse, proptereaque quod radici proximum est, quia minimū corticis, plurimum autem ligni habet, esse deterrimum: summa vero cacumina plurimum corticis ligni parum habentia praeferruntur literis commendat. Ergo eorum opinionem, qui vulgatum cinnamomum ob id legitimum esse negant, quia nudus sit cortex, infirmam esse satis constat. Pugnans vero, & aduersus eos, qui ita sentiunt Indiani commentaria, quibus docemur cum alibi, tum praesertim in Batuan, & Chalanghan, in Zelian, & Mutir insulis optimum nasci cinnamomum. Quamquam autem in eius delineatione huius historiae auctores variant, quem alij fruticem esse asserant, alij proceriorem salice arborem, & largiori soma ramos ternos, quaternos, & serentem, longitudine cubitales, digitali autem crassitudine, ac lauri folio, sed latiore: alij eare fructu, alij ferre fructum asserant; in eo tamen omnes conueniunt: detracto cortice, qui solis aestu finditur, atque absistit lignum reijcti, vocari autem incolarum idiomate caumana, vocabulo nostra voce non longe dissimili, quasi lignum dulce, cau scilicet lignum, mana dulce significat. Mirum ergo videtur, ut nostro hoc tempore ignotum adhuc cinnamomum quis dicat. Quod tamen si quis pertinacius tueatur, non esset a medicis laborandum, nisi id etiam erroris sequeretur, quod ubi in antiquis antidotis cinnamomi fit mentio, casia duplum semper assumitur. At qui si antiquorum tempore cinnamomi penuria erat: vixque apud summos Imperatores erat legitimum: eius temporis medicos in antidotis, quibus nunc vtimur, vulgatum cinnamomum admisisse putandum est, quale scilicet posset reperire: adeo ab eorum praescripto eos discedere, qui in componendis medicamentis constitutum ab eorum auctoribus pondus non seruant. Porro autem, quod ad hunc locum pertinet, mira hic est confusio. Cinnamomi primum tenuis, & electi drachmas quiddecim poscit, dehinc addit darseni, quod cinnamomum esse ipsum ex Serapione docemur. Vocare ergo alterum horum probabile est. Respondent ad haec nonnulli diuersa ex petere Mesuen, prius scilicet probatissimum cinnamomum, dehinc crassius, & vilius. Vocari autem hoc posterius darseni cinnamomum quare, & vocem, quae in vulgatis codicibus sequitur, cymini, immutandam, & legendum cinnami. Differre vero eas inter se voces patet ex Serap. cap. de cinnamomo: ubi quintam cinnamomi speciem a Diosc. pseudocinnamomum vocatam, cinnamum ipse appellat. Sed, & Bellunenensis in eadem fuit sententia, & Rafis, & alij. Ceterum, ut semel dicam, ineptissimus sit, qui praeter optimum, & praestantissimum cinnamomum, eodem loco etiam viliissimum petat iisdem praeditum dotibus, sed ignauum: Abhorret a medicinae maiestate sarrago ea importuna: neque assentiendum est villo pacto ijs, qui ita sentiunt. Est ergo, ut cinnamomum a cinnamo differat, quod docti non admittant, quibus cinnamum pro cinnamomo absolute sumitur: Scribonius enim antiquus auctor latinus hieram simplicem describens, loco cinnamomi cinnamum scribit, quod & poetae: Sed, ut dixi, differant haec inter se: at

A adduci non possum, ut credam post optimum falsum etiam Mes. petere, ac rem sedare. arbitror potius vocem darseni vacare, siue id scriptoris, siue interpretis vitio euenit, legendumque constanter, ut in vulgatis codicibus omnibus, cymini. non abhorret. n. cyminum ab eo vsu, in quem hoc medicamentum paratur. Quod si expurganda non sit ea vox darseni, immutandam tamen dixerim, legendumque cum Manardo darsisaban, quod aspalathum significat. Huius autem loco, quia legitimum vix appareret. poni vitex poterit, quousque veri copia fuerit.

M E S V E.

ELECTARIUM de † Baccis myrti, † De Gram. myrti, ventriculum, & hepar firmat, eorumque coctionem iuuat, ob id henteriae, & dyenteriae hepaticae confert. Recipit autem † baccarum myrti tenuissime tritarum lib. j. myrobalarum nigrarum, bellericarum, imbricarum in aqua cydoniorum, & vino odorifero semel feructactarum ana drachm. viij. feminum † anisi, cymini, apij. aceto horis 24. maceratorum, † anisi, cymini, apij. aceto horis 24. maceratorum, & ficatorum † ana drach. v. Additur id totum electario de aromatibus, excipitur in iua aromatizata. Datur cum syrupo decoctionis cydoniorum.

V T I L E quidem esset, non tamen in vsu est.

M A N.

MYROBALANORVM. Aliqui myrobalarum nos purgatos in vinum, & succum cotoneorum feruere incipientes, iniiciunt, & quam primum extrahunt. Nobis magis satisfaciat, si in idem vinum, succum tepidum myrobalani indantur, permittanturque quantum substantia macerantur ferè, ac mollescant longiuscula in eo succo mora: & igne, quidem ac purgatrices partes adueniente feruore foras trahuntur, astingenti vero maiori etiam facultate imbuuntur, dum in eo cotoneorum succo diutius immorantur. Exiccandi vero tunc myrobalani, & in vsum ducendi.

C O S T.

M E S V E.

ELECTARIUM Diacalaminthe Galeni humores crassos, & lentos tenuat, flatum etiam crassos dissipat, singultum inde natum vehementem soluit, coctionem, & alimenti in hepar, & corpus reliquum distributionem peculiariter iuuat, affectus partium ventris inferioris frigidus sanat, & rigores febrium, spina illita: vrinas, & menses mouet. Recipit autem calaminthes fluuiialis, & montanae, feleleos, petroselini, ligustici, ana drac. vj. zingiberis dr. iij. feminis apij, summitatum thymi, ana drach. ij. piperis nigri † vn. j. & s. melle despumato excipienda ad drach. j.

† drac. vj.

CALAMENTI fluuialis i. pulegij, errore comuni Arabum. Galenus non ponit zingiber. SISELEOS. (scilicet PETROSELINVM.) Verum ad nos non portatur: id vero quod sub eo nomine vulgo venditur, imbecille satis est: ego loco veri vtor olusatri semine. ALHASCE. id est, Thymi. CHEISIN. id est, Lygustici. P I P E R I S. Adde, & longi piperis, & auge pondus, ad drachmas videlicet vigintiquatuor.

M A N.

H O C

MESVÆ DE ELECTARIIS

SYLV. **H**OC etiam Auic. 5. can. ex Gal. sumptum describit, idem cū Mesue. nisi quod pro thymo miscet xylobalsamum, sed uterque à Galeni diacalaminthe recessit non modo pondere, sed etiam quod hic pro pulegio, calaminthem fluuialem communi Arabum errore scribit, & zingiber addit, cetera Galeno cōsentit, vsui est interdum Italis. Quod vero Nicoll. describit, hodie magis est in vsu. Anudotum diacalaminthe Gal. lib. 4. san. tuendæ, coctionem imbecillam iuuat, et alimenti in corpus distributionem, crassa tenuat, læta incidit, et terget, ciet menses, et vrinas, flatus dissipat, rigores febrium arceat spinæ illitum. R. calaminthes Cretensis, aut ex regionibus editis, pulegij. Cretici, petroselini Macedonici, feseleos Massiliensis. ana vnc. ij. s. apij, cacuminū thymi. Cretici vel ex regione alta, et sicca ana vnc. iiii. libyfici vnc. xvj. piperis grauis vnc. xx. octo. Quod lignosum est, ac durum, ex herbis abijce, et folia tenuissima, et virentissima, et in summis herbis nata accipe. Flores item, et cum his festuce herbarum minutissime, omnia simul tundantur, cribentur tenui cribro, vt in totum corporis habitum maxime digerantur, & citissime siccum reponne, et salis vice vtere in obsonijs, pitillana, et alijs vice piperis, vel melle optimo curiose despumato excipe: Mesues ac Nicolaus paucis mutatis vel adiectis, Galenum sequuntur suo diacalamento, & Actuarius, nisi quod pondera multum immutat.

COST. **G**ALENI in vctum est 4. de tuenda val. Sed hic nos alia addit, vt zingiber, alia immutat vt pro pulegio calaminthem fluuialem: in quo tamen, erroris non est accusandus, quando eiusdem hæc sunt vsus: & Galeni Diacalaminthe redditur efficax. Sane calaminthe species tres facit Diosc. ac præter eas non temere Cattaria quoque reponitur, vulgo nota, folijs melissophylli, cattis mire expetita, ad flatus, & frigidas ventriculi ac præsertim vteri imperies efficax. Hæc autem licet vbi copia non fuerit calamintes prima montana, aut nepitella Tuscorum, qua secunda est species, aut aquatici illius sifymbrij, quod tertiam esse à Diosc. descriptam speciem arbitrantur.

MESVÆ

ELECTARIVM Diatrion pepereon commune, stomachum, & ventrem calfacit, calore suo coctionem iuuat, ob id ructus acidus curat, & compefcit dolores ventriculi à pituita multa crassa, cruda. Recipit trium piperum ana aur. v. zingiberis, thymi, anisi, ana aur. ij. spicæ nardi, † amomi, ana aureum vnum, cassiæ, alari, enulæ siccæ, seminjs apij, & semin. feseleos, ana aureum dimidium. melle despumato excipe. Datur à † drachm. j. ad drach. ij.

CHR. **I**STVD electarium secundum descriptionem præsentem communiter est in vsu, & vbiq; preparatum reperitur, est enim magnæ efficacit in calefaciendo stomachū, & omnia nutritiua: ab eis mala complexionem frigidam quantumcunque superfluentem desiccant, & maxime humiditates putridas in stomacho, digestionem vigorat, & prohibet generationē phlegmatis crudi, & confert in mundificando ventrem, & ventositates dissoluit crassas, & ipsas prohibet generari. Imo dolorem in stomacho à phlegmate vel crassa ventositate subito resoluit. præmissa tamē vniuersali euacuatione, & in ægritudinibus materialibus est conueniens, & obseruata regula de modo, hora, & tempore assumptionis ipsius, vt a-

lio:ū electariorū nō soluentū, posita superius, & dosis eius est vsque ad dr. ij. Eius aut complexio quæ resultat ex cōponentibus ipsū est calida, & sicca tertio gradu. Hæc. i. thymi. herba est nota, calidæ, & siccæ complexionis in tertio gradu. Amomi. est semen valde minutū, aromaticū, calidæ, & siccæ cōplexionis in tertio gradu, & portatur de partibus Indiae. Cassiæ. i. lignæ, ipsa est radix cuiusdā plātæ odoriferæ calidæ, & siccæ cōplexionis in secūdo gradu. Est hic notandū, quod qñ in libris auctorū cassiæ reperitur absolute prolata, debet tunc talis descriptio medicinæ in qua ipsa ingreditur cōsiderari: & si sit medicina solutiua siue lenitiua, tūc debemus intelligere de cassiæ fistula q̄ lenitiua est, & ipsā cū diligētia suo loco declarabo. Si aut nō est medicina solutiua seu lenitiua, tūc debemus intelligere de cassiæ lignea, de qua dictū est ad præsens: & est medicina multū prouocatiua vrinæ, & menstruorū, & omnium oppilationū aperitiua, & maxime hepatis. Seseleos. i. siler montanū, & accipitur semē eius, herba producens ipsū est valde nota, & est calida, & siccæ cōplexionis in secūdo gradu. Ista herba sū cōmunem modū administrationis eius, & ipsius vsū, multū iuuat ad impregnandū. suffraginū aut factū ex illa herba vel ex semine ponitur cōferre ad matricē, desiccā. lo humiditates concurrētes in ea, oppilationes aperiendo, remouēdo, & ipsā calefaciendo. per experientia pluries visū est, qd̄ facit impregnari, si postea rationalis coitus subsequatur. Et hic nota, vt recitat Auic. eadē seseleos, & Serapio in suo de simpl. eodē. qd̄ homines, & alia animalia querētia impregnari, hanc herbā perquirunt, & ipsā comedūt, & post eius cōmestione post vsū animalis sibi cōformis in coitu, subito impregnantur. Enulæ siccæ, dicitur sicca, q̄ est maioris desiccationis quā qñ est recens, immo in recenti enula aliqua est humiditas tenax, & viscosa. Nota quod Auic. in v. can. habet vñā descrip. quæ videtur quasi esse eadē cū ista. Mes. habet hæc. Auic. vero nō. Auic. habet xylobalsami, Mesues nō. in reliquis cōcordant in simplicibus eius. Nōnulli tamen addunt aliqua simplicia, & habent talem ordinem. Recipe spicæ, ameos, amomi, cinnamomi, & sic addunt duo simplicia, scilicet, ameos, & cinnamomū, quæ hic nō ponuntur, quia credo futere, addita vltra auctoris intentionē. Gal. iiii. de regim. sanita. habet vñā aliam descriptionem, parum tamen ab hac differentem, quæ non est in vsu.

HÆC cōpositio pōderibus, & multis simplicibus adiectis, q̄ dānat Gal. à Galenica differt. In vsu est frequēti quibusdā, purgato prius corpore. calida sicca est ad gradū tertiu. pituitā crudā, & flatus ab ea crassos vacuat, & gigni prohibet: Antidotū diatrion pepereon, Gal. lib. 4. sanit. tuēdæ dandū eis, qui male coxerunt, ob recens ventris frigus, & succum pituitosum, ac cruditatē in primis venis habentibus. R. autē trion pepereon ana drac. quinquaginta, anisi Cretici, thymi Attici, zingiberis nō pertusū ana dr. vij. Hoc est simplicissimū minimeque medicamentosū ac ex partū varijs cōpositum: simplicius adhuc, si tollas Zingiber: cōpositū magis, si anisi, thymi, Zingiberis ana dr. xvj. misceas. Actuarius pōdera mutat, semen lini addit, melle excipit: Alterū medicamentosius ad fluxiones a capite in pectus, recipit ammi, feselei, libyficum, enulā, spicā nardi, cassiā. qualis propemodum est Mesue

COST.

De fluxione

SYLV.

MAN.

sue descriptio, nisi amomum, cinnamomum, asarij, apij semen reciperet, & ponderibus variatis, melle despumato, idem excipit; Galenus mellis non meminit. Eo adhuc paulo mendicamentosius est apud Nicolaum, ob additum melanopiper, leucopiper, macropiper, marathrum, hyssopum, crocum, trochiscos hedyctos, betonicam, rutam, ut interim poderum varietatem omittam.

Amus, copiam factitij, à quo falsedinem per artem remouent, ut sit ad tormenta habilis.

HOC affine est diospolitico Galeni, quod coctio- SYLV.
nem iuuat, flatus dissipat: hypochondria turgida, & inflata cruditate, & flatu liberat, si omnia tenuissime trita sint, & cribrata: recipit cymini Aethiopi in aceto maxime acri macerati, post modice frixi in vase fictili probe cocto, rutae modice siccatae, piperis longi veri, & integri vel albi, ana, nitri dimidiū, trita misce: sicis utere, vel melli cuso e despumato misce. Si vero nitri par alijs pondus accipitur, & crassius teritur, aluam subducit. Diospolitico quasi Iouis cinem dicas, vocatur Paulo lib. 7.

COST. **D**ESCRIBITVR hoc etiam à Galeno 4. de tu. val. ex triplici pipere, aniso, thymo, Zingibere, quod Venetis ex saccharo paratur frequentissime. Sed eo Valentius, quod hic Mes. scribit. Porro autem Piperis historiam Dioscoridi, Theophrasto, Galeno, ac prisca illis uis ignotam fuisse deprehensum est nostra tempestate ab ijs, qui Indiam lustrarunt. Huius dus. si figuram spectes, species sunt, rotunda, & longa. At rotundum piper aliud caudatum est, & quam acerrimum, nuper Lusitanis cognitum, vocantque pimienta del Rabo. id est piper caudam habens, quod amomum esse nonnulli putat: de qua re nos postea: aliud sine cauda vulgatum, quod & ipsum immaturum alijs viride, alijs album est: sed ut autumo, recens est viride, exiccatum vero album, ac ubi maturuit nigri euadit. Rotundum vulgare (caudatum enim ex quali oriatur planta nondum deprehendi) ex sarmentoso frutice gignitur, cui proxima, quibus adnascitur, arbores sunt pro pedamento, densis à terra ramis, ac folijs hederaceis fructus racematim profert: quamuis alij spicatum oriri in agris offerant, sed racemos piperis vidimus nunc ex indis allatos, aceto maceratos, & tanta acrimonia praeditos, ut fauces vel leuissime degustati violenter admodum exurent. Longi piperis plantam hederæ itidem in modum sarmentosam esse aiunt, & vicinis arboribus circumuolui: sed folijs mori, fructus, ut videre passim licet, à salicis ac anellanae nucis uilis sunt non dissimiles. sed an racematim ipsi quoque prodeant, nondum deprehendi. Porro plura alia piperis vice usu veniunt Indis, ut ex India commentarijs legere est passim, & sapore scilicet, & acrimonia non dissimili: sed an ea tamen inter piperis species reponenda, asserere non possumus, qui plantarum, & fructuum ipsorum historiam ignoramus. De triplici autem pipere non leuis inter maximos medicæ materiae antihores controuersia est. Dioscorides infirmius album, hoc vero acrius nigrum, ac utriusque etiam acrius longum facit. At Gal. 8. de simpl. medic. fac. infirmius longum, longo acrius nigrum, ac nigro acrius album putat. atque adeo mive hi inter se discrepant. Vere tamen gustantibus nobis, longum infirmius, nigrum acrius, ac medio inter longum, & nigrum loco album residere semper est visum. Dioscoridem tamen, ac Galenum hallucinari ob id non dixerim, quos aliud alio fortasse antiquus degustante id scripsisse pro certo habeo, quod sensu explorarunt.

AEMVLATVR Galeni diospolitico, de quo **COST.**
4. de tuenda valet. sed hoc Mesue fortius, & magis medicamentosum, Cymini autem carmeni nuncupatione nil aliud quam Aethiopicum cyminum intellige. Serapion enim Dioscoridi historiam referens, Carmentum vocat, & regale, quod is Aethiopicum, & regium. tale semper deligendum, ut quod ori gratius, & praestantius. Italis autem v. u. venit. Apulum non ignatum aut infirmum. Quod superest, quum nigrum rubrum petit; si haberi rubrum non potest, usurpare licet album. atque si naturale desit, tuto factitium sumes, de quo nos lib. simp. Mes.

M E S V E.

ELECTARIVM de seminibus coctio-
nem iuuat, obstructions aperit, ob hæc henteriam sanat, & dolores viscerum à flatibus excitatos placat. Recipit seminū cymini, anisi, foeniculi, cari, dauci, ammeos, apij, amomi, aceto horis vigintiquatuor maceratorum, & siccatorum, ana dra. vj. cinnamomi, zingiberis, macropiperis, feseleos, galangæ, ana dr. v. cardamomi, spicæ nardi, caryophyll. ana drac. iij. libylici drac. iij. melle despumato excipiuntur, vel duplo sacchari adiecto ꝑ puluis sit laui-
mus.

M E S V E.

ISTA confectio que formam electarij reduci-
tur, vocatur de seminibus, propter diuersas species seminum, quæ ingrediuntur compositio- nem illius, & confert passionibus quibus confert diacym. iam dictum. sed est magis calefaciens, & oppilationum aperitiuum, quam diacym. Serapio in proprio antidoto habet vnum electarium de seminibus, quod tamen parum ab isto differt. similiter Anic. in v. can. habet confectioem vnam de seminibus multum differentem ab ista.

ALIA hæc est ab ea, quam Diaspermaton Græci **MAN.**
vocat. FAC sicut suffus. Redigenda videlicet omnia in tenuem puluerem, quo uti poteris eo modo, quem in confectioe de cinnamo docuimus.

OMNIA loco specierum vulgo dictarum usur-
pantur, simile viribus diacymino, sed calidius, obstruētiaque valentius aperit: est enim efficacissimū, & quibusdam in usu. Quod à Serapione in Antidoto describitur, parum ab hoc differt: plurimum autem, quod Auicennas describit quinto canone, uti, & quod Gal. & ceteri Græci vocant διψ' αρωματων.

AMOMI. De amomo interdum meminit Mes. sed **COST.**
amomū verum adhuc latet, ni fallor. ac de Apulo

DIACYMINVM ad eadem, sed in-
efficacius. Accipit cymini pridie aceto macerati, & siccati, drachmas xx. zingiberis, thymi ana drachm. iij. piperis, cinnamomi, ana drachm. ij. ammeos dra. j. & dimidiam, foliorum rutæ siccatorum, nitri rubri, ana vnc. dimid. excipe melle despumato.

DIOSPOLITICON non valde differt à diacy-
mino: constat enim ex pari portione piperis longi, cymini, rutæ, nitri. **BAVRACH** id est nitrum, quod nunc ad nos non adfertur: sed loco eius habe-

MBSVÆ DE ELECTARIIS

lo quidem illo semine, quod ex Gargano monte affertur, non est ut plura dicam, satis reprobato ab alijs. ita, & de pede columbino Serapionis. De Aethiopico vero pipere, quod ad Lusitanos ex Benin regno affertur, caudatum, cubebis non dissimile, etiam habeo an verum sit amomum, quod placere aliquibus magnis alioqui viris intelligo. acerrimum nempe id esse aiunt, ut eius semuncia selibra efficaciam Indici piperis expleat, quod nobis argumentum præbet in quarti ordinis excessu calefacere. at amomo acori temperamentum ascribitur, quod in tertio calidorum ordine ponitur à Galeno, & Paulo. Adde, & quod nullus in Aethiopia nasci amomum scribit, sed in Armenia, Media, & Ponto Diosc. quibus locis caudatum piper prouenire adhuc non constat. Sane autem qua nam amomi parte viderentur veteres, recentiores ambigunt. Dioscorides equidem succulis potius uti videtur, quam semine. Contra de semine meminit Gal. 9. de comp. med. per loca, in medicam: utis Asclepiadis ad hydropem, & in Hera stomaticis, & 7. de comp. per genera. Sed quantum video, utroque, & semine, & succulis uti sunt veteres, quod patet facit Diosc. scribens deligendum recens, candidum, vel sub rubrum, quod nec astrictum cohæreat, nec conuoluatur, sed solum diffundatur, seminis plenum, cuius paruis simile, graue, odoratum, modo cariem non contraxerit, acere, gustu mordens, simplici colore non euariante. Id vero, & Andromachum in Theriaca velle puto, quum de *πορρωτοσ ἀμύμον*, de racemoso amomo meminit. Atque hæc de amomo. Hic Mes. semen exposcit, sit enim ex seminibus præsertim hoc medicamentum, unde, & nomen sumpsit. Eius loco si quis acorum, id est qui calamus aromaticus vulgo nuncupatur, osumat: unaque eum reliquis aceto infundat (qua arte attenuandi, secundum cretiosiores humores, tollendique obstructions maioris medicamento comparatur) non tenere fallurum existimo.

M E S V E.

DIACYDONIVM ventriculum firmit, coctionem iuuat, vomitum biliosum, & pituitosum sistit, colorem corporis floridum efficit. Recipit autem carnis cydoniorum in vino coctorum, & mellis despumati ana lib. iij. percoque igne lento, tunc adde cinnamomi, caryophyllorum, cardamomi, galangæ, ana drachm. j. † cinnamomi crassi, drachm. iij. zingiberis, piperis longi, macis, ana drachm. iij. Si autem affectus est calidus, coquenda sunt cydonia cum aceti parte tertia vel dimidia, addito interdum succo malorum granatorum acidorum pondere cydoniorum dimidio, interdum etiam succo citri quarta parte ponderis ipsorum addito. Idq; vel sine speciebus, vel cum spodij, oxyacanthos, rosarum rubrarum, trium santalorum, seminis oxalidis portione æquali, vel etiam cum alijs pro vario medicorum scopo. Aromatizant interdum moscho, interdum caphura, aliquando utroque, conditurque nunc saccharo, nunc melle.

CHR. **H**OC electarium maxime est cõueniens cuiuslibet fluxui venteris, ut dysenterie, diarrhææ superflua, & lienterie, si ante cibum assumatur vsque ad quantitatem drach. iij. & quanto plus

antiquatur, tanto plus confert, & si à pueris, vel alijs propter eius duritiæ, & soliditatem masticari non posset, conuenienter posset mollificari, siue in mortario conteri cum vino simplici, vel cum iuleb rosato, ut in formam electarij reduceretur, & fortius operetur. Recipit caenium, id est pulparum cytoniorum, id est medullarum intrinsecarum sine cortice, & sine granis, cytonia prima sic sunt vocata frigida complexionis, & sicca in primo gradu, cum virtute styptica, & odore aromatico: unde aliqualis caliditas viget in eis, maxime cum sunt perfecte matura. Coquuntur in vino, quia plus habent stomachum confortare, licet communiter decoquantur in aqua: hæc autem est frigida complexionis, & humidis, in qua frigiditas superat humiditatem.

F **H**ANC nunc etiam mulierculæ parant cotoneatâ vocantes. Medici vero Diacytoniæm vocant.

HOC duplex diacydonium ex electarijs huc iure optimo translulisse mihi videor, hodie succum hunc coctione, & saccharo misto cogunt, vocantque gelatinam, rem perlucidam pulcherrimam, & gratissimam. Idem varie purgatorium fit ab eodem in electarijs, hoc modo.

DARSENI. legendum arbitror *darisabam*, ut *aspalathum* velit. Ineptis enim puto eorum, qui *cinna*num, id est crassum, & vile cinnaomum à medicina abdicandum, sumendum aiunt. Sed quia *aspalathum* raro habemus, probatum pro eo cinnaomum poni potest, aut, sibi bet, vitex, quanquam medicamentum futurum est ingratis. Parantur nunc melle, & saccharo cotonea mala varijs modis. Commendatur autem præsertim, quod gelu vocant, elegantia gratia, pellucidum enim est, & aspectu pulcherrimum, quod etiam coniectis in eo cotonei crassioribus frustis nunc parant longè gratius. Fit, & solidum quod *Centenise* vocant album, & elegantissimum sed summo haberi nunc pretio in Hispania intelligo album, & minime solidum, quod paratur ex coctis in aqua cotoneis, & expressa aqua saccharo albisimo in puluerem redactis commistis ac diutius agitatis. Medico autem vsui elegantia hæc sæpius satis facit, & propterea pharmacoopi in his quoque studium non tenent expetit. Num scribit Mes. quod suspensio non vacat, quum ait: & quique inuitat necessitas, ut coquantur cytonia in aceto ad causas calidas, innuit acetum refrigerare. At contralis de eo est non leuis, calfaciat ne an refrigeret. materia certe ex quo fit, vinum est natura calidum: effluvia item causa calida est, putredo. atque adeo frigidum ipsum esse non potest. Sed paucis, de eius temperamento plura Gal. lib. de simpl. med. fac. Inter omnes ferè conuenit constare ex eterogeneis partibus acetum, & mixta esse natura frigida, & calida: frigidam autem excellere. Videtur tamen res etiam astimanda pro vini differetia, ex quo fit, ex generoso vino generosum, & acerrimum est acetum, quod caloris effectus præstat euidentiores, in ore, ac ventriculo, quod linguam abradit, quod item pituitam non attenuatrico solum, sed etiam calfacitricè vi expugnat. Sed quicquid tamen hæc de re statuas, non errat hic Mes. acetum ad calidos effectus addens, quando statim subdit adiungi etiam mali punici acidi, aut citri succum, qui frigidus est, & potest accerti, si calidum sit, calorem moderari.

M E-

MAN
SYL
MA
SYL
CHR
MAN
SYLV
COST.
M E-

M E S V E.

DIACYDONIVM factum cum succo cydoniorum appetentiam languentem excitat, ventriculum, & hepar roborat, coctionem iuuat, & retentionem, ea adstringendo. Recipit succi cydoniorum, & mellis deipumati ana lib. iij. aceti boni, puri, libr. ij. coque igni lento continenter despumando ad mellis crassitudinem. Tunc insperge piperis longi, zingiberis, cinnamomi, ana vnc. j. caryophyllorum, ligni aloes, ana vnciam dimidiam, moschi drachm. j. partem tertiam. Fit interdum etiam cum alijs aromatibus, interdum sine aromatibus, pro varia vrentium necessitate. Fit etiam cum saccharo, alii quoque aliter parant.

MAN. **N**VNC noto quodam artificio succum cogelant, gelatinam que vocant, colore pulcherrimum, translucentum, & gustu sapidissimum.

SYLV. **D**IACYDONIVM huic simile habet Nicolaus Salernitanus in vsu frequentius, quam hoc, quod nonnulli quoque parant, sine aromatibus tamen potius. Diacydonium preter dicta Mesue est quadruplex in Syrupis, & conditum cydoniorum, seu miua aromatica, hoc est succus ad mellis consistentiam coctus, & multis aromatibus conditus.

M E S V E.

CONDITIONVM de pomis salubre ad cordis, & stomachi imbecillitatem, coctionemque iuuandam, recipit carnium pomorum dulcium, & redolentium, intus, & foris purgatorum, & in frustra incisorum, libras sex: sacchari albi boni lib. quinque, aquæ rosatæ libras duas, ligni aloes drachmas quinque, santali flauo drachm. tres, caryophyllorum drachmas quatuor, cinnamomi drach. quatuor & dimidiam, ambrae drachmas duas, moschi drach. vnius partem tertiam. Eodem modo coediuntur poma accida, & parua, & aromatica, & dulcia.

CHRI. **I**STVD Electarium confert debilitati cordis, & melancholicis, & his, qui tristantur sine causa manifesta.

MAN. **A**RABVM inuentum est mala adeo cordi congrua, quod certe vix credo, maxime vbi hoc modo parentur, quo hic vir iubet, quid enim habent cordi congruens preter odorem? quem certe deponunt cum a coruce separantur, & multum coquuntur.

SYLV. **S**ACCHARO etiam condimus hodie cerasa, corna, vnam oxyacanthæ, vnam ribes nostratis, & ex his, vt ex cydonijs, & fructibus alijs gelatinam, vt vocant, coquimus. ex ribes vero omnium gratissimam sanis, & febricitantibus.

COST. **A**DDVCI non potest Manard. vt credat poma cordi conferre. At quum eadem astipulante experientia melancholicis affectibus profint, suadere hoc poterat non temere inter cardiaca medicamenta repone. Sed preter odorem, (Ait Manard.) nihil inesse

A ipsis, quod cordi conferat: abiecto autem cortice hunc auferri. Nobis vero etiam sapor astimandus plurimum videtur, qui superest, cuius presertim gratia agunt; temperata enim quum sint, que dulcia, ad humorum temperiem facere verisimile est. quare cor addimatur.

M E S V E.

CONDITIONVM ex persicis ventriculi ardorem mitigando ipsum roborat, sitim extinguit, tetrum oris halitum, emendat. Accipit persicorum, prope modum maturorum intus, & foris purgatorum, & succi persicorum aliorum ana libras iij. sacchari albi libras duas, tere persica in medullæ consistentiam, coque cum syrupo, vt in condito ex cydonijs diximus. Vbi coctum erit, pulveriza super ipsam ligni aloes, santali flauo ana drachmas duas, cinnamomi, cubebæ, macis, ana drachm. iij. moschi scrupulum dimidium. Et cum sit sine aromatibus, salubre est, ac expertum.

NESCIO quomodo sitim extinguat, si tot aromata apponantur. **MAN.**

VT sitim extinguat, & aliter refrigeret, humectet, tollenda sunt aromata. **SYLV.**

PARANTVR Genua pulchro artificio solide ofsa ex persicis, & saccharo, vt etiam ex cotoneis, persicam vocant, stomacho, & ventri vtilis, sed maioris vsus electarium, quod hic Mesue docet, ob aromata, que tamen, vbi sitis gratia paratur, omittenda sunt, id quod ipse Mesues innuit, quum ait, quandoque confici sine speciebus.

M E S V E.

ELECTARIVM Regium, cerebrum, cor, thoracem, ventriculum roborat. Accipit strobilorum excorticatorum vncias octo, amygdalarum similiter purgatarum vncias sex, sacchari libras quatuor, aquæ rosatæ libram vnam, & dimidiam, olei amygdalarum dulcium recentis, & rosati, ana vncias tres, cinnamomi drachmas octo, & semissem, caryophyllorum, & santali citreorum ana drac. iij. & ligni aloes drac. iij. ambrae drac. i. moschi scrupulum dimidium.

EGO utroque horum vsus plerumque sum, sed à primo amoui oleum, ne vomitum moueret, & à secundo sandalos, qui multis non placent, quandoque addens cucurbitæ, & peponium semina, aromata etiam prout mihi vitum, moderans. **MAN.**

A hoc tolle oleum, ne sit vomitorium si vti libet. **SYLV.**

OLEI rosati amygdalæ recentis, & dulcis ana vnc. iij. Perperam additur ana; cætera rectè habent. **COST.**

MESVÆ DE BLECTARIIS

bent, & in codicibus aque omnibus leguntur. Docet autem Mes dist. 12. quo pacto ex amygdalis dulcibus rosaceum oleum paratur; atque id hoc loco esset usurpandum. sed elegantissime conficitur in hunc usum hac ratione. Purgantur amygdalæ, & cum recentibus rosis minutim secta amygdalæ, & in patella calefacta sacculo includuntur, ac prælo subiiciuntur, emanat oleum mire odorum, & dulce: id hoc loco maxime opportunum puto, quamquam, neque semper ad manus sunt recentes rosæ, neque ex amygdalis dulcibus oleum servari diutius potest, quin rancidum evadat. Sunt qui oleum in hoc electario prætermittant ob periculum nauseæ. Nos vero cum tot aromatis, oleum quale diximus, & quale etiam Mes, conficit, ventriculo amicum, & minime vomitorium putamus. Non ignoramus tamen eo iniuncto oleo, fore, ut dum id prompte, ac celeriter rancidum evadit, electarium quoque ipsum ingratum cito fiat. Quare eos laudo, qui oleum tunc solum addunt, quum vti electario est opus, sed neque eos damnarem, qui sandalos excipiunt, ut plurimum ingratos: nisi maior sanitatis habenda esset ratio, quam palati.

MESVÆ

ELECTARIUM Regium alterum, idem pollet, nam ipsum complent stibylorum excorticatorum vnciæ sex, amygdalarum dulcium etiam delibratarum vnc. iij. aquæ rosarum lib. j. & dimidia. rosarum rubrarum vnc. j. & dimidia, santalorum citreorum drachmæ tres, & dimidia, sacchari libræ quatuor, ambræ drach. vna, moschi scrup. semiss.

SYLV. VSVI esse potest sublatis santalis, ferè ingratissimis aromatis etiam diminutis, & in eorum locum semine cucurbitæ, & melonum addito, vel alio, pro varijs scopis.

MESVÆ

CONDITVM ex fructibus appetentiam excitat, & bilem flavam ex ventriculo deturbat, eiusque intemperiem calidam corrigit. Accipit carnis cydoniorum, & pirorum austerorum, & malorum acidorum. ana lib. j. coque ex aceto forti, in quo rhus viginti quatuor horis maceratus fuerit, deinde addita lib. j. omphacij ex acinis cum seminibus multum, diuq; tritis expressi, & carnis forborum immaturorum vnc. v. omnia cum sacchari libr. iij. coquuntur ad mellis crassitudinem, tunc adduntur succi ꝑ baccarum oxyacanthæ ꝑ vnc. ii. spodii, seminis oxalidis ana ꝑ vnc. i. percoctum conde vase vitreo. Datur à drachm. duabus ad drachm. tres cum aqua frigida, & succo citri, aut succo ribes, aut alio eiusdem naturæ.

þ berberis, þ ul. legunt drac. ij. vult ana drachm.

MAN. EFFICAX est. neque insuaue, si bene præparatur. SVMACH. Græci Rhun Syriacum vocant. PYRORVM ponticorum. idest, saporis astringentis & acerbi.

EFFICAX est ac iucundum: dari autem potest ab vnc. j. ad fescunciam, cum nullius in eo simplicis vites sint formidandæ. SYLV.

STRENVE astringit, & refrigerat, ut propterea Mes. non temere dosim trium drachmarum præscribat. Non ergo Sylvi consilium satis tutum puto exhibentis fescunciam, præsertim cum citri, aut ribes succo, ut Mes. iubet: præstat enim interdum idem repetere cum securitate, quam audacius semel sumere, & periclitari. COST.

MESVÆ

ELECTARIUM de oxalide Galeno adscriptum ad intemperaturam calidam totius, ut in febre æstuosa, vel solius ventriculi, aut hepatis, syncopem, cordis palpitacionem, ebrietatem. Recipit xyloaloes, cubebæ, ana ꝑ vnciam dimidiam, rosarum rubrarum, corajli rubri, margaritarum albarum, santali citrei, ꝑ auellana Indicæ, ana drachm. duas, baccarum oxyacanthæ, seminis citreoli, seminis cucurbitæ, seminis cucumeris, ana vnc. semiss. ꝑ seminis oxalidis, seminis portulacæ, & buglossi, ana drachmas tres, & semissim, spodii electi, gummi Arabjci, tragacanthi, ana drach. iij. boli Armeni drachm. i. & semissim, caphuræ drac. i. excipe succo citri, aut omphacii coctione inspissato. datur à drach. ii. ad vnciam dimidiam cum aqua frigida.

Confectio alia G. & est confectio de acetosis faciens ad tremorem cordis, & stomachi caliditatem, & æstuationem, & ad feruorem stomachi, & sitim, & fumosam eructacionem, & oris ardorem, & hepar inflammatum, & febrem, & syncopim, & ebrietatem. G.

FAVFEL secundum Serap. est auellana indica, arbor cuius emittit cannulas, in quibus est faufel sicut dactylus, & arbor ista non est in terris Arabum, postea dicit auctoritate Isaac bernaram, quod defertur ex siza, & est frigida, & fortiter styptica, & fortificat membra, & virtus eius est sicut virtus sandalorum rubeorum, quæ quando non reperitur, ponitur loco eius ex sandrub. & medietas ponderis eius ex coriandro recenti. CHRI.

NON esse Galeni. Camphora, & Sandali ostendunt. FAVFEL. Fructus quidam astringens, antiquis incognitus, nunc auellanam Indam vocant. Bolo armeno caremus, falsum apothecarij passim habent. Caput aliud ferri ex orientali plaga, quod nec ipsum esse verum Armenicum puto. MAN.

GALENO id male tribui indicant santala, & caphura, & auellana Indica, cubebæ, spodiū Arabum, idest ebur vstam (nam Græcorum spodium, idest cinerula, metallicum est excrementum pompholygi congener in corpus non recipiendum) margaritæ nusquam quod sciam, Galeno appellatæ, vel usurpatæ. SYLV.

GABRIELIS est non Galeni. Appelles autem de acetosa, idest oxalide, ut Syluius, aut de acetosis ut alij, nihil refert. Illud autem magis quid sit faufel, ac quid. COST.

quid
dam
eum
lana
nuel
fauf
rem
fauf
oble
toru
face
lent
ab a
MAN. N
sunt.
COST. Q
bram
enim
paret
facit.
& v
autem
mus,
subdu
C
qua,
gran
dimic
vafe.
CHRI. H
pro ec
tame
electa
ficatio
sunt f
du, qu
mæ tu
MAN. V
si pro
SYLV. FL
sunt
quo m
prius i
bus fru

quid eius loco sumi debeat. *Aiunt Arabes faufel* Indam esse auellanam, & fructum nos alias habuimus, eum moscat: nucibus repertum qui foris nostratis auellana duriori cortice oblecta faciem haberet, intus vero nucleum amygdala. sed raro id ad nos venit, neque an faufel sit constat. Huic loco quid usurpandum sit, habemus, atque ut alij iudicent, relinquimus. Meminit de faufel *Auic. 2. Can.*

M E S V E.

CONDITIONUM ex prunis ventriculi ardorem, & inde natam sitim extinguit, febres mitigat, aluum soluit. Accipit carniū, prunorum nigrorum, oblongorum, & mediorum, subdulcium, elixatorum in aqua, cui portulaca incocta fuit, lib. ij. sacchari albi lib. j. aquae violarum lib. ij. coq; igni lento ad crassitudinem, reconde vitreo vase. Da ab aureis quatuor ad sex aureos.

MAN. NON displicet, modo stomachus non sit valde debilis. *M V Z O R V M,* id est, quae dulcicida sunt.

COST. QVVM hic variant miro modo codices, non est improbanda vulgata lectio, quae habet, sacchari libram unam, aquae violarum libras duas; quanquam enim sacchari mensura comparata prunorum mensura parior videtur; corpulentia tamen prunorum plurimum facit ad electarij consistentiam. Sed erit nihilominus oris, & ventriculo gratius si libras duas sacchari assumas. Aque autem violarum nomine infusum intelligendum putamus, quod & alij; est enim electarium hoc, ut ait *Mes. subduktorium.*

M E S V E.

CONDITIONUM ex forbis ventriculum roborat, immodicam purgationem sistit. Accipit carnis forborum propomodum maturorum coctorum in aqua, cui rosae prius incoctae fuerint, & cortices granatorum, lib. iij. mellis, aut sacchari lib. ij. & dimidiam, coque ad crassitudinem, & reconde vase. Da vnc. j.

CHRI. HOC sepe vtebatur Thomas de Garbo in fluxibus ventris superfluis, ante cibum assumpto eo in quantitate castaneae crassae: praeparatur tamen cum zucchero, & non cum melle in forma electarij loco diacitonite sine aromatibus, & efficacius operabitur quam ipsum. Sorbe autem sunt frigidae complexionis & sicca in primo gradu, quando non sunt maturae. Et sic est finis primae summae de electarijs delectabilibus.

MAN. VEHEMENTER adstringunt, & ad eum usum communiter paratur. id facturum vehementius, si pro forbis mespila accipiemus.

OLV. FLVOREM alui immodicum sistit ante epulas sumptum, praesertim cum saccharo conditum, in quo malicorij vnc. ij. aut tres, rosarum vnc. iij. aquae prius incoctae fuerint. Ex mespilis vtriusque, & similibus fructibus idem fieri potest.

ASVMENDAE sunt decocti ex rosis, & malicoria **COST.** lib. iij. atq; adeo legendum cortices granatorum, non corticum, longe diuerso sensu. Rosae autem sint sicca: recentes enim exoluunt, & opus Mesue intentioni contrarium moluntur.

SECUNDA PARS
PRIMAE DISTINCTIONIS

De antidotis amaris magnis.



THERIACA diatesaron, id est ex quatuor, ad affectos frigidos, tum cerebri, ut epilepsiam, paralyfin, spasmus cynicum, id est oris torturam; tum ventriculi, ut inflationem, & ab eo dolorem, tardam coctionem; tum denique hepatis, ut hydropem, cachexiam, obstructionem; praeterea mortui scorpionum, & potioni veneni confert. Recipit autem gentianam, baccharum lauri, myrrham, aristolochiam rotundam, singulorum portionem aequalem; trita curiosa omnia melle despumato excipiuntur. Datur ab aureo dimidio ad aureum vnum.

HAEC est secunda pars principalis primae summae, in qua auctor determinat de antidotis. id est de medicinis compositis, seu conuenientibus diuersis aegritudinibus, his tamen reductis ad formam electarij, vel solidae confectionis. Et primo incipit a famoso electario, quod dicitur

CTheriaca: reperiuntur. n. theriaca duae famosae descriptiones, & aliae quamplures, non sic famosae. Prima est, quae dicitur fuisse Galeni, quam ponit Nicolaus in suo antidotario, & Auicenna. 5. can. tract. primo. & denominatur ab eis, quia ipsi fuerunt inuatores illarum descriptionum, commendatur, & praeparatur, & sic plus generaliter habetur in usu theriaca Andromachi, quam theriaca Galeni. licet in simplicibus componentibus eas parua sit differentia. Ponit autem Auicenna loco iam dicto laudes, operationes, proprietates, & virtutes; per longa verba dictae theriaca Andromachi, verificando particulariter simplicia ipsam componentia, ad quem locum recurrendum est pro eius notitia. Dicitur autem theriaca sublimior medicinarum propter eius excellentiam: dicitur etiam theriaca a thero serpente propter trochiscos theri, qui ingrediuntur compositionem eius, ponuntur autem dicti trochisci in quinto can. Auicenna. & habet insuper theriaca praedicta diuersas operationes efficere, secundum diuersitatem suae aetatis, seu suae confectionis, & constructionis. Declarat autem Auicenna loco iam dicto, quod theriaca habet diuersas aetates, sicut & quaecunque composita, & sic diuersimode operantur secundum diuersitatem illarum aetatum, habet enim primo infantiam, secundo pubertatem, tertio adolescentiam, quarto senectutem, & ultimo decrepitem. In infantia autem, quae est aetas eius, incipiendo a die suae constructionis, & noue compositionis perdurans usque ad annos tres, est ista stupefaciua mortificatiua calidissima. *Mesua.* S ij ditatis

Dua theriaca de sc. famosa.

Theriaca Andromachi.

MESVÆ DE ELECTARIIS

ditatis innata, & quanto plus appropinquat suo principio, tãto plus habet suas operationes efficiere, in aetate aut̃ pubertatis iam incipit habere virtutes principaliter cõtra venena calida, & frigida, & contra morsus animalium venenosorũ, & contra quamplur alias dispositiones, & ægritudines, de quibus Auic. loco iam dicto, & alij auctores de ipsa loquentes asserunt, & affirmãt, & talis etas pubertatis est à tertio anno vsq; ad nonum, vel decimũ, vel (secundum quod ab antiquis describitur) à quinto anno vsque ad quintumdecimum. In etate aut̃ senectutis, completas habet, ac perfectas operationes suas. & tunc est in potissimo suo esse cum mirabilibus suis operationibus, de quibus Auic. mentionẽ facit loco superius allegato, & talis etas est à vigesimo anno vsque ad trigessimũ. Post sequitur mors ipsa, quæ etas decrepitas, quæ est, si rationabiliter pot̃ nuncupari, in qua est ablatio cuiuslibet operationis ipsius. Et licet Auic. in can. prædicto loco, & c. allegato longiores ponat etates theriacæ prædictæ, quia plura aromata ponebantur in ea, quam Archigenis temporibus fiebat, nunc tamen dictæ etates sunt ei magis conueniẽtes, & congruæ, & modernis medicis practicantibus magis conformes, & vsuales. Et hic nota, quod si quis diligenter aspiciat mentem Auic. Gal. & aliorum omnium antiquorum auctorum. theriaca Andromachi, ac etiam theriaca Gal. & quælibet alia theriaca composita efficaciores, & potẽtiores habebat operationes ipsorum tẽporibus, & etiã Archigenis quam habeat modo: vel aliqua ex prædictis habeat tẽporibus nostris. Et hoc idẽ euenit electarijs omnibus propter defectũ quantitatis aromatum in constructione ipsorũ, & electariorũ. Nã ad li. mellis ipsorum tẽporibus in theriaca, & sic in quolibet alio electario poni faciebant dra. iij. aromatum, Nunc autem ne assumentes ipsam abhorreant, solum poni facimus drachmas duas aromatum, & ut minus expendant, & ideo non est tantæ efficacitæ, nec laudes suæ ex ipsa sequuntur, ut eorum temporibus sequebantur. Operatur aut̃ theriaca cum est fermentata perfecte post annũ quintũ suæ constructionis, quia ante dictũ tempus vsus eius non est nisi ad somnum pronocandũ cum complexione sua calida, & sicca, quæ vltra secundum gradum modicum accendit, quæ resultat ex simplicium commixtione componentium eã: vincit tamen siccitas caliditate ipsius. Operatur etiã à forma specifica, aut à proprietate suæ specificæ formæ insequentis mixtionem simplicium cõponentium eam, & cuiuslibet de per se, qua complexione calor naturalis vigoratur, & spiritus. Vnde prædicta theriaca generaliter oĩbus passionib. n̄is, immo quibuscunq; dispositionib. nostris in corporibus, in quibus nõ est superfluus excessus caliditatis est utilis, & conueniens, licet plus frigidis quam calidis temporibus: quantitate cõuenienter exhibeatur, & maxime in declinatione ægritudinum materialium, & post ipsarum digestionem, ut in sine feb. phlegmaticæ regulariter exhibetur, vacuo tamen stomacho à superfluitatibus, & à cibo, & corpore mūdificato diligenter. Sic etiam post eius assumptionẽ nõ est cibus, vel

Electarijs per secula existisse tempore Galeni quædam sunt.

potus, vel aliquid aliud assumendum, nisi transfatis ad minus quinque horis; & illis elapsis, pot̃ tamen conuenienter exhiberi theriaca, & similia cum aliquo paruo potu, ut vino, vel aqua stẽchados, vel maiorana in passionibus frigidis capitis, ut virtus eo citius euaporet ad caput, & sic et̃ cum aliquibus liquoribus frigidis temperatis, ut cũ aqua buglossæ, seu melissæ in passionibus cordis venenosis; sed tutius est sine aliquo potu ipsam assumere. Vltimo pro laudibus, & operationibus eius, & modo, & tempore recurrendũ est ad Anicẽ. loco superius allegato, quo diffuse tractat omnia superius allegata prædicta, & maxime circa theriacam Andromachi, quæ omnia intelligenda sunt esse de Theriaca Gal. insuper notandũ, quod theriaca non solũ est ægritudinum curatiua, sed etiam est sanitatis preseruatua, & etiam illius conseruatiua, & dosis eius communiter in prouectis etate erat quantitas lupini, quæ erat pondus dr. j. Et hæc etas, & esset, quando theriaca esset cõstructa cum lib. mellis vn. iij. aromatum, sed hodiernis temporibus dosis eius est dr. j. vsque ad dr. j. s. propter defectum, & diminutionem aromatum ingredientium cõpositionem ipsius, ut superius dictum est.

THERIACA dicitur, quia ad morsus valet ferarũ. *Theriaca dicitur, quia ex quatuor, præter mel cõponitur. Antiqua est, & valde utilis. Mulo medici addunt ebur, & vocant Theriacis, sublimemq; esse dicunt ad preseruanda, curandaq; iumenta, ut videre potes apud Absyrtum, & Vegetium. MYRRHAM.) Hoc tẽpore apud nos reperire bonam, est difficile. Cum melle, MEL sit quadruplum specierum in hac, sicut in alijs similibus.*

THERIACA dicitur, quia valet ad morsus ferarũ. *Addito ebore diapente faciunt Absyrtus, & Vegetius mulo medici, iumentis seruandis saluberrimum, à circunforaneis pro magna theriaca passim venditur.*

CONFICE cum melle. *Quod Manard. quadruplum mellis ad specierum pondus addendum ait, ex vulgata, & communi consuetudine emanat: quæ in huius generis electarijs admitti potest: in purgatorijs sercus: aliunde enim mellis desumenda mensura est, ut nos supra admonuimus.*

MESVÆ

TRYPHERA antidotus Saracenicæ magna coctionem ventriculi, & hepatis suo calore iuuat, ob id flatu dissipat, humores in ventriculo, & alijs visceribus putres absumit, oris & corporis reliquodorem, & colorem commendat, lassitudinem tollit, sanitatem præsentem tuetur, & morborum generationem prohibet, venerem auget, hæmorrhoidas sanat. Recipit autem myrobalanorum capularum, Indarum, embli. bellericarum, citrearum ana dra. v. cinnamomi, trium piperum, † eryngij, folij spicæ nardi, cardamomi vtriusque, castiæ, † lepidij, cypeti, apij, linguæ auis, caryophyllorum, behen vtriusque, zingiberis, ana drachm. ij. nucis moschate, macis, sesami excorticati. ana drachm. iij. amygdalarum ambarum. ana drachm. v. ligni aloes, mastiches, rhabar.

CHRIST. MAN. SYLV. COST. SYLV. COST.

† Ung. 1770. † Anacard.

rhabarbari, feminis foeniculi, ana drac. ij. ozimi, menthae sicca, origani Perfici ana drach. j. & semissem. Myrobalani frigentur cum butyro recenti, ceterae species cum oleo amygdalino: melle excipiuntur omnia: datur a fel quidrachma ad drac. iij. addunt aliqui turbiti drach. v. f. moich drach. j. partem quartam, seu grana quindecim.

CHRI. **TRYPHERA** Graece est dicta delicata Latine Sarracena, quia a Sarracenis inuenta. Nicolaus in proprio antid. vna aliam habet descrip. differentem multu ab ista, quae in Gallia magis in vsu habetur, quam ista Mesue. Setaragi quid sit vide apud Serapionem proprio cap. vbi dicit auctoritate Gal. quod virtus eius, et sapor, & odor sunt similia virtuti saporis, & odori nasturtij, nisi quia est minus desiccatum, & sic loco setaragi Indi, possumus ponere semen nasturtij.

MAN. **TRYPHERA** quasi delitiosa vel voluptuosa. **SETARAGI** Indi. Est Lepidum dicit Auicenna, quo Indum est, scilicet parua, subtiliaque ligni.

SYL. **TRYPHERA** Sarracena Nicolai Gallis est vltior Tryphera autem idest delicata, dicta videntur per antiphrasim; sunt enim ob amaritudinem ingratae. Arabum inuentum esse ostendunt myrobalani, & alia quaedam: alij hominem iuuenem reddentes interpretantur. Annos duos seruant. possunt cum sacchari libra vna in vnciam solidum fieri electarium.

COST. **TRYPHERAE** vox Scribonio largo medicamenti est nomen causticam vim habentis. Arabibus laetum videtur significare. Expositum autem hic setaragi, quae vox Auic. lepidum quoque significat. Sed setaragi tamen quod est lepidum, non est Indum. Indum autem idem Auic. esse ait ligni frusta parua, & tenuia, ac cortices instar caryophylli. Quare non assentiendum Manardo videtur setaragi Indi nomine lepidum hic usurpanti: quid vero setaragi Indum sit, ex Auic. descriptione non habemus, sed si Bellunensem quis spectet qui in 5. Can. Auic. vbi interpretis verterat castia, seu Inda castia, sytragi ipse est interpretatus; setaragi castia odorata speciem esse forte indicabit. Sed vere neque eadem est vox setaragi ac sytragi: neque quod Bellunensis Arabicam vocem restituerit, probat id esse castiam Indam: quin antiquum interpretem castiam perperam posuisse potius significat, neque enim immutanda erat lectio, si sytragi castia erat Inda. Adde quod vbi de castia Auic. de hoc setaragi plane nihil. Quidquid tamen sit, quod ad hunc locum pertinet, si aut setaragi omittas, aut pro eo nucem moschatam, aut quid tale reponas, arbitror non fore piaculum, neque enim purgatoria haec sunt, de quibus adeo sit verendum. Sane meminit hic de origano Perfico. Eius loco quia Perficum non habemus, Creticum licebit sumas.

MESVE

TRYPHERA antid. moschata eadem promittit, quae prior, sed imbecillius, recipit vero myrobalanorum cepularum nigrarum, embl. bell. piperis nigri, & longi, zingiberis, castiae, spicae nardi. f. ana drachm. v. feminis anethi, feminis por-

ri. ana drachm. ij. feminis f. dauci, rosarum rubrarum, cinnamomi, nucis moschatae, caryophyllorum. ana drach. j. & dimidiam, macis, cardamomi maioris, galangae, ligni aloes, moschi. ana drach. feminis, nasturtij drachm. x. excipitur melle despumato, datur a drachm. ij. ad drach. iij. adduntur interdum scorix ferri nutrita f. vnc. j. drach. ij.

Tryphera moschata quam fecit Alcanzi, experta mirabiliter ad mollificationes, & ventositates stomachi, & viscerum, haemorrhoidarum, & ad corruptionem complexionis, & seditatem coloris cutis, & addit in coitu.

BAVCIA. Est pastinaca domestica. **MAN.**

SEM. Bautia. Bancia nomen tamen sylvestri quam Sdorastica pastinaca ascribit Serap. efficacior autem est in omnibus sylvestris, quam domestica Dioscoridi: quo fit ut hic, contra quam Manard. sylvestris potius usurpanda sit, quam domestica.

Scorix ferri. Antiqui codices legunt vncias ij. neque longe est ab huius auctoris instituto, qui in sequenti triphera tantundem scorix addi iubet, quantum pendet cetera. Errant, qui scorix ferri loco eiusdem squamam sumunt, quae malleo deicitur, est enim scorix inutiles recrementum: spongiosum, globosum, quod ferrarij fabri abijciunt: squama vero excrementum vtile est, quod in fusorias fornaces micellum liquefit, & vtile reddit ferrum. Porro scorix ad leuorem trita, & aceto macerata vsus est Gal. 9. simpl. ad externos aff. Eius, sed quod is, vel vllus Graecorum intra corpus assumendam dederit, nondum obseruauit. Frequenti tamen experimento Arabum, ac posteriorum deprehensum est saluberrimum esse medicamentum, & magni vsus in internis viscerum ac praesertim lienis obstructionibus. Eius paranda hic est modus, ut tritam in fontana aqua diutius abluas, & qua emergent sordes effusa aqua abijcias, & alia rursum iniecta aqua tantisper insistas dum forsordium nihil amplius emergat. tum accerrimo aceto infundenda, ac ut aiunt, nutrienda dies circiter quinque, ut in Tryphera minori Phanonis Mesues docet. & in leuorem redacta exiccanda, & reponenda. Hac vero etiam ratione squama, & scobes, & ferri, & aris vbi opus fuerit, sunt paranda.

MESVE

TRYPHERA antid. Gal. eadem omnino promittit. Recipit omnium myrobalanorum ana drach. x. zingib. & mallichis, cinnamomi, caryophyllorum. ana drachm. vii. galange, spicae nardi, atari, croci, femi. foeniculi, anisi, apij, ammeos. ana f. vnc. s. costi, piperis nigri, & longi, castiae, ana drach. iij. nucis moschatae, cardamomi vtriusque, macis, calami aromatici, ligni aloes, ana drac. ij. f. behen albi, & rubri, f. rad. piperis, cyperi, ana drac. iij. & semis. ambre drach. i. moschi f. scrup. i. frigentur myrobalani cum oleo amygdalarum dulcium, melle despumato omnia excipiuntur. Scorix ferri in aceto nutrita aliquando additur a Galen. ad mensuram omnium, vel dimidii. Datur a drac. i. ad. ii.

Tryphera Galen. confortans stomachum, & calefacit ipsum. Et confert ad ventositates, & Mesue. S iij hamor-

ANT. Sicut.

MAN.

COST.

f. drach. iij.

f. albulsum, aly santali, f. drach. s. partes dua.

ANT. haec habet.

MESVÆ DE BLECTARIIS

hæmorrhoidas, & humorem crudum, & adiuuat desiderium coitus. Et clarificat colorem, & calescit renes, & confert ad ventositates matricis, & fluxum, qui per hæmorrhoidas.

MAN. **N**ON credo esse Galeni, cū neque behen, neque ambram, neque moschum agnouisse videatur. ALSVLFVMEN.) Difficile est de his barbaris diuinare dictionibus, potes tamen sumere ocimum. Inter pres Auicennæ exponit radicem piperis. Quidam textus non habent hanc dictionem.

SYLV. **N**ON esse Galeni, indicant simplicia Galeno indicta, & incognita, myrobalani, abra, moschus, galanga, caryophylla, nux moschata, macis.

COST. **T**RYPHERA G. Esse puto Gabrielis. Obscura autem hic est vox alsulfumen. Eius loco Manar. ocimum admittit. ceteri piper nigrum, atque id forte non inepte, significat enim ea vox Arabibus, radicem aut lignum piperis: quæ tamen quia à nobis ignoratur, sumi eius loco piper potest.

MESVÆ

TRYPHERA antid. minor Phenonis. ventriculum, hepar, renes, vesicam roborat, ob id fluorem alui, hæmorrhoidum, mēsum immodicum cohibet. sanguinis corruptionem, & cruditates, & in ventriculo putredines humorum emendat, colorem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ vitium redimit. Accipit autem myrobalanorum cep. Ind. belleric. embl. nucis moschata, ana drach. v. nasturcij, asari, origani persici, piperis, thuris, ammeos, zingiberis, † fructus tamaricis, spicæ nardi, schænuanthus cyperi, ana † vnciam dimidiam, scorix ferri diebus quinque in aceto nutritæ † drac. xx. myrobalani assentur in butyro vaccino, & cætera inuoluatur oleo amygdalarum dulcium, aromatizetur moschi drac. i. melle despumato excipiantur. Post sex menses datur à drachma vna ad drachm. iij.

MAN. **C**ARMEZIT.) Est fructus Tamarisci: magnam vim habet in adstringendo, quæ hoc desiderant, & præcipue mulierum redundantes menses.

SYLV. **E**X his omnibus sola ferri scoria, & fructus tamaricis aperte adstringunt, spica nardi, & alia quædam imbecilliter. Eademq; multo plus calore suo, & essentia tenuitate menses, ac hæmorrhoidas promouerint, quam adstrictione leui steterint: ob id in hos affectus duos, ea omnia tollerem, vel horum partem bonam, neque solum pondus minuerem. Ad affectus alios frigiditati succedentes, & menses, vt vocant, albos, esse possit salubris: non autem ad eos qui calorem sequuntur, nam putredo humorum, & formæ corruptio, qualis in elephantiscis, calorem ferè sequitur, rarius caloris imbecillitatem: licet hac mixtione integra mirifice valere ad mensium corruptionem, & florem eorum, ac hæmorrhoidum immodicum vsum suorum affirmet author Luminaris maioris. Scoria autem in aceto nutritur, dum eo diu maceratur, aliquoties mouendo, vt docemus in nutritione li. 2. pharmacopœiæ.

COST. **Q**UÏ commendat hoc electarium Mes. ad alui mensium, hæmorrhoidum fluorem, & ad sanguinis

corruptionem, videntur tamen in hoc sola ferri scoria, tamaricis fructus, & spica aperte adstringere, & alia quadam imbecilliter, atque eadem calore suo, & tenuitate substantia aptiora, vt menses, ac hæmorrhoidas promoueat quam leui adstrictione sistant, sed & humorum, ac formæ corruptio qualis in elephantiscis, calorem ferè sequitur, raro autem caloris imbecillitatem, quo fit vt bona horum medicamentorum pars, aut omnia sint tollenda. Hæc ferè Sylius. Sed tanti viri pace, myrobalani ferène adstringunt qui huius medicamenti, & tripheralum omnium sunt basis. Sed & ex assatione adstringentia vis extollitur, acrimonia vero, & discoloria, ac reseratrix facultas deprimitur, quod Mes. libr. Can. satis explicauit præsertim vero aerem, & disseccantem illorum vim reprimit temporis diuturnitas, quo etiam obliteratur quicquid caloris assationis vi concipi in hoc poterat medicamento. Aptum ergo est ad sistendum aluum, menses, hæmorrhoidas. Sed & elephantiscis conferre potest: quanquam enim putridorum humorum colluies in ijs nonnaturalis caloris vim sequitur, ob innati tamen præsertim caloris augetur inopiam, non coquentis, digerentis, & superfluum humiditatum affluxum desiccantis: dum vero corroborant hæc adstrictione sua intestina omnia, & principes gignendi sanguinis partes muniant, ne affluentes aliunde humores prauos prompte suscipiant, innatum etiam calorem ad uant, & sanguinis probi generationem procurant. atque adeo elephantiscis quoque conferre possunt. ne interea etiam id silentio pertransiam. corruptos humores hoc medicamento myrobalanorum videor sum interdum deturbari, id quod ad sanguinis probi generationem maxime facit.

MESVÆ

TRYPHERA alia minor ventriculorum, & hepar firmat, lienterix confert, & hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ. Fit ex myrobalanorum Indarum, belleric. embl. singularum portione pari: hæc butyro vaccino inuoluta frigentur, melle emblicarum excipiantur, aromatizentur mosco. Addant alij, cyperi, thuris, asari, feminis apij, & nasturtij, ana script. i. scorix ferri nutritæ partes tres.

EFFICACIOR videtur scoria ferri addita, quæ nutriti dicitur, quando in aceto mandet longo tempore.

INVOLVANTVR in butyro vaccino, & frigentur. Non vna est myrobalanos assandi ratio. Alij, quod Serutor, & Sylius, eos succo aliquo adstringenti veluti cotoneorum maceratos, & linteo exsiccatos sartagine assante, vt ne urantur. alij confractes butyro illitos frigunt eadem sartagine: atque posterior hic modus Mesue præscripto magis respondere videtur, qui de maceratione nihil. Arbitror tamen maceratos primum, postea exsiccatos, debinc illitos butyro, assari posse non præter authoris mentem quanquam de maceratione non meminit: ex hac enim primo, postea etiam ex fritione eorum adstrictio magis augetur, atque adeo ad ea efficacius medicamentum redditur, quæ author querit.

M E S V E.

DIACURCUMA magna ventriculi, hepatis, lienis, morbos frigidos, ob id diurnos sanat: & quæ his succedunt symptomata, obstructions, hydropica cachexiam, colorem corporis foedum, humorum in ventriculo corruptelam, à flatibus crassis inflationem, dolorem quoque renum, & vesicæ à causâ frigida, vel obstructione mitigat, vrinamque prouocat. Recipit autem croci, asari, seminum petroselini, dauci, anisi, opij, anacardij, vnciam dimidiam, rhabarbari, mei, spicæ nardi, ana drachm. vj. costi, myrrha, casia, schœnanthus, carpobalsami, rubiæ, succi absinthij, succi eupatorii, olei balsami. ana drachm. ij. calami aromatici, cinnamomi, ana drachm. j. & semiss. scordij, scolopendrij, succi glycyrrhizæ, ana drachmas ij. & dimidiam tragacanthi drach. j. melle despumato excipitur. Datur a drachma vna ad drach. iij.

A secundo. Et nota, quod licet rheubarbarum ingreditur huiusmodi compositionem, non tamen efficitur solutiuum propter paruum eius quantitatem, quæ ingreditur, & leuem dosim, quæ assumitur ex toto composito.

MELIUS est hanc dimittere, quia non bene conficitur. si quis tamen conficere eam velit, videat ut habeat verum eupatorium: nam quod passim videntur, mendax est. Sed & verum meon. & scordiū non agnoscunt, ut oleum balsami taceam. Scolopendrium est, quam vulgo citrach appellant.

MAN. *Si i quod quod auos* Græcis potest vocari: nam curcuma est Arabica, *i quod quod auos*, id est rubea: alijs placet curcuma esse chelidonium à cuius colore flauo huic antidotos sit nomen, vel corrupte pro *Mauro*, quem capit largiorem.

EX croco nuncupari hoc electarium puto, corrupta voce, recte autem diacrocoma, saepe enim ex eo, quod primo loco in medicamento sumitur, ea Arabes denominarunt. Ita electarium de gemmis, alchermes, de xilaloe, de citro, de galanga, diarhodon, caryophyllatum, nardinum, et alia multa, quamuis non omnia. Non venit hunc in locum curcuma, aliudque est curcuma ab erithrodano Mauritanis, contra quam nonnulli sentiant. Porro autem, ut de croco aliqua. Crocum tota ferè Italia colit: sed copiosissimum, & probatissimum mittit Aquila Venetorum. Adulterari interdum audio salite bubula filamentis. sed adulterinum ab ijs, qui syncerum sepe tractarunt solo intuitu deprehenditur, est enim adulteratum colore minus viuido, & maceratum aqua minus inficit. Numeratur inter cardiaca. Vias scilicet spirituum calore, ac substantia sua tenuitate laxat, & peruium corpus reddit, spiritus frigidus, & sopitos calfaciens excitat, turbulentosque, ac crassos depurat, vi, quam insignem habet disensoria, & eosdem natura nostræ gratiores facit incundo odore, atque astringentia, quam mediocrem habet facultate, solidas cordis partes corroborat. Copiosius tamen assumptum in interitum etiam perducit, arbitror ob nimiam spirituum dissipationem. Obseruatum etiam est, qui croci sacculo puluinaris, aut fixati vice vsi sunt, oborto insigni capitis dolore cum incredibili grauitate, interijisse. nempe dum sui tenuitate in intimos cerebri anfractus penetrat, & calore vaporum copiam secum ducit, opplet adeo caput, ut ocluso spirituum transitu suffocentur. Porro planta ex qua crocum, nulli non cognita est: sed & hæc duarum specierum: maior & minor. maior post autumnum aequinoctium, minor vere ferè primo floret, vulgato illo, & flore, & folijs, & radice longe minor, eadem tamen in omnibus facie, hoc nos frequenter vidimus, & collegimus in monte S. Iuliani Pisis, & coluimus in hortulo nostro Landa plures annos. Sane meminit hic de eupatorio Mes. Manardus vero legitimum reperiri dubitat. Sed nunc Mesue eupatorium agnosci satis constat, estque id herba Iulia, de qua lib. simpl. Meminit & de balsami oleo, quod licet vix apud summos reges reperiat, nos ipsi tamen habemus munere Iosephi Parpallioni nobilis Nouariensis, & medici præstantissimi, ex Cayro, ubi multos egit annos, delatum, quum autem eius non esset copia, pro eo expressum ex myrrha oleum satisfaciat.

ISTVD est electarium magnum, & denominatur diacurcuma à quadam radice, quæ nominatur rubea tinctorum. Et à quibusdam dicitur quod curcuma est species chelidonie, sed hic sumitur pro rubea tinctorum. Valet principaliter ad omnes agridudines frigidas antiquas, factas à materia frigida, & maxime hepatis, & splenis, cum quibus coniungitur debilitas virtutis digestiue, seu sanguificæ cum oppilatione ipsius, aperit enim oppilationes ipsius, & hepar calefacit, & virtutem digestiuam corroborat, colorem totius bonum efficit, & mortificatum bene viuificat: vnde eius principaliter operatio est in corporibus cachecticis, id est ad hydropisim preparatis, & sic in tali dispositione principaliter communiter vtimur: valet etiam in passionibus renum, & vesicæ frigidis, & etiam stomacho, & alijs in litera positis. Cachexia enim est dispositio prima ad hydropisim, in qua color corporis incipit dealbari, & aliquantulum citrinari, substantia corporis mollificari. Et dosis eius est à drach. i. vsque ad drach. iij. Et potest simul assumi cum modico vini subtilis, vel cum aquis aperitiuis calidis conuenientibus hepati, de quibus inferius mentionem faciemus. Et vsus eius potest esse continuis diebus pluribus, nisi in tempore magni febris, & in corporibus quamplurimis febricitantibus, nisi cum eo administraretur electarium minus calidum, vel frigidum, ut cum diarhodon abbatis, vel cum triafandalis, & assumendum esset cum aquis temperatis, vel frigidis, ut cum aquis radichij, seu lupulorū, vel endiuia, seu seminum communium, vel cum vino aqua limphato. Sumitur hic eupatorium: herba est nota, conferens multum malæ complexionis frigidæ hepatis, & oppilationi eius, secundum omnem modum administrationis, & maxime in aqua distillata, & sic habetur plus in vsu, et est calidæ complexionis in primo, sicca in secundo: sumitur & lingua ceruina, herba est nota, quæ multum valet in passionibus frigidis ipsius splenis, & oppilationi, & durtitici eius: & est calidæ, & sicca complexionis in

MESVÆ DE ELECTARIIS

MESVÆ

† hoc adlin
Syl.

DIACURCUMA minor idem pollet, † (sed imbecilius.) Recipit spicæ nardi, myrrhæ, casia, croci, schoenanthi, costi, cinnamomi ana, melle despumato excipiuntur.

ANT. habet.

Diacurcuma minor valens ad ea sicut maior. Recipe spicæ, myrrhæ, casia, croci, floris schoenanthi, costi, cinnamomi, ana confice cum melle despumato, & est bona, & experta.

MAN.

MINOREM hanc quivis parare potest: non multum enim errabit, qui herbam Schani pro flore receperit.

SYLV.

Hæc ab usu recessit, & quæ maior, & minor, tam Auicem. quinto can. quam Serapioni in antidot. scribitur.

COST.

NON desunt iunci odorati flores pro hoc parando medicamento, sed ut & Manard. sumi folia possunt etiam opportune.

MESVÆ

† marmatu.
† drachm. ij.
† ad drach. ij.

DIAMORVSA præstat quæ diacurcuma: nam affectus ventriculi, hepatis, lienis frigidus, proindeque chronicos sanat; hydropem, frigidam ventriculi intemperiem, ac inde natam crudorum succorum copiam, & dolorem. Recipit autem croci, acori, ana drach. ij. myrrhæ, drach. iij. baccharum lauri, drach. ij. & s. dauci cinnamomi, casia, cymini carmeni, carpobalsami, schoenu anthus, semin. apij, anisi cardamomi, spicæ nardi, menthæ sicca, † marrubij † ammeos, ana drach. j. costi, trium piperum, ana † drac. j. melle despumato excipitur. Datur à drachma vna ad † dr. iij.

CHR.

DIAMORVSA raro in usu habetur. hæc descriptio videtur concordare cum illis, quas describunt Auic. in quinto can. & Serapio in proprio anti. & appellatur apud istos istud electarium hamorufia.

MAN.

DAUCVS est trium specierum. Eligendus est Creticus, cuius flores & semina alba. ACORI. de hoc quid sentiam, infra notabo. MARMACVR. idest Melysophyllon.

SYLV.

ELECTARIUM hamorufia dicitur Auic. quinto can. & Serap. in Antidotario.

COST.

SI legitimum est balsamum, quod ego habeo, proficiscor vulgatum carpobalsamum, atque etiam xilobalsamum eodem, licet inferiori, odore, saporeq; prædita legitima non sint censenda, non intelligimus: qui tamen secus senserit, pro carpobalsamo cubebas poterit usurpare.

MESVÆ

† drachm. ij.

DIALACCA magna ventriculum, & hepar roborat, hepatis obstructiones aperit, eius scirrhum dissolvit, & his nascentem cachexiam, & hydropem sanat, urinas mouet, lapidemque renum, & vesicæ frangit. Recipit laccæ lotæ, rhabarbari an. † drach. ii. spicæ nardi, mastiches, schoenu anthus, costi, myrrhæ, croci, cinnam. bdellii, seminum

E apii, anisi, ammeos, feniculli, succi absinthii, succi eupatorii, sabinæ, asari, aristolochiæ, gentianæ, hyssopi sicca, amygdalarum amararum, rubiæ, † ana drach. i. & s. piperis nigri, zingiberis, ana drac. j. myrrham, & bdellium vino infunde, cetera tere, omnia melle despumato excipe. Dabis ab aur. i. ad aur. ii.

† vulg. ab
dit casia
cinnam. sicut
nardi.

DIALACCA maior est, efficax, & experta, & quasi consimilis operationis cum diacurcuma maiori, sed magis, & plus appropriatur passionibus renum, & vesicæ, & lapides frangit per vias urinae educens. Et dicitur dialacca à quodam gummi quod vocatur lacca, quæ ingreditur eius compositionem. Et modus assumptionis eius, & tempus, est secundum regulam datam in electario de aromatibus secundum deser. Gal. Et dosis eius est sicut dictum est de diacurcuma. Est aut lacca, Gummi quod portatur de Arabia, & est calidum in primo, siccum in secundo, coloris citrini rubei, & cum ea tingitur sericum quantum ad colorem cremufi. Abiuitur autem secundum quod hic convenit cum decoctione schoenanthi, & aristolochiæ, per quam abluitionem acquirat subtilitatem, & apertionem maiorem. Saurina. Arbor est nota, calida, & sicca versus tertium gradum, & est multa apertionis, & prouocationis. Bdellium gummi est arboris in terra arabum, & est calidum, & siccum in primo cum virtute molliuatiua, & resolutiua, & est bdellium Syriacum. idest de Syria, & est Iudaicum, & melius.

CHR.

Dialacca
da.

Gummi

Lacca alba
qualis

Saurina

Bdell.

Hactutius vitur, quæ Diacurcuma: omnia, quæ in ea ponuntur, nota sunt, solum attendendum, ut lacca sit quod dicunt Græci καύρακος, quia arte alia paratur, qua passim infectores vituntur.

MAN.

SYLV.

καύρακος, Græcis diceretur: id gummi sæpe adulteratur, eoque infectiores passim vituntur, sericum colore Kermesino tincturi. Hæc tutior est, quam diacurcuma. Lauanda autem hic lacca decocto schoenu anthus, & aristolochiæ, ut essentia tenuitate assumpta valentius aperiat calida primo gradu, sicca secundo. Cymas, seu summitates schoenu sustuli, quod hæc cum floribus sumantur, quibus sunt inferiores.

VVLGATAM Laccam, gummi, scilicet illud rufum, pellucidum, mirrha aspectu simile sive uolens, quosdam ligneos inuoluens, verum esse cancamum Græcorum, fatebitur qui Matthioli commentaria in Dioscororum, fatebitur qui Matthioli commentaria in Dioscororum, legebat. Esse vero eam laccam quoque Arabum, de qua scilicet Auicem. & Serap. ex Isaac sententia, pro certo habeo. Quanquam enim (quod quis obijciat) nunc eius usus ad inficiendum est nullus; erat tamen superioribus annis, sicuti ex fide dignis, & expertis artificibus intelleximus, multus, & frequens: immo color, qui ex lacca, pertinacius inhaeret, quam qui ex cocco, vel chermes, quamuis minus sit floridus. Omissa est nostra ætate ob chermes copiam, cuius paucos ante annos erat inopia. Ex illius reliquijs ubi serica opera infecerant, parabantur pastilli nullius inferioribus usus, sed à pictoribus appetiti, sicuti innuit Serapion: quod nunc quoque fit ubi infesta sunt serica ex chermes: ex reliquijs enim ipsius eodem exemplo pastillos parant in pictura usum. Ergo qui laccam illam nullius esse aiunt ad inficiendum usus, falli puto. Quanquam vero infecturam ex lacca, chermes

COST.

MAN

SYLV.

COST.

ebaymes vocari Serap. affirmat, hoc tamen non persuadent Arabum laccam ebaymes fuisse: vocabatur enim ebaymes etiam tinctorum coccum, quod grauiam vocant: neque ebaymes nostrum, de quo supra, lignorum circumuolutur furculis, ut lacca Arabum: sed, ut dicebamus, ad pimpinelle radices. neque etiam aspectu est rubrum, ut lacca Serapionis, sed purpureum. Ex his ergo constare puto pro lacca in Arabum medicamentis, vulgatam laccam naturalem, verum scilicet cancamum Græcorum, esse vsurpandum, non autem ebaymes nostrum, quod non norunt Græci, aut Arabes: neque vulgarem sanguinis draconem, quo insectores non vtuntur, ac ne norunt quidem. Vtrum autem in medicina vsus fumendi furculi, an gummi, quia Arabes interdum ligna laccæ, seu laccam lignorum exposcunt, sunt qui non mediocriter ambigant. Sed solum gummi accipiendum abiectis furculis docemur ex Serapione. is enim explicans quo pacto abluenda sit lacca, ubi contusi furculi sunt (vna scilicet cum gummi) superiecta calida aqua ex aristolochia, & unco odorato, agitari iubet pistillo, & quod postea resederit abiecta aqua siccandum: ac si pellucidum fuerit reponendum vitreo vase, sin minus, repetendam purgationem, ut pelluceat. Ex his, quum furculi non subsideant, sed emergant, solum autem gummi subsideat, ut illos quoque cum aqua abijcias, puto oportere. Non ergo ut eos sumas, iubent Mauriani, quando laccam lignorum petunt, sed ut probatissimam deligas admonent: duplex enim affertur lacca, crassior quadam lignosis furculis non aduoluta, sordida, & opaca: alia, qua furculosa est, longe lucidior, purior, & omnino præstantior, hanc ergo docent, ut deligas abiecta crassa, & sordida. Porro ex quanam arbore lacca proueniat, & quid sit, quum Serapion ex Rasis sententia rorem ferè esse aserat collectum in mespilo, recentiores tamen, qui Indiarum lustrauere orbem, lacrima esse aiunt (quod verisimile est) arboris iuglandi nostræ similis. Audio tamen vsus esse Ventis ramulum, cui utraque hæc inerant, & lacca & caryophylli, quasi ex eadem arbore vtrumque proueniat.

MESVE.

DIALACCA minor, eadem potest, (sed inefficacius.) Fit ex laccæ lotæ, croci, costi, schænu anthus, rubiæ, aristolochiæ longæ, glycyrrhiæ, piperis, ana drach. vna, & dimidia, rhabarbari drachmis tribus, myrrhæ, bdellij, ana drachma vna, mistis vt in priore.

MAN. Hæc quoque bona est, & facilius, quam prima parari potest.

SYLV. **ACTVARIO** describitur *ἄκων* duplex, ex his duabus ferè sumpta: vt hæc, & aliorum aliq, ab vsu recesserunt.

COST. **ARISTOLOCHIAE** longæ. De Aristolochia satis lib. simpl. Quod hic rotundam assumendum nonnulli aiunt, legique in castigatioribus textibus rotundam, non negamus, nosser manuscriptus longam habet, ut & impressi omnes, neque id multum facerem, vtram sumas, quando quæ auctor de hoc medicamento pollicetur, ad eadem longa satis est opportuna.

MESVE.

ELECTARIVM ex Rhabarbaro, obstructions potenter aperit, & inde natos affectus, icterum, febres putridas etiam inueteratas, formæ corruptionem sanat. Recipit rhabarbari, succi eupatorij, succi absinthij, ana drachmas v. myrrhæ, croci ana drachmam vnam, spicæ nardi, asari, casia, schænu anthus, fumarix, seminis anisi, apij, amygdalarum amararum excorticatarum, ana drach. s. melle despumato.

PLACET mihi & hæc, si bene paratur: multum **MAN.** enim in mulieribus valet, quibus ob malam hepatis temperaturam ad frigidum, retinentur menses.

AMYGDALARVM amararum. **AMYG.** **COST.** dala amara ex planta sunt congeneri illi, qua dulces profert: sunt tamen qui persici nucleos earum loco assumant, quos, quanquam non ignoro plurimi esse vsus ad eadem ferè, ad quæ amygdala amara, perperam tamen agunt, qui vsurpant, ubi harum copia est: substitui tamen possunt in inopia. Ex amygdalis seu dulcibus, seu amaris detrahendus est cortex, non calida aqua, sed cutello. Puluerabis autem eas facile, si in mortario positas momento scriptoriæ chartæ, qua nunc vtimur, veluti tegas, & parumper pistillo tundas: excipitur enim in chartam oleosi illarum humoris nonnihil, atque abiecta charta in tenuem postea duci puluerem possunt. Sed præstat forte, cum rebus alijs in puluerem antea redactis conterere. ita enim quidquid olei terendo effluit, in pulueres illos excipitur, & facultas amygdalarum integre serua. ur.

MESVE.

ELECTARIVM diacoston, obstructa viscera liberat, & inde natum dolorem mitigat, hydropem gigni coeptum persici prohibet. Recipit costi amari, casia, cinnam. ana drachm. v. asari. drachm. iiii. rhabarbari, schænu anthus, seminis apij, anisi, ana drach. iiii. croci, aristolochiæ, myrrhæ, ana drach. ii. mellis despumati q. s.

POTENS hoc est in quavis temperatura frigida, & humida, & in obstructione: procurandum tamen vt verum costum habeamus. **MAN.**

COSTI, &c. Costum quum triplicem faciat **Dio-** **COST.** scor. Arabicum, Indum, Syriacum, nostra hæc ætate nihil habent seplasia, quod veri, legitimeque costi faciem referat sine controuersa. De vulgata sane radice, quam ex Gargano Apulie delatam, amarum costum officina vocant, non est, vt verbum faciam, quando vna lenitate excepta nulla prorsus in ea spectatur costi nota: insipida enim est, ac inodora, & nulla illi demum gratia inest, quum tamen costus, & excelleret acrimonia cum leuicula amaritudine, & odore maxime commendaretur, quem etiam in odoratis vnguentis vsurpant; iure ergo a peritioribus pro costo non admittitur. **Osten-**

MESVÆ DE BLECTARIIS

Oscendunt alij Venetijs magnam quandam radicem ex Indijs allatam, densa substantia, colore nigro, & leui amaritudine, & costum dulcem vocant, sed & hac odore caret, & acrimonia dulcoris saporis ve alterius vix quidquam prodit degustata. Allata etiam nuper est ex Indijs radix alia crassiora zedoariam magnitudine duplo superans, albo, si transversim seces, pulchro quodam fibrarum ordine distinctam a medio veluti centro ad extimam superficiem ductarum, vt in rhapontico: atqui odore hac leui aut nullo, acrimonia autem quum lingue admoues, tenui, amarore vero vbi paululum degustaris tam insigni ac pertinaci, vt vix tandem sautes abluto ore expedias, qua omnia nos persuadent abesse radicem hanc a legitimo costu plurimum. Afferitur etiam ex Indijs radix alia zingiberis amula, foris alba, intus subcrocea, cupressi odorem quum manditur referens: atque hanc legitimum esse costum nonnulli putant. Verum, quum huic leuissima, & acrimonia, & amaror, & odor insit, dissentire ego quidem ab illis cogor: suspicor vero Indi cyperi potius esse speciem, quam costu. Consultius autem mea quidem sententia alij odoratam vulgarem Angelicam radicem, alij etiam vulgarem zedoariam costu species putant. Inest sane Angelicæ radici præter eximiam odoris suauitatem, insignis quoque acrimonia, & amaritudo leuis, est & zedoaria acris, ac leuiter amara, & odore suo ferit caput, qua costu sunt legitimi qualitates. Ceterum de Angelicæ quidem hoc obstrare videtur, quod illi tanta acrimonia non inest, vt exulceret, quod præstrare costum Gal. testatur. De zedoaria vero multa sunt, qua non temere obijcias. Ac primum, quum costus suauissimo esset odore, sapore vero acris magis, quam amaro; inesse hæc zedoaria non videntur. graui enim potius odore est, & amaritudine, longe quam acrimonia maiori: quum etiam costus exulceret Galeni testimonio, zedoaria non exulcerat: atque quum costum helenij radice adulterari scribat Dioscorid. radice quoque vt sit magna, & vegeta oportet: talis enim helenij est radix. Ad hæc, siue Arabicum, siue Indum costum dicas, grauis hæc est radix colore potius luteo, quam albo, quum Indus, atque Arabicus sint leues, atque hic candido colore, is vero nigro, quod si Syriacum dixeris, grauis enim zedoaria est, & buxæ colore, qua duo Syriaco costu Dioscorid. inesse testatur: atqui zedoariam non ex Syria, sed ex India afferri constat. Tot ergo, & tam variæ sunt de costu opinioniones, de quibus quidem si & nobis proferre liceat, quod sentimus, prætermittis alijs, non temere agi videntur, qui Angelicam, & zedoariam inter costu species recensent. Equidem quod ad Angelicam pertinet, quum obijcitur non tanta eam vigere acrimonia, vt exulceret, Galeni verba puto diligentius perpendenda, neque enim is costum ait exulcerare, quando manditur, sed, si ex illo, & oleo corpus conficitur, scilicet calefacta olei, & costu vi particula, non difficile est summam quoque abradi cuticulam: solet enim vel sola interdum friëlio, vbi sit asperior, idem præstrare. Adde vero etiam costu huius nostratis acrimoniam ex italici soli clementia posse imminui. De zedoaria vero quanquam non sum nescius de hac, & costu seorsum egisse Auicem. & Serap. incertos fortasse ac nescios eandem duo illa rem esse, coniecturam tamen non mediocrem hac faciunt, vt eandem esse cum Syriaco costu zedoariam putent, grauitas, color buxæus, odor non vulgaris, acrimonia, amaror, dotesque aliæ multæ experimento comprobata, quales costu ascribit Dioscor. vt est excalescentia, urinas

ciere potest, vteri afflicto, atque eius, & ventris flatibus mure confert, ac ne reliqua particularim prosequar, collato sapore eadem posse docemur, qua costus. At autem odorem non suauem esse, atque acrimoniam esse amarore inferiorem. Mibi vero ac palato multorum (quod aliorum pace sit dictum) suauissimus est odor, acrimoniaque ipsa longo exiëssu, quam amaritudo superior, atque vix quidem amaroris quidpiam ea degustata percipio: linguam vero profundius, & diutius feruere sentio. An vero tam sit acris, vt exulceret, experiendum esset, vt etiam de Angelicæ diximus, addito oleo, ac confricato ex ijs corpore, neque vni gustatu fidendum, ac seruo certe, qui illi inest, consentire hac etiam in re videtur. De helenio autem cui similem esse costum oportet, ne plura dicam. Ceterum helenium, de quo Dioscor. quale sit non noui, nostras vero præter crassiorum illum, vt ita dicam radicis caudicem, appendices quoque digitali crassitudine habet plures, qua zedoaria magnitudinem emulgentur, sed illud etiam dixerim, quod si exiccata helenij radicem dissecueris, color in extimo cortice nigræ autem spectabis, qualem in zedoaria. Nihil ergo obstrare hætenus videtur, quo minus costum esse zedoariam putemus, atque non illum sane Arabicum, vt nonnulli sentiunt, grauior enim est zedoaria, neque prorsus candida, sed Syriacum a Dioscor. vocatum, buxæo enim colore est, & est grauis. At ex India (autem) non ex Syria offertur. Fateor deesse hoc ad notas a Dioscor. ascriptas. Suspiciari tamen licet, Dioscoridis tempestate aut Syriam huius generis costum coluisse, aut ex Indijs in Syriam translationem frequentiori, quam nunc commeari, Syriaci nomenclationem suscepisse: alioqui autem quod in alijs quoque obseruare est, Dioscoridi costu historiam non admodum paruisse ex eo constat, quod de planta figura, atque historia cuius hæc est radix, ne verbum quidem. Sed quid hoc loco sumendum pro amaro costu, quem Mesus petit? Est ne etiam dulcis costus? Meminere certe Arabes, & de costu dulci, qua voce quid intellexerint, fatemur ignorare. Quidquid tamen id fuerit, eius loco & vniuersè pro costu, si per me liceret, a zedoaria, & Angelicæ non abstinerem, quoad costum amarum, & dulcem legitimum aliquis ostenderit.

Calami aromatici. Quod vulgo calamum odoratum vocatur, legitimum esse acorum, non possum ego certe non sentire cum Manardo, pro qua sententia Matthiolus quoque pugnat. Hodie vero etiam Turæ acorum vocari audio. Calamum autem aromaticum intelligo præstrare in Aegyptijs, & Asianis efficitur ea prorsus facie, quam Dioscorid. delineat, vocarique cassab offerri, est autem cassab canna. Sed mirum quod cum tam frequenti nostrorum mercatorum negotiatione Venetijs hætenus sit ignotus. Eius vice quum & Gal. & Paulus muscum arboreum substituant, qua tamen longe vniuersim inuicem differunt, non errabis fortasse si vulgato hoc calamo aromatico, vero scilicet acoro vtare, minori tamen portione, quando acorum tertio ordine calefact, calamus in secundo reponitur.

MESVÆ

ELECTARIUM a nobis inuentum, ventriculum, & cætera viscera roborat, & calefacit: ob id lenteriam, diarrhoeam, dysenteriam hepaticam, & alios dictarum partium affectus frigidos sanat, & immodicam medicamenti purgantis vacua-

costu libe
ex inueniunt
nulla.

vacua
que
ta. sp
ch. a
ris in
facti
ric. h
mos
tij to
ch. v
balau
mari
ij. T
ca. fi
myr
miu:
rupo
MAN. SIC
Sch
chula
voca
tas by
COST. C
truse
ignor
rum t
blata
alijs
garita
F
tat. I
rum
rum.
& s.
vij. c
mis,
tagin
gant
licce
sa. D
rum.
MAN. M
noan
COST. S
re
quo D
sanda
quam
mult:
tarijs.
spina
rus: c
latibus

vacuationem sistit, & hemorrhoidas, flatu quoque discutit. Recipit ligni aloes, galliæ moschatae, spicæ nardi, cyperi, calami aromatici, ana drach. ij. cymini Carmeni aceto vigintiquatuor horis infusi, & assati, drach. iij. feminis porri torrefacti drachm. j. & dimidiam emblicarum belliric. succo t̄ intybi infusarum, & tostorum, nucis moschatae, ana drach. ij. & semiss. feminis nasturtij tostorum drachm. vj. seminum vuarum drach. v. sem. myrti tenuissime tritorum drach. xxvi. balastij, concharum vstarum, thuris, fructus tamarici, ana drachm. ii. & semiss. ammeos drach. iij. Tere omnia, & frige in vino odorato, & sicca, frige iterum aqua cydoniorum, aut baecarū myrti, & sicca: iterum tere subtilissime, excipie miua aromatica. Dantur drachmæ tres cum syrupo cydoniorum, aut myrtino.

A habet. sandalia nulla acrimonia: & nullus aut certe exiguus calor, ut in confesso est omnibus.

Sem. rosarum. Rosarum semen quamquam Plinio id luteum nuncupatur, quod capillamentis rosarum infidet, vere tamen id est semen, quod in rubro calyce, quum maturaverit, durum ac veluti acinus reperitur. Hoc contra, quam Manard. ego potius vterer, ubi semine sit utendum efficaciter ad fluorem album muliebrem, ac ad gonorrhæam prasidio, ut quotidianum experimentum docet. Sane quod ad huius electarij calcem aut fricentur ex omphacio; legendum dubio procul. frigentur. ut etiã in superiori; ita enim maior adstringendi vis medicamento comparatur, quod anthoris fuit propositum.

M E S V E.

B ELECTARIUM Alcanzi, ventriculorum, & hepar calfacit, & roborat, obid appetentiam excitat, coctionem iuuat, flatu dissipat, vomitum pituitosum, & ab eo virium dissolutionem emendat. Recipit autem rosarum, costi, spicæ, ana t̄ vnc. dimid. florum t̄ granati syluestris vnc. vnam, nucis moschatae, calami aromatici, caryophyllorum, macis, cardamomi, ana drach. iii. & semis. t̄ zingiberis drach. ii. myrobalan Indorum, emblic. belliric. ana drach. vj. granorum myrti libram vnã, balastij, thuris, conicum citri, fructus tamarici, ana t̄ vnc. semis. Feruescant semel omnia in vino generoso antiquo, t̄ ost siccentur, feruescant deinde semel in succo cydoniorum, excicenturque in vase terreo vitrato, terantur tenuiss. miua excipiantur. Dantur drachmæ t̄ tres cum syrupo cydoniorum.

† drach. iij. † alchelin. † Volg. add. cyper. drach. ij. trium piperum ana drachm. ij. & i. † drach. iij. † drach. j.

M E S V E.

MAN. SICVT Alchol. in tenuissimum puluerem. Per conchulas adustas, intellige cooperacula paruarū conchularum, qualia apud nos multa, ut quæ piperata vocant, & similia: quanquam meliora essent, quæ blattas byzantias vocant, & Græci onychas, hoc est, vngues.

COST. CONCHYLARVM adustarum. Hoc medicamentorum genere vsi sunt, & Græci, sed extrinsecus. Arabes etiam intrinsecus. Hic quanquam non ignoro Manardum virum scientia præstantissimum, eorum testas, quæ capparotia vocant, siue onyches, id est blattas byzantios vsurpare: mallem tamen ego cum alijs, margaritifera conchis uti, quas Serap. ubi margaritarum desit copia, vsui proponit.

F LORVM Alchiel. credo legendum esse alKilchil, quod vocant Arabes granatum syluestre.

F LORVM alchelin. Rosmarini florem interpretantur. neque importunus certe est ad vsu, qui ex hoc electario expetitur. Manardus tamen alchilchil legendum putat, estque id syluestre punicum malum: ut propterea Manard. sententia author balastium quarat. Ceterum infra etiam balastium pesit Mesue, atque adeo cadit Manardi coniectura, ni ipsi fallimur: sumendi ergo iudicio nostro rosmarini potius flores.

MAN. **COST.**

M E S V E.

E LECTARIUM alterum confirmans ventriculum, & viscera alia roborat, fluorem alui a causa calida, vel medicamento nimis purgante sistit, appetentiam excitat. Recipit t̄ nucleorum myrti læuissime tritorum t̄ vnc. j. & s. rosarum, spodij, hu, trium piperum, santali, balastij, gummi alli, ana drach. j. & s. granorum granatorum assatorum drach. vij. coriandri infusi in aceto, & assati t̄ vnc. semis, feminis rosarum, semi. oxalidis, semi. plantaginis, ana drachm. ij. trita probe omnia t̄ frigentur ex omphacio, vel succo myrti, & aceto, siccenturque, excipiantur deinde miua acetosa. Dantur drach. ij. vel iiii. cum syrupo cydoniorum acidorum.

MAN. MAGNAM vim haberet adstringendi, si bene pararetur. Seminis rosarum.) Quid sit, vide in nostris epistolis.

COST. SANDALORVM. Sandalum non desuere ex recentioribus, qui aspalathum esse crediderunt: de quo Diosc. sed horum sententiam hæc resellunt, quod de sandalo, & aspalatho diuersis locis Serap. agit: quod, quem aspalathus, ut ait Dioscor. surculosus sit frutex, multo s̄ spinis horrens, sandalum, ut ex india commentarijs legere est, arbor est proceræ magnitudinis, neque spinas habet, aspalathus rubens odoratus, albus inodorus: contra sandali albi rubris multo odoratiores, aspalathus acris const. t̄ partibus, ob quas calefaciendi nimis

D ELECTARIUM ex Lasere ad febres antiquas, & circuitus repetentes, ut quartanas (quotidianas) somnum grauem, tremorem, venenosos morsus. Recipit t̄ liquoris Cyrenaici, piperis, myrrhæ, foliorum rutæ siccorum, ana t̄ vnc. dimid. melle despumato excipe. Datur a drach. j. ad aureum vnum in febre cum oxymelite per horã ante accessionem; contra venenum, cum vino calido.

CONF. DE ALA. † asa. † drach. iij.

I STVD electarium licet non sit in vsu: tamen vrebatur eo quidam magnus practicus, & bonus experimentator versus declinationem vniuersalem febris quartanæ periodicæ: dabat enim de ipso ante principiu paroxyfmi per horas duas vsque ad drach. j. s. cum vino subtili pauco, & calido

CHR.

M E S V Æ D E E L E C T A R I I S

lido tribus vicibus. subsequenter in die quietis exhibebat de omnibus myrobalanis pulverizatis, usque ad drach. iii. cum vino subtili, & quandoque cum melle in forma dactyli de mane ante diem, fricatis tamen prius dictis myrobalanis, sic pulverizatis cum oleo amygdalino dulci pro ipsorum rectificatione, ut dictum est supra: soluit enim ventrem comprimendo, & enacuat principaliter materiam melancholicam, & subsequenter cholericam, & phlegmaticam, & generaliter omnem materiam adustam, leuiter tamen. Est tamē electarium displicibile multum, plus ratione fetoris à se, quam ratione saporis. valet etiam à proprietate moribus animalium venenosorum, si assumatur in dosi predicta eodem modo, quo dictum est, scilicet fetida, est gummi cuiusdam arboris in partibus Indie, calidum, & siccum in tertio cum multo fetore. Quidam autem dicunt, quod assa est succus herbae insipifatus, & in illis met partibus adiuuentus.

MAN. **L**ASER, vel opus Cyrenaicus Dioscoridis est res, quam Arabes vocant assam: non deferitur ad nos nisi fetida: Optimum est subrubeum, splendidum, myrrham referens non porrum, & quod facile dissoluitur in colorem albu. Sunt qui putent benzoin nunc vocatum esse vetum laser.

SYLV. **V**TILE est hoc electarium in declinatione vniuersali quartanæ, horis duabus ante accessionem, ad drachmam vnam, & s. cum vino tenui calido. Malo opum Cyrenaicum vulgo, assam aromaticam (quam dictum beniouin quidam putant) miscere, si proba habetur, quam Medicam, vel Parthicam virus olentem, ob id assam fetidam vulgo dictam. Proua autem fuerit subrubra, splendida, myrrham referens odore, non porrum, & soluta facilis in album colorem.

COST. **Q**UANQVAM non desunt, qui vulgatum benzoinum assæ speciem esse pro certo habeant; hic tamen fetidam assam sumendam puto. præfertur enim apud Serap. fetida bene olenti in omnibus. Caput nunc affertur probatissima.

M E S V E.

ELECTARIUM Anacardinum ad ventris totius inferioris, & cerebri affectus frigidus, sanguinem reddit puriorem, & inde spiritu animali reddito purgatiore, & tenuiore, sensus omnes, apprehensionem, intellectum, & memoriam iuuat, coloremque vinidum corpori tribuit. Recipit autem piperis nigri, & longi, myrobalanorum, capularum, emblic. belliric. Indarum, † castorij. ana drach. ii. costi, anacardi † melanthij, sacchari boni, ana drach. sex, cyperi drach. quatuor: tere anacardos per se deinde alia excipe butyro vaccino, & melle simul coctis portione equali. Datur post sex menses ad drachm. duas cum aqua sceniculi, & apij, quo sumpto, vitabis laborem, iram, coitum, ebrietatem.

CHR. **I**STVD electarium rarissime habetur in vsu propter excessiuam eius caliditatem, & dicitur, quod est confectio sapientum exacuens intellectum, memoriam reparans superfluitates maxime in stomacho, & cerebro repertas con-

sumendo. Conueniret corporibus frigidissimis in complexione, & quâdo quæreremus aliquam inflammationem in spiritibus cum calore febrili, & dosis eius est à drach. j. ad drach. j. & s. cum aqua sceniculi, vel cum modico vini albi: sumenti tamen se oportet summe cauere à labore, ira, coitu, & ebrietate, & similibus, sed tutius est ipsum non assumere, quam velle febrem inducere propter timorem aduentus putridæ, vbi quæreremus solum ephimeram. Anacardi, sunt fructus cuiusdam arboris calidæ, & siccæ complexionis in quarto, qui fructus habet similitudinem cum corde auium paruarum, habentes intra se ruberinem quandam ad similitudinem sanguinis: & nascuntur in Sicilia in montibus igneis, qui quotidie comburuntur, & ab ipsius denominatur hæc confectio anacardina. Et hic notandū, quod ibi fructus dum sunt recentes condiuntur cum melle, quia ponuntur in ipso post liquefactionem ipsius, & sic diu morantes in eo, illud tale mel vocatur anacardinum mel, & habetur in vita absque dictis anacardis, quia ingreditur in aliquibus electarijs, ut inferius apparebit, & illud tale mel intensiorem gradum caliditatis acquirit, & siccitatis, quam esset in ipso simplici melle. Burungis est nigella, semen muatum, & paruum, & reperitur in partibus nostris, & est calidæ, & siccæ complexionis vel fusi tertium gradum. Vltimo ponit modum compositionis ipsius cum butyro propter myrobalanos, & cum melle, ana partes æquales, & vsus ipsius non est conueniens ante sex menses, ut malitia anacardorum remoueatur propter fermentationem, & debet assumi cum aqua sceniculi, vel apij.

A D D I T I O.

Confectio anacardina à multis authoribus describitur, diuersis tamen modis. Nam Auic. in Serap. tres habet descrip. ab ista differētes, similiter Serapio, & Haly. 10. practica vnam habent descrip. que etiam est multum differens idem Mel. cap. de ægritudinibus neruorum habet vnam aliam descriptionem. Vnū tamen notabis, quod multi aromatarij falso dixerunt, quod debemus hic dicere vinum debedust duas res intelligentes per ista duo vocabula. falsa tamen est eorum opinio, nam Auic. in præsentī confectioe habet loco iunde bedust castoreum, similiter & Serapio, & Haly, habent iunde bedust. id est testiculi castorei, & sic boni authores volunt, quod per iunde bedust intelligamus castorei. Circa burungi dicemus; quod aliqui volunt dicere, quod sunt cubebæ, ut voluit Luminare maius reprehendens lumen aromatariorum, qui dicebat, quod burungi, id est sem. nigellæ, eadem tamen ratione probauimus, quod sit nigella, qua probauit, quod debemus dicere iunde bedust. nam Auic. Serapio Haly. habent in præsentī descrip. semi. nigellæ, & non cubebas.

HAC perratō vniuersi, nisi ad febrem in frigidioribus morbis prouocandam. (BEDVST.) Intelligit castorium. (BVRVNGI.) Pro hoc pone Melitophylion, vel Erysimon. Aliqui tamen intelligunt erucam agrestem. De Anacardo non video Græcos inter simplicia medicamenta scripsisse: inuenio tamen eis vsos, & vocare

conf. de. card.

q. vnde bedust. Ser. † Vulg. non hab. melan. thium. sed durangi. bar. sar. lauri. ana drach. vi. loc. durangi. aliq. ca. hab. burungi. id esse autem melan. thium.

SYLV

COST.

MAN

MAN

& vocare Anacardia. Auertros reponit inter noua medicamina. Paulus describit Theodoretum, quā per Anacardia vocat.

SYLV. **VITABIS**, & cetera immodice calefaciētia, & vacuaotia, quia calidissima est, solisque multū frigidis secura. Nam spiritibus accensis, febres excitat diarias, à quib. sepe transitur in putridas, vel heclicas: se-re aut vsurpatur ad febreem excitandā in morbis frigidioribus. Datur aut post sex menses, cum, si vis anacardorum seruendo expirauit, ante namq; vii est periculosum. Ant. dianacardon Acl. ad veruginosos, comitiales, difficulter spirantes, & ileosos, mentes pellit, incipientem hydropem, & cachexiam sanat. recipit anacardorum, epithymi, acori, piperis, saxifragiæ, malliches, iridis, myrobalani, singulorum quadrantē: croci, casig. folij, spicæ nardi, mei, agarici, iunci odori, rheis, singulorum sextantem, aloes sextantem, caryophyllocum voc. i. mellis quantū erit satis. Mel vero anacardiu. i. cut incoctū sunt anacardi recētes, & reuētū, vsu frequens est, in cōpositionibus p̄fectis, vt post leges.

PGST. **PERAS** nōnue, quod inter species piperis maxime p̄cellit intelligendum: illud nigrum est acruis, & odoratus, & albo, & longo, vt propterea errent qui albū aiunt esse sumendum. Beinsler castoreum est, cur interpret non dixerit latine, vt in superioribus, ignoro. Durumgi quid sit nescimus, pro eo nigella vtetur, vt etiam aliq; habet eum Serap. in descriptione quadam Anacardiu. a confect. onis, nige. lam.

DISTINCTIO SECVNDA,
de Medicinis opiatīs.

M E S V E.

ANTIDOTVS Philonis efficacissima, & expertissima ad sedandos vehementes, & lethales partium dolores, ventriculi, coli, hypocondriorum, hepatis,

lienis, renū, vteri, excitatos à crudis humoribus aut flatu crasso, aut amborum causa intemperie frigida: valet etiam ad suffocationis periculum, singultum vehementem, vrinæ difficultatem. ob hanc à morte impendente vindicat. Rec. autē piperis albi, hyoscyami albi. ana dr. xx. opij drac. x. croci dr. v. spicæ, pyrethri, castorei. ana dr. j. mellis despumati quadruplo omnium excipe. Addunt aliqui moschi scriptulum vnum. Datur quantitas ciceris, aut fabæ paruæ, cum liquore aliquo conuenienti.

SECVNDA distinctio est de medicinis Opiatis, quæ ad iormam electarij reducuntur, & dicuntur Opiatæ, quia in eis ingreditur opium, vel alia medicina stupefaciua præferentes in virtute similitudinem cum opio, vel cū eis insimul ingreditur opium ponuntur etiam cum istis aliq medicina multum calida, quæ habent corrigere maius opij, & aliarum similitum. Et hæc est secunda pars principalis superius diuisa, in qua determinat de electarijs opiatīs, quorum vsus non est conueniens nisi in casu magnæ necessitatis, & cum cautela, vt dictum est supra in expositione theriacæ Andromachi.

A D D I T I O.

Notandum, quod duæ famosæ descriptiones ponuntur ab auctoribus de Philonio, & vbi que generaliter preparantur, vna ipsarum ponitur à Nicolao, quam vocat Philonium Romanum, & eam ponit Amic. 5. can. qui ipsam describit, & adducit auctoritatē Gal. in lib. x. tractatū. vbi tale Philonium Romanum summe commendat, & fuit inuentum à Philone medico Romæ, & prin-

cipaliter conuenit ad somnū inducendū, & ad sedandum acutissimos dolores, & magnos, & plura alia iouamenta habet, quæ ponit Nicol. ibi ergo cum ipsum exponemus prædictā descriptionem aperte declarabimus. Alia famosa descrip. quæ multū habetur in via, ponitur à Mel. inferius ca. de spuro sanguinis a pectore, & vocat ipsum Philonū Perficū, quia inuentum fuit a Peris. in expositione illius literæ nō procedā, hoc Philonū est multæ virtutis, & excellentis vtilitatis, & principaliter ad omnē fluxū sanguinis vndeunque emanet, & maxime a pectore, vel a matrice, vel ab hæmorrhoidibus, est et sedatiuum dolorū in- trinsicorum, & omni prouocatiuū, licet nō tantum quantū Philonium Rom. & vsus eius debet esse ad minus transactis sex mensibus à die cōstru-

ctonis, nā ante esset timor de opio, & alijs medicinis stupefaciuis, & hæc fuit vna regula generalis, in qualibet medicina opiatā, quod inueterata, vltra quatuor annos non sic vigoroſe operatur. Dosis aut Philonij perfici, & similiter Romani, est sicut cicer, de sero post cenam vna hora trāfacta cum modico vini, vel sine ipso, cū quarimus somnum prouocare. Cum aut intendimus, sedare dolores seu fluxū sanguinis prohibere, nisi vacuo stomacho à cibo, & superfluitatibus, non est exhibendum, neque post .i. horas est cibus assu-mendus, vt de theriaca dictū est. Insuper multum laudo, qd Philonū non exhibetur nisi post vniuersales euacuationes, & ille canon regularis, & verus in qualibet medicina stupefaciua, cuius Philonij perfici hæc descriptio. Re. papaueris al-

bi, alias piperis albi, & est melior litera, & de pipe- r dictū est. Sed papaueris, tres sunt species, est. n. papauer. album. i. quod habet semē album, quod est domesticum, & hoiulanum frigida, & sicca complexionis in secūdo gradu. Et est aliud, quod habet semen nigrum, frigida, & sicca cōplexio-nis, in tertio gradu, ex iucco cuius papaueris nigri, qui colligitur per incisionem eorū caputem, dum talia papauera sunt recentia, fit opium, qui succus est frigida, & sicca cōplexionis in quarto, sicut est ipsum opiu. Est, & aliud papauer, qd habet semen rubeum similiter, quod attinet alicui caliditati: sed est siccū in tertio, & tale semē non est in vsu Hyoscyami tres sunt species, .i. seminis.

Nam quedam sunt semina alba, quedam rubea, & quedam nigra, sed species rubei, & nigri sunt omnino fugienda tanquā venenosa, & non sunt in vsu medicinae, & sunt frigida, & sicca cōple-xionis in sine tertij, licet rubeū sit minus frigidū. Qui vero facit semen album est in vsu medicinae, & est frigide, & sicca complexionis in tertij prin-cipio, est valde notum, vulgo deus caballinus vo-catur. Terræ sigillato, opij. ana dr. xi. fatharagi. .i. thapsiæ, croci. ana dr. v. castorei, spicæ. l. nardi, eu-phorbi, gummi est cuiusdam arboris in partibus profundis Indiae, & est calidū, & siccum in quar-to, ita quod est calidius, & siccus quolibet alio gummi, & vsus ipsius per se est magni periculi, quia est medicina venenosa, soluit tamen phleg-ma à mēbris remotis, & dosis eius ē chirath vnu, quod est pondus granorū quatuor, & non admi-nistratur nisi cum medicinis corrigentibus, vt si per noctē infundatur in succo citri, aut aqua hor-

Mesua. T dei,

Tres papaueris species.

Tres sp̄s seminis.

enallia p̄li. hanc.

MAN

MESVÆ DE ELECTARIIS

dei, sibi admiscendo quartā partem mastice. Pyrethri, radix est herbae nota, calida, & sicca complexionis in tertio, & quae radix in ore retenta attrahit phlegma à capite, & mordicat linguam, & palatum. Margaritarum non perforatarum, charabae, ramichana dr. j. Ramich est compositio facta ex gallis quercus; & passulis, ut ponit Serapio in suis simpl. c. de ramich. & gallae sunt notae, & sunt frigidae, & siccae in secundo cum multa stypticitate, passulae pariter sunt notae, & sunt calidae in secundo, & humidae in fine primi. Camphorae vne. i. mellis cocti q. s. Et quando assumitur pro constitutione sanguinis debet assumi in dosi supra scripta cum aqua plantaginis, vel eius succo, vel cum aqua rosata, seu aqua portulacae, seu succo acretae, vel cum vino pontico, ista sunt de praedicto Philonio dicta, &c.

MAN. **V**SVS horam admodum prudentem desiderat medicum, non adeo audacem, ut ubi opus non est, eis utatur: nec adeo timidum, ut quoties vrget necessitas, eorum usum reformidet.

MAN. **V**TERE hoc tanquam vero Philonis medicamine, & dimitte alia. **INVENTIONE** propria. Scilicet Philonis. **CASTORIVM** Galenus non ponit Dosi eius, ut cicer convenit pueris: ut faba parua, debilibus: ut auellana, prouectioribus ac robustis.

SYLV. **S**IC Philo medicus Tharsensis praestantissimus scripsit elegiaco carmine elegantia sed enigmatib. de industria obsecrato, apud Gal. lib. 9. comp. phar. secundum partes: nisi quod euphorbium habet. Mesues vero castoriū: in ceteris, & ponderibus idem sunt. Hoc ferè primum anodynorum antidotorū celebre extitit. Huic aut quidam ademerunt. alij addiderunt, nonnulli et ponderibus euariantes, magnam fecerunt numerum antidotorum anodynorum principaliū, quae etiam antidoti colicae vocatur, ab affectu maximos dolores experiente. Ex aromaticis tñ dictis medicamentis Philo solum nardū imposuit: qui vero illius aetate extiterunt, alius aliud, nonnulli plura adiecerunt, ut schenanthos, cassiam, cinnamomum, amomū, costū: alij loco croci crudos humores, & dispositiones crudas coquentis, alia et coquentia, myrrham, castorium inierunt alij etiam femina haec, scelleos, apij, anisi, cumini, dauci, petroselinii, ameos, ut medicamentū amaritudo horum suauitate obtunderetur, utq; medicamentum facilius distribueretur, & vrinas moueret, & humores crassos, si essent, tenuaret. Hoc Philonis medicamentum, & similia post annum à compositione sumenda sunt, ad annum usque decimum: ad quod usque tempus stupefaciendo sensum partus, dolorē tollunt efficaciter, post languidi sunt viribus. Gal. lib. 22. meth. Dosis est adulus, auellanae magnitudo: minoribus, fabae: pueris, cicercis: cū potione conuenienti. Quod dā addit moschi serup. vnū. Aetius, Paulus, Oribasius, Actuarius, Mesues, sic ut Philo componunt: nisi quod Paulus, & Actuarius, & Mes. piperis albi inijciunt dr. xx. Oribasius xv. hyosciami autem dr. xx. Mesues & Oribasius, seu Paulus dr. viii. & Mes. castoriū pro euphorbio miscet: excipitq; mellis despumati lib. ii. Philonis medicamentū aliud facit Mesues in opere medico, c. de sputo sang. longe ab hoc diuersum, quod Persicum appellat. Haec antidotus frigidante immodica neruorum spiracula (per quae spiritu animalis sentiendi, & mouendi vim transferes distribuitur) cōtrahit, & densat: ob idq; illi spiritui viam pracludit, quomodo compressio violenta, & diuturna neruorū à vinculo, sessione, innixu, tumore aliquo praeter naturam. Vbi vero partes sentire desinunt, dolere non possunt, cum citra sensum tactus dolor non fiat, ut docet Hipp. in lib. de Natura hum. & Gal. lib. de elemētis. Hac ratione dolores oēs sedare opium, & ex eo composita, dicitur, abusuue. s. loquentibus, cum proprie anodynū sit ne-

Galienem.

Paulus.

quaquam. Hi vero dolores, praesertim colici, saepe tam sunt vehementes, ut quosdam syncope sustulerint, alios ad consciscendam sibi mortē impulerint: ob id Philonis antidotum à morte liberare dicitur. Opiata, & ob opium stupefacientia medicamenta ante sextū mensem non vrinda, post sex annos imbecilla sunt. De usu recto huius, & similitum Gal. abunde lib. 12. methodi, & aph. 31. lib. 6. Dolores oculorum, &c. & nos lib. 3. nostrae methodi. quamuis dolores hos à causa frigida procedentes iuret Philonis antidotus, tamē quia dispositionem horum causam auget, parum tuta est in his affectibus: nec adhibenda, nisi summa necessitate: in calidis vero dispositionibus dolores tutius sedat, & horum saepe causas vna abigit. Cū multis ex causis expirandi difficultate adueniat suffocationis periculū, id cui esse remedio haec antidotus scribitur, videtur esse quod à cordis, aut pulmonis incendio prodit: ut eger, scilicet afflate magis, quā expirare cogatur, & cito multū inspirare. Nec singultum ab intempere frigida sedare videtur, sed eum, quē mordax. & calidus humor, vel piper, vel aliud excitaat, praesertim quibus ventriculi est magis sensibile, qualē singultū Gal. saepe se expertū ait. Vrinae difficultatem intellige, quae ob loci mordacem multum acrimoniam sit, siue ea sit à pure, seu bile, seu arenulis, seu pituita salsa, seu calculo vesicae, seu qualitate alia loci mordente. Dum n. scilicet vesicae stupefacit, non dololet, sed periculosus est usus, quia, ut virium aliquid retineat quando ad vesicā vētum erit, sumi vehemens, aut largū, & partibus quas per meat noxium, oportuit, nisi per meatum vrinariū inijcias. Sed neque in his dispositionē sanant: sed datur, ut quiescētē interim dolore vires oēs multū prosteruētē per apprehensionē, spiritus animales conquiescant, & somno et conciliato instaurantur, quibus iā cōfirmatis, nec alis dissipatis aeger, possit dispositionis remedia sustinere. Eadē ratione in ardētibus, & mordentibus vrinis semen papaueris, hyoscyami, & similia hodie miscent apozematis, conditis, & aliis horū remediis.

F Alterū est Philonicū antidotū Mesue in sputo sanguinis, quod Persicū vocat, forte quod in Perside sit inuentum: quō Nicolaus suum Philoniū vocauit Romanū, quod Romae in usu celeberrimo fuerit. Praeter dicta Philonii huius medicamenti opera, haemorrhagiam omnem potenter sistit siue sputo fiat, siue vomitu, siue ex vtero vel haemorrhoidibus. Somnum item conciliat, & per se refrigerando, & per accidens sopito dolore somnum intertempente. Vrindū vero non est Philonium, nec aliud opiatum ante mentes à compositione sex, & horis 3. ante cibū est sumendum, vacuo scilicet omnino vētriculo, & factis prius totius vacuationibus idoneis. Castoriū omittit Gal. vide lib. 9. comp. ph. local. Pueris datur cicercis quantitas: debilibus, fabae paruae: grandioribus, & robustis auellanae.

G **V**ARIAT nonnihil à Philonis antidoto, quod Gal. 9. de comp. per loca affert: neque enim is castoreum ponit, neque mellis mensuram praescribit. Sed & Gal. si de tanto viro dicere liceat, à Philonis mente recedere illic videtur, neque enim spica nomine Philo nardum Indum petit, ut arbitratur Gal. sed Creticum, quae ipsum est Dioscorida pbn. Indā autem spicā nullus adhuc prodidit in Creta nasci. Sed nonne illic et scribit Gal. sibi plane repugnantiā? quum Philo nardum petit, qui falso radix nuncupatur, subscribit Philoni Galenus, & nardum fundum vere spicam dici ait, falso autem radicem. At contra 1. de antidotis, falso vocari spicam asserit: neque enim esse spicam, sed radicem. Verum haec perpendant alij. Quod ad hunc locum facit, non temere etiam spica pro pbn, in hoc sumitur medicamento quanquam praeter auctoritatis Philonis sententiam, sed recipit tuto potest, ut etiam Mesue recipit. Ita, & castoreum non importune adijcitur, quod opij maleficium castigat.

Lib. 12. meth. cap. 7.

COST.

ME-

MAN.

SYLV.

COST.

COST.

COST.

M E S V E.

ALIA Philonia antidotus descripta ab Hamech filio Zachariae, carundem virium. Recipit melanthij, castorij, piperris, ammeos, baccarum lauri, cymini, foliorum rutae, calaminthes, opij, hyofciam, cortic. rad. mandragorae, partes aequales, melle excipe. Alij scribunt, opij partes duas, croci, partem vnam. Datur a dr. ij. ad aur. ij.

MAN. **N**IGELLA.) Melanthion, Gith. Non tamē quod vulgo sic vocant; id enim est melampyron, sed semen odoratum. Placet, vt apponatur crocus, & sint omnia equalia. IN alio.) Nam duo aurei opij, plus essent, quam sit opus.

SYLV. **V**IDE TVR. in hac descriptione crocus desiderari, quam coniecturam, & suspensionem ingerit alia lectio: & certe si crocum, & alia habet equalia, est praestantior. Piorum vero latius sum persecutus, quod antidoti opiate medicum desiderant prudentem, non autem temerarium in dando, ubi opus est, neque formidolosum, si eius utendae necessitas contigerit.

EDST. **I**D NON praterendum silentio, hyofciamum hoc in loco sicuti, & in superiori antidoto album sumi oportere; nigrum enim, & visum veneni vires habent, & insaniam faciunt. Sane quia hic, & in superioribus, & sequentibus passim de castoreo meminit, non importunum, si ex eius historia aliquid afferatur. Castoreum ex fibro ancipitis vitae animalis abscinditur, folliculi sunt duo selibrae interdu pondus singuli aquantes, ad imum ventrem positi. hos quia penem vtrinque excipiunt, constans semper viget opinio eius esse animalis testes, quos etiam sibi abscindere, quum a venatoribus agitur, non nescium illorum quare gratia, vulgus pro certo habuit. id literis Aelianus pro historia commendauit. 6. de historia animal. quod ferē, & Plinius lib. 8. vulgi opinionem sequutus: sed has esse fabulas, & Dioscorid. admonuit, & Plin. lib. 3. 2. obseruatione Sextij medici: sunt enim hi, vt in sue, adeo astricci spine, vt auelli nequeant. Sed hos non esse eius animalis testes dissectione etiam compertum est; habent enim suos ij testes intra corpus gallinaceis non maiores, neque a superioribus partibus in hos folliculos, aut ab his in penem vllus meatus deriuare conspiciunt. Mtathioli diligentissimi testimonio, vt in alijs. Sed habent hos etiam femina, emanatque ex ijs tanquam ab vberibus oleosus quidam liquor grauius ter olens, quem frequenter sibi ipse lambit fiber, lingua deinceps sese secati more delingens. Non sunt ergo testes. Sed neque renes, eos enim intus habet. Neque vesica, vna enim vni inest animali vesica, non dua. Quae nam ergo ea sit animalis pars haecenus non constat. Porro si hos folliculos feces, duplex spectatur substantia, externa solida, & carnosae, & interna cerea vbi exsiccata fuerit, vtraque in medicina vsu venit. Sed adhaeret praeterea (quod Gesnerus aduertit singulis ijs folliculus alter maximi digiti longitudine, albo, & pingui humore plenus, substantia molli, & mellea, putridi casei sectorem referens, acris, & liquore cereo maioris folliculi ingrator. De hoc autem, vt ex docti Hermolai versione colligitur (hoc enim obscurauit Ruellius) meminisse etiam Dioscorid. constat. quum disseca cute castoreum iubet auferri vna cum membrana quae melleum liquorem continet, & siccatum potui dare, neque enim de maiorum folliculorum liquore intelligi hoc potest, qui supra ab ipso Dioscorid. cerea comparatur non melli, & vere cereus est non melleus. Sed de castoreo satis. Cuius quidem, si quis roget quenam, vsurpanda sit pars, carnosae, cereae, an melleae: Arbitror omnia posse vsurpari, nempe Dio-

A scor. castoreum absolute cum membrana liquorem habente melleum, exiccatum potui exhibet. P. astet tamen fortasse liquorem melleum paruorum folliculorum, qui alijs partibus ingrator est, & facidior pro externis linimentis vti: caetera in antidotis vsurpare. Est vero hic etiam summe aduertendum, quod ad detestum facit, cauendum castoreum, quod est rancidum: quando id die vno necat. Auicenna testimonio. Sed cauendum etiam quod adulterium senserit. Dioscorid. equidem tempore adulterabatur addito gummi, aut ammoniaco cum sanguine, & castoreo, nunc vero, vt etiam Sextij tempore eiusdem animalis renibus, fractis inde testium folliculis, atque in sacro sacro cereum illum liquorem mentiente fucari auit. Probatissimum castoreum. delineat Dioscorid. a quo non est discendum, quarendum autem Ponticum, caeterorum praestantissimum, & vt Strabo ait, magis medicamentosum; tale vero etiam Damocrates in mithridatica antidoto exposcit.

M E S V E.

ZAENE A frigidam intemperiem sanat, flatus dissipat, & sedat inde natos dolores ventriculi, coli, vteri, dentium: vrinam item difficultati medetur, & fecundas facit mulieres, potum, & pessum cum lana, & oleo liliorum collo vteri impositum. Recipit castorij, opij, piperris, macropiperis, galbani, costi, cinnamomi, phu, mei, dauci, afari, croci, aequalis partes: excipitur melle despumato: alijs, sapa. Datur aur. j.

† vulg. ad dit m. g. r. h. a.

LICET istud electarium non sit in vsu, laudo tamen eius vsu in doloribus ex materia catarrhali frigida, & humida tenendo super dentem, quantum est granum fabellae illius electarii semel, aut bis in die, tenendo deglutionem eius propter opium, praemissa tamen digestionem, & vniuersali euacuatione illius materiei. habet insuper sedare dolorem stomachi, & renum, & vesicae, & intestinorum a ventositate crassa, vel a materia phlegmatica: summe confert colicam ventosam. in qua phlegma multum in intestinis continetur, euacuatione tamen semper praemissa. Et mirabiliter confert mulieri sterili, & quae cum difficultate impregnatur, bibuū, & iuppositum in matrice cum lana in forma crassi stili, & cum oleo de lilio non tamen ultra tres horas teneri debet, nec saepe continuari, nec innouari, timore opij, a quo est fugiendum, nisi in casu magna necessitatis, vt saepe dictum est. Et licet medicinae excessiua caliditatis ingrediantur in descriptione omnium, in quibus ingreditur opium: virtus tamen opij longo tempore durat, & viget eius potentia cum virtute excessiua suae complexionis frigidae cum eius occulta proprietate: & in sui malitia aequaliter remittitur a virtute medicinarum, qua virtute deducitur ad membra, & loca, ad quae per se solum transire non posset, vsus autem huius electarii non debet esse nisi post duos annos scilicet elapsos post eius constructionem, vsque ad septem annos, indispositionibus antedictis. In dolore autem dentium conuenit post sex menses ad obtundendum aequaliter sensum, qui est in radice dentis, & ad exiccandum materiam illam.

CHRI.

Alisue. T ij EGO

MESVÆ DE MEDICINIS SOLVTIVIS

MAN. **E**GO multoties hac vsus sum, præsertim in vteri
 afflicto, & faus profecti. CVM rob. per hanc
 distinctionem significant. Arabes omnem succum
 crassorem factum: cum vero simpliciter proferunt,
 rob. vini, intelligunt.

SYLV. **P**VRGATO corpore, & colta quadrantenus ma-
 teria, denti dolenti imponi potest ter quater die,
 sed non diu, vt per horam tantum, citraque degluti-
 tionem ne opium simul deuoretur. In steribus etiam
 ob vteri intemperiem frigidam, quæ semel extinguit,
 aphor. 62. l. 5. Pello inditur semel in die per horas tres,
 aut quatuor, & alijs diebus sequentibus idem. Nam
 nouasse periculum est, propter opium, cuius vim cali-
 da in partes deducunt: frangere omnino non possunt
 nisi tempore longo. Ob id tutius ab anno post com-
 positionem secundo ad septimum: sed in dolore den-
 tum à sexto mense vsurpari potest ad sensum obtun-
 dendum. Manardus hoc sepe vsam se contra sterilita-
 tem scribit non infeliciter. Abj. Azaraut antidotum;
 alij egeteam: saginea tu vocant.

M E S V E.

ATHANASIA magna, obstructio-
 nem hepatis, & lienis liberat, dolorem
 sedat, tum dictarum partium, tum ven-
 triculi, renum, hæmorrhoidum, quo-
 modo Philonium antidotum. Thracem pul-
 monesque expurgat, ob id asthma, & antiquam
 tussim iuuat, hæmorrhagiam, diarrhæam, lien-
 teriam antiquam, dysenteriam cohibet. Hepar
 autem lupi, quod tota sua substantia morbos he-
 patis iuuat, huic mistum Galen. voluit. Nam re-
 cipit hepatis lupi, eupatorii, croci, mitræ, castor-
 rii, costi, cardamomi, spicæ, nardi, opii, papaueris
 nigri, hyoscyami albi, cornu dextri capræ,
 vel (vt alij legunt) cerui, portiones æquales: teren-
 da terantur, & alia in vino liquefiant: excipe om-
 nia melle despumato, & post sex menses vtere
 ab aureo dimidio ad aureum vnum, cum vino
 dulci, & grato, aut cum sapa, & succo intybi, &
 apii.

CHRI. **S**VMITVR hic hepar adibi. l. lupi, quod est ca-
 lidum, & humidum versus secundum valet
 à proprietate in passionibus hepatis, & maxime
 in oppilationibus, secundum quod asserit. Gal-
 quem allegat Mes. in hoc cap. Cornu dextrum
 capræ, alias cerui, & est melius, quod est frigida
 complexionis in primo, & sicca in secundo, &
 etiam à proprietate operatur in passionibus su-
 pradiictis, licet etiam conferat sua tripticitate cui-
 libet fluxui sanguinis, & maxime menstruorum.
 Rob. idest sapa est calide, & humidæ complexio-
 nis in primo gradu. Endiuiâ vero dum recens,
 est frigida in primo, & humida infra primum,
 cum vero est sicca, est frigida infra primum, &
 sicca in eodem. habet insuper virtutes diuersas
 frigidæ, & calidæ, quibus mediantibus operatur
 in diuersis materijs, licet frigiditas superet eius ca-
 liditatem, quæ est remissa.

MAN. **A**DIP. Lupi. DE cornibus capræ. Sic. & Anic. cu-
 ius hæc est descriptio. Alias habes à Pau. & Oriba-
 sio, sed & à Nicolao, quæ parata communiter inueni-
 tur: & est in astringendo longè quam hæc efficacior.
 A Paulo etiam alia scribitur, quæ Oribasij esse dicitur,
 nullibi tamen cornu mentio: alioqui nemo nisi super-
 stitiosus dextrum potius, quam sinistrum apponeret.

SYLV. **E**FFECTA Antidoto Athanasie contraria tribuit
 Mesæes, vt theriacæ, & alijs opiatibus medicamen-
 tis. Nam quæ obstructionem liberat, hæmorrhagiam,
 & vacationes alias sitientibus sunt contraria. Item
 sensu stupefacto dolorem sedare, & crassa, lentaq; ex
 thorace expectorare, causis pugnant. Illud, n. frigidum
 cogentis opus est: hoc calidi dilatantis, accedente vi
 tenuante, incidente, tergere. Sed id facile recipies, vbi
 medicamentum hoc, vt alia eius generis multa, anima-
 lium more temperiem per ætates mutare: didiceris,
 sed contraria illis modo. Nam animalia primo calida
 sunt, postremo, frigida. Hæc vero medicameta primo
 frigida, deinde calida euadunt. Effecta igitur frigori
 efficit à sexto mense ad annos tres cum aqua plâtagi-
 nis intybi, rosarum; caloris ab anno tertio, ad decimum,
 victa iam frigidiorum vi à calidis: sumpta cum vino
 dulci, sapa, succo apii. Athanasie antidoti, & ambrosi-
 siæ, passim meminit Gal. in lib. san. tuendæ, & metho-
 do, in quibus theriacæ eas comparat: sed non descri-
 bit, nisi quod Mithridatis athanasiam, antidotum ab
 hac multum diuersam, sine hoc hepate describit lib. 2.
 Antidotorum: ob id, an hepar lupi Athanasie misceri
 voluerit, compertum non habeo. Quid autem de he-
 pate lupi cœsuerit Gal. in hepatis affectibus, in noctis
 simplicibus abunde expressimus.

Cornu cerui, & capræ vta, & si opus est, lota idem
 pollere docet Gal. lib. 1. simpl. & lib. 4. c. ph. p. Atha-
 nasia autem idest immortalis, dicitur, vel quod longo
 tempore efficax perduret, vel potius, quod homines à
 morte, ex venenosâ iectu, mortu, vel causa alia ma-
 lefica vindicet, quæ vis est precipua Athanasie Mithri-
 datis, à qua, vel h. m. illa videri potest denominata,
 quæ magna quoque dicitur, quod pluribus cõsistat sim-
 plicibus, quam parua Serapioni, & Haly etiam descri-
 pta, & Anic. ex quâ hæc descripta est. Quæ autem à Ni-
 colao describitur, est ad stringentior, & consuetior. In
 Athanasia Pauli ex Oribasio sumpta, cornu nulla est
 mentio superstitiosum autem est dextrum potius, quam
 sinistrum imponere.

COST. **A**FFECTVS contrarios eodem præsidio tolli pos-
 se non mirum, atque adeo, quod Athanasia obstru-
 ctiones liberet, & eadem hæmorrhagia, diarrhæa, lien-
 teria ant. qua, & dysenteria conferat, quod dolorem sedat
 stupefaciendo, & crassum ac lentum humorem pituato-
 rum ex thorace trahat. Opii, papaueris, hyoscyami in se-
 dare dolorem potest dum stuporem sensit, vt particulæ in-
 fert, & fluxiones sedat refrigerando atque incroscendo.
 Ad hæc vero celeriter obvianda reliqua adu. no. medi-
 camenta calore prædita: ea enim viscidos, crassosque hu-
 mores, ac vapores concoquendo, disseccando, attenuan-
 do, discutiendo, ac etiam euacuando per insensilem per-
 spiratum, meatus expediunt, & celerimum frigidis ip-
 sis medicamentis iter parant: atq; adeo contrariorum
 medicamentorum ratione, idem compositum medi-
 camentum contrariæ affecta obit: non dicam, vt opium
 vno tempore vnum, alio aliud, sed eadem semper: quoniam
 quam enim non sum nescius in huiusmodi antidotis stu-
 pefactoria priori astate maxime vigere, minus autem po-
 stea, non aboletur tamen prima astate transacta eorum
 vis, præsertim opii, quod plures annos integras vires ser-
 uat: sed caloris concoquentis actione minuitur tantum,
 ac temperatur; & quod vnius aut duorum erat medica-
 mentorum proprium, in antidotum totam per minimas
 eius partes diffunditur, tunc vero stupefacit, non opium,
 non hyoscyamus, sed Athanasia ipsa ac Philonium, opii,
 & hyoscyami, & reliquorum omnium simplicium for-
 mis, ac viribus in vnam veluti nouam formam totius
 compositi redactis.

ME

MESVE.

DIASVLPHVR confert febribus diuturnis, vt melancholicis, phlegmaticis, thoracem, ac pulmones purgat pituita crassa, lenta, pure: obid tussim antiquam, & difficultatem spirandi inde natam leuat, splenis duritiem minuit, & inde natam hydropem, vrinam mouet, calculum frangit, morsibus venenatis, & potio iam veneno prodest. Recip. autem piperis albi, & longi, ana drach. vj. sulphuris flauis, thuris, mei hyosciami albi, myrrhæ, styracis, cardam. ana drach. viij. ruta, costi. † cassiæ, ana drach. v. opij, mandragoræ, ana drachm. iij. croci, drachm. ii. & dimidiam: melle despumato excipe, post sex menses vttere.

MAGNAM vim habet in dolore renum, & spirandi difficultate, in quibus locis paratur: nec difficile esset vbiq; parare, quarcunque enim in eo ponenda, nota sunt. Sunt qui hoc pacto parent: Sulphuris ignem non experti, hyosciami, cardamomi, styracis, opij, myrrhæ, costi, rutæ ana drach. x. croci, piperis, ana drach. iij. cassiæ drach. xij. libyatici, drach. iij. mellis quantum sat sit.

FVERIT hæc antidotus efficacissima ad ea, quæ pollicetur, Sulphur viuum autem vbiq; Gal. prædicat hic citreum, seu flauum, quod ignem expertum videtur: quemadmodum & viride, pallidum, & cineritum in cannas coniectum, & ab his formatum. Optimum existimatur quod chymistæ sublimando (vt loquuntur) purgant, & tenuant, odorisque & saporis insuauitate exuunt. Opera prope omnia hic adscripta sulphur solum præstat, vt vires eius legenti in nostris simplicibus patebit. Tamen, quæ illi adduntur, actiones eius reddunt meliores, quorum plurima venenis resistunt. Sunt & in eo stupefacientia quædam mista potius, vt aliorum valenter calentium vehementiam frangant, quàm vt stupefaciât: ita vt vis eorum paucorum sexto mense tracta, multis calentibus elanguerit. Magnam vero vim habet in dolore renum, & spirandi difficultate.

DELIGENDVM sulphur ignem non expertum, quàm maxime splendidum, ac minime lapidosum: citrinum autem ex Authoris iussu: aut si etiam ignem expertum sumas (neque enim de hac re Mesue quicquam) quod viuet, ac prapingue spectatur. Chymicum vero ex quo per sublimationem, vt aiunt, extractus sit odor, ac sapor quanquam potentissimum ad multa, nullo pacto ego admitterem, vt Sylius: cui enim neq; odor, neque, quod maxime refert, suus inest sapor, de esse, & suas vires verisimile est.

MESVE.

CONFECTIO ex Styrace, alui immodicum fluorem biliosum, aut pituitosum sistit tinesum a causa frigida natum sanat. Recipit styracis liquidi, opij, † assari hyosciami albi, castorij, croci, myrrhæ, thuris partes æquales, melle sufficiens comprehenduntur.

Hæc confectio de styrace interdum in vsu habetur. Rasis 9. ad Almansorem cap. de fluxu venteris habet vnam aliam descr. non differentem ab ista Mesue nisi in vna re, scilicet in croco: quia Mesue habet hic crocum, Rasis autem non.

STYRAX verus lachrima est, humiditatem non retinens nisi dum manibus atrectatur. Fit vero arte quædam miscella, quæ grauis est, & somnum faciens, quam hic puto Mesuen intellexisse, & esse quam liquidam vocant. Vide Dioscorid. si tamen

A hoc melius intelligere velis, lege Gal. in lib. de Antidotis.

PER styracem liquidam à Mesue intelligi miscellam quandam grauem, & somniferam putat Manar. ex Diosc. Gal. antidotis. SYLV.

STYRAX liquida liquor est, qui ex mirra sit aqua conspersa, ac expressa, vt docet Serap. ff. lxx. autem Dioscoridi vocatur, sed quid sit quod ad nos hodie offeratur styracis liquida nuncupatione, & quo pacto paratur, ignoramus. Hic, si per me liceret, solium, & verum styracem sumerem, qui haberi probatissimus potest, & in fluxionibus etiam commendatur: præsertim, quod myrrha, ex qua liquidus ille conficitur huc etiam venit, aut certe, si quid velis styraci liquido magis simile, oleum sumes ex myrrha caloris vi expressum. COST.

DISTINCTIO TERTIA de Medicinis solutiuis.

MESVE.

MEDICAMENTA purgantia sunt quædam aloë, alia colocynthide, alia turbiti, nonnulla scammonio, alia alijs. De quibus ordine nobis dicendum est, Primum de hieris.

TERTIA distinctio de medicinis solutiuis, quarum quædam conficiuntur cum aloë, quædam cum colocynthide, quædam cum turbiti, quædam cum scammonia, & quædam cum alijs medicinis solut. fortibus, quædam cum pluribus ex eis, sicut inferius per ordinem apparebit. CHRI.

MESVE.

HIERRA picra idest amara Galeni, facultatibus multis insignibus efficac. Siquidem calcacit, tenuat, incidit, terget, siccat, obstructions aperit, humores, ac status, prauos, crassos, lentos, poris corporis tanquam spongiæ cauernullis imbibitos separat, digerit, expurgat commode. Magis autem purgatrix est cum aloë illota, sed minus roboratrix, contra vero, quæ cum aloë lota paratur, minus aluum subducit, magis ventrem roborat, affectibus capitis, ventriculi, hepatis, renum, vteri, iuncturarum, & cæterarum partium frigidis, mire confert, humorem ab his partibus frigidum aut putrem vacuando. Recipit cinnamomi, mastiches, assari, spicæ nardi, carpobalsami, croci, † xyloaloes, cassiæ, partes æquales, aloes duplum pondus omnium, Quidam addunt schenū anthos, alij absinthium, alij alia. Quidam melle excipiunt, alij sine melle in trochiscos fingunt cum aqua bdelij, & tragacanthi. † al. xyloaloes.

HIERRA picra nomen habet amaritudinis, quia ipsam principaliter ingreditur aloë, & dicitur hierapicra, à hiera quod est sacra, & picra quod est amara, & huiusmodi hieræ Galeni, duæ reperiuntur descriptiones posite, & inuenta à Gal. quæ ambæ in idem redeunt: vna ponitur 7. therapeutica, c. 12. alia ponitur 6. de regimine sanitatis. c. pen. Est. n. hæc hiera magni iuuamēti in passionibus stomachi principaliter, quib. abundat humor cholericus subtilis imbibitus in poro sitatibus stomachi cum admixtione phlegmatis aquosi: habet et multas alias utilitates efficere, quas auctor ponit in litera, & Gal. locis allegatis. Vtus autē eius, & modus præparationis est triplex. Primo solum in forma pulueris, & tunc assumitur cū vino, vel iure pulli, vel cū aqua menta, vel Mesue. T iij hordei,

CHR. Hierapicra vide dicitur.

Hiera præparatio triplex.

MESVÆ DE MEDICINIS SOLVTIVIS

hordei, vel alio liquore conueniēte, & in tali forma ipsam describit: & eo utebatur Gal. quia efficacius operatur. Secūdo in forma pillulari, & sic cōiter practicantes generaliter vtuntur. Et iste modus adinuentus fuit, cum pp amaritudinē pulueris, tum, vt maior ē morā in stomacho contrahens, à remotis magis attrahat. Tertio in forma electarij cū melle, & sic describitur hic à Mesue, sed non est in vsu, & in hac hierapicra Gal. non ingreditur aliud solutiuum, nisi aloē non lotum, de quo diffuse dictum est in diamusco, & qualitercunq; præparetur in debita dosi, tardat solutionem à xij. horis vsq; ad xxiii. Nunc transeo ad descr. hierapicrę. Galeni positę 7. therapeut. que est illa, quę cōiter habetur in vsu, & est quasi cōsi similis cū illa, quę ponitur 6. de ingenio sanitatis, derelinquendo præsentē hic positā à Mesue, quia satis ab illis variatur, & isto modo nō habetur in vsu. Rec. cinnam. mastichis, asari, spicę. s. nardi, croci, xylobalsami. ana dr. vj. aloes dr. centum. Et illa est vera descriptio pul. hierapicrę Gal. secūdo quod ipse ponit in locis alleg. Medici autem, & aromatarii hodiernis temporibus de aloē ponūt solum duplum ponderis aliorum aromatum, & non plus, cum hanc hieram conficiunt. Et mouentur maxime propter hanc descr. ibi positam à Mesue, quam ipsi reducunt ad formam pillularum: ideo minus solunt. Et dosis hierę Gal. in locis alleg. est vsque ad dr. i. Dosis autē eius, quę hodiernis temporib. præparatur est vsq; ad dr. i. & s. & si sit in forma electarij, vt ponitur hic, dosis eius est vsque ad vnc. i. sed illo modo non habetur in vsu. Auic. in 5. can. Haly. x. practicę, & Serapio in proprio antidot. eādem habet descript. differentem tamē in vno, quia Mesue habet hic xyloaloes, alij vero carpobalsami. Vnum tamen notabis, quod hæc descr. hierę picrę q̄ dicit Mes. fuisse Gal. non reperitur in aliquibus lib. Gal. ad nos translatis, licet Auic. & alij affirmant Gal.

MAN.

AB hac cepit veluti ab antiquiore, & à qua reliquę nomen acceperūt, cuius permixtio tempore Galeni Romę vocabatur picra. Galenus accipit solū sex res, dimittens xyloaloen, & cassiam, & pro carpobalsamo ponit xylobalsamon: & auget aloen: pro sex einm drach. aliorum, vel centum, vel 20. aloes apponit. ET est resolutiua materiarum malarum grossarum. (Hastamen oportet attenuasse, & dissecuisse. ALOE autem sit duplum pondere.) Ferme triplum esse debet, quia pro 36. drach. illorum, centum Aloes, vel cxx. adijciendę sunt.

SYLV.

Lib. 7. meth.

ANTIDOTYS hiera idest sacra ab operibus diuinis, & mirabilibus, picra idest amara, ob aloem, vnde & hiera dialoes etiam dicta est à Galeno describitur lib. 6. fam. tuen. lib. 7. meth. & lib. 2. & 8. comp. ph. ad purgandum maxime ex ventriculo, intestinis, venis melaicis bilem flauam, & pituitam nō modo tenuem, tunicis ventriculi altius infarctam, sed promptius eam, quę in eius spatio innatat. Cum autē vis eius purgatiu hepatis non superet, qua ratione affectibus frigidis capitis, & aliarum partium tam remotarum cum Mesue confert? Vt phlebotome à toto corpore vacuat, non primo. sed succedente in locum vacuati sanguinis alio sanguine ex reliquo corpore: sic vacuato per hieram ventre inferiore, successione quadam aliarum partium excrementa, aut mole sua tuere, aut vi partium expultrice mitti videntur: nec alienum fuerit ab hiera, si non valenter, saltem leniter trahi, vt momento vacua ad semel accepto, ferri in ventre perseverent: quo in clysteribus paulo acro-

Eribus saepe fieri probauit Galen. Quę res tibi si non ad plenum satisfacit, in memoria reuoca ventriculi actionem toti corpori communem. In quo si multa est excrementosa materia, ea chylo mista, in corporis dictas partes cū sanguine tandē distribuitur, & partes ipsas tali excremento onerat. Si uero cōtra excrementis omnibus his biliosis, pituitosis, putribus omnino est ventriculus, & perfectius coquet, & alimentū in corpus purū transmittit, quo partes singulę uelut recreatę, & meliores redditę. quod in se habent excrementosum coquent, si coqui habile est. aut si tota substantia est ab alendo iam alienum, excernēt. Omitto uentriculi cum cerebro cōsensum maximū, & oculis. Vis igitur hierę huius à Gal. nō inueniēte (nam multis ante ipsum annis celebrata est, vt es lib. cap. ph. p. colligere potes) sed vsu crebro celebratę, est maxima. Sicque Romę Gal. tempore parabat: Cinnamomi, xylobalsami, asari, spicę nardi, croci, mastichis Chia. ana dr. vj. aloes drachm. centum. Sed centum drach. ipsius magna nimis mensura est vsa Galen. aliorum proportione lib. 2. compo. ph. p. Ob id præstantius medicamentum feceris, si minus aloes inijcias, vt drac. xc. qua tanquam optima, se vsu Galen. aserit. Interdum drac. lxxx. miscebat, cum gratiorem sed calidiorē volebat: interdum contra etiam cxx. cum purgantem magis. Aloe autem non lota, magis vacuat: magis roborat, ventrem minus vacuat. Crocum item partius misceri vult Gal. vt drachm. v. præsertim quibus medicamento vtentibus crocū caput ferit odore, vt nobis ante mittionem. His etiam suffecerint croci dr. iiii. Sex vero croci drac. Galenus miscebat mollioribus male per menses purgatis, & aloes dr. lxxx. & carpesum loco asari: interdum vtrūque. Vtebaturque non in his solis, quib. dolet caput per cōsensum stomachi ab humore bilioso morsu, sed et in his, qui suffusionum phantasmata, & symptomata patiuntur ex simili stomachi affectu, & quibus alius supprimitur, & quib. ructus ē fumosus. Cinnamomi penuria inijce optime cassię duplum nihil virtute ab inualido cinnamomo abest, à generoso multum superatur. Quidam carpobalsamū loco xylobalsami: alij vtrūque. alij et xyloaloen, cassiā, schęnu anthus addūt. Dosis summa est dr. vnus cū aquę cyathis tribus: minima est semidr. alius in medio p̄tate, corporis magnitudine, cōsuetudine: seu minima est vnus cochlearis paruum: diocris, duorū paruorum: maxima duorum cochlearium magnorum cū aquę tēperatę cyathis duob., aut tribus. aut in catapotia fingitur. Dat. Act. à dr. i. dr. ii. Hodie eius sicq; (quę vtilior est) ē vnc. s. cum dc. i. diap̄hēnici ex hydromelite ē mulieri innoxie propinari vidimus. Gal. item, vel siccum puluerem exhibet, vel melle exceptum, vt gratior, durantiore, purgantiore: licet tunc ventrem minus roborat, quia mel stomacho malum est, & roborantium vim dissoluit. Mes. puluerem tacuit, trochiscos expressit, alij quoque in catapotia fingunt, quod propter multam aloes amaritudinem egre puluis ex vino, uel iure pulli, uel aqua hordei, uel alio liquore deuorari queat: nec multo facilius cum melle excepta ex hiera hæc, siue bolis deglutienda sit, siue liquore (ut puluis solet) dissoluta. Adde, quod catapotia ex hiera ob moram in uētriculo longiorem à remotis partibus trahere magis possunt: minimum, si potu deuoratur. Nam sic à uentriculo cellerrime, & effluit, & expellitur. Si bolo autem samitur ut consistentia, sic mora in uentriculo, & uiribus in uacuando est media. In hac antidoto autem sola est aloē purgatrix, & tam imbecilliter, ut uix hora post duodecima uacuare incipiat, duretq; eius uacuatio interdum ad horas 24. quę consuetudo est tardius, & imbecillius uacuantium, cum ualentia mox vires suas exerant, & non multo post terminent, nisi quantitate immodica hypercatarsin moliantur. Cum autem Galeno hiera ad cinnamomi, mastichis, asari, spicę nardi, croci, xylobalsami. ana drachm. vi. addat aloes

CO S

Capit
Capit

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

quàm drachmarum duarum pondere fere non exfoluit. Ergo summa hiera simplicis dosis drachmarum erit trium, neque Galeno hac in re assentiendum, praesertim (quod quis admiretur) qui hiera ex colocynthide longe valentioris medicamenti drachm. iij. aut etiam quinque dedisse proficitur. 1. de comp. med. per loca. His de hiera simplici, ita constitutis eius etiam qua melle excipitur dosis facile innotescit. Si equidem mel tantundem addas cum Auicenna, sex drachmarum mensura erit summa, si quadruplum, drachmarum erit quindecim. Atq; hac ratione ipsa docemur, à qua quotidianum non dissentit experimentum. Vnum hic superest explicandum, qualesnam humores hiera educat, crassos ne an tenues? Mesue ijs verbis.

Et est resolutiua materierum malarum crassarum, & viscosarum, videtur ipsi purgatricem crassorum humorum vim tribuere. Manar. vero attenuasse, & diffecuisse antea oportere admonet: atq; adeo sponte sua id non praestitiram. Sed vere id non vult Mesue, quod velle Manardus innuit, hieram crassos, ac lentos humores soluendo educere, at eos dissipare, & attenuare aseruit, si rem perpendas. De solutione vero postmodum agit quum subdit.

Et perficitur ab eo solutiua bona. Si tamen etià de purgatrice vi intelligas, quanquam non negem crassos humores, vt hiera educantur, secari prius & attenuari oportere: id ipsum tamen praestare hiera quoque ipsa solet ob cinnamomi, spicae, croci, carpobalsami, & asari vires, ac propterea, vtro modo Mes. verba intelligas non errat, quod Manardus innuit.

M E S V E.

HIERA Hermetis cum dracunculo maximarum, & certiss. est virium ad cephalalgiam, hemiplegiam, vertiginem, paralytin, epilepsiam, tremorem spasmus cynicum, dolorem colicum, nephriticum, vterinum, arthriticum, Vacuat enim humores tam tenues, quam crassos, & lentos, à capite, ventriculo, neruis, iuncturis, & reliquis partibus. Recip. autem aloes vnc. j. trochiscorum Alandhal aur. octo: turbit, agarici † dracunculi vtriusque sicci, iridis, sagapeni myrobalanorū cepularum, citreariū, Indarum, ana lesqui drachmam: zingiberis, cinnamomi, mastiche, bdellij, ellebori nigri, eupatorij asari, cassiae lignae, salis Indi, castorij, croci, apij, liguttici, † cocci gnidij, stoechados, ana drach. i. scillae affatae drach. ii. & dimid. scammonij drachm. ii. Curiose omnia terantur: gummi, & succi vino odoro pisso luan tur: pulueres succo cucumeris agrestis comprehendantur. Siccentur iterum, eodem succo, & pauco nucum oleo excipiantur, & siccentur, postremo melle despumato † omnia comprehendantur. Datur post sex menses à drac. j. ad dra. ij.

† Luf.

† f. m. m. c. v. rem.

† Vult. quantitate, que huc totum sicut passu.

MAN.

SYLV.

ALANDAL.) Hos habes infra ab ipso Mesue de scriptos, qui tamen Hermetis tempore non cōponebantur. LVF.) Dracontium. SEMINIS meze-reon.) id est cocci gnidij, chamaeleae videlicet.

DESCRIPTA etiam Mesue in simplicib. cap. de dracunculo, potentissimum, & efficacissimum est medicamentum, vbi remedijs alijs mala haec contumacia non cesserunt. Trochisci Alandhal inter trochiscos describuntur, quos tamen tempore Hermetis nondum compositos scribit Manard. sed sine testimonio. Hi autem colocynthidis loco in compositione veniunt tutius, qua ipsa colocynthidis, nisi mistis probe castigetur.

HAEC scripsit, & lib. simp. de aro: in eo varius, quod hic trochiscorum alandhal drachmas duodecim, id est aureos sumit, illic colocynthidis drac. viij. Neque temere colocynthidis redacta in trochiscos maus hic adiecit pondus, quando castigata hoc pacto minus est efficax. Adit etiam hoc in loco bdellium, quo eadem colocynthidis magis castigatur, & elaterij vis obtunditur, quo inuolui omnia praecipit. Strenue expurgat hoc medicamentum, quod certe simplicium expurgantium, & fortium, & imbecillum sylum habet. In eo conficiendo, quod ait, tritura bona terenda omnia. studendum, vt singula seorsum, aut cum alijs crasse, aut subtiliter terantur, prout quaeque postulant: pro quae petenda regula ipsomet Mesue tradita lib. Can. vniuer. quas non est, vt hic particulatim referamus. Illa nunc inquirenda multi momenti, & vsus, quia iubet Mesue hoc medicamentum ex melle confici, dosim vero praescribit à drachm. vna ad duas, an dosis intelligenda post adiectum mel, an ante: quantum vero etiam mellis sumi habeat. Equidem si rem perpendas, addito melle praesertim ex communi consuetudine proportione quadrupla, duae huius medicamenti drachmae vix aluum moueant, nedum non exquise purgant: absque melle autem in robustioribus corporibus non excedat modum: id quod persuadeat nos mensuram praescribi absque melle. Contra tamen, si in sequentibus hoc pacto dosim statui, quis putet absque melle, si vnum est, vt longo intervallo modum purgatio frequentissime excedat. Sed dicā paucis quod sentio. Quum simplicia ex quibus hoc paratur medicamentum excepto sagapeno, mastiche, bdellio, euphorbio, scilla, quae duci in puluerem non ita possunt, drachmarum septem, & quadraginta pondus attingant, id est vncia sint quinque, & drachmae duae, atq; adeo ex vulgata consuetudine binas fere mellis libras desiderant, futurum est, vt adiectis sagapeno mastiche, & reliquis, in totum electarium duas pendeat libras cum dimidia, & singula drachmarum duarum dosis vix drachmam specierum contineat dimidiam, quae perturbare quidem ventrem possit, non possit tamen exoluere atque exquise expurgare. Quamobrem, aut Mesuem meticulosum esse atque ignarum medicamenti vnum confiteri oporteat, aut vulgatam consuetudinem huic loco esse importunam, sed arbitrandum, expertum ipse Mesue huius medicamenti vires, ac propterea referenda est culpa in consuetudinem potius artificio, & consilio expertem, quam in auctorem. Quarenda ergo alia componendi ratio qua scopum attingamus auctoris. Ea erit regula à nobis in superioribus tradita, quam certe, qui in usum traduxerit, carere omni culpa obseruabit. Sunt purgantium hic simplicium doses, si recte expendas, fere quinquaginta duae cum dimidia, aloes videlicet, quatuor cum dimidia, trochiscorum alandhal doses decem, & octo, possunt enim scrupuli eorum duo exhiberi, turbit, agarici, & quae eo ordine sequuntur non plures quam duodecim; ellebori, euphorbij, asari, seminum meze-reon doses fere sex; scillae vna, scammonij decem, ac propterea, quod dicebam, doses, quinquaginta duae cum dimidia, adieslo vero elaterio, quo inuolui omnia iubet Mes. ad sexagesimum etiam numerum accedunt. Huius vero electarij vbi confectum est, drachmas ad summum duas exhibet, quo fit, vt totum pendere oporteat drachmas vicenas, & centenas. Sunt autem si ingredientia omnia supputes, drachmae vix septem, & quadraginta, atque ideo, quod deest, id est drachmas septuaginta tres resarciendam est melle. Sunt vero haec vncia octo, & drachmae duae, quae si melle suppleueris, confecti

COST.

† Vult. ad in aqua adstanti.

† Vult. huc drachm.

† Vult.

confecti in hunc modum medicamenti dosi summa erit drachmarum duarum ex Mesue prescripto, & integra fiet expurgatio. Caterum video, quid hic obijciant: tam paucum mel tantum specierum cumulum non excepturum. Ego vero illud perpendi velim, quod auctor iubet, tantum mellis ad dendum, ut totum fiat sicut pasta, quibus verbis, ut passillum fiat (præter omnium sententiam hoc dico) præcipere Mesue in suspensor, non electariis, quod vocant, neque mirum, quando aloetica hæc amara in electarij formam redacta assumpturo admodum ingrata esse solent: minus autem passilli modo, quia minus dissolvitur, ergo quam passillum velit auctor non multum mellis est opus, fortasseque ostia illa vicia satisfaciunt, quod si non satisfaciunt, sunt enim quedam interdum aridiora, quæ humoris plurimum exurgunt, piaculum non erit, ut tantum indicio tuo adiungas mellis, quod ad conficiendum passillum sit satis, aut ut pro hieræ simplicis exemplo tantundem mellis adijcias. Sed de hac re satis. Qui hæc hiera ex communi instituto parata usuri sunt, ea scilicet qua quadruplum, aut tripulum suscepit, audaciores esse possunt, & drachmas etiam sex interdum propinare, qui vero ex Mesue institutorijs vna, aut altera drachma sufficiat. Vnum superest inquirendum, quum Mesue mezereonis semine exposcit, quid sit sumendum. Ut nos lib. simpl. dicebamus, ignotum est Mesue mezereon, sententia nostra, & aberrare eos, qui cocum quiddam illud esse aiunt, ex eo constat, quod Mesue sive mezereon s folia traducit in usum, non fructus. Hæc tamen seminis loco, si quis vicini, aut maioris, aut minoris semen reponat, quod isdem sepe viribus valet arbitror non valde erraturum, pro drachma autem vna mezereonis, quæ integra, eius est dosi vicini maioris grana tria, aut minoris quinque assumas oportebit, si modo constitueris eo uti illius seminis loco, quod ignoratur.

M E S V E.

HIERA Archigenis omnibus descripta, confert affectibus melancholicis, & ex pituita crassa natis, & vertigini, epilepsie, spasmus, hydrophisi incipienti, voci ob humiditatem multam rauca, dolenti alpera arteria, difficultati spirandi, pfora, lepra, & cæteris tuberculis à crassa materia nascentibus; aut seroso excremento; ventriculo intestinis, mesaræo, vterio à flatu dolentibus, aut prædictis humoribus. Datur aliquando potui cum iure decocto, adiecto etiã castorio ad siliquas tres. Dolentibus autem spinæ, renibus, illibus, inguinibus cum decocto apij: ad itchiadem, & similes articulorum affectus cum aqua centaurij, adiecto etiam elaterio, idest cucumeris agrestis succo, & colocynthidis, pulpa, ad siliquas quatuor. Morfos denique à cane rabido, ab hydrophobia, idest aquis formidatis securos reddit, datur cum aqua abrotoni, præcipue adiecta drac. vna, pulueris cancrorum fluuiialium vstorum. Recipit autem pulpa colocynthidos drach. † duas, prassij, itachados cilebori nigri, chamedryos, schammonij, leucopiperis, macropip. ana † dr. duas, scillæ asithæ, euphorbij, aloes, croci, gentianæ, petroselini, ammoniaci, opopanacis, ana dr. j. polij, cinnamomi, sagapeni, myrrha, spicæ nardi, schœnu anthus, calaminthes montanæ, aristolochiæ rotundæ, ana dr. ij. cum melle sufficienti excipiatur omnia. Datur ad aur. iij. cum

A decocto epithymi, & vuarum passarum mundatarum.

NON est in usu, sed hieralogodion est multum in usu est alia hiera picra Gal. quæ ponitur à Nicolao in suo antidot. quæ est multum differens à hiera Galeni posita 7. therapeut. nec reperitur, vbi Gal. eam describit. & tamen illa est, quæ generaliter habetur in usu, & sic vbi que secundum illam descript. habetur in viu, & fit in forma electarij, secundum quod ibi describitur: quiddam tñ reducunt ad formam pilularum, quæ aliquo loco non sunt scriptæ, & dosi earum est à dr. i. vsque ad dr. i. & s. Et dosi hieræ picræ Gal. reductæ in forma electarij, ut comuniter fit, quia vsque ad dr. i. de mane digesta in ateria. Et illæ pilulæ de hiera picra Galen. quæ à Nicolao describitur summe cõueniunt oibus dispositionibus capitis, vel passionibus dependentibus à materia frigida, & doloribus aurium, oculorum, & dentium. Cõuenit insuper descendi catarrhi, & passionibus frigidis stomachi, & omnium nutritiuorum, & est passionibus matricis, & est multis aliis cõsimilibus, cuius nunc ponam descript. R. cinnamomi, spicæ nardi, croci, schœnanthi, affari cassiæ lignæ, xylobalsami, carobalsami, violarum, absinthij, epithymi, agarici, rosarum, turbitum, colocynthidis, mauchis, ana dr. iij. alias vnc. viij. mellis q. s. pro compositione electarij, sine vini pro cõpositione pilularum. Sunt autem solutiuæ, quæ ingrediuntur cõpositionem huius hieræ picræ, & hieræ Archigenis, & hieræ logodion, non obstant, quod aliqua ex eis fuerint superius declarata, & alia quædam sunt declaranda. Colocynthis est medicina multum effrenitans in soluendo, amari saporis, indigens multa refectione secundum, quod ponit Mesue, est. n. solutiuum pomum plantæ venosæ ad magnitudinem pomi aranzi subalbidi: iuxta quã plantam nulla oritur herba, & est calidæ cõplexionis ultra tertium gradum, & sicce in fine secundi. Solut phlegma principaliter attrahendo à remotis membris, non tñ per se sola est exhibenda quantunq; correctæ. Et dosi eius, quæ ponitur à Mesue capitulo proprio est à chirat. vi. vsque ad x. Chirat autem est pondus quatuor granorum hordei. Sed illa est nimis magna dosi hodiernis temporibus qualitercunq; assumeretur. Epithymum est flos, vel radix cuiusdam herbe calidæ, & sicce in secundo. Solut humorem melancholicum principaliter, & licet non sit in usu ipsum per se solum accipere, tñ eius dosi est dr. iij. vsque ad dr. viij. decoctionis autem à dr. v. vsque ad drac. xx. quia est lenis solutionis. Absinthium est herba nota leuissime solutionis, calidæ cõplexionis in primo, sicce in secundo, soluit leuissime choleram subtilem, & aquosam ab intestinis, meseraicis, & ab hepate, assumitur à quibusdam succus eius, qui est amarus valde, & horribilis. Et dosi eius est à drac. ii. vsque ad iij. Et in decoctione, seu infusione cum aliqua expressione ab vnc. v. vsque ad vnc. viij. Scammonea est succus cuiusdam herbe in pisatus in forma lupinorum reducitur, & ab India, & Anthiochia sic transportatur, & eius visus per se solum non est conueniens propter eius ventositatem, & potentiam in soluendo, nec cum aliis medicinis admiscetur, nisi post debitam eius correctionem cum pomo cytonij,

CHRI.

Colocyn.

Quid sit chirat.

Epithymum.

Absinthium.

Scammonea.

† Dicitur ad in aqua abrotoni.

† Dicitur ad in aqua abrotoni.

† Dicitur ad in aqua abrotoni.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

Diagridium. nij, vel caulibus in pasta, vt præcipit Mesue, & sic correctâ vocatur diagrid. ù, & est calidâ, & siccâ cõplexionis in tertio, soluit principaliter cholera, sed nocet stomacho, & hepati, nõ correctâ. Et dosis eius cū est correctâ, est à granis v. hordei vsque ad xij. Et ipsius solius administrationem oēs prohibent. Et cõsulo, quod medicina, in quâ ingreditur retardetur, quantū est possibile. Turbith est radix cuiusdã plantæ in partibus Indiæ, calidâ, & siccâ cõplexionis in tertio: soluit principaliter phlegma, & est multū in vsu, maxime in passionibus iuncturaru, & assumitur cõmuniter cū zuccharo, & zingibere in forma pulueris secundū illam descript. R. turbith albi, & gūmofi, dr. j. vel vsque ad dr. j. s. zing. vnc. j. zucchari, dr. s. & in mane assumatur cū iure pulli, vel galli, vel aliquo liquore conueniente. Et hic nota, quod zingiber est correctiuū, vel velocitat eius operationem, quoniã de se est tardi motus. Et eius dosis in subtilitã est à dr. j. vsque ad ij. vt ponit Mesue, & in decoctione à dr. ij. vsque ad iij. Sed istæ doses tẽporibus præsentibus sunt nimis magnæ, & eius assumptio est abominabilis, & debilitat stomachū. Agaricus est fungus quidã adhaerens cuidã arbori maximæ, & multū nascens in Pedemontium, & est calidâ cõplexionis in primo, siccâ in secundo, soluit principaliter phlegma crassum, & cholera rubeã à cerebro, & à mēbris neruosis, ac est à pectore, vsus tñ eius per se solū non est multum conueniens, sed admixtus cum alijs medicinis, vt in electarijs, & pilulis, vt cõmuniter fit. Dosis tñ eius in substantia est à dr. j. vsque ad dr. j. s. In decoctione vero siue infusione est vsque ad drach. iij. Et nota, quod agaricus qualitercunq; assumptus inducit vomitū, sed longe minus in decoctione, vel infusione, quia non sic adhaeret parietibus, & vijs stomachi, vel villis inducens nau seam, & corrigitur cū mastice, & sale gẽmæ, vt præcipit Mesue. Sagapenu est gūmi calidū in tertio, & siccū in secundo, soluit humores viscosos, & phlegma crudum trahit à longinquis membris, non tamen per se solum vtitur eo. Et dosis eius est à dr. s. vsque ad aur. j. Euphorbium secundū rei veritatem est gūmi calidum, & siccum in quarto, & per se solum non est conueniens, & soluit phlegma crassum. Et eius dosis est à granis iij. vsq; ad xij. Aristolochia rotunda est perfectior, & potentior longe in soluendo, & vtraque est calidâ in tertio, & siccâ in secundo, soluit superfluitates phlegmaticas, & per se solū vsus earum nõ est conueniens. Helleborus vnus est albus, omnino fugiendus, quia à tota specie est mortiferus: alter niger, qui solus nõ est in vsu, sed admixtus cum alijs medicinis, principaliter soluit melancholiam, & cholera crassam, & phlegma viscosum fortiter attrahens à remotis, est tamen multum prouocans vomitū, & est calidâ, & siccâ cõplexionis in tertio. Et dosis est ab vnc. j. vsque ad vnc. ii. sed melius est, vt fugiatur nisi correctus, & admixtus cum alijs medicinis. Restat nũc alia declarare, quæ nõ sunt solutiua posita in descriptione hieræ Archigenis. Et primo per exituras apostemata intelligit, quæ veniūt ad sanem. Vltimo est memorandū, quod vsus prædictæ hieræ Gal. qualitercunq; as-

sumatur, debet esse præmissa aliquali digestionē, seu præparatione humorum in stomacho cum assumptione mellis rosati colati, vique ad quantitatem vnus vnc. pro vice, duobus, vel trib. diebus ad minus, vel cū alio leui digestiuo. Similiter, & ante assumptionem hieræ picræ Gal. in qua ingrediuntur plura solutiua, & fortia, vt eã describit Nicol. etiam est præueniendum digestiuo, appropriato secundum quod expedit. Et dosis huius hieræ Archigenis descriptione Pauli, quia est melior vsque ad aur. iij. & Archigenis descriptione vniuersali est vsque ad vj. & confert multis, & diuersis passionibus, vt dicit Mesue: quas tu ipse legendo considera.

EX Auicenna ad verbum. Pulpæ colocynthidos dr. ij. Aliqui libri habent dr. xxij. alij vnc. j. C. A. P. A. E. MVRIS assatæ. id est scille.

HIERA hæc ad verbum ex Auicenna descripta longè præstantissima multo aut valentior fiet, si colocynthidis pulpæ vnc. ii. aut dr. xx. doz miscatur, vt quidam codices habent. Quod ad hydrophobiam symptoma perniciosissimū eorum, qui à cane rabido sunt morfi, attinet, lege Gal. in lib. de cõmodis theriacis, de puluere autẽ cancerorū fluminalium vsuorū mura Gal. l. i. simpl. prædicat ex Aescletrione. Magni præterea est faciendâ decoctorū ratio varia pro vario affectu, ex quibus hieram propinat. His uerò affectibus omnibus valenter opitulati hanc Hierã vemo inficiabitur, qui simpliciu, & plurimorum, & efficacissimorū eius naturam perpendit. Doses tamen minuet, & his ferendis nostratium corpora sint imparia. Valet igitur ad congestam, vel fluentem pituitam, aut melancholiam, & affectus omnes inde natos in quavis corporis parte, auribus, dentibus, collo, & cet. Eius lo co quidã utuntur hodie hiera Logadii, quam Paulus Aëtius, Nicolaus, & alij plerique describunt. Ante rūtutū harū hieratum tam potentium usum, apparãda est materia, hoc est tenuanda, incienda, tergenda, fluxilis reddenda, & meatus sunt apertendi, per quos est vacuandum: in summa corpus fluidum est faciendū, quod tũd, & salubriter purgandum est.

LEGENDVM proculdubio colocynthidis drach. xxij. vt in antiquis codicibus, non, vt in alijs dra. ij. Qui enim ad crassos præsertim, & crudos humores educendo hoc paratur medicamentum, hunc potissime vsus colocynthidis præstat, & ea debet præcipua hic esse basis, sumendi vero trachisici alanabal opinione nostra, quãdo vix aliquid est in hac simplicium serie, quod colocynthidem exacte castigat. Ita, & genuina lectio est, qua addit. scãmoneæ, leucopiperis, macropiperis, omnium ana dr. ii. non autem, vnc. ij. neque enim ea præstaret medicamentum, quæ oportet, si tantum scammonij adderetur, sumendum vero, & hoc cotoneo paratum dixerim, veluti pituitosis humoribus expurgandis Tralliani consilio aptissimum, de qua re supra. Si omnium hic soluentium summam colligas, animaduertes doses exple-re ferè septem, & triginta, quas tu dicito quadraginta parum enim refert. Exhibet autem Mes. huius vbi confectum est, medicamenti aureos quatuor. i. drachm. sex, quare totum electarium, vt ducentarum, & quadraginta drachmarum pondus expleat, oportebit. Sunt vero ingredientia omnia drachmæ vix sexaginta, ac propterea superest, vt reliquum. i. centum, & octoginta drac. mel-le expleas. i. vncijs viginti additis. Tunc melle ea mensura adiecto tuto exhiberi poterunt huius electarij drachmæ sex, quod auctor præscribit.

ME-

M E S V E.

HIERA Archigenis Paulo aliter descripta, recipit prasij, agarici, chamædryos, pulpæ colocynthidos, stœchados, ana aureos ꝑ decem: opopanax, sagapeni, petroselini, aristoloch. rot. piperis albi, ana aureos quinque: cinnamomi, spicæ nardi, polij, croci, ana aureos quatuor. Sicca terantur, ꝑ liquores frangantur, hydromelite infundantur, & omnia melle excipiantur. Datur ad ꝑ aureos iiii. cum salis triti drachma vna, & aqua multa.

OMNIVM ad aur. v. Auicenna xx. Paulus x. Post polium Paulus addit. myrrhæ: INFVNDE in melle. Paulus in mellicrato per noctem vnâ & sicca. COMPONE eam cū aqua mellis. Paul. cum optimo, & reponne in vase vitæ, vel plumbi. Et modus hic est omnibus hieris communis: Addatur salis dr. i. & si vis, vt magis purget, adde scammonium.

AVREOS decem pro quinque scripsi, quod Paulus dr. x. habet Auic. xx. Absurdum item esset in prima simplicium classe aur. v. scribere, & in secunda similiter aur. v. Omnia enim illa simplicia si eodem pondere conuenirent, vna classe conclusisset. Paul. præterea spicæ nardi subscribit myrrhâ à Mes. omisam. Addit Paul. arida simul tundenda & incernenda, sed opopanax, & sagapenum (quæ gūmi malè ab interprete Mesue vocantur, vt in simplicibus doceamus.) & myrrham contusam per noctem vnâ multa in pila macerat. Postea leuigat, & siccis miscet. Melle dein de optimo excepta omnia, vase vitæ, vel plumbeo reponuntur. Hęc ratio omnium hierarū est communis: summus ipsarum modus est, denarii duo cū salis denario vno, & mellis heminis duabus: & aqua quanta satis est. Si vehementiores vis, quibus scammonium nō inest, iniiciantur, & his singulis obolus. Hęc Paulus. Quæ Pauli verba me mouerunt, vt dictioni Mesue liquorum in hydromelite infusionem adderem.

IPSISSIMA est hiera Archigenis, quam describit Paulus, à qua in eo differt hiera Antiochi, quod omittit marrubium, & loco aristolochiæ rotunda sarmenaceam sumit. Hic in Mes. quum ait colocynthidos, stœchados, omnium, ana aur. v. pro aureis x. irrepit aur. v. qui error facilis fuit ob notā Romanā, x, cum, v, cognationem, quarum altera decem, & altera quinque significantur. Post spicam Paulus etiam myrrham ponit, quæ hic prætermittitur, culpa, vt arbitror, librarij. Quadam addit Paulus de parandi huius medicamenti modo, nempe quæ arida sunt esse tundenda, & incernenda: opopanax autem, sagapenum, & myrrham contusa maceranda in melle per noctem, dein leuiganda, & ijs, quæ arida sunt admiscenda, exceptaque melle seruanda vitæ vase, aut plumbeo; quam rationem communem esse ait hieris omnibus. Hęc vero breuissime etiam perstringit Mes. dicens, tere ex medicinis, quæ sicca sunt, & gummi conuassa, & infunde in melle. In dosi præcipue discrepat, exhibens aureos quatuor, hoc est drachmas sex, quum Paulus summum eius, & hierarum omnium modum esse dicat drachmas duas. Sed vere irrepit, & hic mendum, legendumque aurei duo, non quatuor, quum enim soluentum medicamentorum hic bases sint serè triginta septem, agarici decem, colocynthidos quindecim, sagapeni, et opopanax decem, aristolochiæ duas, eorum vere pondus aureos quinque, & triginta pendeat: cætera sesquialtera proportione ijs quodammodo respondent, atque adeo non potest, quæ tuto huius medicamenti plus quam aureos duos, & alterius dimidium exhibere. At dices, differre tamen ad-

A huc Mesue à Paulo exhibente duas vix drachmas. Factoer, non errat tamen Mesue, quando integra, vt dixi, dosis essent aurei duo cum dimidio, at, & Galen. hiera sua ex colocynthide drachmas quinque semel exhibuit. Sed, & hic mellis, quo excipiuntur omnia, habenda est ratio. Equidem, si vt communis fert consuetudo, tribus speciebus vncijs, mellis adiungas libram, excepto opopanax, sagapeno, & myrrha, quæ terenda non sunt, cætera drachmas pendunt centum, & triginta sex cum dimidia, id est vncias quindecim, & drachmam vnā cum dimidia, atque adeo mellis lib. quinque exposceret, essetque totum electarium librarum serè sex cum dimidia, possent autem tunc exhiberi vncia plusquam dua, quum totius medicamenti doses non plures sint, quam triginta septem, sed hæc Mesue, aut Pauli mens non fuit, ac propterea sequenda hic non videtur vulgata consuetudo. At neque tradita à nobis in superioribus regula

B hoc in loco satisfacit, si legamus, vt legendum puto, dosim esse aureos duos, nempe quum basis doses in vniuersum sint triginta septem, electarij autem dosis duo sint aurei: huius totius pondus esse oportet aureorum quatuor, & septuaginta, at qui, si omnia supputes ingredientia, nonagenarium, & senarium attingunt numerum, quod fit, vt non modo locus non sit addendi mellis, sed de speciebus potius detrahendum videatur. Secus autem, si, vt vulgata habet lectio, legamus aureos quatuor, ita enim quum totius medicamenti compositi pondus esse oporteat aureorum centum, & quadraginta octo, desissent aurei septem, & quinquaginta, supplendi melle, id est vncia circiter nonis, desunt enim tres drachmas, quæ sanè mensura, quanquam, consiciendo electario non est satis, satis tamen esse posset excipiendis, ac seruandis speciebus, & pastillo conformando. Ceterum, quando, vt puto, error in contextu est, neque huius medicamenti dosis maior esse potest, quam aureorum duorum, quid agendum? quantum mellis addendum? sequenda ne vulgata regula, quæ mellis quadruplum adiungit? Iudicio nostro præstabit, vt exemplo Auic. tantundem mellis addas, vt is in hiera simplici, quanquam hic non est aloë, vt in illa, poterunt que tunc huius medicamenti aurei duo exhiberi, cuius, si vulgatum institutum sequere, liceret duas vnc. propinare.

M E S V E.

HIERA Diacolocynthidos à Rufo inuenta; caput, ventriculum, & corpus reliquum purgat humore crasso, & lento, & atra bile. Obid mania, melancholia, epilepsia, paralyti, spasmo cynico, vertiginosis confert, ac vlcibus malignis fistulosis, cancro, elephantia, flatu quoque discutit: ventriculum roborat: coctionem firmat. Recipit autem stœchados, agarici, chamædryos, ana drachm. decem, colocynthidos drachm. xx. (alii legunt colocynthidos trochiscorum alandhal, ana drach. vigintiquinque;) sagapeni, opopanax, ana drach. octo, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis (albi) ana drach. v. cassiæ drachm. vii. cinnamomi, croci, spicæ nardi, myrrhæ, polij drac. quatuor. Myrrham vino infunde, cætera tere, & melle de spumato excipe.

EST multum similis hiera Rufi, ab Auicenna, & Paulo posita. TROCH. Alandhal. Paul. Sicyonis, id est elaterii: certū enim est hoc trochiscos Rufi non fuisse cognitos. OPOPANACIS, hoc non apponit Paul.

S I O E-

MAN.
SOLV.
COST.
T.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

SYLV. **STOECHADEM**, agaricum opopanax, in hiera
 Rufi Ephesi medici præstantissimi, quæ etiã co-
 locynthidem recipit, Paulus omisit: ponderibus præ-
 terea cum Mesue non consentit, multum autem in cæ-
 teris similes sunt hieræ Rufi à Mesue, Auicenna, &
 Paulo descriptæ. Hieram diacolocynthidos Nicolai
 quidam parat: ego autem hieram diacolocynthidos
 Antiochi, Pachij, à Scribonio descriptam, & mire ee-
 lebratam & post eum à Galeno in lib. c. ph. p. compo-
 no, & omnibus cõponendam suadeo: cuius vires sunt
 à Pachio, Scribonio, & alijs approbatæ. Ad lateris do-
 lorem, epilepsiam, maniam, melancholiam morbû,
 scotoma, cephalgiam, suspirium, vocis abscissionem,
 subitas præfociones, incubura, tetanum, spasum
 cynicum, concusum corpus ex ictu, & lapsu, tremorẽ,
 paralyfin, arthritidas, dolores spinæ, mammaram du-
 ritias, canerosque earum, & vlcera in his cacœtheca,
 stomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflatio-
 nem, tormina, naueam, stomachi saliuam, colicum
 dolorem, menses suppressos ex decocto artemisię, aut
 dictamni. Has eius vires Scribonius ex Pachij lib. ad
 Tiberiũ Cesarẽ scripto deicipit, & probauit. Cõtat
 aut: stœchados, marrubij, chamædryos, agarici, colo-
 cynthidos singulorũ dr. x. opopanax, sagapeni, pe-
 troselinĩ, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorũ
 dr. v. cinnamomi, spicę nardi, myrrhę, folij, croci, sin-
 gulorum dr. iiii. opopanax, & sagapeni mortario ter-
 untur, adiecto melle tenui, idest, quam liquidissimo:
 trita cætera, & cribrata melle ad comprehendendum
 sufficienti cũ his excipiantur, vase vitreo reponantur.
 Vbi aut affectus sunt curatu difficiliores, aut natura
 sua aut ex diuturnitate, adde prædicto ponderi colo-
 cynthidis dr. xx. opopanax, & sagapeni singulorum
 dr. quatuor. Hoc autem medicamentum non solum nõ
 nocet stomacho, sed etiam reficit eum, ac confirmat
 supra omnẽ opinionẽ: hæc Scribonius. Detur puluis
 ex liquore aliquo, vel in catapotis à scrup. s. ad scrup.
 ii. cum melle veto à dr. ii. ad dr. v. Hęc eadem est cum
 ipsa Rufi à Mesue scripta, nisi qd polium pro folio (&
 casiam pro marrubio habet, & ponderibus non nihil
 variat. Hi trochisci Rufi incogniti fuerunt, uti Gale-
 no, qui eo longe fuit posterior: ob id eorum loco sũt,
 qui elaterium misceant. Hieræ Logadij plus alijs bilẽ
 atrã trahit: recipit myrrhę, spicę, scillę torrefactę, eu-
 phorbij, ammoniaci, bdelli, zingiberis, aloes, stœcha-
 dos, hyperici, chamædryos, singulorũ vnc. epithymi
 vnc. ii. cinnamomi vncias iii. veratri nigri scicuncã:
 petroselinĩ semunciam, scrupul. ii. amomi, folij In-
 dici, casię piper. triplicis, castorei, opopanax, medul-
 lę colocyntidis, sagapeni, singulorũ semunciam:
 aristolochię dr. i. mellis modum, qui tibi videbitur.
 Actuarius. Huic multũ affinis est hiera Logadij scri-
 pta sic ab Aetio, pulpe colocyntidis dr. xx. scillę assatę,
 agar. ammon. scãmomi, corticis, ellebori nigri, hype-
 ricĩ, singulorum dr. i. epithymi polypodij aridi, bdelli,
 aloes, chamædryos, casię, marrubij, singulorum dr.
 viii. myrrhę Troglodyricę, piperis albi, & nigri, cin-
 namomi, croci, opopanax, sagapeni, castorei, petro-
 selini, aristolochiæ, singulorum dra. iiii. melle excipe:
 datur à dr. ii. ad dr. iiii. Huic eandem facit Aetius hier-
 am Galeni, nisi ponderibus differret, & præterea ha-
 beret stœchadẽ & piper longũ: Recipit. n. pulpa co-
 locynthidis dr. viii. scillę assatę, agarici, ammoniaci,
 scãmomi, corticis elleb. nigri, stœchados, hyperici, an.
 dr. xvi. epithymi, polypodij sicci, bdelli, aloes, chamæ-
 dryos, marrubij, casię, ana dr. viii. in alio vnc. ii. myr-
 rhæ Troglodyricę, sagapeni, croci, aristolochiæ, pi-
 peris albi longi, & nigri, cinnamomi, opopanax, ca-
 storei, petroselinĩ, ana dra. iiii. mellis, qd sufficit. Huic
 Aetii descriptioni si adieceris, polij, gentianæ, pulegij,
 spicę nardi iũci odorati, ana dr. iiii. aut ex hyera Gal.
 ab Actuario descripta, aristolochiam longã, & zingi-
 ber sustuleris, & pro ainga stœchadem: pro portio pra-
 sium, idest marrubiũ scripseris: medicamentum habe

E bis celebre triginta duobus constans simplicibus, ad
 contumaces morbos omnes efficacissimum, & tutis-
 simum: ex hiera Rufi, Antiochi, Iusti, Logadij
 Archigenis à Galeno excerptum cuius meminit lib. 8.
 c. ph. p. & lib. meth. 12. Ab eo autem non fuisse descri-
 ptam miro, cum præsertim hieram dialoes lib. 2. &
 8. c. ph. p. describat. & utrobique hieræ diacolocynthi-
 dos meminerit, nisi forte descripsit in lib. de com. ph.
 purgantũ, quem aliquoties in opere prædicto pollice-
 tur, nondum tamen visus nobis est, aristolochiam ta-
 men rotundã, & longam habet hiera Iusti. Alia vni-
 cam ex tribus, & hiera Rufi Aetio habet chamæpy-
 tin: huius rei, dum hæc scriberẽ, me admonuit Sigis-
 bertus medicus Romę doctissimus, & diligētissimus.

PVLCHRE. & copiose de hac Syluis, quem tu vi-
 de. In aliquibus discrepat ab ea, quam describit aliq
 Manardus: aut veror hic cessitare, quam apud Paulũ
 sicynia voce elateriũ intelligit, qd ipse mot sese explicãt.
 Paulus colocyntid. interiore interpretatur, quare in
 hoc non discrepat à Paulo Mesue. Sumenda autem sententia
 nostra, castigata, & in trochiscos redacta. Non meminit
 de dosi Mes. sed sequenti Pauli consiliũ, qui hierarũ om-
 niũ modũ esse aut drachmarũ duarum. Pro melle autem
 addendo nõ quadrat hic regula nostra, uti neque in sa-
 periori, quod dosim electarij antior non præscribit. Quar-
 re poteris tantundem mellis adijcere Auicennæ in hiera
 simplici imitatione, licetũq; tunc commode duas hanc
 drachmas Pauli lege, seu aureos duos exhibere. Quod si
 in vulgatum malis institui sequi, quia simplicia hæc, de-
 traho opopanax, sagapeni, myrrhæ, que dissolucnda nõ
 terenda (quamuis enia Mes. de sola myrrhæ id iubeat
 culpa arbitror librarij, agendũ tamen, & in opopanax
 & sagapeni) drachmæ sunt octo, & octoginta, idest vn-
 cia nouem, de sunt. n. due vix drachmæ: vix vero additis
 & adiecto melle ad libras tres proportione quadrupla:
 totum electarium libras pendebit ferẽ quatuor: propter
 hec, quia basis doses sunt ferẽ triginta sex, agarici septẽ
 eum dimidia, colocyntidis viginti, opopanax qua-
 tuor, sagapeni quinque, licet drachmas. etiam duode-
 cim fortioribus corporibus exhibere.

MESVE.

HIERA nobis inuenta purgat vtram-
 que bilem, & pituitam, status crassos
 cerebri, & ventriculi, & corporis re-
 liqui dissipat: ob hæc visioni imbecil-
 la confert, ac cæteris affectibus causas illas se-
 quentibus. R. aloes dr. xv. epithymi, costi, ana dr.
 v. euphorbij, croci, spicę nardi, chamædryos, ana
 dr. vi. agarici dr. ix. caryophyllorum dr. ii. calami
 aromatici, mastiches, casię, ana dr. 7 vii. xylolal-
 sami (ali xylaloes) drac. iiii. piperis albi, & nigri
 gentianæ, ammomi, ar. drach. i. scammoni in
 malo cydonio cocti drachmas ii. mellis q. s. Da-
 tur aur. i.

HÆC inter magnas connumeranda est, & multi-
 vsus licet nullibi parata inueniatur.
In hac, quod, & in reliquis, mellis triplum, aut qua-
 druplum sumunt: sed licet opinionione nostra, tantundem
 mellis adijcere, ut in hiera simplici Auic. erit que tuta
 dosis drachmarum etiam in robustis corporib.
 specierum vero absque melle binas etiam drachmas tu-
 to exhibebis. Quare, quod Mes. dosim vnius aurei si a-
 tuat, priorẽ suspensionem nostram fouet, dosim hic, & in-
 terdam alibi à Mesue præscriptam intelligendam de
 speciebus absque melle. Regula autem à nobis tradita
 de meo.

COST.
 MAN.
 SYLV.
 COST.
 M
 tur
 riy
 dem
 cui
 ly
 oliu
 rad
 scis
 per
 fori
 mur
 bus
 in l
 cen
 igno

de mensura mellis, hic non quadrat, quia specierum pondus longo intervallo exuperat pondus drachmarum sexaginta, quod ferè esse debet totius huius electarij, cuius doses ferme quadraginta.

M E S V E.

DIAMANNA nobis descripta celebris, præsertim ad febres acutas, & multum ardentes. Nam cordis, ventriculi, hepatis, sanguinis intemperiam calidam, & feruorem, & sitim extinguit. Recipit manna bonæ, & recentis, († casia, ana) vnc. quatuor, tamar Indorum inimaturorum vnc. sex, medullæ casia, † sacchari violati vnc. sexdecim, succi intybi, apij, malorum dulcium, acidorum, & acidodulcium, succi acidi, citrorum ana vnc. † iii. In quibus purgatis prædicta tria dissolue, cola, vt munda sint omnia. Præter hæc accipe radicem intybi, apij. ana vnc. iii. foliorum lupuli, adiantialbi, ana vnc. duas, prunapassa centum, violarum vnciam vnam, & semisem: rosarum vnciam vnam, spicæ nardi drac. iii. coque hæc libris tribus aquæ fontanæ ad dimidias, colato adde sacchari lib. iii. aceri boni lib. j. semel seruesant. Adde colatum prius, & percoque ad mellis crassitudinem: postremo addentantalorum citreorum, rosarum, spodij, succini, oxyacanthæ, seminis portulacæ, semi. oxalidis, semi. melonum, citreoli, cucurbitæ, cucumeris. ana dr. iii. ligai aloes dr. iii. cubebarum dr. v. caphuræ drac. j. reponere vase vitreo. Datur æstate cum aqua frigida, ab vnc. j. ad vnc. ii.

ALSEACOSTVM. Per alseracost Arabes intelligunt speciem manna. (Tamarindorum.) De his licet nulla apud antiquos mentio, viles tamè sunt in bile coerenda. Foliorum lupuli.) Hic puto subesse errorem, intelligendosque asparagos eius potius, quàm folia. Seminum communium.) Hæc dici solent maioribus.

OPEROSA hæc compositio, & quæ paucioribus idem præstare posset: cui calida pauca miscentur, vt frigidis in corpus spargendis viam parent. Pro folijs lupuli sume ipsius asparagos, & prima germina, vel summa cacumina. Valentius fiet, si in libras singulas acceperit scammonij semunciam.

MEMINIT hic de spodio, quod sepe, & in superioribus. Pro spodio autem in ijs, quæ assumantur cauendum à vero spodio, de quo Diosc. lib. 5. in ararijs officinis inuenio, cauendum item à pompholyge eiusdem cum spodio generis, vsurpandumque ante spodium, cuius conficiendi rationem ibidem docet Dioscor. ex folijs myrthi cum floribus, & bacis maturis ex syluestris oliuæ ter mite, & alijs pluribus. Arabes ex barundinis radicibus vtilis potissimum conficiunt, vt Auic. 2. Can. Alij ebur vident; alij nodos quosdam ad rhomboidis piscis cutim repositos, atque alij alia, quæ sane omnia si per me liceret, abdicarem ab vsu medicina, quamquam foris admoneri posse non nego. In ijs ergo, quæ assumuntur, vbi spodio vti animus est, barundinis radicibus vtilis uti potes cum Auicenna, atque ijs etiam hoc in loco. Addit Mesue ad huius medicamenti calcem, camphoram, quæ quidem quum Græcis fuerit ignota, nota tamen Serapioni fuit, & Auicenna, im-

mo & Symeoni Sethi, qui de materia medica græce inter postremo scripsit. Lis est inter recentiores bitumen sit an lacryma. Ac bitumen nonnulli esse aiunt, quia ardeat. Sed & resina, & lachryma vident. Constat autem ex Serap. Auic. Symeone, ac postremo ex Iadarum navigationum historijs lachrymam esse arboris Indæ miræ magnitudinis, ac proceritatis, resina more styllantem rupto cortice, seu sponte, seu arte. Sed de huius quoque temperamento dubitare licet. Consentunt omnes, tertio esse ordine frigidam, & siccam, nam & inflammationibus, ac calidis affectibus, & doloribus ex calore admota confere, quod frigiditatis argumentum præbet. Contra tamen quum odore caput feriat, gustu sit acri, ignem prope admota facillime concipiat, ac retineat (nam & in aquis ardet) ad hæc exposita aeri aqua ardentis instar euanescat, cuius rei gratia seruatur in vitro phyllij, aut milij semine obruta: inesse illi insignia caloris semina persuademur. Quamobrem quicquid illi sentiant viti gravissimi, quorum ego auctoritatem maximi semper faciam, camphoram summe esse calidam ipse quidem suspicor, neque tamen frigiditatis producere effectus à ratione alienum puto. Quum enim paruum suarum tenuitate, & calore meatus corporis citissime permeet, & rarefaciat, vt calidiores diffuset vapores, atque subeunti frigido aeri locus datur, probabile est, atque hoc pacto per accidens à calido frigus inducatur. Sed & eodem modo medicamentis adiunctam frigiditatis (non enim seorsum in refrigerandi vsu adhibetur) præstare frigiditatis opus existimo: dum enim sui tenuitate frigiditatis viam parat, facitq; vt alie penetrent, quid mirum, quod calida ipsa refrigerij tamen vsu afferat? Sed hæc satis. Probatissimam, & sinceram, vt dignoscas, docet Sethi, superpositam aut pani calido humectari, quando est syncera: sin minus, esse falsitiam. Nostri simulissimo exemplo panem adhuc calentem, quum ex furno extrahitur, aperiant, & in eo camphoram includunt, si paulo post medeat, optimam putant, si exsicceat, adulteratam. Deligi debet candore, luce, puritate, odore præstans. Multis eius odor ingratus est, vt moschi, ambra, & aliorum id genus odoratorum, ob id, solent nonnulli hanc tunc tantum adijcere, quum vti medicamento animus est, & exploratum, qui vsus est huiusmodi odorum ferre, quod quidem in alijs forte non improbem, sed in hoc, in quo tam exigua illius portio ponitur, quæ vix sui sensum faciat, præstare a bitur statim addi, quod dum fermentatur (vt aiunt medicamentum, eius vires in vniuersum diguntur. Terenda autem camphora ratio est, vt animum seu marmorcum mortarium, quod vsurus es, olei amygdalini momento rotum illinas, post diligentissime lineo panno abstergas: colliges enim facillime camphoram, neque mortario inhaerebit pertinacius.

M E S V E.

TRYPHERA Persica, quod apud Persas experta sit contra febres acutas, intemperiam calidam ventriculi, hepatis. Morbis omnibus ex humorum vitione natis confert, in Aestate pestilenti, & Autumno: sitim sedat: iterum calidum ex obstructione sanat. hypochysim à vaporibus biliosis vitium incommodantem discutit.

Mesue. Y Recipit

MAN.
SYLV.
COST.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

*Vulg. legitur
succo lupuli
lib. 3.
† Et reseruum
ana dr. viij.*

** Alias dr. ij.
† Alias lib. ij.*

Recipit autem succorum solani, intybi, apij, lupuli, purgatorum. ana lib. ii. Quibus immitte violarum recentium, aut siccarum † libram vnam; fulliculorum senæ vncias duas; agarici vnciam. j. pruna Damascena, quinquaginta: cassuthæ semunciam. myrobalanorum cepularum, citrearum, Indarum, frixarum in oleo violato, aut amygdalarum dulcium. ana † drach. ii. spicæ nardi drach. iii. coque igni prunarum lento, donec † libra vnica supersit: cui iniice epithymi drach. xl. Myrobalani autem oleo amygdalarum dulcium merisæ semel ferueant, tollantur ab igne, colentur. In parte colati dissolue tamar Indorum recentium vnc. iii. mannae scunciam, pulpæ cassiæ vnc. iii. sacchari violati vnc. xii. cola, vt munda sint à seminibus, & alijs in parte reliqua, & acetati libra vna coque igni lento sacchari albißimi libr. iii. Adde, quod prius in succis est dissolutum, misce, percoque ad mellis crassitudinem. Postremo adde paulatim thabarbari boni vnc. ii. myrobalanorum citrearum scunciam, cepularum, & Indarum. ana vnc. i. bellericarum, emblicarum. ana dr. iii. sem. fumaricæ, trochiscorum diarhodon, macis, mastiches, cubeborum, spodij, fantali citrei, feminum quatuor. ana dr. ii. & dimid. anisi dr. iii. spicæ nardi, drach. ii. inuoluantur oleo violato, & reponantur vase vitreo. Datur ad vnc. j. cum aqua frigida, & succo intybi, vel solani.

MAN. **C**VSCVTA.) Amplexis caulis herba est, quæ linum amplectitur, & videtur esse quam linodera Theophrastus vocat: licet apud Græcos in medicorum usum (quod quidem meminim) venire non consueuerit: Est autem magnæ similitudinis cum vocato epithymo.

SYLV. **H**AEC antidotus tryphera, id est delicata, vsu rara est opinor, quod simplicibus multo paucioribus nobis licet affectum idem assequi: præterquam quod componendi modus, & longus est, & negotij plenus. Præterea myrobalanis recentibus caremus, à quibus vis plurima medicamenti expectatur: quamquam & simplicia alia, quam plurima recipiat, quæ bilem vtræque, & præcipue atram, aut expulsionem apparent, aut etiam trahant, & vacuent: vt interim taceam mista refrigerantia non pauca, & quædam partibus principis robur afferentia.

COST. **M**VLTA hic digna sunt animaduersione. Ac primum quum succus solani, intybi, apij, lupuli, quem primo loco proponit, librarum octo pondus aquet, quod in hoc succo violas, senæ folliculos, agaricum, pruna, myrobalanos, eoque coqui imperet, vt in vnam succus redeat libram, suspectum est. quando tanta succi consumptio fieri coquendo non potest, nisi diutina admodum coctione, qua eorum purgantium medicamentorum vim exolui necesse est, quæ omnia ex ijs sunt rebus, quæ diutius coqui non sustinent. Hic vero etiam quum violas summi iubet, vel recentes, vel aridas, id scribit, quasi nihil intersit, quales eas sumamus, quasi que recentes aridis non sint præferenda. Sed illud quoque, quod myrobalanos, ex oleo violaceo frixos sumit, non prorsus satisfacit, quando ingratum, aduersumque ventriculo est id olei genus. Quum etiam, postquam myrobalanos cum violis, & reliquis eo, qui semel aduonuit, rursus myrobalanorum meminit, atque vt in

oleo dulcium amygdalarum leuiter ferueat, præcipit, atque hic alios expectat myrobalanos, an de superioribus agat, non constat. Atque, quum, postquam myrobalani ferbuerint, percolandum ait, & in eius, quod superest parte vna dissoluit tamarindos mannam, cassiam, saccharum violaceum imperat, alteri vero acetum, & saccharum commisceri, dubitare est an sermo sit de oleo, in quo secundo loco myrobalani, vt feruerent, iusserat, an de succi reliquijs superioribus. Quid etiam feminum nomine intelligat, à quibus id ait esse purgandum, in quo tamarindi, manna, cassia, saccharum violaceum fuisse dissoluta? Tandemque postremo thabarbarum, myrobalanos, & alia addit, absolutisque omnibus, vt oleo violaceo inuoluantur medicamentum, & vitreo vase feruetur iubet; quo iussu quid velit, obscurum est. Hæc igitur, ea videntur, quæ nisi explicentur, rectam huius medicamenti compositionem possint omnino perturbare. Ceterum paucis. Quum tam diu in propositis succis proposita medicamenta coqui iubet, vt leui feruore coquantur iubet, non veram coctionem, sed infusionem potius quandam innuens, qua etsi purgatricis vis aliquid dissipari necesse est, eius tamen facultatis plurimum illo in succo recipitur, fortasse autem (id quod ego maxime fieri probarem) non statim cum prædictis succis ea coquenda medicamenta vult iniici, sed postquam simul diutius (vt ad dimidias) concocti fuerint, & non iam quasi formam ea coctione acquisierint, & pruna & sena, & reliqua sunt ex ordine addenda, ita vt postremo loco viola iniiciantur. Atque hæc quidem, recentes, si haberi possint (has enim priori loco deligit) sin minus etiam arida sumenda sunt, quæ licet lenius minus possint, educere tamen, vt Mesues lib. simpl. ait, dissoluendo, aut certe refrigerare, & medicamenti calorem possunt temperare. Quod vero myrobalanos oleo violaceo frigi velit, id quidem non temere: nam eiusmodi oleo comparari myrobalanis lenitatem, ea uerique, ne hæreant intestinis lib. simpl. admonemur, sed quando vulgare oleum violaceum nauseam facit, incunda est alia eius parandi ratio, quam & de oleo rosaceo in superioribus docebamus, nempe, vt ex utroque cortice amygdala violarum recentibus floribus aliquoties sternantur, vt postquam eorum vim, odoremque exceperint prælo supponantur. ita profecto eiusmodi exprimetur oleum, quod neque odore, neque sapore insuauis erit, neque ventriculo aduersum, iam vero, postquam ij succi cum propositis myrobalanis in eiusmodi oleo frixis ferbuerint, vt vna tantum succi supersit libra, addendum tunc ex auctoribus præscripto epithymum: id vero in puluerem arte deductum, vt puto. Seruandusque hic cum epithymo succus. Progrediendum deinceps, & quia subdit myrobalanos oleo amygdalino esse immergendos, vt semel ferueant, debine ab igne auferendos, & percolandos, velle arbitror, vt alios summamus myrobalanos, quorum quod nullum præscribitur pondus, mutilum ego quidem codicem esse existimo: sed si tamen superiori exemplo, prædictorum trium myrobalani generum drachmas duas, oleo ex amygdalis dulcibus recenti inieceris ea mensura sumpto, vt myrobalani immergantur, sique, vt semel ferueant, effeceris, & percolaris, aperta quidem sunt reliqua, & te non erraturum existimo. Superest enim tum vt vni huius olei portioni tamarindos recentes, id est succulentos, mannam, cassiam, & saccharum violaceum misceas, cum altera vero parte, vna acetati libra addita, ternas albißimi sacchari libras des igne leni percoquendas: priorem autem partem tum à seminibus tamarindorum, & cassiæ,

*† Aliqui etiam
sumunt sem.
apij dr. ij.
† Aliqui
habent. Cost.
lib. alij.*

MAN.

COST.

fiat, tum a fœtibus manna purgare oportet. Permiscenda autem tandem hæ sunt, olei, unaque commissurum simplicium partes, & ea succi libra, cui epithimum commissum fuerat, addita omnia simul ad mellis crassitudinem coquenda. Cui postremo demum loco rhabbarum, myrobalanos, & reliqua ea simplicia, quæ auctor subdit, exacte sunt commiscenda: fierique medicamentum consistentia paulo crassiori: quod deinceps oleo violaceo linitum in vitreo vase servandum est ad propositos usus. Atque ita quidem si hoc paratur medicamentum, fore ipsius existimo, & ex ancharis sui mente confectum, & præditum qua sine molestia purgabit, non dissimili ab ea nuncupatione, quam tryphera, id est (ut interpretantur) delicata obtinuit.

M E S V E.

ELECTARIUM Alharif, saporis incundi, in ætate faciendum, purgat ventriculum, hepar, & corpus reliquum: vitæ corpus vitandum, & iuvenile reddit, & feruat. Recipit vero myrob. citreorum. cepul. Ind. partes equales. tere (cribra) oleum amygdalarum dulcium super funde. q. s. in iola triduo, fr. ca. saepe manibus: oleum novum suffice quantum abluatur. Iterum eadem triduo continenter tere in aqua fontana, in qua sacchari partem decimam dissolueris, affusa identidem panca aqua. Hoc fac, donec myrobalanorum sapor ingratus auferatur, post sicca in umbra. Accipe reliquæ huius massæ drach. xv. turbith. drach. sex. anisi, mastiches. ana drach. ij. spicæ nardi, & semi. apij. ana dr. i. & s. violatum siccarum drach. vij. & sacchari albi, & candefacti. ana drach. decem. Excipe melle despumato. Datur à drach. tribus cum aqua calida.

Aliqui enim
ponunt sem.
apij dr. ij.
et alijs
nabith. &
sacchari
albi.

MAN. CONFECTIO alia.) Neutra harum, neque ego usus sum, nec vidi medicorū veterem NABETH.) Quidam intelligunt zuccharum, quod candum vocant. Sed videtur alias res apud ipsum Mesuen, infra de conditis. Alij potum ex ficis, dactylis, & saccharo.

COST. MYROBALANOS obstruere insigniter, & adhaerere vetriculo, ac intestinis, atque his partibus asperitatem inferre, admonuit lib. simplicium: sunt vero etiam ingrati admodum saporis. Docet ergo, quo pacto hæc vitia auferas, quod & lib. simpl. verbis serme ipsidem, quem tu adi locum. Sed est hoc loco, ut dubites. Quum enim huius purgatorij medicamenti basis sint myrobalani, & turbith: primum quidem, quod myrobalani artificio tanto, ut Mes. præcipit, suo sapore spoliati purgare corpus valeant, non videtur consentaneum rationi: tum etiam, quum mediocri horum dosis saltem sit drachmarum (possunt enim adnotante Mes. à tribus ad sex vsque drachmas exhiberi) turbith autem duarum, erunt quidem, si rem spectes, totius huius medicamenti doses octo, myrobalanorum quinque, turbith vero tres: totius autem electarij pondus drachmarum est quinque supra quinquaginta, cuius numeri octava pars sunt drachma septem: quomodo igitur hic ternas tantum huius medicamenti exhibet drachmas, quod integræ serè uncia pondere summi tuo potest? Sed & ex simplicibus, quæ hic proponuntur, quid sit nabeth, non constat. Caterum ut his satisfaciamus, licet myroba-

lani, si quis diutius insisterit terendo, tractandoque non saporem modo, sed cum eo etiam vim purgandi omnem tandem, ut amittant necesse est: an tamen si quod hic iubet, contritis ipsis oleum amygdalarum dulcium affundatur, id olei lentor efficiet, ut minor fiat virium effluxio, atque dissipatio? Alioqui etiam, quamuis hoc medicamento purgari ventriculum, & corpus scribat hic auctor, id quod efficere myrobalani ac turbith solent, hoc ipsum tamen medicamentum non tam ad purgandum, quam ad robur ventriculo conciliandum videtur proponit: quare & trium tantum drachmarum exhibet mensura, imbecilliori videlicet, quam ut valide expurget: fortasse etiam quum ex aqua calida propinet, non euacuationem omnem, sed per vomitum querit, quæ & leui sumpto medicamento fieri potest, & maxime olei vi largius excepti in myrobalanis. Itaque cur tantopere myrobalanos tractet, teratque, curque medicamenti huius ita compositi assumendi tam exiguum præscribat pondus, ex his apparet. De nabeth vero, quod aliqui disputant, verum sit, aut saccharum vulgo candidum, quod plerique conueniunt, aut potum ex ficis, dactylis, & saccharo aqua incoctis ad consistentiam mellis redactum, utrumque opportunum putamus.

M E S V E.

ALTERVM electarium Alharif eorundem virium, prætere: ventriculum roborat, & cæteras partes nutritorias frigidæ, appetentiam excitat, coctionem iuuat, propter hæc colorem corporis, & odorem commendat, iuuentutem tuetur, canos remoratur, & spiritibus tenuatis, & purgatis visum, & reliquum sensum omnem, & cogitationem exacuit, venerem excitat. Recipit myrobalanorum, cepul. nigrarum, & citreorum. ana partes duas, emblic. bellenc. ana partem. j. & s. tere cribra, ut nuper dixi præpara. De hac massa accipe drach. xiiij. turbith drach. vii. zingiberis, cardamomi, mastiches, cinnamomi, ligni aloes, caryophyllorum, piperis, cubebarum, galangæ, macis, semin. apij. ana fescquidrachm. spicæ nardi scriptula duo, strobilorum sacchari albi, & candefacti. ana drachm. xii. excipe melle despumato. Dantur drach. tres cum aqua calida.

† al. partes tres.

† al. dr. viij.

COST. TAM panca hic quoque est myrobalanorum mensura, & tam multa commiscetur, ut his, præsertim sicut expetit auctor, tam multipliciter præparatis vim illam purgandi huic medicamento comparari vix credendum sit. purgare tamen prima viscera, & consecutione quadam corporis quoque vniuersi inutiles succos minuire non est a fide alienum. quo nomine, dum facta quoque pauca spirituum dissipatione robur concoctici facultati acquiritur, præstare & reliqua potest omnia, quæ hic illi ascribuntur. & venerem etiam antea ex crudorum succorum copia languentem illis concoctis, proptereaque innato calore adiuto, excitare. Sed strobilorum etiam qui addunt, esse id videtur, ut ad venerem exuscitent vires, dum seminis copiam adaugent.

Mesua.

V ij ME.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

M E S V E.

ELECTARIUM Indum maius, purgat ventrem totum inferiorem, atque adeo iuncturas pituita etiam putri, flatusque dissipat, & affectibus inde natis, dolori colico, & nephritico, & ventriculi, & aliorum viscerum. Recipit cinnamomi, caryophyllorum, ipicae nardi, rosarum, † casia, macis, cyperi. ana drach. iij. santalorum citreorum drach. ii. & s. ligni aloes, nucis muschatae. ana dr. ii. turbiti boni, albi, gummosi, arundinacei, drach. l. sacchari, penidiorum. ana vnc. xx. galangae, cardamomi vtriusque, asari, mastiches. an. selquidrachmam: scammonij boni, & in malo cydonio decocti dr. xii. omnia cum oleo amygdalino fricentur. Post succi cydoniorum, & granatorum, & apij, & foeniculi. ana lib. 5. coque cum melle ad spissitudinem idoneam. & misce aromata. Datur ad aur. iij.

† Casia fistula
intelligitur.
quia le-
uissimum
est purgatiuum
indigne ali-
quid dicitur.

CHRISTVD electarium est famosum quod generaliter ab omnibus, & secundum praesentem descr. praeparatur: ponitur subsequenter descriptio electarij Indi minoris, quod multo plus habetur in vsu. Et hoc electarium Indum minus, est magnae efficaciae, & utilitatis in soluendo ventre a superfluitatibus phlegmaticis putridis corruptis, & maxime a membris nutritiuis, a iuncturis, ac etiam in soluendo similiter materies cholericas, licet sit maioris potentiae, & plus conueniat in soluendo phlegma, quam choleram. Est etiam conueniens in resoluendo, & subtrahendo ventositates crassas, vnde multum confert doloribus stomachi, colici, & renalibus, oppilationes aperiendo: habet, & alias virtutes, quae ponuntur in litera. Sed hic notandum, quod quidam aromatarij reducunt tam descr. electarij Indi maioris; quam minoris, ad formam solidae confectionis cum zucchero vltimate decoquendo. Et dosis confectionis solidae Indi minoris est vsque ad dr. iij. In hac descriptione sumuntur penidij. fiunt hi ex solo zucchero vltimate decocto, & ex longa agitatione continue dealbantur, & sunt cal. & sicce complexionis in primo gradu. Succicitioniorum. Citionia nota sunt, & sunt frigida, & sicce complexionis in fine primi, & ex ipsis fit vinum per eorum expressionem, quod est valde constrictiuum cuiuslibet fluxus ventris, & maxime cholericus, decoquitur tale vinum cum zucchero, & fit iuleb, quod vocatur miua simplex, quod lymphatum cum aqua chalybeata, assumptum de mane, similiter dictis fluxibus confert. Adduntur etiam quaedam aromata huic iuleb, quando decoquitur, & aromatizatum vocatur miua aromatica, quae confert debilitati stomachi, & maxime virtuti digestiuae eius, & contentiuae. fit etiam ex eorum pulpa decocta cum zucchero quaedam confectio solida, quae vocatur diacitonite sine aromatibus, cuius vnc. j. assumpta ante cibum confert cuiuslibet fluxui stomachi, & intestinali, & vomitui, & confert si post cibum assumatur, sed cum difficultate masticatur, potest pistari, & praeparari cum miua simplici, & sic assumi in pondere dicto. Etiam ex pulpa citioniorum

A fit diacitonite cum quibusdam aromatibus calidis, vt zingib. pipere, cinnamomo, & alijs cum melle. Succigranatorum, quaedam enim sunt dulcia, & ista sunt frigida, & humida in primo cum aliquali leni caliditate, ratione dulcedinis: acerosa vero, & muza sunt frigida, complexionis vltra primum, flores eorum qui dicuntur balaustiae sunt frigidae complexionis in primo, & siccae in secundo, est enim vinum dulce granatorum multum in vsu: decoquitur cum melle ad electarium construendum. Et dosis huius electarij Indi maioris per se solum est vsque ad dra. vj. distemperatum cum decoctione communi, vt dicitur inferius, vel cu aqua foeniculi, vel apij, vel cum aliquo liquore conuenienti, vel in forma dactyli assumpti cum zucchero, & saepe admiscemus hoc electarium Indum maius, siue Indum minus cum casia, vel manna, ad velocitandum operationem casiae, vel mannae, verbi gratia, cum in principio aliquarum agnitudinum quarimus aliquantulum mouere materiae absque hoc, quod tota sit commota, exhibemus de casia vnc. i. s. de electario Indo, & maxime de minori dr. iij. Casia licet sit principaliter purificatiua sanguinis, etiam euacuat phlegma, & talem medicinam distemperamus cu decoctione communi, vel cu aqua hordei, vel alio liquore conuenienti, & si ipsum in dicto pondere admiscemus cum manna, de ipsa manna accipimus vsque ad vnc. ij. Vltimus est notandum, quod licet Mesue ponat dosim huius electarij Indi maioris esse vsque ad aur. iij. hoc veritatem haberet, quando ad libram mellis ponerentur vnc. iij. aromatum, sed quia his temporibus ponuntur ad lib. mellis vnc. ii. solum aromatum, ideo potest augeri dosis vsque ad quantitatem superius dictam. Vltimo, soluo hoc dubium, diceret aliquis, in Indo maiori est maior potentia scammoniae in soluendo choleram, quam turbiti in soluendo phlegma, & consideratis vtriusque ponderibus, & eorum potentia, & tamen dictum est, quod Indum maius a predominio soluit phlegma: hoc idem dici posset de Indo minore licet quantitas turbiti amplietur in eo, & tamen non additur quantitas scammoniae. Dicendum, quod scammonia non solum euacuat choleram, sed et adiuuando operationem turbiti, & illam velocitando, euacuat phlegma. Turbiti autem non sic est adiuuans, & velocitans operationem scammoniae, & est principaliter turbiti phlegmatis purgatiuum, & solutiuum, & sic apparet solutio ad dubium, non obstantem, quod potentia turbiti multiplicatur, vel duplicatur, & non additur quantitas scammoniae: vnde ad dubium facilius respondetur, & per consequens apparet, quod Indum minus est vigorosius ad soluendum materiam phlegmaticam, & magis conuenit in dispositionibus frigidis, quam electarium Indum maius, & vt sic habetur in vsu minus. Et cu a medicis absolute profertur electarium Indum docti, & experti aromatarij intelligunt Indum minus.

EST minus potens ad purgandum, quam diaphenicon, si in diaphenicon non sit Scammonium per coctionem castigatum, & in hoc fit. Si vtrobiusque hoc erit efficacius.

DOSIS eius est aur. iij. Illa dosis exigua est, vix puer sufficiens; grandioribus enim, ac robustis potest integra

SYLV.

COST.

MAN.

gra vncia dati. Ego in expurgandis renibus eo vtor, A cum casia succo ita, vt huius sex, illius iii. drachma misceantur.

SYLV. **P**OTENTIVS est diaphœnicon, si neutrum accepit scammonium, aut si vtrumque aequaliter accepit, idemq; coctum ambo, uel crudum. Grandioribus dari potest vnc. i. pueris uero Mesue dosis. Huius dr. vi. casia dr. iii. simul dabat Manar. ad renes expurgandos. Penidia miscent purgantibus uentriculum, intestina, uenas magnas, ut hinc, & diaphœnico: non autem his, quæ à remotis partibus attrahunt.

COST. **D**VAE sunt huius electarij bases, scammonium, & turbit. sed quum scammonij doses summa sint sexaginta, id est drachma duodecim, turbit vero non plures, quam viginti quinque, id est drachma quinquaginta; præcipua etiam basis scammonium est, quo pacto ergo ad pituitosos præsertim humores hoc medicamentum Mesue commendat? Scammonium certe bilem maxime educit, non pituitam. In memoriam subit, quod Trallianus lib. 12. de cura tertiana nothæ, scribit scammonium cotoneo malo incoctum non modo bilem, sed pituitam potius euacuare, atque id quamquam nullum forte alium auctorem habeat, non uidetur tamen etiam à ratione alienum, ubi coctæ fuerit pituita, & diffusa, ut ait Trallianus: præsertim uero quum alterius alicuius medicamenti ope adiuuatur. Ergo quod hoc medicamentum pituitam præsertim expurget uersimile est; maxime, quod non scammonium solum, sed turbit, & attenuantia multa recipit in eum usum idonea. At uero quia hic scammonium quærit in pomis coctum, dubitauit, in quoniam pomis sit decoquendum, cotoneone au alterius generis. In libro equidem simpli. ubi de scammonio, postquam de cotoneo meminit, ait Pauli testimonio interdum decoqui malo acetoso, ac pontico, quo uelle uidetur aliud pomum, quam cotonei genus. Sed hæc nunc sunt, nusquam alterius pomum, quam cotonei Paulus meminit pro scammonio coquendo, neque aliud Mes. inuit, quam cotoneum immaturum: tale enim astringente uic magis præditum castigando scammonio etiam magis aptum, quam quod maturum ac dulce. Ergo, ubi scammonium pomis incoquendum, nunquam aliud, quam cotoneum malum deligendum. Sed quantum hic mellis sumendum? Profecto si regulam à nobis traditam spectes, quadrare hic non potest, quoniam maius est ingredientium, quæ uocant, pondus, quam ex basis, & confecti electarij collatis dosibus colligatur. Quum enim basis hic sint turbit, & scammonium, sint uero turbit doses viginti quinque, id est drachma quinquaginta, & scammonij sexaginta, id est drachma duodecim; sic etiam, ut doses electarij totius esse debeant octoginta quinque, exhibet autem confecti electarij semunciam, id est tres aureos, quare, ut totum compositum uncias pendeat quadraginta duas cum dimidia, oportebit. At ingredientia, si uelut suppetes, septuaginta sunt uncia, atque ideo expectatum pondus superexcedunt. Sed neque uulgata regula quadruplum mellis sumens est opportuna. Est enim specierum pondus detracto saccharo, & penidijs, ut faciunt, drachma plus centum, id est uncia undecim (superant autem tres drachma) quæ libras mellis tres, & uncias octo exigunt. Sunt uero præterea sacchari, & penidiarum uncia quadraginta, ac deinceps succi libra dua, quæ omnia si coniungas, conficies medicamentum libras pendens ferme quatuordecim, aut saltem duo decim si succi coquendo prius absumentur, cuius propterea quum hic doses basis non plures sint quam octoginta, exhiberi possint uncie ferè dua, aut saltem sesuncia, longe ab

authoris sententia, aureos tres summum modum præscribentis. Itaque, ut semel dicam, quod ad calcem huius electarij legitur.

Decoque cum melle ad spissitudinem. Vereor legendum, decoque ad spissitudinem mellis, atque adeo nihil hic esse addendum mellis, alioqui certe summa hæc sacchari, & penidiarum mensura uenit, quæ excipiendis speciebus, & conficiendo electario sit satis.

MESUE.

ELECTARIUM Indum minus eadem promittit, recipit turbit, sacchari. ana drach. c. macis, piperis, zingiberis, caryophyllorum, cinnamomi, cardamomi, nucis moschate. ana drachm. vij. scammonij. drac. xij. misce cum melle despumato. Datur ad aur. iij.

MINVS hoc à maioribus nostris neglectum est, cum tamen satis efficax sit, & adeo delicatū, ut possit sine melle in pulueris forma cum iure forberi.

HOC minus est calidum, & simplicius, sed est ualentius ad purgandam pituitam ac etiam bilem flauam, quam utrumque uacuat. Quamuis n. turbit phlegmagogus in hoc largior phlegmagogum hoc electarium magis faciat: tamen & maius etiam est phlegmagogum turbit adiuto à scammonio bilem primo, & per se purgandi, sed etiam pituita uacuationem inuante. Ob id electarium Indum si absolute scribitur, hoc minus, quia efficacius, & tam delicatum etiam sine melle, ut eius puluis possit cum iure forberi à multis intelligitur: estque in usu frequentiore, quia efficacius pituitam expulsionem paratam, & bilem mistam purgat, & minus calefacit. Ob id salubre in quotidianis febribus nothis à mista bile. Potest dari ad drach. iij. uel etiam quinque minus, ut maius ad dr. vi. non solum aur. ii. cum Mesue. Nam hic singulis mellis libris miscet pulueris vnc. iii. nam tantum duas: quod si quis vnc. iii. misceat, ut hodie fit, dosis Mesue placet. Ferè miscetur casia, manna, & aliis imbecilliter uacuantibus, ad actionem earum celerandam, & augendam. Manardus in affectibus renum sex dr. Indi maioris, & dr. iii. casia exhibet: ac robustis dat vnciam integram, & dosim Mesue uix pueris sufficere ait. Si autem diu ante usum est seruandum, misce scammonium: si autem mox utendum, diagrimum quod uocant.

SVNT summa huius medicamenti doses non plures, quam centum, & decem, scammonij quidem sexaginta, turbiti autem quinquaginta: totius autem electarij mensuram præscribit Mes. aureos tres, id est semunciam, atque adeo ex constituta à nobis regula, ubi confectum erit medicamentum, ad uncias quinque, & quinquaginta, ut perueniat oportebit. Non excedit autem ingredientium pondus uncias duas, & viginti, quo fit, ut due supra viginti uncia, quæ desunt, supplenda sint melle: tunc autem confectum erit medicamentum, cuius summa dosis aurei tres erunt. Ex uulgata uero consuetudine quadruplum mellis sumente, quia species excepto saccharo uncia sunt tredecim, opus erit libras quatuor, & totidem uncias mellis adiungere. pendebit quæ totum compositum libras sex, & tres uncias, at licet tunc eius aureos etiam septem propinare præter authoris præscriptum. Sane autem quamquam præcipua in hoc basis scammonium est, pollet tamen ad pituitosos humores, superioris exemplo, sumendum uero scammonium erit cotoneo incoctum, quod uix nihil hic est aliud, quod eius uolentia castigetur, pro qua re ad Mesuen lib. simpli. ubi de scammonio.

Mesua.

V iij ME-

MAN.

SYLV.

COST.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

M E S V E.

*Confusio de da
Histic.*

ELECTARIVM diaphœnicum à filo ze-
zar descriptum, purgat clementer, & tuto
humorem crudum, & bilem. Ob hæc cõ-
uenit febribus complexis, & diuturnis, do-
lori ventriculi, & colico, intemperaturæ harum
partium frigida. Recipit autem phœnicon † cy-
rhon. i. dactylorum fuluorum, aceto per triduum
maceratorum dr. c. penidiorum † hordeatorum
dr. l. amygdalarum purgatarum dr. xxx. turbith
dr. xxxv. scammonij drac. † xii. zingiberis, piperis
longi, foliorum rutæ siccorum, cinnamomi, ma-
cis, ligni aloes, anisi, scœniculi, dauci, galangæ. an.
dra. ii. & s. Tere omnia probe, despumato suffi-
cienti excipe. Datur ab aureis tribus ad septem.

† *Keyron.*
† *Sakiri.*
† *Keyron.*

CHRI. CONFECTIO de dactylis, & est diaphœni-
con solutiuum in operationibus suis, aliqua
liter conuenit cū electario indo maiori, sed istud
plus cõfert febribus compositis, chronicis, & de
materia mixta. & vsus eius est maioris secu-
ritatis. euacuat n. materiã cholericam, & phlegma-
ticam virtute turbith, & scãmoneæ. & potentius
soluit materiã cholericã, quam Indũ maius, vel
minus, licet et satis potenter euacuet materiam
phlegmaticã, & eius dosis vsque ad dr. iiii. per se
solum. & põt etiam cum casia, vel manna admi-
sceri in dosi dicta in electario Indo sumuntur hic
dactyli, qui sunt calidæ cõplexionis in sine primi
gradus, & humidæ in principio primi dum sunt
recentes: & dum exiccantur, primum gradũ sic-
citatatis acquirunt: conueniunt maxime peccoris
dispositionibus, sicut, & ficus sicca.

MAN.

BENIGNA satis est, & tuto per hanc purgatio. Ga-
lenus tertio simplicium medic. misceri ait purga-
toria medicamina cū dactylis, & aliis astringentibus,
vt occultetur sapor, tollatur abominatio, & fastidium
stomachi. Ego ponere scammonium non coctũ, quia
per dactylos, & aromata satis castigatur. Nec creden-
dum his, qui dicunt, quod per dactylos vetatur. ne à
longinquo humores trahat: siquidem cū vapores ad
caput mittant, simul et purgatoriam vim ad ferunt.

SYLV.

*genialis sup'jos lego, i. dactylos fuluos, quo colore sunt
immaturi, vt maturi flauiores, aut iam nigricantes.*
Hanc autem grecam vocẽ an recte diuinã à Mes. usurpa-
tam, & ab interprete corruptã, lectoris cãdido iudicio
committã. Neque interpretatio Arabicæ familiæ mihi
repugnat: keyron. n. (sic namque scribunt) immatu-
ros autem significari, & ob id astringentes magis. Sic
tamar Indorũ keyron, i. immaturorum, vt interpretantur:
qui licet sint species dactylorũ syluestriũ tamẽ
dum sunt immaturi, & accerbiores. quales ad nos as-
feruntur colore fuluo; non sunt, vt vinum *keyron*, id est
fuluum igneũ, medium Hip. & Gal. dicitur, sed nigri-
cant. Id põt vocari diaturbith, quanquã est aliud dia-
turbith in simpl. c. de turbith, multo hoc valentius, &
periculosius, præsertim si turbith horis 24. maceratum
sit succo cucumeris agrestis, & scammoniu acciperit.
Viribus conuenit cū electatio Indo maiore, sed cle-
mentius purgat, & bilem magis per scãmoneum: sed
et non ignauiter pituitam per turbith: ob id febribus
complexis, vt tertianæ nothæ ex bile flaua, & pituita
conuenit. Datur ad dr. iiii. per se. Frequenter cū casia,
& manna. Quidam diaphœnicon minus vocant, cui
immittuntur scammonij dr. xi. vel xii. maius autẽ, cui
induntur dr. eiusdem tres, & xx. vel xxiiii. Descripta
erat prius in simplicibus ex Zezar ca. de turbith (basis
.n. eius est turbith, & scammonium) eadem omnino
nisi, quod vno tantum die dactylos ibi macerat, & zin-
giberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum. an. dr.
iij. scribit, aucta horum trium dosi, & omisiss simpli-

E cibis, reliquis. Penidia autẽ & dactyli, hic, & in alijs
purgantibus miscentur, vt lentore suo purgantia retin-
cantur, ne in longinqua prompte ferantur. Adde q̄
ibi penidiorum tantum scribitur, non vt hic penidio-
rum hordeatorum, quod interpretantur, ex saccharo
albo & optimo cum aqua decoctionis hordei sex ho-
ras infuso, & cocto ad iustam consistentiam. Drach.
scripsi, vbi Mesues ponebat partes, quod ita facilius
intellectu esset descriptio, neque res mutatur: quam-
quam & Gal. & veterum plerique pondus, aut men-
suram nomine partium indefinitam quandoque scri-
pserunt contenti singulorum simplicium proportio-
ne. Potestque pro drach. semunciam, vel unciam, vel
felibram, vel libram, vel pōdus aliud quoduis, sed vni-
cum sumere. Magna ratione autem dact. li, & in alijs
adstringentia alia scammonio in varijs purgantibus
miscentur: sic. n. rhu succum carnẽ mali cydonii, car-
nem palmularum, seu phœnicon myrta mastichem,
& similia scammonio, & alijs multis purgantibus adie-
cerunt, quæ stomachum astringendo roborarent, &
grato sapore medicamẽti abominabilem qualitatem
regerent: effecto autem quid possent purgantia mon-
strarent. In his enim substantia purgatrix exigua, sed
validis prædita viribus, mista alteri substantiæ pluri-
ma, sed imbecilla, sumpta gustu non percipitur: agit
tamen efficacius pauca hæc, quam plurima alia lib. iiii.
simpl. cap. xiiii. Sic cydoniis scammonium recte mi-
sceri docet lib. i. alimẽtorum. Crudum autem miscen-
dum hic, quia per dactylos, & aromata satis castiga-
tur, & non impeditum, vaporibus longe transmissis
à longinquis trahit: quamquam etiam penidia suo
lentore turbith, & scammonij substantiam in corpus
distribui prohibent: Sauonarolæ tamen vapores ab
his eadem virtutes præditos omnino non prohibent.

MEDICAMENTVM ex dactylis conficiunt, *COST.*
& Aetius lib. iij. & Paulus lib. vij. sed longe ab *cap. 24.*
hoc diuersum, tum ob alia, tum quod n̄ solum scammo-
nium apponunt: in hoc præter scammonium, etiam tur-
bith. Atque hic certe, quum turbith partes triginta quin-
que sumat, scammonij vero duodecim. (ita enim legen-
dum ex antiquioribus, & castigatoribus codicibus, &
ex lib. simpl. vbi de turbith) existimari quis præcipuam
basim huius medicamenti esse turbith. res tamen contra
se habet, si eorum medicamentorum vim spectes. Tur-
bith dosim integram docuit Mesues lib. simpl. esse drach-
marum duarum, scãmoneij vero quintam drachmæ vnius
partem, quare quum hic turbith doses sint sepe decem, &
octo; scammonij sunt sexaginta. Scammoniu ergo præci-
pua basis, contra quam multi sentiant. Errant ne ergo
Mesues hoc medicamentum ad pituitosos humores propo-
neus? Non errant, quando vt lib. simpl. & paulo ante
aduertimus, scammonium etiam pituitam trahit. Dioscori-
de testimonio: immo Tralliano authore magis pituitam,
quam bilem in cotonea coctum quale hic assumendum
puto. quamquã enim aliqua quæ hoc in electario turbith
noxas castigant, scammonij quoque violentiam possunt
nonnihil imminuere, nihil tamen ipsum aque castigat ac
cotoneum. præstat autem eo semper vti, quam castiga-
tissimo. Porro autem cetera, quæ hic veniunt, si perpen-
das, turbith gratia adduntur. Quum enim triplex illi
vitium insit Mesue adnotante lib. simpl. imbecilla. s.
& tarda est actio, ventrem subuertit, & nauseam
conciat, sui vsu corporis siccitatem inducit: triplici
quoque remedio opus habuit, acceleranda fuit, & robo-
randa eius actio: corroborandus ventriculus: retunden-
da vis exiccans. Acceleratur ergo actio zingibere præ-
sertim hoc enim sui partium tenuitate in profundo corpo-
ris meatus turbith vires promouet, vt crassum, & visci-
dum humorem trahat, suapte alioqui natura tenues
tantum

tantum succos educens. Adduntur secundo loco piper, ruta folia, cinnamomum, piper longum, xilaloe, zingiber etiam ipsum, semina anisum, & feniculi, dancum, galanga, secundi vitij gratia. corroborant enim hac ventriculum cum grato odore, ut statum distensoria. Ita vero, & masti. be sui ad restrictionem ventriculi solet roborare, cuius officij gratia palmulas quoque addi existimo: his enim Galeni test. monio 3. simp. med. facul. & obscurandi ingrati medicamentorum saporis, & ventriculi roborandi causa veteres utebantur. macerata autem haec aceto proritanda quidem natura ob acetum magis apta videntur, quod medicamentosum quendam suporem suscipiant; substantia tamen tenuitatem maiorem sortiuntur, qua medicamentum profundius subeat. Amygdalis vero, & penidijs siccitatis noxa auentitur, cuius procreanda vitium turbat quoque ipsi inest. Atque ita constat, non temere, sed consulto fuisse. Hoc a Mesue confectum electarium. Ceterum multa hic sunt de quibus ambigunt, ac primum, quales nam palmulae, seu dactyli deligendi, an ponderandi aceto macerati, vel priusquam macerentur, quot dies macerandi: inbet enim lib. simpl. vno die macerari, hic vero per triduum, quid penidia sint sabiri, quales amygdala sumenda, dulces an amarae, sunt enim amara medicamento magis, quam dulces, ac postremo quantum mellis sic assumendum. Ad qua, ut breuissime satisfaciamus. Dactylos Mesue Keyron exposcit, quae vox, Syluio etiam auosante immaturum significat. & vere aptiores immaturi sunt, quod asserunt, magis. immaturi ergo diligendi, i. minus sili. Hos vero meo consilio, non (quod alij sentiunt) ante ponderabis quam aceto macerentur, sed antea maceratos, ut hic, & lib. simpl. plane iubet, & ratio exposcit, quando satis multa dactylorum copia est aliorum proportione ex quibus hoc conficitur medicamentum. Neque obstat, quod aiunt, fore maiorem accepti copiam quam dactylorum: id enim medicamenti actionem longe adiuvat, ut crassiorem pituitam trahat, quam maior palmularum cumulus trahi non permittat. Neque illud etiam persuadeat, quod aiunt Serapionem, & Auic. post scriptum earum pondus infundere, non autem antea, quando longe ab ijs differt Mesue descriptio. Sunt ergo palmula ponderanda, antea macerata. Quantum vero temporis aceto infundenda? Arbitror, quod auctor ipsemet hic explicat per triduum: corrigendum scilicet locum libri simpl. ex hoc loco: nam hoc pacto, aceti vires magis exurgunt, & medicamentum pituitosis humoribus educendis redditur efficacius, alioqui futurum longe imbecillius ob ipsarummet palmularum, & ob penidiarum ac amygdalarum lentorem. De penidijs autem, quod sequitur, non est, ut plura dicam, qui Arabum idioma professi sunt, penidia sabiri interpretantur qua ex aqua hordeacea. eiusmodi autem essent sumenda ex auctoris praescripto: sed quando talium copia non est, parum interest, ut qualia quotidie parantur, sumas. Quales vero amygdala sumenda? Quanquam non nego amaras dulcibus magis esse medicamentosas, sumenda tamen hic dulces, quae siccitatis noxam a turbiditate magis castigant, cuius gratia amygdalas puto hic recipi: alioqui etiam absoluto amygdalarum nomine dulces semper intelliguntur. Quod superest, de mellis mensura paulo difficilior est questio. Qui vulgaram consuetudinem sequuntur, & mellis quadruplum addunt, quia detractis dactylis, penidijs, & amygdalis, cetera, quae teri possunt, drachmae sunt duae supra septuaginta. i. uncia octo, libras mellis duas, & uncias

A octo eos addere oportebit, ac propterea quum dactyli, saccharum, & penidia drachmae sint centum, & octoginta. i. uncia viginti, totum electarium pendebit libras quinque. Tunc vero quum summa totius basis doses hic non plures sint quam septuaginta, & octo, atque adeo totius confecti electarij totidem esse doses oporteat, si libras quinque in octo, & septuaginta partes disseces, erit dosis singula drachmarum vix septem, praeter Mesue praescriptum, qui aureos dat septem, & esse ait medicamentum securitatis. At ex regula nostra obseruatione, secus. nempe quia doses basis octo sunt, & septuaginta, summa autem confecti medicamenti dosis drachmae sunt decem cum dimidia, multiplicatis, ut aiunt, drachmis decem cum dimidia, in octo & septuaginta, redditur numerus drachmarum octingentarum ac decem, & novum, id est unciam nonaginta, & vnius: tantundem ergo totum electarium esse oportet: pendet vero ingredientia omnia drachmas ducentas, & duas supra quinquaginta. i. uncias octo supra viginti: propterea, quod deest ad vnius supra nonaginta numerum, id est uncias tres, & sexaginta suppleendum est melle, addenda scilicet libra mellis quinque, & tres unciae, euadetque hoc pacto medicamentum tale, cuius summa dosis drachmarum erit decem cum dimidia, ex auctoris praescripto, & quo non est descendendum.

M E S V E.

ELECTARIUM ex psyllio cholagogum, ob id febribus solutu contumacibus, acutis, & ardentibus, & cephalalgia, ac vertigini a bilis vapore nascenti, & ictero, & intemperiei calidae hepatis confert. Recipit autem succi buglossi domestici, & syluestris, intybi, apii, coquendo despumatorum, ana lib. ii. quibus misce vigintiquatuor horis castuthae, anisi, folliculorum fennae, ana unc. semiss. adianti albi manipul. vnum, succi fumarie unc. iii. asari unc. iiii. spicae nardi drachm. ii. semel feruefiant. Praeterea adde violarum viridium, vel siccarum unc. iii. epithymi unc. ii. & semel quoque feruefiant. cola, exprime, colato psyllii unc. iiii. macera xxiii. horis, in singulas rudicula agitando, post exprime totam muccaginem, in cuius libr. iiii. coque igni lento saccha. lib. ii. & dimid. scammonii in malo cydonio cocti unc. iii. & dimidiam. Coctis omnibus his adde pul. trochiscorum diarhodon & de spodio, & de rhabarbaro ana unc. i. trochiscorum oxyacanthae unc. dimid. Datur a drach. iii. vsque ad aur. iii. Hamech hoc electarium de trochiscis appellat. Addunt aliqui aceti lib. i. & dimid. alii violarum lib. i.

ISTVD electarium facit ad multos effectus quos auctore refert. In eo sumitur psyllium, quod est semen minutum cuiusdam plantae, & habet partes diuersas: nam eius pars intrinseca est valde praua calidae, & sicca complexionis in quarto, habens in se virtutem venenosam occultam: sed eius pars medularis, & media ac etiam corticalis extrinseca, & frigida, & humida complexionis in secundo gradu, & istae sunt multae,

&

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

& sensibilis quantitatis, vnde totius complexio, quæ resultat est frigida, & humida iuxta secundum gradum, & per admixtionem aliarum partium adinuicem re. nouetur ventositas, & illa superflua caliditas, soluit enim psyllium lubricando, id est, lubricum principaliter faciendo, & humorem cholericum cum sua frigiditate refrenat: licet vius eius per se solum non sit conueniens, nec vsuatur ab aliquo. Et dosis eius psyllij per se solum est vsque ad dr. iij. assumpta solum ipsius mucilaginosæ expressione. Sumitur etiam cascuta, quæ est herba adhaerens super linum, & alio nomine vocatur podagra lini, calidæ complexionis in primo, sicca in secundo. Sumitur etiam Sena, & folliculi eius sunt, qui habentur in vsu, est enim cal. & sicca complexionis in fine primi, soluit choleram adustam. Et dosis eius in puluere est vsque ad drach. j. & s. in infusione à drachm. iij. vsque ad vj. sed ab assumptione eius caueat habens caliditatem renu, & paratus ad excoarationem vesicæ. Capillus veneris, herba est nota nascens iuxta fontes aquarum, iuxta etiam puteos, satis temperatæ complexionis, tamen aliquis caliditatis, & siccitatis est versus primum virtutem habet aperitiuam, purificatiuam sanguinis, soluendo choleram à stomacho, & intestinis: sed per se sola non habetur in vsu, quia minimum dosis eius, requireretur vsque ad li. j. sed in decoctionibus, cum quibus aliæ medicinae distemperantur, confert: & sic habetur in viu, & eius aqua destillata multum confert passionibus pectoris calidis, & frigidis. Et sumiterra, est frigida versus primum gradum cum admixtione caliditatis, quæ est herba in superficie folioru eius, qua mediante soluit, est autem sicca complexionis versus secundum. Soluit leniter choleram, & humores adustos, purificando sanguinem. Confert scabiosis à phlegmate falso, & maxime syrampus, & aqua, & succus eius, & syrampus eius magis habetur in vsu, & dosis succi est vsque ad vnc. ij. & dosis decoctionis eius est vsque dr. x. & dosis pulueris est vsque ad dr. iij. sed non est in vsu, nisi in succo, vel in syrupo, vel in aqua destillata, quæ cum syrupo admiscuntur, & sic non soluit. Et dosis huius electarij est vsque ad drach. iiii. obseruata regula posita in electario de aromatibus Gal.

A D D I T I O.

Post electarium de psyllio ponitur quoddam electarium, quo utebatur Gentilis propter singularia, eius iuuamenta podagricis, & generaliter in omnibus doloribus iuncturarum, & debet sumi in mane, & eius dosis est vsque ad dr. viii. cum vino lymphato, vel aliquo liquore conuenienti, vel in forma solida dactyli, quod melius est, & potest sumi semel in hebdomada. Cuius hæc est descriptio. R. turbiti boni vnc. j. & s. hermodactylorum vnc. i. & sunt calidæ, & sicca complexionis in principio secundi gradus cum aliquali humiditate viscosa, dum sunt recentes, sed sic non habentur in vsu. Soluunt phlegma crassum, maxime à iuncturis, & ideo summe conueniunt podagricis, & doloribus iuncturarum. Et dosis eo-

rum est à drach. j. vsque ad ii. cum eorum correctione sibi admiscendo tertiam partem dosis, sed per se solum non habetur in vsu. zingib. vnc. i. esulare, quæ ab Auic. vocatur icebrâ, & à Mesue ascebram dr. iiii. herba est nota in partibus nostris fortiter soluens, sed per se sola non habetur in vsu: sed solum radix eius preparatur in medicinis, & à rusticis comeditur cum quarunt solutionem, & non curantes de quantitate assumptionis ipsius, quandoque moriuntur. est etiam vomitus pronocatiua, & est calidæ, & sicca complexionis in tertio. Soluit principaliter à iuncturis humores crassos, & etiam à cerebro, & a nervis. & dosis eius est vsque ad dr. i. zucchari lib. i. & reducatur ad formam electarij, vel solida confectionis. Si quis tamen vellet, vt vigorosius soluat, & maxime in materiam cholericam, adfat scammonæ correctæ dr. i. Et tunc dosis esset vsque ad dra. vi. qualitercunque prepararetur, & sine alio potu.

R E C I P E succi buglossæ. Boraginis videlicet, & bugiossi vulgarij. ACCIPIATUR eius viscositas. Id est, eorum succorum. in quibus succus hic psyllij per diem, & noctem remansit. Hæc enim est viscositas de qua vult pro singulis 4. libr. apponi sacchari libr. ii. s. DOSIS. Potes integram vnciam tuto dare.

S E M I N I S psyllij drachm. trium mucago sumpta soluit bilem lubricando, & calorem eius obtundit frigida sua substantia, vt ipsi volunt, licet Dioscoridi; & Galeno tantum refrigerare dicatur. Scammonium crudum quidam miscent, quia coquentium, quod si coctum, iterum coquendum miscet, leniet tantum medicamentum, non etiam soluet. Dari tuto potest ad vnc. j.

D E psyllio in lib. simpl. satis. Nunc illud explicandum, quod author in psyllij mucaginem coqui scammonium iubet, cotoneo tamè antea incoctum. Quid enim repetita collione est opus, si coctum iam, & optime erat castigatum? Atque, cur vt coquatur imperat, si id seruendo rursum in grumos coit, vt. xperimento docemus? Ad hæc paucis. Non recoquit scam nonnum, vt ipsum castiget. antea satis castigatum: sed vt eius vires in vniuersum medicamentum aque digerantur. Non coit autem scammonium seruendo, si induratus fuerit phararmacopus deligendum primo loco probat ssumum est scammonium, de hinc vero tritum, atque id quidem sententia mea: mediocriter, mucagini, aut liquori alteri, quæ author iusserit, frigido inspergendum, & spatha exacte permiscendum: ita fiet, vt quum serbuerit, non coeat. Sane autem quum huius electarij dosim aureos tres, id est, semunciam Mes. prescribat, putat, & Manardus, & Sylvius integram vnciam modum non excedere, quæ res estimanda diligentius. Quum enim scammonij, quod hic ad vncias tres cum dimidia sumitur, doses maxime sint centum quinquaginta septem cum dimidia; totum autem ubi confectum est electarium, vncias pendeat octoginta quinque. i. libras septem, & vnciam vnam; si has libras septem in partes centum, & quinquaginta septem cum dimidia secueris, non attingit singula pars semunciam. quo fit, vt ego Manardi, cui syluij consilium non probem: rationem vero cur à Mesue in hoc deuenit, non intelligam.

ME-

De sumiterra.

ve
ni
ci
co
vn
ad
MAN. S
bu
qu
vo
sis
SYLV.
H
mi
mi
bit
luc
ch
In
fici
ge
pli
cer
bu
ma
Me
COST.
I
xx
ro
ide
reg
cu
uer
de
cia
dis
eni
eti
bie
I
co
ccp
ag
abi
vic
ru
pr
rut
suf
fen

MESVE.

ELECTARIUM Episcopi excrementa statimque corpore toto educit. ob id dolorem colicum, hypochond. & iuncturarum leuat, renes, & vesicam purgat, venerem excitat. Recipit scammonij Antiocheni, turbith albi, ana drach. vj. caryophyllorum, cinnamomi, zingiberis, nucis moschatæ, emblicorum, polypodij, drachm. ij. & dimid. sacchari vnc. vj. excipe melle despumato. Datur ab aur. ii. ad tres.

MAN. SCRIBITVR ab Auicenna ferme eodem modo, & vocatur Episcopi. Conficiuntur, & ex his speciebus placente cum saccharo, quæ aliquando nihil, aliquando nimium purgant, vel quia scilicet, aliquando videntur, vel non bene inuicem miscetur species. Dosis ab aur. ij. vsque ad iij. Potes, & hanc excedere.

SYLV. HOC elect. Episcopi pro electoph. cum Auicennæ interprete appellauimus, à quo tamen cardamomum, & piper huic descriptioni adduntur, cætera similis est. Vacuat bilem scammonio, & pituitam turbith. Quidam eo vtuntur ad purganda corpora in lue Hispanica, in omnibus corporibus, licet melancholicis minus conueniat, quam electariū Hamech. In hoc vnc. vj. mellis cum æquali saccharo cocti sufficiunt. Si autem saccharum pulueratum vis inspergere, largiore tum melle opus esset, ac dosi etiam ampliore. Ex his speciebus, & saccharo confectæ placente nihil purgant. interdum vltis scilicet speciebus, est quando immodice purgant, iisdem simul male committis. Potest tuto dari largius, quā scribat Mes.

COST. **D**OSES huius medicamenti, si perpendas, non plures sunt quam trigintaquinque, scammonij xxx. turbith tres, emblicorum, & polypodij dua: est vero prescripta totius electarij dosi maxima aueritres, id est, semuncia: quos sit, ut totum ipsum compositum ex regula nostra esse debeat vnciarum decem, & septem cum dimidia: sunt autem ingredientia omnia vncia novum, atq; adeo vncia octo cum dimidia desunt supplementa melle; fietque hoc pacto electarium, cuius si semunciam exhibueris, summe expurgabit. Non longe ab hoc discrepat hoc in medicamento vulgata consuetudo, quia enim species excepto saccharo tres sunt vncia; addenda etiam mellis lib. i. sed hoc ita confectio pharmaco, licet vti paulo liberalius.

MESVE.

ELECTARIUM Hamech purgat bilem vtramque, & pituitam saliam. ob id affectibus inde natis, impetigini, psora, lepra, cancro exedenti, & similibus mire confert. Recipit myrobal. citrearum vnc. iiii. cepularum, & nigrarum, rhabarbari, ana vnc. ii. agarici, colocynthidos, polypodij, ana drach. xv. absinthij, fennæ, ana vnc. j. (in alio drachm. vj.) violarum drach. xv. epithymi vnc. ij. anisi, rosarum, sceniculi, ana drach. vj. succi fumarie lib. i. pruna sexaginta, vuarum passarum mundatarum vnc. vi. Macera dies quinque sero lactis sufficiente in vase vitreo strictioris, & obturati, semel deinde feruefiant, manibus fricentur, &

colentur. Colato adde cassiæ fistulæ purgatæ vnc. iiii. tamar Indorum vnc. v. mānæ vnc. ii. Frica manibus, cola, percoque ad mellis crassitiem cū sacchari lib. j. & 5. scammonij vnc. j. & 5. Postremo adde myrobalanorum citrearum, cepularum, Indarum, ana vnc. dimid. bellericorum, emblicorum, rhabarbari, seminis fumarie, ana dr. iiii. anisi, spicæ nardi, ana dr. ii. Datur ad dra. ii. vsque ad aur. ii.

ISTVD electarium habetur in vsu. In eo est **CHRI.** polypodium, quod radix est herbæ notæ, & est calidæ complexionis in tertio, & sicca in secundo. solutiva est humoris melancholici, & phlegmatici, & mucilaginosi, & maxime à iuncturis. Et dosi eius est vsque ad dra. iiii. sed per se solum non habetur in vsu. Prima sunt nota, frigida complexionis versus principium secundi, & humidæ in secundo, leniter cōprimendo euacuant choleram, quæ in intestinis reperitur. Et dosi ipsorum est vsque ad dra. vj. Infundatur in aqua calidæ, & de ipsa dictum est in prima descriptione, vbi de lacte discossimus. Cassia fistula, est medicina, quæ leniendo euacuat principaliter choleram, & subsequenter phlegma. sanguinē purificat à materiabus adustis, & per se sola multum habetur in vsu generaliter vbiq; locorum, quia sine nocumto operatur, ita quod pueris, & prægnantibus dari possit. est calidæ complexionis versus primum gradū, & humidæ in primo, & dosi eius dissemperatæ cum decoctione communi, est vsque ad dra. ij. vel cum aliquo liquore conuenienti præparetur: & in forma datyly, seu electarij, & dosi eius est vsque ad dra. j. s. & non requiritur digestiuum in assumptione eius, & sepe datur in principio egritudinum materierum cholericarum ad aliqualem minorationem materiæ. Tamarindi. similitudinem habet cum prunis, & sunt frigida, & sicca cōplexionis versus secundum. comprimendo euacuant, sicut pruna. & dosi eorum est vsque ad dra. iiii. sed per se solum non habetur in vsu. Tereniabin. sunt species mānæ, quæ non reperiuntur, sed loco ipsarum accipimus mannam, & est ros qui de nocte cadit in ægypto super frondes aliquarū arborum; & est calidæ, & sicca complexionis, & humidæ in primo. leniendo euacuat choleram purificando sanguinem, & dosi eius in forma portabili, vel solida est vsque ad dra. iiii. vsque ad beneplacitum assumentis ipsum, & damus aliquādo sicut dictum est de electario indo.

PRIMA hæc compositio communiter paratur, licet non omnes eam bene parent. Vbi bene parata sit, vtramque bilem, & pituitam facile purgat. præcipue si maiori quantitate detur quam iubet Mesue: vncia enim absque periculo exhiberi potest.

CONSVETISSIMUM est hoc medicamentum in affectibus melancholicis, mania, melacholia, alphis nigris, cancro, elephantia, & cutis vitij, psora, lepra, impetigine, quæ effecta Mesue peculiariter tribuit electario sequenti. Tuto datur vncia Manardo ad prurium, maniam, melancholiam morbum, elephantiam, psoram, lepram. Scammonium hic crassius tritum quidam volunt, ut coctionem aliquam sustineat ad malitiam eius castigandam. Si autem coctum

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

coctum esset (quod dicitur de iis, quasi lachrymulam Graeci recentiores appellat, Arabes corrupte diagrion) non coqueretur, ne vim purgatoriam perderet. Eodem modo in electario rosato, in his enim crudum scammonium miscetur, quia coquendo corrigitur & his quae diu seruantur ante usum in ceteris scammonium coctum ponatur.

COST.

SVNT hic aliqua, quae seplias torquent. Primum, quum de infusione agens serum lactis assumit, neque quod nam serum, aut quam mensuram, exprimit. Aiterum, quum per dies quinque infundit, deprehensum enim est diuina observatione serum tam longo tempore situm contrahere, ac scire, ac corrumpi. Tertium, quia rhabarbarum cum alijs infundit, & demceps coquit, quod tamen modicam coctionem sustinet: an autem praestet ipsum seorsum infundere, deinde postquam effervuerint alia ipsis permiscere? Ad haec, quum manibus fricari ea iubet, quae fuerant insusar, an fricanda omnia, & casia, & tamarindi, an aliqua tantum? atque id, an oleo rosaceo, an amygdalino? Posivemo quum scammonium addendum, & coquendum iubet, quale nam scammonium sumendum, crudum ne, an coctum, ut in electario de psyllio? Adde etiam cur scammonium in medicamento coquit, quod seruire coire in grumos solet. Sed declaremus haec paucis. Servi delectum semel docuit lib. simpl. ubi de sero, primas enim tenere admonuit caprinum, ex iuveni capra, & nigra, bono pabulo nutrita, & recens facta, recens autem emulsum sit lac, & expressum serum boni odoris, & saporis sui non alieni, & non corruptum, hoc autem quum interdum ex lacte, a quo extractum butyrum est, fiat, interdum ex integro lacte; opportunum hoc in loco, quod ex non ebutyrato extrahitur, ob myrobalanorum asperitatem. Secerni autem solet oxymelite, coagulo vitulino, sicus lacte, cynara, ac rebus alijs acerbis. in medicina vero usum praesertim oxymelli commodum est, habesq; eius extrahendi rationem ab Aetio lib. 2. ex Galeno, & nonnulla item ex Galen. 4. de rat. viii. in ac. Porro huius ita delecti, & percolati diligentissime servi, quantum sumendum sit, quia mensura certa definiti non potest, aestimandum iudicio pharmacopae: videtur autem sufficere, si ita submergantur omnia in eo maceranda, ut serum quatuor digitos supereminet. alij librarum quinque mensuram satisfacere etiam observant. Hac ergo mensura servi constituta, infusionis inchoanda, & paranda gratia, calcaciendum est serum ipsum, ita scilicet caloris vi rarefiunt simplicium medicamentorum meatus, & subit facilius serum: deinde in ipsum, quae praecipit author iniicienda omnia, etiam rhabarbarum, de quo mox dicam: olla autem angusta sit oris, ut ait Mesue, & ocludatur ne quid expiret, ad praesertim usque terminum dierum quinque. At acescere (aiunt) tam longo spatio temporis serum, ac contracto situ corrumpi. Tu vero ne situm contrahat, ne acescat, aut corrumpatur duplici artificio prohibebis: alterum est, ut quotidie ollam saepius agites, alterum, ut levi calore ad praescriptum usque tempus semper foueas: quare quum autem operosum hoc est, & leuicula potius coctionis speciem habet, Mesue tamen consilio quadrare ob id videtur, quia ocludi ollam iubet, ne quid expiret: at ex frigido sero nihil expirare potest, sed ex calido: hoc pacto ergo vitabis situm, acoris, & putredinis periculum: ne id etiam silentio praeteream, serum quod oxymelite extrahitur, ob mellis, & aceti vires ab acore, & putredine diutius vindicari. Non ergo damnandus Mesues, quod ea iusserit, quae arte assequi non possis, quod aliqui hic faciunt.

Cap. 96.
Comm. 6.

Et vero, ut cetera prosequar, ubi ad praesertim tempus macerata ea fuerint, tunc subiecto igne agendum, ut ferueant: sed ubi seruire primum ceperint, remouenda, quod Mesue admonet, quum seruire vno ut ferueant, iubet, hoc pacto autem rhabarbari vis non exoluitur, atque adeo opus non erit, ut ipsum seorsum infundas, vel coquas, quod nonnulli faciunt. Percolato deinceps sero addes casiam tamarindos, & mannam, & atque haec in eo manibus, aut iudicula dissoles diligentissime, haec vero fricatio est quae Mesue petit, non autem quod somniant, ex oleo amygdalino, aut alterius generis. neque enim de oleo quicquam meminit, neque casia, tamarindi, aut manna oleo egent. Rursum autem hoc percolato per laxius colum sero ex casia, tamarindis, & manna, ubi refrixerit, saccharum addes, & scammonium tenuissime trita: vitere autem in terendo scammonium ea diligentia, & artificio, de quo lib. simpl. ubi de scammonio: sit vero scammonium coctum, aut crudum, ut libuerit, quando hic author utrum sumas non explicat, sed nobis coctum magis satisfacit, quod minus habet noxam, offeretque reiterata in sero coctio non eius castigationem, sed aequalem illius virtutis distributionem in medicamentum vniuersum. His ita peractis, & optimi oranibus permixtis ignem subijcies, deinde coquuntur ad mellis consistentiam: neque verberis, ut scammonium coeat: quando, ut supra diximus, si optimum delegeris, & in frigidum illud serum conieceris, agitandoque exacte commiscueris, & leuem ignem, ac purum subieceris, ut author in electario rosaceo docebit: concretere non potest. Sint ergo de proposito medicamento haec satis. Vnum superest addendum, quum Mesue dosim summam drachmarum trium statuat, experimento tamen deprehendi, integram vniuersam modum non excedere, quod alij quoque aduerterunt. Suspicio autem deprauatum codicem, quod sequentis medicamenti ab hoc non longe variantis exhibet etiam sex drachmas.

MESVE.

ELECTARIVM alterum Hamech. purgat melancholiam, & vltos humores alios; ob id confect maniae, melancholiae, vertigini, obliuioni, & vitijis cutis, qualia sunt psora, idest scabies, lepra, alphi, idest morphea, cancer, elephantia, imperigo. Recipit myrobalanorum nigrarum, cepularum, thij, ana drachm. xx. thymi, calaminthes, polypodij, agarici, glycyrrhizae, buglossi, ana drachm. x. scorchados, chamapityos, spinæ albae, anisi, ana drachm. v. pruna, zizypha, myxa, ana lxx. vuarum passerum mund. libr. i. coque in aqua sufficienti ad partem tertiam, in qua igni lento ad mellis crassitatem percoque & sapae lib. ii. mellis lib. i. scammonii vnc. ii. Dat. a drach. iiii. ad drachm. vi.

CONFECTIO alia quae scribit Hamech. confect hoc electariū omnibus dispositionibus, quibus conuenit primū, & est solutiū materieiū magis cholericatū, & adustarum, quā praedictū, quia abiq; additione in isto additur scammonia.

MAL
SYL
COST

CHRI

MAL

nea. Et dosis eius est a dr.ii. vsque ad dr.v. In eo est bedegar, idest spina alba, & est cal. & sic. coplexionis in primo gradu, nascitur in sepibus cum aculeis valde pungentibus, & est multu prouocatiua lactis, secundu omnem modu assumptionis ipsius, Sebesten est, fructus arboris paruæ habens corticem exterius, & nucleum interius, & est æqualis in actiuis, sed in passiuus est humidæ coplexionis, in primo; & ingreditur in decoctione cõmuni, & pectorali. Iuubæ sunt notæ, calidæ & humidæ, in primo gradu, & sunt pectorales.

ADDITIO.

Ista secunda confectio Hamech nõ est in vsu, mirandum est, quod Mesue in presenti confectioe habeat myrobalanos nigros, & Indos, cũ idem sint, nam cap. de myrobalanis dicit, nigri sunt illi qui nominantur Indi. sed credo, quod sit error scriptoris.

MAN. HANC nunquam vidi parari. Bedegar Dioscorides *ἰνδὸν δασύλοβον*, id est spinam albam vocat. *ΙΒΒΑΕ*. idest zezipha. Sebesten. Myxa. *ΡΟΒ*. lib. ij. Intellige sapam.

SYLV. ALII legunt a de ii. ad dra. v. Indi myrobal. nigris addebantur, cum tamen eadem sint. Mesue in simpl. ob id sustulimus. Hoc in vsu non est, tamen esse possit loco superioris, quo maxime vtimur hodie ad luem Hispanicã *ἰνδὸν δασύλοβον* Diosc. & Gal. idest spinam albam cum omnibus Arabum interpretibus, in locum bedegar suffecimus.

COST. QVVM myrobalani nigri ijdem sint Indi, videtur lectio deprauata, quando ait, myrobalanorum, uacare scilicet videtur. nigrorum. Sed quod alij quoque animaduertunt, myrobalani chebuli Serapionis testimonio, ubi maxime maturuerint nigri sunt, atque ij probatissimi, immaturi vero citrino colore, & minus probati. quare chebulos hic probatissimos, & nigros exposcit: neque vllus est error. Aut certe si irrepit mendum, pro citrinis, nigrorum vox reposita est, & citrini addendi; nam, & hi ad exustam bilem, & cutis affectiones maxime faciunt, ad quæ electarium commendatur. & in superiori citrinos non omisit. Sane hic de bedegar meminisse, est verò hæc, si Serapionis historiam spectes, spina alba Dioscoride, quid tamen spina ea sit alba legitima, non constat inter peritiores, neque satis Italia nota ea est planta. Eius vice carduum benedictum, aut carlinam vulgarem putarim non esse importunam.

MESVE.

ELECTARIVM Rosatum cholagogum clemens, ob id salubre biliosis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgia calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero. Recipit autem succi rosarum rubrarum perfectarum lib.iiii. sacchari lib.j. & s. manna pura, & recentis vnc.vj. scammonij Antiocheni vnc.j. & s. Coque flamma lenta ad mellis crassitudinem. adde tunc trochisc. spodij vnc.i. galli, croci, ana drachmas duas, trochiscor. oxyacanthæ dra.iiii. repone vitreo vase. Datur ad drach.v.

MAN. HOC carere non possunt qui pilulas aggregatiuas modo Mesue parare volunt, preciosumque est,

& delicatum. Aliud modo Nicolai communiter ab omnibus paratur, & sub nomine elect. de succo Rosarum agnoscat.

EO in formandis catapotiis (quæ aggregatiua vocant, & de hermodactylis minora, & a Mesue inuenta) vtendum est, non elect. de succo rosarum. alias in vsu est raro, vt Nicolai electarium de succo rosarum est vsu frequentissimum. Hoc tamẽ celebre est, ac delicatum. Diarhodon Alexandri Tralliani cholagogum citra molestiam cephalalgiam, arthritidẽ, vertiginem oculorum dolores, icterum, & ceteros affectus calidos, & biliosos mire leuat. Succu rosarum rub. lib.i. scammonij vnc.i. agarici semunciam, pipereis dr. j. Mellis vnc. vi. cum succo coque ad crassitiem: tunc prædicta cetera læuiganda. Alterum eiusdem ex succo rosarum vnc. iii. scammonij vnc. i. lactis tithymali dr.iii. mellis Attici lib. i. ac podagricis, ictericis, tertianariis, oculorum doloribus tuto dari, quia citra angorem purget, prædicat. Aliud ex Nicolao, & Mesue descriptum uobis ad dictos affectus, coque sacchari lib. i. & s. in succu rosarum rubrarum lib. iii. ad mellis crassitiem: tunc adde scammonij vnc. i. trium santalorum ana semunciam: galliæ moschata, trochiscorũ oxyacanthæ ana drach. iii. manna vnc. vi. caphura scrup. i. forma testellas, aut cum melle sacchari loco coque, & serua. Rhodomeli catharticum Aduarii ex succo rosarum, scammonio, agarico, melle.

SYLV.

QVO pacto coquendum sit scammonium, ne coeat, CO diximus in superioribus, nunc id admonuisse sit satis, præter authoris propositum, facere qui scammonium in puluerem reductum postremo addunt loco cum speciebus, incoqui enim author iubet omnia leui, & puro igne, scammonij præsertim gratia: quando cetera non ita refert, quali coquantur igne, sumendum autem crudum scammonium, si Mesue verba spectes, Antiochenum absolute diligentis, sed non temere etiam cotoneo incoctum (quæ sua est scammonij castigatio) adhibebis, ac quietiq; illi collectio, vt eius vires in vniuersum medicamentum aq̃ue digerantur.

MESVE.

ELECTARIVM diabryonias Democriti, cerebrum, & neruos purgat excrementis, ob id epilepsia, paralyti, vertigini, & aliis cerebri, & neruorum frigidis affectibus medetur. Recipit radices † bryoniae purgatæ, & trita lib. v. † sapa uuarum passarum lib.iiii. scilla assata, strobilorum depellatorum, ana sesunc. nucis moscata, cardamomi, macis, zingiberis, ana dr. ii. cayophy. piperis longi, flechados, ana drach. i. & dimid. seieleos, salis gemma, galliæ, ana drach. i. spica dra. s. agarici dra. iii. † Datur post sex menses a dr. ii. ad dr. iii.

Conf. Sic. Alphegera. † Alphegera. † Mellis. † Passularum.

† Ver. addit. † Trochiscor. dr. i.

RADIX Alsefara. i. vitis albæ, veluti ostensum est capite proprio in annotationibus supra simplicitia, ubi iisdem verbis hæc scribitur præparatio. DOSIS eius a duabus drac. vsque ad iii. vsq; ad v. scriptis ipsemet, sed potes etiam tuto plus exhibere.

MAN.

PRIVS descripsit omnino similiter in cap. de alphegera. i. vite alba, seu bryonia, ubi dosim drach. j. scribit, quamuis etiam drach. vi. esse possit Diatribith Mesue idem promittens. hic non repetitur. Potes tamen si utendum tibi est, ex simplicibus requirere.

SYLV.

EADEM ferè lib. simpl. Mes. ubi de vite alba. In agarici mensura differt, quod illic drachmam unam,

COST.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

nam, hic tres sunt, & veltius. hic ad summum dr. iij. E
cofetti electarij exhibet illis quinque, quod item veltius:
licebit enim vt hunc etiam modum aliquantulum ex-
das. Lis est de melle passularum quid sit. Nobis autem,
seu mel sumpseris, in quo passae vix incoxerint, seu etiam
melligenem qua ex ijs aqua incollis exprimitur; vtrunq;
opportunitum videtur.

MESVE

Conf. Man-
na

Vulg. manna
pura. Et retit-
tu. Et ita lo-
gendum.

ELECTARIVM mannae Galeno inuen-
tum, cholagogum, benignum, & delica-
tum, ob id morbis omnibus biliosis salu-
bre: recipit mannae thuris, & recentis lib.
j. in lib. j. succi rolarum rubrarum dissoluendam,
& coquendam iustitenter igni lento, tunc ad-
de scammonii vnc. i. malliches dr. 3. Datur vnc.
v. compositum hoc celebre medicamentum (in-
quit Galenus) ex simplicibus temperatura, &
proprietae maxime idoneis.

CHRI.

CONFECTIO de manna inuentione Gal.
quod vocatur diamanna. istud est famosu
electarium, quod est multum in vsu, non tamen
reperitur vbi Gal. ipsum describat. Est principa-
liter solutiuum cholerae citrinae cum facilitate,
& sine molestia, & est mirabilis operationis etiã
a proprietate, & ad gustum etiam est delectabi-
lis valde. Confert etiam habentibus hepar cali-
dum, renes, vel alia membra cum dominio hu-
moris cholericis, vel adutti, & dosis eius est, a dra-
ch. iij. vsque ad vi. potest etiam permisceri cum ca-
sia, vel cum manna, vt vnc. i. s. casia vel drach. ii.
manna. secundum virtutem assumentis. Eius
haec est descriptio. Recip. mannae purae, scammo-
nea antiochene, tamen corrigi debet, & vocatur
diagridium. reliqua vero sunt nota.

MAN.

EGO Hanc apud Gal. non reperi, si tamen Galeni
est, per mannam intellige aereum mel, sic enim
ipse nominat lib. 3. Aliment. Manna autem apud eum
est thuris puluisculus.

SYLV.

SCAMONIUM hic castigatum misceri quidam
volunt. Datur a dr. iij. ad dr. vi. vbi Galeno scribitur,
non legi, si tamen legeris, mel aereum vocat quod
Mesues mannam. Nam ei, vt Dioscoridi manna thuris
aliud est. Meminit huius Mesues in simplicibus
de manna.

COST.

GABRIELIS est, non Galeni. Quod autem purga-
triciis manna loco, thuris mannam hic Syluius pro-
ponat, ab eius auctoris (vt puto) mente dissentit. Tum
enim sordidissimam thuris partem relicta puriori gleba
in eorum qua assumuntur vsu trahere a ratione alien-
num est; tum quando ad educendum bilem hoc proponi-
tur medicamentum, purgatricem eius vim tantum thuris
copia supra modum retundere, fini proposito non respon-
det, tum quando scammonii violentia mastiche addita
satis castigatur, finisra eiusdem insituti gratia aliud
adiicias.

MESVE

Conf. Man-
na

ELECTARIVM Diacoccu gnidii hy-
dragogum. in hydrope efficacissimum,
recipit foliorum thymeleae preparato-
rum partes decem, carnis cydoniorum in
aceto coctorum, & iacchari, ana partes octogin-

ta, & manna partes quadraginta, olei ex cocco-
gnidio partes duodecim. iaccharum, & manna
dissoluantur in seri lactis, cui insulus erit agaric-
cus, partibus triginta. misce carnem cydonio-
rum, coque igni lento ad mellis crassitudinem.
Puluis foliorum thymeleae misce praedicto
oleo reliquis addatur. Dantur dr. iij.

CONFECTIO Almezereon. i. laureola. est
medicamen benedictum ad hydropisim a-
quolam, qua vocatur ascites. educit enim aquã
citrinam cum fortitudine: ipsum tamẽ cum ma-
gna cautela est exhibendum, & solum robustis,
fortibus. & dosis eius est, vsque ad dr. iij. minor
autem possit debilibus exhiberi. Recipit foli-
orum almezereon, idest laureolae. herba nota
in partibus nostris, & est species lacticinij calidae,
& sicca: complexio in quarto, in solutione edu-
cit cholera citrinam. Oleum almezereon sit
sicut oleum chamamelinum. reliqua sunt super-
ius declarata.

ADDITIO.

Mezereon secundum Diosc. est chamelga, vel coc-
cognidion. & est planta habens folia sicuti oliua. lau-
reola vero habet folia similia foliis lauri.

SCIS quid intelligendum per mezereon, ex iis qua
a me alibi adnotata sunt. FOLIORVM Almeze-
reon preparatorum.) Eo scilicet modo quo ipse do-
cuit cap. proprio. CARNIVM cydoniorum elixorum
in aceto vini, & zucharo ana partes lxxx.) Supra di-
xit lxx. Terenabini xl. Supra dixit lx. Nos hoc tempo-
re multum veremur mezereum, & quae ex eo compo-
nuntur, & propterea hanc non parant speciarum, non
inutilem tamen futuram his, qui aqua intercure la-
borant.

VIOLENTVM medicamentum in ascite viro-
rum robustorum tantum experiendum. Oleum
hoc prius descriptum est, atq; hoc electarium in sim-
pl. cap. de thymelea. preparanda autem folia, vt in
cap. eodem docuit, & postea docebit alkekengi. Cy-
doniorum partes septuaginta in simplicibus scripsit,
& mannae partes sexaginta. Hoc autem contingit ob
notas, vel a latas, vel luxurias, vel transpositas. Nam
lxxx. i. octoginta, si vnum x. tollas, mannae septuaginta
& xl. idest, quadraginta si transponas lx. idest sexa-
ginta fient, vtrobique igitur simile pondus est scriben-
dum.

IGNOIUM esse mezereon Mesue satis lib. simpl.
ostendimus. Eius folia hic etiam usurpat non fru-
ctus, quod docet non esse coccum gnidium. Eadem re-
fert qua illic Mesues, quamuis illic cotoneorum, & sac-
chari sumat partes septuaginta, hic octoginta, arbitror
librarum osentantia. Ea hoc in loco obscura sunt, quo
pactio preparanda mezereonis folia, & quantum aga-
rici sero infundendum. Macerandum autem est, succo
seridis, aut portulacae, aut solani, aut herberoru ex Mes-
ue praescripto lib. simpl. Agari vero quantitas medici-
dico estimanda. Vbi purgationis gratia in faciendã
medicina infunditur agaricus, vulgatus serẽ mos est
non minus, quam succi, aut Villatitia aquae vncias
tres, aut quatuor pro singula agarici drachma assime-
re. atque hoc pacto infusum medicorem consistensiam
adipiscitur. arbitror ergo eandem hic normam esse op-
portunam. atq; adeo, si vncias feri triginta hoc in medi-
camento sit opus, vnciam agarici vnam satisfacturam.
Sed

Sed & hic vereor, ne serum quod hoc in loco expeditur A paucum sit pro parando electario, & excipiendis his om- nibus, cui suspitioni si forte experimentum respondeat (quod ipse ignoro) non temere tantum serui adijctio quan- tum erit opportunum.

M E S V E

ELECTARIUM Alsebram pituitam, & melancholiam purgat, & aquas. Reci- pit alsebram boni, myrobalanorum ci- trearum. ana ꝑ vncias duas, & trita, & creta mergantur succo feniculi, & insolentur dies quinque, affundendo saepe succum nouum, siccatum reponere vase vitreo. Datur à drac. i. ad dr. ii. cum saccharo, & aqua calida.

MAN. QUID sit alsebram, vide proprio capite inter sim- plicia, nunc plantam pro ea accipiunt lino simi- lem, quam esulam vocant.

SVCCI feniculi.) Vereor ne hic sit menda, siqui- dem vbi de hac planta inter simplicia agit, succum aliquem frigidum secum misceri iubet, vt portula- ca, vel intybi.

SYLV. HANC attingit in simpl. cap. de alsebram. i. esula, vbi succum intybi, vel portulacæ, vel similiten frigidum expetit, vt hoc loco legendum non esse feniculi suspicio sit vehemens.

COST. De scebram maiori; & minori plura diximus lib. simpl. Hic sumendum minus, vulgata, scilicet pi- tyusa, maius enim ipsemet Mes. reprobat, sumendus autem eius radice cortex. Quod vero macerat hoc me- dicamentum succo feniculi humidi, non caret suspicio- ne, quorsum enim id? extrahere ex sicco feniculo suc- cus potest? sed & lib. simpl. scebram refrigerantibus castizat, non calfacientibus, quale feniculum est. Non possum ergo Manardo non asseriri mendum hic esse, & me etiam indice prestabit, vt qui hoc paraturus est medicamentum, seridis succum deligat, aut portula- ca, aut quod Mesue subdit, acetum in quo cotonea incocta fuerint, aut macerata. Quanquam autem de electarij hanc sectionem inscribunt, hoc tamen me- dicamentum post diutinam nutritionem exiccat, & exic- catum propinat, nulla mellis, aut sacchari, aut succi, quo excipiatur facta mentione, ita etiam in superio- ribus de biera simplici non mellita egit, & hieram Hermetis in pastillum, non in electarij formam duci præ- cepit.

M E S V E

ELECTARIUM de Eupatorio, ad isternum, & hydropem incipientem, re- cipit succi eupatorij, rhabarbari, ana drachm. ꝑ iii. croci drachm. ii. laccæ, se- minis cassutæ, cacuminum schœnuanthus, se- mi. citreoli, cucumeris, portulacæ, succi ab- sinthij. ana, ꝑ drachm. iii. scammonij in cydonio cocti drach. ii. & s. tere curiose. Datur aureo vno cum lacte camelarum, aut aqua casei alcherigi. Quod si calor adest, succo solani, aut intybi, aut volubilis reprimere.

EVPARATORIUM accipe, non quod vulgo sic vo- cant, sed quam apud nos agrimoniam nuncu- pant. Posses dare plusquam aureum, si conficeretur. SEMINIS cuscutæ.) Nescio an semen colligi possit, scio tamen non colligi. Et volubilis. Lupum salicta- rium intellige, quem lupum vocant, aliq enim volubi- les vocatæ impetius calent.

MAN.

PER volubilem, lupulum salictarium. i. lupulum. intellige, alix enim volubilis species nimis calent. Eupatorium est agri monium, potest dari etiã maior mensura: semen cassutæ non colligitur, an colligi possit, obserua.

SYLV.

ALIVD Eupatorium est Mesue, & aliud Gra- corum, & Auicenna, vt in lib. simpl. fusius. sumenda hic herba Iulia. Aemulatur autem in huius medicamenti descriptione Serapionem per omnia. So- lum addit sumendum lacte camelarum, aut aqua casei alcherigi. Sumere autem ego caprinum serum. Do- sim vero medicamenti huius non esse exiguam, vt Ma- uar. ac Syluius inuunt, acprehendes, si doses soluen- tium, quæ bases huius sunt compositi, supputaris. Sunt eæ succi eupatorij, & rhabarbari ana drachm. iij. idest doses saltem quatuor, scammonij drachm. ij. s. idest do- ses maxima duodecim cum dimidia, atque adeo doses in- vniuersum sexdecim, ac fere decem, & septem, pen- det vero totum compositum drachmam. xxv. cum dimi- dia, iuxta eam lectionem, quæ cimorum sebanu an- thos, semp. citruli, cucumeris, portulacæ, succi absin- thij sumit ana drachm. ij. quæ vera est & antiquorum, codicum castigatum lectio, ac si legas ana drachm. iij. ad drachm. xxx. attingit. Ergo quum ex castigata le- ctione non plures sine drachma, quam xxv. si has, quæ summe sunt, & maxima doses, in sexdecim, & fere decem, & septem partes diuiseris, non potest maior esse singula dosis, quam aurei vnius, quam dosim Mesuem & Serapion statuant. Iuxta alteram lectionem, aureum paulo superabis.

COST.

M E S V E

DIAPHISALIDON, efficacissi- mum ad hydropem, & cachexiam, & affectus hepatis, lienis, iunctura- rum, lubricitatem partium nutrito- riarum, formæ corruptionem, hamorrhoi- das. Recipit succorum ꝑ lapi salictarii, ꝑ inty- bi, apij, purgatorum, ana lib. iiii. In quibus my- robalan. citrearum, cepul. ana drachm. xij. emblicor. drachm. l. Indarum, belleric. ana drachm. viii. agarici, ireos. ana drachm. decem. absinthij, cassutæ, radice apij, feniculi, anisi. ana drachm. quatuor. vuarum passarum munda- tarum drachm. lxxx. coquantur igni lento ad consumptionem dimidij succorum, frica probe manibus, cola. Vni huius parti ad- de tamar Indorum cheyron, & cassia fistulæ ana vnc. viii. manna vnc. iii. cola, & munda. Alteri succorum parti adde penidiorum hor- deatorum lib. iiii. misce omnia simul bis, ferue- fiant, tunc adde olei sesamini recentis vncias xv. percoque ad mellis crassitudinem, ab igne depositis adde troch. diarhodon, troch. de eu- Mesua. X pat.

Abulcasi

† Volubilis. † Intybi Syl. ꝑ sim reponit per andi- ma. & thyme lã mac. greek.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

pat. troch. de absinth. trochif. de rhabarb. ana vnc. i. & s. ireos vnc. j. agarici, foliorum thymeleę nutritorum in aceto. an. aur. viii. scammonij, succi eupatorij, succi absinthij, croci, laccæ lotæ, myrobalanorum citrearum, cepularum. an. aur. iii. spicæ, anisi. an. aur. ii. turbith. vnc. vj. cum olei thymeleæ iii. vnc. omnia prius inuoluta prædictis misceatur. Datur à dr. iii. ad dr. iiii. cum aqua intybi.

CHRI. **A**LCHELENGI est medicamen magnum propter compositionem multorum simplicium, & propter eius efficaciam. In eo sumitur Ireos. Et hic vtiliter est notandum quod succus ireos, dum est recens, assumptus in pondere dra. iiii. à corporibus fortibus, vel quantum media testa oui capere possit, mirabiliter educit aquam in hydrope, & permiscendo cum zucchero leuissime bulliat, vel cum melle, secundum quod exprimitur, & cum assumptione ipsius solius modo iam dicto vidi plurimos curatos, sumendo bis quolibet mense, cū regula superius dicta, de tali succo meminit etiam olei sesamini recentis, & si tale oleum non habes, pone oleum de amygdalis dulcibus, quia fere eiusdem est virtutis, & complexionis.

MAN. **T**ROCHISCOS hosce omnes habes infra loco suo. ACCIPE succum volubilis. Intellige & hic lupulum vocatum. Est medicamen vehemens, sed non conficitur.

SYLV. **Q**VIBVSDAM in vsu est ad ascitem, & corporis colorem cineritium, & plumbeum, & hepatis cachexiam, quæ hydropis est initium. Hic per volubilem potius cum Manar. intellige lupulum, quæ eam, quæ vitibus circumplexa fert campanulas, lactariam & purgatricem, quam Mes. interpretis intelligit. Cum saccharo vel melle confici potest bis in mense sumpta, multos hydropicos sanauit. Trochisci diaphysalidon Pauli septimo ab hac compositione diuersissimi.

COST. **D**IAPHYSALIDON. hoc medicamentum vocat Syluius, deceptus similitudine vocum, alcheleugi, & alchehengi, idest solani vesicarij ex quo diaphysalidon Pauli: at hic solani vesicarij mentio nulla. Efficax est medicamentum si perdendas. Cuius autem volubilis succum exposcat, Mesue quia ipse non explicat, consulenda historia volubilis in lib. simp. Deprehendens autem illic, magnam volubilem præponi ceteris & deligi, non lupulum, quare & hic, & in superioribus ubi volubilis absolute meminit, non aliud quam magnam illam sumendam etiam rationi est consentaneum. Potest tamen lupulus, cuius quotidianus est vsus, accipi non incommode, id quod mihi maxime satisfacit.

MESVE.

ELECTARIUM Dyacydonites cholagogum, & phlegmagogum, colicos affectus, & alios partium nutritorum iuuat. Recipit succi cydoniorum lib. iii. mellis lib. ii. scammonij sesunciam, galliæ caryophyllorum, zingiberis, mastiches, piperis longi, cinna momi, nucis moscata. ana dr. iii. misce. Datur ab aur. j. ad aur. iii.

Si vis cholagogum fieri, & phlegmagogum,

adde scammonij drach. xv. turbith drach. xii. Si vis tantum esse phlegmagogum, omisso scammonio misce turbith drach. xxv. enici excorticati dr. xv. Si bilem atram vis eo vacuare, prædictorum loco misce elleborum nigrum, epythymum, aut polli podium, melle, vel saccharo excipitur, fit cum cydoniorum nunc succo, nunc carnisbus, nunc ambobus simul.

NON præparatur, nec est in vsu secundum præsentem descr. sed bene est in vsu secundum descr. positam à Nic. in suo antid. superius. Et hic vltimo notandum, quod inter omnia electaria solutiu dicta illa, quæ magis generaliter sunt in vsu conuenientia materibus phlegmaticis, seu frigidis febricitibus, vel non febricitibus, sunt electarium Indum maius, & minus, quod plus conuenit, & electarium diaphanicon solutiuum, & de istis dictum est, & de dosi, & modo assumptionis. Electaria vero solutiu materiei calidæ, seu cholericæ, quæ etiam febricitibus, & non febricitibus conueniunt, & quæ principaliter sunt in vsu, sunt solium duo scilicet electarium, quod dicitur diamanna superius positum, & declaratum, & aliud est electarium de succo rosarum positum à Nicolao: quæ duo satis conueniunt in modo solutionis & dosi, & possunt prædicta omnia per se sola assumi, vel in forma boli cum zucchero, vel admixta cum casia, & manna in dosi debita secundum exigentiam, vel cū aquis destillatis appropriatis, vel cum decoctionibus communibus, vel alijs dicendis inferius.

GRÆCI aliter conficiebant, vt apud Paulam licet agnoscere Mellis Tabarzet. Ita genus quoddam sacchari Arabes vocant.

ID non est in vsu, sed quod à Nicolao scribitur. Electarium Indum vtrunque, & diaphanicum phlegmagoga sunt etiam in febribus elementia Diamanna, & electarium de succo rosarum Nicolai etiam in febribus sunt cholagoga idonea.

VTIMVR etiam interdum in delicatioribus cotongo, in quo scammonium sit incoctum, leuique id & facili subductione præter alui strigmenta bilis, & pituita nonnihil detrahit. Quando autem hic secundo loco Mesue, quod medicamentum ex cotongo simul cum bile pituitam educat, addendum esse ait turbith, cauendum tibi est, ne id ita intelligas, vt præter sesunciam scammonij in priore diacydonite assumpta, alius quoque addas scammonium: ita profecto aucta huius mensura inducenda bile generosius, quam antea efficies, non etiam pituita educenda vim illi conciliabis, succo igitur, melle, galliæ, caryophyllis, reliquisque præter scammonium speciebus assumptis eo quo præscripsit pondere, turbith & scammonium addes noua hac quam secundo loco præscripsit mensura. Quæ quidem, si hoc ipsum medicamentum esse debet pituita quoque efficax purgatorium, male Syluius pro drachmis quinque, vt vulgata versio constanter legit, quindecim reponit. Docet hic etiam tertio quomodo cotoneum ad pituitam educendam vtile efficias, ac pro scammonio cui cum pari pondere, vt addas, iubet itaque prius scammonij pondus sesuncie proponere tibi existimo: alioquin enim quinque drachmas cum enici accessione expurgatrix pituita facultas parua potest.

CHRI.

MAN. SYLV.

MAN.

SYLV.

COST.

COST.

potest adiuuari. Quarto autem loco, quum ad atra bilis A
excretionem elleborum, epithymum, & polypodium cy-
donio commiscet, licet horum nullum prescribat pondus,
errare tamen nullo pacto poterit, qui Mesue lib. simp. ubi
de his ipsis agit, doctrina insitit.

DISTINCTIO QVARTA
De Conditis.

MESVE.

CONDIVNTVR plantarum nunc ra-
dices, nunc furculi, & similia, nunc flo-
res, nunc denique fructus. De quibus
omnibus ordine nobis dicendum est.

Primo autem quibus modis fructus conditi ha-
beant.

NVNC omnia melius condiuntur, quam docerit
Mesues, vel sciverint antiqui.

CONDIRE est sapidum, & palato iucundū red-
dere, idque alimentis maxime convenit, ad me-
dicamenta vero transfertur, ambo autem saccharo
vel melle vel utroque condiuntur. & dulcorantur, ut
gulę & stomacho sint grata, & diu seruari possint in-
tegra. & recentibus proxima, non ut vires eis novus
queamus, nisi quas saccharum, aut mel, & coctio af-
ferunt, preterquam dum etiam aromata conditis ip-
sis admiscemus. Condiuntur autē radices, teneri cau-
les, furculi, germina, flores, fructus quarundā planta-
rum, semina quoque non pauca, & cortices non mo-
do fructuum, sed lignorum etiam. Quę vero cōdiendi
sunt, si amphora sint, quam ut vis condimenti co-
quendo ad intima usque penetrerit, vel si quid intus a-
lienum continent, in frusta prius seccantur, & purgan-
tur, intus, & si est opus, etiā foris: minora vero quanta
sunt, condiuntur. Conditio vero hęc nouisse ad medi-
cum pertinere præter Mesuem, abunde ex Gal. lib. ali-
mentorum colligere licet, atque etiam ex lib. c. ph. p.
Illic enim obsonandi, & obsonia parandi artem me-
dico necessariam ait: hic fructuum, aut potius ex his
succorum variorum condituram docet, quod magni
sit momenti alimenta, vel medicamenta cōdimentis
agro iucunda facere, nihil aut parū minuta ipsorum
facultate. Cōdiendi vero, seu ut vulgo loquimur, con-
ficiendi vocabulum latius nobis patet, ut etiam quę
igni clementer coquātur, & quę sale, & aceto seruen-
tur, confici dicamus. Contra item conditi nomē neo-
tericis medicis in angustum sic est coactum, ut illius
appellatione ea veniant sola, quę conferuis, (ut vulgo
vocamus) pulueribus cordialibus, saccharo multo mi-
scentur in grumos exiguos & semisiccos. Quę confi-
stentia ægis est gravior, quam conseruarum per se,
quam succorum per se.

PLANTARVM fructus, quorum recentium non
semper est copia, sole desiccati, aut sale, acetone ma-
cerati, alias, ut nunc quoque, seruantur in ciborum ac-
medicamentorum vsus. Inuentum est etiam, recentes diu-
tius seruari, si in melle recondentur, aut si obducentur
cera, aut creta, quibus corrumpetis aeris vis excluditur.
Sed quę hac in re custodie gratia diligentia adhibebatur,
translata postea est ad palatum, & eō perducta res est,
ut non fructus modo, sed partes quoque plantarum, etiam
duriore, mandendo veniant, & maiori quam recentes,
gratia sint edendo, saccharo, mellene incocta, atque, ut
aiunt, condita. Ex ijs vero alię nullo præcedente arti-
ficio recentes condiuntur, ut flores, ut fructus molli &
sapida substantia præditi, qui in intima sui partes calore
rarefactas saccharum, & mel facile admittunt. alię quę
duriore, aut horridiori consistant sapore, non sine macera-
tione diuturna, qua molles fiunt, & sapores prauos depo-

nunt. Ita quidem oliuę, & lupini dulci aqua macerati
edendo fiunt, ita nucę, castia purgatoria, myrobalani, rha-
barbarum, & radices varię, quę saccharo, aut melle con-
diuntur, ita (quod magis admirandum) Guaiaci lignum
maceratum diuturno tempore in aqua, quam forte vo-
cant incoctum saccharo deposita duntie edendo sunt. Cę-
terum quęcunq; maceratione, & coctione egent, ut con-
diantur quum sapore proprio, propterea quę suis viribus
spolientur, cur etiam paruis earum sapore vsus spectetur,
expectatoque auxilio plerumq; medicos frustrentur, pla-
ne appareat. Quamobrem, quando ne hęc suo fructu ca-
ueant, medicina non parum interest, si in condiendis rebz omni-
bus, vel maceratis vel etiam non maceratis, humor qui
ad sacchari mellisque expurgationem, ac coctionem vsur-
patur, pro fontana aqua, aut stillantius esset conditio, ut i-
liquor, aut succus, aut decoctum. Ita profecto, si cui rosas
condere animus est, dissoluta aqua rosarum saccharo, &
odore, & sapore, & viribus eas longe præstitura alijs
certum est, nona vi in eius locum, quę macerando, aut co-
quendo abire solet, restituta.

MESVE.

CAEPVLAE myrobalani conditię sto-
machum & ventriculum firmant, ap-
petentiam inuitant, coctionem promo-
uent, rationalem animę partem vege-
tam reddunt, & sensificam, quapropter vitium
quoque clariorem, & vsu crebro iuuetatem diu-
tuentur. Accipiendę vero sunt humide, & recē-
tes si harum est potestas, vel saltem arte, & indu-
stria idonea humectata, quę stylo passim com-
punctę coquantur ex aqua igni lento, donec te-
nerecant. His in asserem immixtis aqua exprima-
tur. Deinde biduo hydromelite mergantur. De-
inde igni lento clementer coquātur, vase vitreo
recondantur, ac melle, cui incocto fuerint, mer-
gantur. Dantur post sex menses. Arte autem sic
humectantur. inunde his aquam plurimam, in
sola dies octo, deinde separatim obue arena hu-
mida quarto quoque die nouanda, aqua sape
superfusā, donec tumefiant, & humectentur, id-
que vel in dolio, aut alio vase magno fiat, vel in
fossa quandam subterranea magna, & loco hu-
mido.

¶ Tertio in
simp. Mes.

CHEBVLI scilicet myrobalani conditi, ma-
time dum sunt recentes, ut diutius, & mel-
lius conferuentur, incitant appetitum prostratū,
iuuant digestionem, clarificant sensus intrinse-
cos, acuiunt visum, & corpus in iuuentute & sani-
tate conferuant, & materiam phlegmaticam pri-
mo, secundo choericā leuiter exprimendo eua-
cuant. Et communiter dosis est vnus de mane
ieiuno stomacho, & possunt continuari singulo
mane ad beneplacitum assumentis, sunt enim
tatis in gustu placibiles cum dulcedine, & aroma-
tica ponticitate.

CHRI.

EX Aegypto adferuntur conditi, sed quia cassā re-
dolent, ideo diligentiores speciatij aqua mada-
ca cum saccharo iterum condiunt. ARS autē. Hac
arte potes quaslibet res aridas, quasi recentes facere.
CAEPVLAE ex Aegypto cōditę in Italiam afferuntur,
quia vero cassam olent, speciatij aqua mada-
ca Mesue. X ij factas

MAN.

MAN.
SYLV.

COST.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

factas rursus faccharo condiunt. Humectatio autem earum, quam docet Mesues, suspicionem quandam ingerit, recentes non fuisse Damasci tunc temporis, nisi dicas Mesuen addidisse hanc humectandi rationem, ut etiam exteris consuleret, siccas ferè recipientibus. Hac autem arte possis fructus quoque alios sicciore recentibus similes reddere. Quinetiã pruna passa modice cocta, cõpuncta, in aquam frigidam mox coniecta, tumere multum vidimus, nec minus si quis ea passim pũcta sine coctione aqua frigida biduo maceret, quod & vna passa, & fructus alij, atq; adeo pisces ipsi verum testantur. Hydromeli autè, cui incocta sunt, his exemptis percoquendũ est ad aqua consumptionem, post eo melle mergantur, vt in cerasis, & fructibus alijs, quos cõdimus, integros facimus eos. n. quantum sufficit coctos eximimus ne vrantur, aut distabescant. Humorẽ deinde per se percoquimus, cũ faccharo in syrupo consistentiam, & fructibus vasi ad repositionem impositis superfundimus, sic. n. fructus integriores manet: & cocto probe syrupo fideliter seruatur. Vna mane ieiuno dari potest singulis aliquot diebus. Placent n. sapore austero & per conditurã dulci, & nonnihil aromático. Quae autè recentes sunt cõditae, sunt præstantiores: ac diutius seruantur q̃ post humectationem conditae. Ventriculum roborant, vt auctera reliqua: appetentiam inuitant sacco stomacho, vt cætera adstringentia, & contracto: coctionem iuuant per ventriculi roborationem, & suo calore modico, quem aromática qualitas incidat, & faccharum, coctioque acquisiuit, facultatẽ animalẽ, perficatur ventriculum syncretiorem reddit, ob id vegetiorem. Nam lux sicca, anima prudentissima. Ventriculi autè maximum est cum cerebro consensus, & affectus suos hæ partes inimicem cões faciunt. Proba autè coctione prima, si reliquæ non errent, corpus belle nutritur, & iuuenili simile diu perseuerat, neque humoribus excrementosis est obnoxium, nec inde orientibus morbis. Vt. n. siccitates aeris imbris in totum sunt salubriores, sic corpora sicca sunt à morbis ex putredine orti tutiora, quã humida, vt docet Gal. lib. p. de temper. & lib. meth. 3. Ex his patet, quæ prius diximus, eas in pretio maiori apud medicos haberi quã sint merita, cum ex nostris fructibus non pauci, vt oliuẽ Colymbades, vt nuces conditæ, vt persica Corboltana, vt cydonia condita, vt pruna Damascena, & lorrana, & Daçtylelia quæ vocamus, si condiantur eadem præstare possint. Quibus si quid exiguum desit, vt qualitas aromática in his myrobalanis sane quam exigua, per poma dulcia & odora, & alia prope infinita, impertiri prompte poterit.

COST.

CHEBYLI. Purgandi facultas qua myrobalanis non conditis inerat per macerationem, in liquorem macerationis materiam excipitur, calorisque, si qua inerat vi aduentitio illo humore exoluta, sola est superflua terrena, acerbaque substantia potestas, quæ dum acerbitate cogere ventris substantiam potest: compescere quoque & vomitum, & fluorem alui potest: dum vero superfluum humorem ventriculi desiccet, & absumat, appetentiam excitat, qua imbutus ventriculus sensum suctionis, & famem non sentiebat, potest quinetiam coctioni operam ferre, non semper tamen, sed vbi acriori caliditate ventriculus laborabat: fit enim coctio moderato calore: potest etiam sensus, mentemque reddere vegetiores, quod coctione vite celebrata prauis ex cibis non scatent vapores, qui in cerebrum delati perturbant: aut etiam si forte scatant, corrugato, & ocluso acerba illa qualitate superiori ventriculi ore cobibentur.

MESVE.

EMBLICAE myrobalani conditæ ventriculum roborant, eius substantiam, & facultatẽ contrahendo, & intemperiem humidam corti-

gendo. Hæ autem aqua affusa soli exponendæ do nec tenerefcant, & humectentur, tunc expressæ, vt priores, hydromeliter biduo macerantur. post igni lento coquuntur; coctæ vbi parum refrixerunt, mellis albi quarta parte adiecta reconduntur. Sunt qui præterea condiant aromatis, cinnamomo (xyloaloe) cardamomo, croco, moscho, gallia, & similibus.

EMBLICI. i. myrobalani conditi, hæc est alia species myrobalanorum, qui leuiter comprimendo simul euacuant cholera, & phlegma. habent etiam plures alias virtutes, & maxime circa stomachum. Et dosis ipsorum est vnus. Vterius est aduertendũ, quod sicut istæ duæ species myrobalanorũ condiantur, ita & aliæ possent cõdiri, & habere operationes suas proprias efficere.

MODVS hic ostendit, quod neque in Damasco habeantur recentes.

DATVR vna semel tota dieb. aliquot, vt superior. Hæ autem duæ species quia sunt amplæ, ad condendum sunt aptæ, & item sanæ. Ob id et conditæ afferuntur raro bellelicæ, & nigrae recentes conditæ afferuntur & vires habent à Mesue adscriptas, ipsæ recentes, aut illis proxime, non aut quæ ligno, aut verius lapidi siccitate, & duritie persimiles in officinis habentur. Vide igitur ne opinione magis, quam veritate ad ductus has myrobalanos tanti facias, & ægros quantumuis opulentos sumptum parũ necessario, ne dicã noxio, ipse oneres. Quã sim veros iudicare possunt, q̃ vsu harum multo, parum admodum profecerunt. His autem si vtendum sit malis contusas accurate præbere, quam dentibus parum probe commanfas deuorari, ne sua dura substantia ventriculũ ledant, & coctionis vi diutius resistant, adeo, vt ne horis quidem quatuor (quantũ tempus harum coctioni tribuere selenne est) percoqui possint, & forsã vix semicoqui. Nuces myrticæ, hoc est, vnguentariæ, vulgo moichatæ cum nullam moschi qualitatem olfactui præferant, recentes conditæ ad nos Lusitanorũ nauigationib. ex India cõuehantur, nostris iuglandibus ampliorib. persimiles, cortice viridi, carnosio, & alio lignoso, inter quos est macis, & sub lignoso ipsa nux muschata nobis vsu sicquens ad ventriculi robur, & intemperiem frigidam, conditam integram dono mihi iucundissimo dedit Bertrandus, in iunmo Parrisiensi senatu Præses consultiusimè pariter ac equissimè.

EMBLICI conditi. Ad condiendos myrobalanos, pruna, & fructus omnis generis quem seci suat, maceratione est opus, qua molles fiant. Macerandi autem materia cõmunis aqua est dulcis, interdum ex varijs plantis stillatitia: immo, & ardens, & quæ capitellum vocatur, & vinum, pro varia rerum, quæ maceranda sunt natura. Exponi autem quandoq; solent ea quæ macerantur, solis radijs, vt laxatis moderato eo calore maceranda remeatib. attenuatoq; liquore macerationis materia, eisdem liquoris facilior, et in profundiores partes fiat penetratio, quare recte hic Mes. iubet, vt myrobalani maceranda soli exponantur. Sed solarium radiorum vices præstat etiam equinus simus, calorne lenis thermarũ, aut consimilis. Sane autem, quum mellis conditibos myrobalanos inbeat Mesue, non erabis tamen si faccharo cõditas quo ferè conditi ad nos feruntur: quamquam, si cum aromatis sit, qua ratione, frigida sua natura exuti etiam calefacere possunt; mel potius quã saccharum deligendũ est, quod calidius censetur, quod sane mel, quando Mes. tabaret expetit, hoc loco, & album quidam interpretantur: non tamen tanta est candoris habenda ratio, quanta saporis: immo album mel non vsquequaque probatur, sed solum.

Tamquam
pauca
CHRI.
MAN
SYLV.
CHRI.
SYLV.
COST.
220

fulum, qualiscunque tamen sit coloris, quod sapore acri A
cum dulcore, atque odore praesiterit, accedente etiã num
substanti & puritate, id erit praeceteris deligendum.

M E S V E.

CYDONIA condita fluorem albi, vomitu-
tumque sistunt, ventriculum roborant,
ob id & coctionem iuuant. Sic autem
condiuntur. Cydonia ampla, nulla pu-
tredine vitata, depellata, intus purgata, in frustra
idonea secta coque in iulepo multã aquosã. post
stridie iulepo alio propemodum perfecte cocto
percoque, aromatiza muscho, vase vitreo repo-
ne, eo iulepo cui incocta sunt, superdato: Sunt
qui ex melle coquunt, alij ex sapa, alij praeterea
condiunt aromatibus, alij aliter.

CITONIA condita: ipsam enim principali-
ter contriungunt, vel conueniunt relaxatio-
ni stomachi, & intestinorum; resistunt fluxui
ventris condita cum zuccharo, & assumpta ante
cibum, vomitum autem, & alcesum vaporum
ad caput prohibent assumpta post cibum. Et do-
sis eius est vsque ad vnc. i.

CYDONIA vtraque intus, & foris purgata, qua-
drupartito diuisa, saccharo diuitibus hodie con-
diuntur, odorem, saporem, & vim cydoniorum pro-
pe totam retinentia. Eadem quadrupartito secta, diu-
tius cocta ex aqua donec tabuerint, postea per linteũ
colata sine compressione, deinde cum saccharo per-
cocta in cerati consistentiam, faciunt gelatinam cy-
doniorum, quod est reliquum, violentius compri-
menti cochleari cretum, & cum saccharo percoctũ,
ad emplastrũ prope consistentiam, cydoniatum vile
constituit. Si autem tam clarum illud quam crassum
simul cernantur, cum saccharo, vt prius percoquan-
tur. Cydoniatum sit, quod omnibus in visũ est, quod
ante epulas ad vnc. i. sumptum aluum sistit, post
epulas vero soluit, & vapores ad caput ex ventriculo
attolli prohibet. Quae virtus est etiam valentior cydo-
nijs, & aliorum austerorum sub cineribus coctorum,
sive saccharo sumptorum. Quorũ ratio est in lib.
i. & ad finem lib. 2. alim. & lib. sim. c. 5. & lib. 6. sanit.
tuend. vbi diacydonium cydonijs conditis virib. assi-
ne describitur. Nam appetentiam excitat, quibus ea
languet, coctionem iuuat parum feliciter coquendũ.
In summa, ventris robur conciliat, & viscerum in
eo omnium, ob id vomitum, & fluorem alui sedat sic
autem fit. Accipe succi malorum cotoneorum dulcio-
rum, & minus acerborum, ac maiorum (quae Asiati-
ci strucia vocant Galli cotonea feminina,) & mellis
optimi ana sextarios Romanos duos, aceti sextarium
vnum, & semissem. Haec cum super prunas modice co-
xeris, & depsumaueris, immitte zingiberis vnc. iij. pi-
peris albi vnc. ii. Deinde rursus in simili igne recoques
ad mellis crassitudinem stomachicis medicamentis
debitã. Datur mediocri mystri mensura horis dua-
bus aut trib. ante cibum, vel aliquandiu post, vel ante
cœnam. Piper ad vnc. iij. vel ii. & semissem, zingiberis
autem ad vnc. iij. si frigida intemperie laborat ven-
triculus, tolles omnino vtrumque, si calida, si neutra
ad sit, pipetis vnc. i. zingiberis vnc. i. & dimidia suffi-
ciet, in qua media mensura componere satius est, in
ipso autem vsu si opus est, aliquid vtriusque adijcies.
valentius idem aditringit ex succo cotoneorum, quae
parua rotunda sunt, & absolute cotonea nobis dnr.
Αζιδωνιον seu Αζιδωνιον idẽ dicitur Gal. lib. 6. c. ph. hoc
est, ex malis, scydonij, quae absolute μελα dicuntur,
vnde oleum μελα cydoniorũ, & emplastra μελα,
quae colorem mali cydonij referunt ex ærugine vsta
lib. 2. c. ph. g. Malo cydonio mistum scammoniu ef-
ficat ipsum cholagogum Gal. lib. prim. alimentorum:

vnde, opinor, Arabum consuetudo emerfit, scammo-
nium in malo cydonio, vt mitescat coquendum, & in-
de etiam cydoniatum Lugdunense scammoniatum.

CITONIA Cotonea non condita modo ventrem
astringenti facultate firmant, imo feruenti cinere,
alia ve quavis ratione scorjum cocta id ipsum magis pos-
sunt, magis vero etiam si assumantur cruda, sed ventri-
culo faciunt laborem, quare eorũ succo vt praestat: dum
enim hic terrena parte crassiori destitutus altius in ven-
triculi, intestinorumque subit corpus, tum ijs partibus ro-
bur addit, & ne aliunde confluentes succos excipiant, ef-
ficat, cum, dum quadam superflui humoris in vrinarios
meatus expressione vrinas ciet (quã vim codotoneo Dio-
scorideo tribuit) confert nomine derivationis. Licebit ve-
ro hunc recens extractum in destillatione per filtrum, seu
per laneum pannum percolatum excipe saccharo, & ex
arte coquere in diuturnum vsum. Sane in condito coto-
neo, quod diacydonium vocant, est, vt seplefiarum sidem
desideremus, qui enim ruborem in eo affectant, in aqua,
in qua coquendum est cotoneum alij brasilium macerant,
alij rubrum santalum, vt ique damnanã, quod eo succo
propriam codotonei vim perturbant, atque obscurant, sed
minori culpa postiores, quod santalum corroborandi
vim habet, brasilium vero quibus sit viribus, nondum est
satis obseruatum.

M E S V E.

PYRA condita, cor, & ventriculum roborant
condiuntur vt cydonia.

PYRA debent elegi, quae sunt magis aromati-
ca, & cum zuccharo condita, stomachum, &
cor confortant. diuersificantur autem in com-
plexione ipsorum secundum complectam matu-
ritatem, mediam, & acerbitatem. Acerba enim
sunt frigidae complexionis, & siccae, versus secũ-
dam, perfecte matura sunt frigida, & humida
versus primum cum aliquali caliditate, & sicci-
tate. Medie vero matura sunt frigida, & sicca in
primo cum aquosa, & corruptibili humiditate.
Ideo non condita sunt fugienda. Condiuntur au-
tem sicut citonia cum zuccharo, vel cum mel-
le, & condita cum melle acquirant gradum cali-
ditatis, & siccitatis, cum zuccharo autem mino-
rem gradum caliditatis cum aliquali humida-
te, & tempus assumendi est ad beneplacitum.

PYRORVM, vel aliorum quoque fructũ magna
est differentia non in generibus solum, sed etiam
eadem in specie, qua saporibus distingues, ex hisque
facultates iudicabis, vt lib. 4. simpl. docuit Gal. Ex py-
ris praesertim acerbis, aut acidis, & fructibus similibus
tot compositionum genera fieri possunt, quot ex cy-
donijs dicta, & ea cum saccharo, vel melle, cum, vel
sine aromatibus. Ex his quoque iulep, & syrupus fieri
potest, & succus horum liquidus, & siccus seruari po-
test, eodẽ modo in fructibus prope reliquis, atque adeo
in herbis ipsis facere possis: Est praeter hæc syrupus de
pyris, & succus pyrorum sole, vel igni siccatus, vt in sy-
rupis leges.

M E S V E.

POMA condita confirmant, syncopem, &
cordis palpitationem sedant, condiuntur, vt
citonia.

POMA condita, debent eligi odorifera, & con-
diuntur sicut citonia, tamẽ sunt cõplexionis
frigidae, & humidae in primo, licet in cõplexione
diuersificetur sicut & pyra cũ sũt in maturitate,
vel acerbitate ipsorũ, & dũ condiuntur cũ melle,
vel zuccharo, sunt enim alteratiua superfluae ca-
liditatis,

Missa.

X iij

liditatis,

COST.

CHRI.

SYLV.

CHRI.

Missa.

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

liditatis, & siccitatis in stomacho, hepate, corde, & renibus, sed sunt duræ digestionis, & mali nutrimenti, & maxime cruda, & non condita.

SYLV. **P**OMA condienda sunt odora, hæc vero condita saccharo, partium principium intemperiem calidam siccam emendant refrigerante vi sua, & humectante. odore autem etiam vitalem spiritum instaurant. Quam ergo syncopen, & palpitationem emendent, ex his patet: quanquam deposito cortice, & coctione odoris magnam partem deponant.

M E S V E.

PERSICA condita ventriculum calidum, & cor firmant, sitim sedant, oris fetorē emendant, condiantur, vt cydonia.

CHRI. **P**ERSICA condita sunt frigida complexionis in fine primi, & humida in secundo, & conduntur sicut citonia: stomachum tamen calidū, & cor confortant complexionem ab eis remouendo, & sitim extinguunt, si cum saccharo condiantur.

SYLV. **H**ÆC quod frigida humida odorata sint, imbecillas partes has ab intemperie calida sicca roborant, sitim extinguunt à calida, vel sicca, vel vtraque cā nasci solitam, vt lib. j. simp. c. 30. præcipue cum saccharo condita, vt lib. 7. simp. c. de melle. odore præterea cor ipsum, spiritumque vitalem recreant, & oris odorem tetrum præcipue ex putribus in ventriculo humoribus procedentem tegunt.

M E S V E.

CITRA condita ventriculum, corque roborant, coctionem iuant, oris halitum commendant. Cortices citrorum tam magarum, quam vola manus capere potest, carne purgari lixiuo claro mergantur ꝑ dies nouem, mutatio ad diem quintum: post merge aqua clara, donec amaritudine deposita dulcescant: tunc vase mundo, aqua fontis plurima coquantur, donec teneant, aquosa deinde substantia ab his expressa in vase lapideo mergantur 24. horas, iulepo sufficienti ex saccharo albo, & aqua tripla constante, post coquantur igni lento, ad penidiorum consistentiam. Extracti ex iulepo cortices, vase vitreo reponantur, superfuso singulis vicissim velut incrustandis iulepo rosato ad mediocrem, seu sacchari candefacti crassitiem cocto. Sunt qui ambra, & moscho aromatizant. Datur post mensē.

q' vide, & mutetur super est usq; ad nūm dies semel.

SYLV. **C**ITRA condita stomachum, & cor confortant, & digestionem bonam faciunt, & oris odorem. habent tamen diuersas complexionnes secundum diuersitatem partium eorum. Nam cortex exterior est calidæ complexionis in fine primi. Caro autem eius est frigida versus primum, & humida in primo. pars vero eius magis intrinseca acetosa, & acris est frigida complexionis in fine secundi gradus, & sicca in primo. Grana autem eius sunt calida in primo, sicca autem in secundo. Et eius complexio resultans ex omnibus partibus est frigida, & sicca in primo, licet frigiditas superet siccitatem. Condiuntur

Partium citri cōplexiones. & totum.

antem cortices, cum saccharo, vel cū melle, & sic calefaciunt, & contortant principaliter digestionem stomachi, ac etiā cor ponuntur etiam minute incisi, quando sunt mollicati, seu conditi cū saccharo in confectionibus cordialibus, vt inferius apparebit. Sic etiam conduntur cortices aranciorum solū, cum melle, & illo modo calefaciunt stomachum, desiccant humiditates in eo, ipsum confortando in virtutibus suis, & isto modo multū habetur in vsu, & cortices aranciorum attinent alicui caliditati, & siccitati, sed minori, quam cortices citri. Condiuntur etiā partes carnois, de qua fiant confectiones delectabiles in diuersi formis, & etiam in compositis.

Nuces cōditæ dum sunt virides, & acerbæ sunt frigida, & sicca complexionis in primo. Cum autem ad completam maturitatem perueniunt caliditatem acutam acquirunt in secundo, & siccitatem in primo cum nitrositate quadam, linguam vlcerante, & vntuositate multa. Et modus, & tempus præparationis earum, & cōdiendi eas est dum sunt virides, quia non aliter conduntur quam pira, & poma, vt in litera ponitur aperte: & aromatarij, sint bene docti in præparando eas cum melle, caryophyllis, & alijs aromatibus. & valent ad stomachum confortandum ita, quod a ieiunantibus multum habentur in vsu, sic amygdalæ recentes, & arancia parua præparantur ab aromatarijs peritis.

Quod si virides sunt, & acerbæ sunt frigida, & sicca complexionis in primo. Cum autem ad completam maturitatem perueniunt caliditatem acutam acquirunt in secundo, & siccitatem in primo cum nitrositate quadam, linguam vlcerante, & vntuositate multa.

A D D I T I O.

Modus condiendi citra habetur etiā ab Auic. & Haly, & Serap. Sed & Serapio in proprio antidoto. habet conditum nucum, quod apud multos habetur in vsu ad ea, quæ dicuntur in textu. Vltimo hic describam quoddam electariū mirabile de nucibus, & à quibusdam practicantibus multum habetur in vsu: valet enim principaliter debilitati, ac frigiditati eius renem, & relaxationi matricis, & superflue humiditati eius. Confert etiā fluxui antiquo menstruorum, immo est eius curatiuū aliquali euacuatione præmissa, & confert cuilibet dolori ventoso frigido in nutritiuis, iuuat etiam ad digestionem cibi in stomacho. Et dosis eius est de mane vacuo stomacho à superfluitatibus cibi vsque ad dr. iiii. Cuius descriptio est hæc. Rec. florum nucis vnciam s. anisi vnc. j. feminum agnicalli, foliorum rutæ, calamenti, cyperi, cymini ana vnc. j. s. Ligni aloes, macis, caryophyllorum ana dr. i. Carui, ameos ana vnc. s. rosarum rubearum, seminū lactuce, semina portulacæ, balaustrarum, ana vnc. i. s. sandalorum alborum, & rubeorum, nenupharis an. vnc. i. myrobalanorum chebulorum, & emblicorum ana vnc. s. sacchari q. s. Agnus castus arbor nota non faciens fructū, calidæ complexionis in primo, sicca in secundo, habet mirabilem proprietatē ad desiccandum sperma, prohibes desiderū ad coitum, & virgæ erectionem, & ad suffumigationē eius ad matricē tollit omnes eius appetitus. Et si rami eius sternantur in lecto iuxta renes omnino prohibet pollutionē. Nenuphare, vtinur solum floribus eius, nascitur in paludibus, & aquis dulcibus stagnorum, & sunt frigida, & humida complexionis in secundo, multum confert ad somnum proquo.

fructu

condita

Partium citri cōplexiones. & totum.

Partium citri cōplexiones. & totum.

MAN. C

SYLV. C

CHRI. P

SYLV. H

A D D I T I O.

fructu

condita

Partium citri cōplexiones. & totum.

Partium citri cōplexiones. & totum.

prouocandum secundum omnem modum ad ministracionis. Reliqua vero simplicia sunt superius declarata.

MAN.

CORTICES vel soli conduntur, pulpa abiecta, & calidi sunt, vel sola pulpa extimo abscisso cortice, & frigidis, vel vtrouque. & ferè temperati. SICVT habet.) Ad mediocrem videlicet.

SYLV.

CONDITI cortices hi in cõpositiones cardiacas Cobid recipiuntur, quia cor roborant & calificant. Conditur etiam caro quibusdam idem pollis, sed refrigerat, vt ambo simul condita sint temperata, eodem modo conduntur cortices aranciorum. & li monum, quos vocant, quinetiam ipsi fructus parui toni conduntur interdum. Vt virentes multum nucis, & amygdalæ, & alia pleraq. Lactucarũ, buglossi, carsi, brassicæ, asparagorum, & aliarum herbarum multarum teneri adhuc caules, à multis hodie conduntur, saccharo, & iucundissime eduntur. Semina quoque non pauca, si magna sint, interdum depellata, si parua, quaha tulit natura, saccharo ad syrapi consistentiã cocto, his manu subinde motis, succussis, conficatis paulatim cochleari affuso incrustantur, & ceu testorio quodam vestiuntur, quo modo citri cortice Melues vestit, succussa tamen solim pelui, non etiam manibus versatum: & nos aranci corticem minutim sectum, & cinnamomi vulgaris integimus, & caryophyllam, vocamusque saccharum aranciatum, vel cannellatum. Idem in cortice cucurbitæ sit, carbassatumque vocant. Inter semina veto ferè incrustantur

B

amygdalæ frequentius dulces cum surfure parum terendo siccant, pistacia, strobili, nuclei persicorũ, prunorum, cerasorum, bombacis, coriandrum, anisum, anethum, fœniculum, carum, cuminum, ami, semen agni, cannabis, amõmum, cardamõmum, cardamũ, cardumoni, eruca, erysimum, sinapi, vrtica, cucumeris, cucurbitæ, melonis, citreoli semina, papaueris albi semen, absinthij marini semẽ, quod barbouinã vocat, & semen contra lumbricos. Sed ex his minora manibus subiguntur, maiora pelui succussa integuntur saccharo, primum, vt dixi cocto, ad postremum paulo crudiores, vt laues, & polita sint facie. Fructus, aut saccharo, aut melle, aut ambobus conduntur, interdum integri, & cum seminibus, sed ferè imperfectis, interdum seminibus purgati. Ex fructibus siliquæ nõ pauca adhuc tenera, & virides, ac molles, nondum ob siccitatem lignosæ, & exuccæ conduntur, sic ceratium, casiam Arabum, siliquam raphani, eruca, sinapis, leuicõij omnis, er, simi, cardamomi cuiusdam, à quibusdam conditi videmus. vt gratiora sint, & viribus imbecilliora, quod ante maturitatem decerpuntur: sic & siliquastrum pyramidale dũ viret, quidam condunt, non expectata maturitate per quã iubet semine plano, flauo iura crocante feruidissimo turgida, ventriculo frigido saluberrima, zingiberis conditi vice. Fructus vero alii quibus est plus carnis, frequentius conduntur vt ab exteris, sic à nobis. Externorum autem prius conditaram declarabo, quod pauci sint, & quorum declaratio lucem affert necessariam zingiberis condendi prædictæ humectationi. De myrobalanis ergo conditis dicendum est, post ad fructus nostrates transibimus, in quibus sermo & prolixior, & nobis multo vtilior est futurus. Nam myrobalani conditæ maioris, quam pro merito fieri hodie videntur, quasi pars pretii sit eas è loaginquo venisse, & ob raritatem apud magnates magis in pretio sunt, q̃ ob singularẽ aliquam facultatem, cum nihil aliud, quam valenter adtingere deprehendatur, vt raceam, q̃ aliqui cocti sunt distillatiles, vt nescias, an ventriculo coquendi sui difficultate plus ob sint, quam adstrictione roborando profint. Non addo, plurima ex adstringentibus, immo verius omnia quatenus adstringunt, & proinde siccant, nonnullas ventriculi imbecillitates, vt que ab intemperie sicca proueniunt, cadere, vt Gal. libr.

A Meth. 7. demonstrat. Qua limitatione adhibita, sunt vera, que à Mesue scribuntur.

PRA, Poma, Persica, &c Nunc omnis ferè generis fructus conduntur saccharo, aut melle in palati gratiam. Alij quidem acerbiore, nondumque ad perfectam magnitudinem euecti, nempe quicunque durioris sunt corticis, vt inglandes nucis, pinei nuclei, auellana, vt etiam myrsinica nucis: alij integra magnitudine, ac ferè maturitate, quibus tenerior est cortex, vt cerasa acida, quas amarenas vocant, armoniaca mala, pruna, persica, pira, poma: quoniam etiam ex olerum fructibus cucurbita, melones, ac cucumeres, tum adhuc exigui, tum ad iustam magnitudinem perducti: suum vero in naturam seruantes, valde tamen, coctione saccharo, aut melle refracta, tunc vero ferè abolitam, quoniam maceratione est opus, est autem ea opus, quoniam id quod condendum est, vel duriori est substantia, vt citri cortex, ac caro, vel ingrato sapore prætitum, vt polygona, rilaix, acrior, quam vt sit edendo, vel vtroque modo ineptum. & substantia quam permixtare saccharum condendo nequit, & sapore ingrato, vt nostrates nucis. In condendo citro, cuius meminit, qui aqua stillatitia corticis, aut stromi durante in saccharum dissoluit, sanè ad ventriculum, corque roborandum, ad vrisque emendandum balitum efficax reddet, ad quos vsus lixiuo per dies nouem maceratum, saporeque, & odore proprio spoliatum valere parum admodum potest.

COST.

AND

MAN

SYLV

M E S V E.

ERINGIVM conditum renes calfacit, venereum excitat, flatus tamen vetriculi dissipat, sic autem conditur. Radices eius ample, albæ, tenera, a cortice cineritio, & ligno interpurgatæ, frustra pollicaris magnitudinis sectæ, vno caryophyllo humectato, & particula zingiberis humectat (vt mox in zingibere condito dicam) fracta intus, vnde lignosa portio exarsa est, coquantur in æquali pondere sacchari, & duplo melle, vel melle solo, sed triplo. Cuius addatur aromatum pondus iustum. Datur ab vncia vna ad vncias duas.

Seracul.

† Saccharo re continet. † Specierum alefanginarũ.

DIXI supra quid esset, videri tamen potest ex modo loquendi Mesue, quod ipse aliam rem intellexerit. Nostri pro eo condunt eringium.

MAN.

CVRSIM secacul Mesue interpretatur eringiu, lege in nostris annotationibus in Antidotarium. Que vero aromata & quanto pondere addi possint, ex sequentibus conditis colliges, quamuis & sine his solo melle aut saccharo, aut vtroque condita hæc radix sit odorata Dioscoridi, & gustu aromatico. Datur dormituri, mox etiam à cibo, & ante cibum tuto sumi potest etiam largiore mentura. Radices cynosorchis, & serapiadis, & vtriusque satyri similiter in eodem vsu hodie conduntur. Nam hæc omnes etiam Dioscoridi ad venereum proniores reddunt: Melues autem hæc radices hoc modo condit.

SYLV.

SECACVL Non est secacul eringium, vt alias ostendimus. solet tamen eringium atate nostra illius loco ad excitandum Venereum sumi non propterea frustrato euentu. in quem vsu ad Mesue mentem possinaca vteris eandem virtutem, vt mox subdet.

COST.

MAN

M E S V E.

ZINGIBER conditum intemperiem ventriculi frigidam, & humidam sanant, & ab ea tardam, & deprauatam coctionem, quæ cibos in acidam cruditatem corrumpat. viscerum lubricitatem corrigat, flatus dissipat, alimenti in hepar, & corpus rel.

SYLV

reli.

MESVE DE CONDITIS

reliquum distributionem celerat. sic autem fit. E
Zingiberis recentis, si haberi potest, sin minus, saltē arte humectari pars vna coquitur, vt eringium, cū mellis partibus tribus, & sacchari parte vna. Sunt qui zingiberis humectati, & eringij portionem æqualem simul condiunt, sitque delicatius. quidam præterea cōdiunt aromatibus, alij aliter. Humectandum autem zingiber albū, purum, recens, aqua affusa primum, deinde arena obritum, vt in cepulis myrobalanis mox dicam.

CHR. ZINGIBER habet cum non est conditum quādam humiditatem vltra suam naturalē siccitatem, & ideo conditur, & præseruatur. Cōditur autem cum zuccharo iolo, cum est viride, & præparatur in partibus orientalibus, & illud est melius, licet etiam præpararetur, & condiatur dum est siccum, sed non est sic delectabile, nec iuuatiuum. Et vsus eius est magis conueniens in hyeme, quam in æstate, & magis senibus, quam iuuenibus, & ab ipso caueant febrientes, & habentes renes, & caput calidum.

MAN. ZINGIBER conditum ex Ægypto adfertur, & viride vocant.

SYLV. ZINGIBER viride, nobis etiā vulgo dicitur. quia recens saccharo conditum, ob hæc delicatius affertur ex loco natali Arabia, & Troglodytica in Ægyptum, & inde ad nos. Hyeme, & seni est, & aliter frigidis salubre, calidis natura aut morbo, & æstate, est noxium.

COST. ZINGIBER. zingiberi quod apud nos iam aridum conditur, non est gratia, quæ condito quom est recens, sunt tamen qui nostrum ad calcificandum valentius esse existiment, superfluo humore, qui recenti merat, iam assumpto, quare etiam acrius videtur nostrum externo. Ceterum quia dum maceratur ad condiendū, alieno humore imbuitur, danāū non puto quod a. n. c. nisi forte in decocto Zingiberis ipsimet Zingiber fuerit maceratum. Sed neque acrimonia condito nostrati maior inest, licet cum substantia duritie (quæ, ne celeriter mandatur, efficit) suam acrimoniam magis, quam recens primo gūstati ostendat.

MESVE.

DIAZINGIBER, idem pollens quod zingiber conditum, sic fit. Sacchari albi partes octo, mellis albi partes quatuor. Saccharum aqua & melle solutum coquatur quantum necesse. tunc zingiberis boni, albi, leuissime puluerati partes tres curiose misceantur.

MAN. VIDI ex puluere aridi, & saccharo parari veluti offas, sfficaces in calcificando ventriculo, & inflatione, discutienda.

SYLV. ELECTARIUM hoc fuerit, vt vocant, tamen ob rei affinitatem & virium conditis iunxit. Potes etiam saccharo in aqua soluto, & cocto puluerem hūc comprehendere, & in offas, aut tabellas, vt vocant, formare, idque ventriculo frigido fuerit salubre, & inflationi discutiendæ.

MESVE.

RADIX pastinacæ idem potest quod radix eringij, & similiter conditur.

Tragopogon Græcè, pastinaca latinè. Condiuntur etiā elixa cum melle & aceto. & non inutiliter ad mensas venit.

CONDITVR etiam ex melle & aceto elixa, sicq; in mensas non inutiliter venit. alij quoq; aliter. Radices etiam dauci, cari, fefari, raphani, panacis hortensis, apij, & similiter calidæ, in pituitosis hominibus idem præstant etiam tantum frixæ, vel ex iure carniū, aut cum butyro largo coctæ. Quin & raparum, & naporum radices ex paucis aromatibus condita, & sumpta, viribus sunt proximis, ari, draconitii, assatorum, bryonix, in dos hermodactylorum, gentiana, asphodeli, præonia vtriusque radices conditæ fuerint efficacissimæ. Eleuui autem radix saccharo, aut melle condita partes nutritorias roborat, obstructa liberat, petti resistit. Haftenus radices domesticæ, quas vires condita habeant, dictum est: nunc exoticæ sunt dicendæ.

RADIX. Pastinacam cum secacul pares habere vires scribit, quo eam quoque status ventriculi dissipare, renes calcificare, & excitare venerem putat, quæ illi munera tribuebat. at pastinacam tamen status excitare, & ex nomine conferre ad venerem apertum est. Ceterum licet pastinaca sponse sua excitet status, qui partibus ventriculo inferioribus communicati tentiginem faciunt; additis tamen aromatibus ijs, qui in condiendo secacul veniebant, cum statuum procreatione ventriculum quoque calcificare apte potest, & præstare cetera, quæ illud præstat.

MESVE.

ACORVS conditus cerebri, & neruorum affectibus confert. conditur, vt eringium. Quin & singulis eius partibus duæ eringu boni adduntur.

ACORVS conditus confert multum egritudinibus frigidis neruorum, & cerebri, & paralyti, & similibus, & modus condiendi est, sicut dictum est. fit tamen ex acoro electarium pretiosum, quod vocatur diacorus. cuius descriptio ponitur à Mesue in par de appropriatis, sum. iij. capi. de egritudinibus neruorum, vbi pro eius descriptione, virtutibus, & operationibus, nunc est recurrendum. & illud electarium est multum in vsu, & valet multum mollificationi lingue diu in ore retentū, sicut debet fieri in omni electario, quod assumitur pro passionibus capitis, vt fumi, & vapores possint commode euaporare ad cerebrum.

ACORVS vulgaris non est verus acorus, sed radix axytis, vt constat ex pictura vtriusque apud Diosc. quandoque suspicatus sum radicem, quæ à speciatiss calamus aromaticus dicitur, esse veram acorum.

ACORVS Indicus iam notior, & galanga maior dictus sumatur, non nostras palustris. Frigidis cerebri, & neruorum affectibus saluber est sumptus, & ore diu retentus, qualis vsus est rectus eorum, quæ his capitis affectibus prodesse volumus, vt inde vapor in cerebrum prompte tollatur. Idem pollet electariū diacorum à Mesue descriptum in sua praxi, capite de affectibus neruorum. Nostrum tamen acorum officinæ conditum habent, sed inutilem omnino censemus ad neruorum, & cerebri frigidos affectus. Quapropter dammandus est, atque abijciendus, ne post hæc medici parum periti hallucinentur, & eius vsu ægros prodant, ac in sumptum non necessariū conijciant.

ACORVS

COST. **A**CORVS. Pro acoro, siue galangam, siue cala-
mum aromaticum quis condiat, cerebro & neruo-
rum affectibus uile parabit conditum. Verum, quia hęc
auida afferuntur, maceranda sunt, licet macerationis
Mesue non meminerit in condito ex secacul, ad cuius ra-
tionem acorum condiri iubet. Nostrium autem vulgatum
acorum, quamuis non omnino inodorum, aut insipidum,
quia tamen paludem refert, prorsus omittendum.

M E S V E.

SACCHARVM rosatum, ventriculum, &
cor, & viscera reliqua firmat, ipforumque
intemperiem humidam emendat. fit au-
tem sic. Folia rosarum albarum, vel ru-
brarum nondum perfectarum in umbra siccan-
tur, donec ipforum humiditas excrementosa
resoluatur. teruntur tunc in mortario lapideo.
additur sacchari albi triplum. reponuntur vase
vitreo, aut vitriato pergamina operculato. men-
sibus tribus insolantur in die saepe agitantur, soli
auferuntur, seruantur. Sunt qui rosas omnino
imperfectas condunt, ut valentius adstringant.
Sunt item qui rosas non terunt, sed forficibus in
cisis cum saccharo manibus curiose confricant,
post insolant.

CHR. **Z**UCCHARVM rosatum est multum in vsu
in processu febrium acutarum de materia
subtili cholericam permixtum cum aqua frigida.
prohibet enim vehemens incēdium in eis, sitim
extinguit, & resolutionem spirituum prohibet,
maxime dum est recens. Non est autem conueni-
ens, ut quidam practitantes ignorantes ipsum
exhibent, in principio febrium, stantibus oppi-
lationibus, & materia cruda. Et dosis eius esse po-
test, vsque ad unciam. j. s. cum vno cyatho aquae
frigidae tempore congruo. Et antiquatum con-
fert phthisicis, sanguinem, & saniem reijcienti-
bus, vel expuentibus in quacumque summa & pon-
dere, ut recitat Auic. x. tertij autoritate Gal. de
quadam muliere, quae cum solo zuccharo ro-
sato ex phthisi curata fuit, dicens, quod ipsa as-
sumpsit pondus incredibile. & distemperatum
cum aqua hordei confert fluxui dysenterico, &
similibus passionibus.

MAN. **N**UNC sunt alij modi faciendi zuccharum ro-
satum. pulchrius enim & suauius fit ex succo rosa-
rum in formam placetarum saccharo redacto, quod
& vim quandam retinet ciendae alui. amouendi tamen
semper sunt a rosis vngues.

SYLV. **C**VM agat hoc loco Mesues de floribus saccha-
ro, aut melle conditis ad dulcorationem, & co-
seruationem, rectius rosas saccharatas, aut mellitas
appellauerit, & eodem modo violas, & flores buglossi,
& rorismarini saccharatos, aut mellitos, vel ut hodie
omnes appellamus, conseruam rosarum, violarum,
buglossi, rorismarini, quam saccharum, aut mel rosa-
tum, violatum, buglossatum, rorismarinatum. Quin-
& hodie aliter nobis fit horum sic appellatorum vnum.
quodque. Nam rosas tantum rubris exungatis recen-
tibus tritis in mortario lapideo duplum sacchari ho-
die miscemus, mox citra insolatum reponimus, vase
tamen non ad eumulum repleto, ut feruendi sit locus,
nec foras exiliat. Saccharum rosatum fit saccharo solu-
to in aqua aequali rosatum albarum, vel melius in succo
rosarum rubrarum exungularum, & cocto ad iustam
consistitiam. Id vero postremum vires quasdam alium
mouendi retinet. Sunt qui saccharum in aqua infuso
nis, aut coctionis rosarum rubrarum siccatum solutum

Acoquunt, sed hoc, ut praecedens rubrum est, & tanto
praestantius eo, quod ex aqua rosarum fit albu, quan-
to rosae rubrae etiam a Mesue albis praefertuntur. Intem-
periem calidam emendat, & partes, spiritusque a ca-
lore dissolui periclitantes cogendo firmat, praesertim
recens, & sitim extinguit: ob haec febribus biliosis iam
coctis prodest ad rescuciam, cum aqua frigida tri-
plo: initio autem obstructionum, & cruda adhuc ma-
teria, nocet. Antiquatum vero sanguinis sputo, & se-
quenti hoc sputum phthisi prodest, ut mulier quaedam
largo huius vsu, a phthisi perianata narretur quorundam
testimonio. Idem aqua hordei dissolutum dysenterias
lenit. Rosas tum siccas, tum recentibus, tum harum suc-
co, & aqua ambarum quoque decocto, vel infuso va-
rie vitur, ut in syrups praecipue audies. Rosas autem
rubras intellige, nam albis non vitur nisi destillatis,
dum recentes sunt, quod sicca nihil oleat, contra
quam rubrae. Sunt praeterea qui rosarum, & aliorum
florum conseruam faciant ex folijs florum purgatis,
non tritis, saccharo optimo, & siccissimo puluerato
alternatim instratis, deinde insolatis, coque gratissi-
mam, quod tritura floribus odorem fere auferit, vel
saltem minuit.

COST. **Z**uccharum ros. Qui rosas nunc condunt, non (ut
iubet Mesue) eas arefaciant, sed recentes, ubi un-
guem absciderint, celerrime contundunt, ac saccharo al-
bo commiscant, ad consistentiam syrups perducto. admi-
randum ergo non est, si sacchari rosati vulgaris vsus non
ita ventriculum confirmat, ut de eo Mesue pollicetur. ab
humidiori profecto rosarum recentium substantia terre-
narum partium vis retinetur, quarum desiccandi, &
corroborandi est munus. Et elegatia quidem vulgare illi
praestabit, quod ex aridis fit rosas: pharmacopoeorum tamen
esset, rosas ea quoque ratione parare, qua hic praecipit.
Ad huius emulationem nunc quidam elegantissime in-
tegram condunt rosam, nempe ubi in umbra aruerit, sac-
charo ad consistentiam decocto immergunt, distinctisque
priusquam refrigeretur, stylo ligneo eius foliis reponunt
ea soliditate, qua non inficit manus. Interdum etiam non
ineleganti, neque ingrato vsu, saccharo rosaceo subdu-
cendi alui, ac si reuere etiam purgandi facultas concilia-
tur, dissoluto saccharo ex senna, aut alterius rei purgan-
tis decocto.

M E S V E.

SACCHARVM violatum bilis incen-
dium, sitimque extinguit, aluum subdu-
cit. fit ut rosatum, nisi quod violae paulo
diutius, & in umbra siccae, & cum sac-
charo insolanda.

CHR. **Z**UCCHARVM violatum est magis infrigi-
ditatum, & extinctiuum sitis, & caliditatis,
qua rosatum. sed non est sic delectabile. & praepa-
ratur, ut rosatum. valet etiam asperitati, & sic-
citati gutturis, & cannae pulmonis, linit enim &
alterat, & aperit vias illas. vnde confert in synan-
chia cholericam, & in pleuresi, & similibus passio-
nibus. Et dosis eius est vsque ad unc. j. cum aqua
hordei. vel sume ipsum paulatim lambedo. Vbi
utiliter est notandum, quod sicut iam rosae, quam
violae, conduntur cum zuccharo, ut apparet in
litera, sic etiam & multo magis cum melle, & sic
habent diuersas operationes efficere, sicut mel a
zuccharo differt in complexionem. vitur autem
melle rosato sicut dictum est superius in diamu-
sco, sed melle violato tantum in dysenterijs ad
alterandum, & abstergendum phlegma, cum
alijs,

M E S V E D E C O N D I T I S

alijs, quæ ponuntur, vt inferius patebit, & apparebit.

MAN. **I**NDICENT tamen viola &c.) Dubium est mihi hoc, siquidem vis earum facile resoluitur, quare potest addendum negationem vt scilicet intelligamus, non esse soli exponendas, vel longo tempore adferendas.

SYLV. **V**IOLARVM humiditatem excrementosam siccâdo vult absumi, vt in simplicibus docuit, quâquam sunt qui putant ob id quod vim earum facile resolui indicant, minus diu siccandas in umbra, & insolandas. Valentius refrigerat quam rosatum, sed ingratus. Fauces item & asperam arteriam lenit & dilatat, ob id biliosa cynanchæ, & pleuritidi salubre est, si per se paulatim lambatur, vel eius vncia vna cum aqua hordei paulatim sumatur. Horum violæ nigrae, seu purpureæ florum vsus est etiam in melle violato, & syrupo violato multiplici. Flores violæ nigrae recetes cauda, & viridi cœu calciculo purgati, in mortario lapideo triti duplo saccharo miscentur, max vt. conferua rosarum reponuntur, aut cum Mesue triplo saccharo, aut melle. Efficacius fit saccharum, & mel violatum ex violarum recentium succo, aut infusione multiplici.

COST. **Z**uccharum violatum. In hoc parando sunt, qui rotum violæ florem detractio pediculo sumant, quos ex Mesue redarguas, qui rosarum more conditi violas scribens, vt violarum sola foliola detractio calice, cui insidebant, condiantur, etiam monet. Et est sanè huius ad hunc modum parati sacchari maior gratia in sapore, odore, colore, licet vbi calix simul contunditur, quod ea pars insipida, & inodora frigidior est, & humidior, efficacius eos præstare vsus posse videtur, ad quos hoc saccharum commendatur. Verum quamcunque partem condendam sumptis, monet Mesue, vt viola quando recentes inutilis succi plurimum habent, antequam condiantur, staccescere paululum in umbra permittantur, id vero magis, quam quum condenda sunt rosa. Esse tamè suspectum hoc potest, quoniam, quum ad bilis incendiū, sitimque restinguendam, atque ad leniendam aluum redundans ille humor plurimum momenti habere possit, curandum est, vt non modo magis, sed longe minus arefeant, quam rosa, quarum vis firmandi viscera, humidamque corrigendi intemperiem ariditate adiuuatur. Sed vereatur fortasse Mesue ne cum tanta humoris copia violaceum saccharum situm contrahat, ac corrumpatur. ob id enim, vt postquam conditum est, diutius insoleatur, monet.

M E S V E.

SACCHARVM buglossatum cor ipsum roborat, eiusque tremorem, & syncopem sanat, maniacos & melancholicos iuuat. fit vt violatum.

CHRI. **Z**UCCHARVM buglossatum. accipiuntur flores, & condiantur cum zuccharo, & est multum in vsu tale zuccharum. Est enim multum conueniens debilitati cordis, & ipsius tremori, & omnibus passionibus melancholicis, resistens superflua resolutioni, & calefactioni, maxime permixtum cum zuccharo rosato, margaritis, corallis, & alijs cordialibus medicinis, de quibus dicetur inferius. Et dosis eius est vsque ad vnc. j. Et eodem modo preparari poterit zuccharum melissatum, & valet sicut illud, non est sic in vsu.

MAN. **V**ERA buglossus dicitur, quam nostri vulgo boraginem vocant, quæ tamen in antiquo herbario Apuleio adscripto, corago vocabatur.

DATVR ad vnciam vnam per se, miscetur autem sepe alijs cardiacis, vt saccharo rosato, margaritis, corallis, & similibus. Similiter fit ex floribus boraginis etiam recentibus, & capitulo, cui inseruntur purgatis, in mortario lapideo tritis, addito sacchari duplo, aut cum Mesue triplo.

Zuccharum buglossatum. Sunt & boraginis florum sola sumenda foliola, vt in violis. asperior enim ille apex, qui in medio flore insidet, & calix, qui solus ambit. si simul condiantur, minus gratum conditum reddunt. neque tamen si detrahantur, quidquam illius detrahunt facultatis, quam illi hic auctor ascribit.

M E S V E.

SACCHARVM rosinarinum cor, ventriculum, cerebrum roborat, flatu pellit. fit vt rosatum.

ZUCCHARVM Malchilil. i. boraginat. quia factum cum floribus boraginis est multum in vsu. Et valet sicut zuccharum buglossatum. Et istorum duorum sæpius fit admixtio simul. Et sic habetur in vsu, & maxime in passionibus superscriptis in zuccharo buglossato. Et dosis eius est eadem cum illa.

A D D I T I O.

Zuccharum alchilil, id est zuccharum quod fit ex floribus rosinarini, quæ alio nomine corona montis vocatur. Simon lanuensis in suis synonymis dicit Alkelilgebel. id est rosmarinum, & est species libanotidis.

LEGE Alchilil, & est rosmarinus. Appellat autem confectioem, quæ ex floribus eius paratur, dianthos. Solent tamen aliud parare, secuti Nicolaus, cui aromata multa adduntur.

FIT ex floribus rosinarini, & harum partium intemperies frigidas suo calore corrigit, quo etiam flatu dissipat. Saccharum quoque cichoriatum fit, seu conferua florum cichorii recentium ad partium nutritiarum intemperiem calidam, & obstructions. Fit item ex floribus persici chologoga, & hydragoga. ex floribus saluæ ad frigidus affectus cerebri, & neruorum, & floribus genitæ nostratis ad obstructions renum. In his sacchari condituris, & in sequentibus ex melle his respondentibus singulis libris sacchari, aut mellis adduntur rosarum, violarum, & aliorum florum vnciæ iij. vt triplum fit saccharum, & mel. hodie autem fere duplum tantum miscent, vt fit valentius, licet ingratus. Quinetiam flores capparis sale conditi seruantur, & flores genitæ nondum aperti aceto, & sale seruati primis epulis capparum loco sumuntur, magno successu nec ingrato sapore.

Saccharum rosinarini. Rosmarini flores conditos dianthos vocant excellentia quadam, qua reliquos ferè superare videntur, tum quia sui parte omni odore, & sapore præstant amplius, quam ceteri; tum gratia, atque vsu. Eadem diligentia hic quoque vt in superioribus detrahendum est quidquid præter foliola illa summa superest. licet enim partes eius floris omnes sapore, odoreque præstant, duriora tamen reliqua sunt, & concellu difficiliora, & minorem cum palato gratiam inueniunt. Nicenum dianthos præstantissimum est. Qui venticij alibi de hoc parant, vbi deteriore florem hunc regio parit, si saccharum ex aqua eorundem florum stillatitia, vel ex decocto dissoluerint, plurimum illi roboris comparabunt.

M E

MESVE DE CONDITIS

ctarijs, de quorū numero quādam sunt delectabilia, & quæ ad gustū horribilia: & quare dictū sit Loch, dictū est superius. Pro cuius intellectu est aduertendū, quod vna, & eadē descriptio potest reduci, & preparari, si fiat cum zucchero in forma cōfectionis, in forma electarij, & in forma loch, differunt tñ in modo substantiæ, & quodāmodo in modo operationis. Nā per vltiorē, vel minorē decoctionē, & admixtionē quorundā viscosorum fit in eis variatio sensibilis, & manifesta: Requiritur enim ad cōfectionem construendam maior coctura zucchari, vt per ipsum induretur, ad electariū vero minor. ad loch autē multo minor, omnibus, sed in ipso loch, vt plurimū quādam viscosa ingrediuntur, vt adherentia faciant in ipso meri. Sed coquitur quidem loch modicum plus quā iuleb, & minus quā electariū. vt mur. n. loch solū in passionibus pectoris, & pulmonis, & in illis quæ sunt, in meri. Cōfectionibus autem, & electarijs generaliter vtitur, in quibuscunq; passionibus, & in quibuscunq; mēbris existant, vt declaratum est superius. Plura autē loch sunt cum melle, quā cū zucchero, quia fortius abstergit, aperit, adhaeret, & caetera.

SYLV.

ECLEGMA id est linctus, thoracium, & pulmonicum est praesidium, ex medicamentis ferè dulcibus, & tergentibus, ac etiam glutinosis. interdū amaris, & acris (quæ valida sunt) parcius coctis, quā electario liquido, vel solido conueniat. Hæc autē humore multo in rem, praesentem idoneo sunt diluenda: praesertim cum crasso, & lentum pus aut pituita similis ex thorace, aut pulmonibus educenda est. Quæ enim consistentia sunt. vt aspera arteriæ affectibus quibusdam conuenire possunt, ita crassa, & lenta thoracis, & pulmonis extremēta magis molestantur, quā promoueant.

MESVE

Loch de pino

ECLEGMA ex pincis nucleis, tñsm antiquam, sputum glutinosum, asthma, & spirandi ex partium spiritalium angustia difficultatem iuuat. Recipit vero nucleorum ꝑ drach. xxx. amygdalarum dulcium, auellanarum assatarum, tragacanthi, gūmi Arabici, glycyrrhizæ, & succi ipsius amyli, adianti albi, rad. ireos, ana dr. iij. carnis daulyorum ꝑ fuuorum dra. xxxv. amygdalæ ū amararum dr. iij. ꝑ sapæ vuarum passarum, sacchari albi, butyri recentis ana ꝑ dr. iij. mellis q. s. fume velut lambendo vnc. i.

ꝑ drach. xxx.

ꝑ X Arum. ꝑ melle pas. salarum. ꝑ dr. iij. q.

CHRI.

LOCH de pino est multū in vsu, & vbique praeparatum reperitur conferens secundum praesentē descript. lenibus, & antiquis tussiteribus, & alijs, in quibus materia phlegmatica continetur in pectore, & pulmone. Est enim conueniens ad viscositatem sputi, & ad difficultatem anhelitus, seu asthma factum ex materia cruda, & debet in ore pro cura illarum passionum teneri, & paulatim lambendo deglutiri, & maxime ieiuno stomacho, & dosis eius est pro qualibet vice dra. iij. & eius complexio est calida versus primū, cum pauca siccitate. Quū dicit auellanarū assatarum, reperiuntur domestica, & syluestres, domestica tñ sunt meliores, & sunt calida, & siccē in primo cum ventositate quadam; assatæ autē sunt sicciores. amyllum est succus frumenti inspissatus non bene maturi, & est calida, & humida cōplexio-

nis versus primum. Mellis passularum, id est in quo steterunt passula amotis nucleis earum. **H**O C apud omnes paratur. MELLIS passularū. **M**A N. i. in quo bullerint passula vique ad liquationē. **S**V MATVR quasi lambendo vnc. j.) Errant nostrī medici, exiguum quid iubentes homines horum deuorare **Z**VCCHARI tabarzet. & paulo post mellis tabarzet.) Dubitari ergo potest in quo differant. Dicendum per mel intelligi succum ipsum, ex quo per cocturam fit saccharum, quod tamen nondum exiccatum fit. Zuccharum vero, id quod iam plene exiccatum est. Serapion conficit cum melle.

SYLV.

EIVS eclegmatis semuncia ore contenta, paulatim deglutita portione sui liquidiore in pulmones deuiuat, pituitaque multā crassā, leniā incidit, tenuat, terget, ob id habile expul reddit, ac etiā pus. Quapropter pulmonis, & thoracis affectus ab illorum quantitate, vel qualitate natos curat, vt empyema, asthma, spirandi difficultatem ob plenas pure, vel pituita asperas arterias, & pulmonis carnes. peripneumoniā quoque, & pleuritidē iuuat declinante iam febre, calfacit. n. ad primum gradū, & siccat. Praestantius aut multo fiet (vt dixi) si a postemate thoracico diluatur, vel pituita vulgari, aut decocto hordei, vel brassicae, vel simili, vel hydromelite, vel oxymelite, nisi vicus, aut tussis adsit. Mel tabarzet album potius, quā cū Manar succus ipse, ex quo per cocturam fit saccharum, quod si album est, tabarzet quoque vocant. Serapio conficit cum melle. Farina etiā seminis lini torrefacti, vel nō tolli, cum melle optimum est eclegma tussis puerorum. Hæc eclegmata, quæ etiam inuicem misceri possunt, proscopis medici varijs, hodie magna parte intercedunt, & ex hypoglottide alba, saccharo Cado, electario diagraacanthi, & syrups pulmonicis, & thoracis eclegmata sūt à medicis, forte, quod antiquate hæc vires suas, & saporis gratiam amittunt, vel quod cōpositis nō fidunt. Eclegma de alijs brassica, radice rum quædam in Nicolai antidotis postea describemus.

CHRI

COST.

ECLEGMA. *Vt strobilos, amygdalas, & reliqua* **C**ost. **I**n hoc eclegmate esumpta vt qua praedita sunt leniendi, coquendi, & detergendi ad vetusta tussim, quæ ex crassioris pituitæ sic copia conferre posse ceruū est, ita gūmi, amyli, & palma nū fructus substantia, quæ admodū lenta sunt, crassifacere potius sponte sua possunt. Sed hæc superioribus ad eorum vniendas, & seruandas vires adduntur, vt quæ efficiunt, ne in ore contenta tā prompte liquescant. Quū autē hic adiantū sumit, an eo arido, atque in puluere redactū vtendū sit, an recenti, atque integro in melle, in quo excipienda sunt reliqua, incolo, non constat. sed vere, quū ad attenuandū, detergendūque, atq; res ad ressecandas sputo vias hoc paratur medicamentū, non nisi recens, atque integrū ex vsu est: recens quidē, quod aridum vim habet astringendi adnotante Mes. lib. simpl. integrum autem quod facultas attenuandi, quæ in superficie sita est, vt contundendo terendoque exoluatur necesse est. Sed & pro melle passularum, quod hic itidem quarit vna passa cremorem quæsiq; melligenem ex pinguis simis passis exempto gignit per diu in aqua maceratis, & decolis expressum potius, quā quidpiam aliud intelligi existimo, nam melle omnia postremo excipit.

MAN

SYLV.

MESVE



ECLEGMA papauerinum iuuat tussim, & gatturis asperitatem a catarrho calido, tenui (quem sputum liquidum indicat) eum enim coquit, & crassat. confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi. Recipit autem papaueris

Loch de pino

COST.

paueris albi drachm. xxv. amygdalarum dulcium depellatarum, nucleorum pineorum, gummi Arabici, tragacanthi, succi glycyrrhizæ ana dra. x. amyli, feminum portulacæ, lactuca, cydoniorum, ana drachm. iiii. croci drach. j. penidiorum alborum vncias quatuor, syrupi papaueris præsertim albi, & nigri cum semine lactucæ, & violis facti. q. s.

A drachmarum duarum pondere eius semina assumpsere. si supore corripit quandoque accidit.

M E S V E.

DIACODYVM Galeni simplex catarrhum à cerebro in pulmones tenuē, & inde natam tussim, & insomniam iuuat. Sic paratur. Capita decem papaueris magnitudine mediocri, & humidorum, ac sicco: in media, in aqua † pluriā sextatio vno macera † (ad biduum,) si autem sint sicciora, diutius: si humidiora, horas 24. post coque ad ipsorum dissolutionem, seu ad duarū aquæ partium consumptionem, cola, & cum sapa dimidio prunis pereoque, si catarrhus tenuis in alperam arteriam, pulmones, thoracem, impetum minatur, & insomniam, tunc enim mel, quia sua acri substantia tenuat materias, noxium est, cum hæ sint nimis tennes. Cum vero materia largior in pulmone, vel thorace collecta, est tergenda, & tenuanda, & habilis ad expuitionem reddēda; mel miscendum, quod prædicta præstat, & præterea dormire facit, si ambo scopi concurrant; mel, & sapa miscenda. Datur autem drac. j. aut plus minus, si affectus postulat, ore retinetur, & quantum eius est salua solutum, cum ea paulatim deglutitur. Si autem per id nature impetum vis sistere, & sanguinis reiectionem à visceribus thoracis, cuique huius libræ miscebis, acaciæ rubræ, hypocistidos, myrrhæ, croci, balaustij, ana drachm. j. † ramich, drach. iiii. vt. Sunt, qui diacodyum simplex loco mellis coquunt cum penidijs, alij cum saccharo. Vbi autem affectus magnopere calidus est, ac mordax; fit ex capitibus papaueris nigri ad quinquaginta, interdum ex albo simul, & nigro, addendo tunc loco mellis penidia, aut saccharum.

Confectio de tussu.

† Vel fontana per tubos plumbei non defluentis. † Vultu, diem ac noctem, si sint succiati.

† ramich. in trachifas.

A D D I T I O.

LOCH de papauere secundum intentionem Mesue est diapapauer, sed secundum intentionem medicorum, aliud est diapapauer, & aliud Loch de papauere, tamen vnum pro alio potest dari, ipse Mes. in sua practica habet plures descript. loch de papauere, quæ non sunt in vsu.

MODVS confectiois, idest compositionis CHRI.

Mode lacur secundum intentionem Gal. & vocatur diacodyon, multum habetur in vsu licet non reperiatur vbi Gal. eam descripsit, dicitur autem lacur, quod græce idem est, quod papauer, nam magna pars papaueris ingreditur. Et habet, quasi eadem virtutes, & operationes, quas habet supra scriptum loch dictū diapapauer, & eodem modo, tempore debet sumi, sicut illud; principaliter tamen confert his, qui insomniam, & vigiliarum instantias patiuntur, & catarrhi descensum subtilis, & acuti ad partes pulmonis. Et conuenit tussis sicce, extenuatis, & consumptis, & eius complexio est frigida versus primum, & sicca infra primum cum stypticitate manifesta. Cuius hæc est descriptio. Recipe decem capita papaueris, & aquæ sextarium vnum, & est pondus lib. ij. s. aut iii. lib. in medicina, quandoque reperitur sextarium olei, & est pondus lib. i. quandoque reperitur sextarium mellis, & est pondus lib. iii. Et prohibet eius confectioem cum melle, sed vult cum zuccharo, quia mel multum calefacit, & subtiliat, & plus acuendo materiam fluere facit. Hypocistidos, est succus barbæ hircinæ.

A D D I T I O.

Mes. inquit, quod confectio de lacur secundum M A N. intentionem Gal. est diacodyon purum, & sic est secundum veritatem, ipse vero Gal. traç. 7. mya. Mesus. Y mi.

CHRI. **L**OCH de papauere, seu diapapauer est multæ utilitatis, & efficacæ in materiis calidis, & subtilibus catarrhosis, & maxime salis, & acutis, & quæ à capite fluunt ad guttur, & ad pulmonē, inducendo asperitatem cannæ, & caliditatem in ea, & summe confert tussis sicce ex dictis causis, lenit enim partes illas materias in crassando, vnde prohibet fluxum earum ad pectus, est etiam somni prouocatiuum, vnde virtus confortatur, prohibet enim ascensum vaporum acutorum ad caput in febribus, vnde multum conuenit eis, & doctis eius est vsque ad drach. iiii. omni tempore paulatim lambendo, sed melius vacuo stomacho. Saluo cum quæritur somnum prouocare, vel materiam subtilem in capite contentam in crassare. In his enim duobus casibus, rectum est assumere de sero vna hora post cibum, & eodem modo de mane sumpto prandio. Et eius complexio est frigida versus primum, & humida in ipso. Simplicia autem ipsum componentia sunt superius declarata.

MAN. **H**OC quoque solet ab omnibus componi. ET sic proprie. Non ex hoc componunt, sed ex eo, qui inter syrpos nominatur.

SYLV. **I**N catarrho calido tenui (qualis est salis, & amarus, & acer) in pulmones procumbenti, & tussis indæ sicca est efficac multum. Nam crassat ab eo materia expui potest, quæ prius ob tenuitatem tussis elidebat, nec spuebatur, prohibetque nouam affluere: somnum item conciliat, tum refrigerando, tum in febribus calidos vapores in caput tolli prohibendo: frigidum enim humidum est ad primum gradum. Sumitur lambendo ad drach. iiii. hora j. aut circiter à cæna, si somnus quæritur, si vero materia tenuis in capite contenta est, crassanda etiã hora vna post prandium, ad prædictos vero affectus, horis quibuslibet, ante cibum tamen rectius sumitur, dicta prius quantitate, nec admodum sape, ne ventriculum offendant præsertim frigidum humidū. Cum syrpo papaueris fit hodie, non cum isto à Mesue hic obiter descripto.

COST. **P**APAVER. S. vsus simplicissimus est eius seminum esus, & in calidioribus varijs regionibus frequens, quoniam, & ex eius semine ad dimidiam circiter unciam confuso, & ex lactuca aqua, liquoreve alio expressa lactea substantia ad somnum, febres, & distillationes saepe vsurpatur, adduntur, & alia ad varios vsus. Nigri papaueris vsus ad actiorem distillationem magis, quam albi iuuat: sed non aque eius: vniuersus est vsus, nam & ex eo optimum inter narcotica valentissimum conficitur, & qui

AN.

LV.

OST.

me.

MESVE DE LOCH

mir. habet diacodion, & ibi docet cōficere secundum varias intentiones, vt docet hic. Mesue ipse tamen c. de phibisi quasi in fine habet confectio- nem de iacur: sed multum differt ab ista, nec est in vsu. Nicolaus in suo antidot. habet diacodion, quod similiter in vsu non est. Auic. 3. can. fen. x. c. de tussu habet descrip. medicaminis diacur. Alexander similiter iatros in secundo lib. habet confectio- nem diacodion. item Serapio in proprio antidot. habet descrip. diacodion simplicis, & compositi, quæ non differunt ab ista Mes. nec a descriptione Gal. posita loco supradicto. Mes. tamen in additionibus presentis descriptionis de iacur, habet rubeam, per quam intelligere debemus rubeam tinctorum, habet etiam heufistidos siue haufistidos, & est succus plantæ, quæ dicitur barba hircina, ergo est hypocisthidos.

MAN. **R**ECIPE decem papauera.) Melius est recipere ea, quæ nondum dura sunt, nec tamen valde mollia, quæ enim siciora sunt, parū habent succi, quæ humidiora, multum quidem sed incoctū, propterea & quæ in locis humidiorib. orta sunt repudiāda. Sint autem magnitudine mediocri: si enim maiora sint, aqua erit augēda: si minora, capitū numerus. **AQVAE** (sextar.) id est. *z. s. luv.* ET sit aqua pluuialis) Galenus, vel fontis, non per plūbeos canales defluens. **TYNC** decoq; ea vsque dum discōcta sint.) Galenus veluti marida. ET aquæ duæ partes.) Hæc verba sunt superaddita. Oportet aut, vt misceatur ex rob quantitas) Sitræ, vel vino cocto, vel dulce. ET non conuenit in hac intentione mel.) Galenus, misceri autem oportet huic pharmaco dum coquitur glycyrrhizam, vel succum eius. ET si velis medicamen abstergens, tunc mel est conuenientius.) Adde ex Gal. sicut enim his, qui somno egent, melius est ea, quæ sit per sitræum, ita his quos oportet expuere, ea, quæ per mel optima, quoniam materias, quæ sunt in pectore, ad expellendum habilitat, dabis autem alteram earum, cui opus esse cognoueris. ET quandoq; sit medicamen ex vtrisque.) Ex eo scilicet, quod per mel, & ex eo, quod per sitræum paratum est. Adde ex Galeno, & si æquales fuerint intēiones equaliter miscebis, si inæquales, inæqualiter. **DOSIS** eius drac. j. Gal. duo cochlearia magna, vel plus, vel minus iuxta ætatē, horam. Si omnia ad frigidum vergēt, dabis minus, si ad calidum plus. Respicies quoque de- stillationis quantitatem, & qualitatem. SI autem velis.) Hæc Crito. **HEVFISTIDOS.**) Lege hypocisthidos **BALAVSTIAE.**) & Ramich.) Non hæc Crito.

SYLV. **E**CLEGMA hoc viribus, & vtendi modo conuenit cum papauerino. Est autem scriptum à Gal. lib. 7. c. ph. p. inter arteriacas antidotos, vbi varias eius compositiones etiam ab eodem factas deseribit ad scopos varios, aliqui enim diacodium simplex cōponunt ex capitibus papaueris, viridibus solis aquæ pluuiæ inditis, & donec intabuerint, coctis, quibus abiectis mel Atticum solum immiscent, percoquuntque ad spissitudinē mediocrem, quæ lingi possit, quantum aut aquæ, capitum, mellis post dicitur. Alij addunt crocum Cilicium, succum hypocisthid. & acaciā. Capitibus papaueris centum viginti, quidā aquæ sextarios viginti infundunt, vt quisque sextarius capita sex habeat. Alij, vt Crito, capitib. octingentis, sextarios octoginta, vt quisque sextarius capita decē habeat. Alij sextario capita octo tradunt. Alij sextarijs tribus capita nescio quō incoquant octingenta. Alij vt Heras, his tribus sextarijs capita centū viginti. Galeno aut aquæ hæc par- eior tam multis capitibus iudicatur. Capita præterea papaueris viridia Andromachus, & Heras iniiciunt, capita vero papauerum syluestrium octingenta aquæ sextarijs octoginta Crito coquit ad tertias, exprimit, addit mellis lib. 10. Quod si variā magis placet, croci, mirrhæ, hypocisthidos, acaciæ, ana dra. xij thuris drac. vj. adde cum Cruone, quorum nullū addebat Gal. Heras coniecta capita in vas fictile aqua pluma triuo macerat cū croci. dr. j. nodulo ligata, coquit ad tertias,

tollit ab igni, exprimit, percolat, addit mellis sextariū vnū, coquit in duplici vase ad spissitudinē, tunc addit acaciæ rufæ, succi hypocisthidos, ana drac. j. Addunt alij myrrhæ in passo solutæ drac. j. Galeno placet aqua simplicissima, sicque parat, nullo alio addito. Soranus capitibus centum quinquaginta addit aquæ sextarios viginti, siue maceratione coquit ad dimidias, exprimit, reliquias abiecit, addit mellis sextariū vnū, & croci myrrhæ, hypocisthidos, acaciæ, ana drach. j. obolos tres, quæ linteolo ligata suspendit in lebetes cum melle co- quenda. Damocrates papaueris syluatici, & quod non feritur capita viridia (quæ *sed v. s. vocat*) semen rubens, nodum nigri habentia, iustæ magnitudinis, centū viginti in ollam no- uam oris lati inditis aquæ pluuiæ sextarijs tribus 24. horas macerat, igne leni coquit, multū exprimit, addit mellis Atti- ci. lib. ij. rursus coquit igne leniori ad mellis Attici nō liqui- di spissitudinē, refrigeratū vase vitreo reponitur. Datur my- steri mensura sub noctē, aut die ore cōtinetur, donec lique- scat. tūc sensim deuoretur: Galenus aut, vt sequitur, compo- sito à se frequenter probato vtendum confet. Capita papa- rum mediocria decem (nā si grandiora essent, pauciora inij- ci oporteret, si minora, plura) in aquæ pluuiæ, vel simplicis sextarium vnū, vt Crito: aut capita quindecim in aquæ sex- tarios duos, vt Soranus, aut modo inter vtunque medio, c. octo, vel nouem in sextariū vnū conijce, macera, si hami- diora, & melliora sūt horas 24. si duriora, & siciora, diutius vno die, etiam ad tridū, quod tempus Heræ est perpetuum. Multum autem sicca, quia succi modicum habent, reijce ac- cēt multū humida, præcipue ex locis humidis, & palustribus, qm licet multum habeant succum, quia tamen crudus est, ac- que aquosus, inualidus iudicatur. Finis autē coctionis sit, non tertiam, aut quartam, aut talem aliquā partem re. inqui, sed cum primum omnino intabuerint, vt eorum succum exprime- re possis: superfluum enim est amplius coquere. Miscebis vero mellis Attici mensuram dimidiam, & coques igni fumi experti ad mellis Attici consistentiam. Aquam pluuiam quidam deliquor, quia in putridam qualitatem non mutatur, tibi abunde sit fontana, si pluuialis deest, eaque pura, & omnis permissionis experta. Fugienda vero, quæ per canales plum- beos defertur, fœces enim aliquæ plumbi, & vitia in ea reli- dent, vnde, & qui sedimentum ipsius biberint, dysenterici fiunt. Datur dormituri in catarrho acri, & tenui ex capite in asperam arteriam, tussis excitante somnum prohibente. Ad quem conciliandum non modo diacodyon, sed et medicamen- ta, quæ opio cōstant, sæpe coacti damus. Sed tunc diacodyon cum tapa id est vino cocto mellis loco, aut cū vino dulci, aut potius Thereo, Creticoque coquendū, & aqua, donec ad dimi- dias peruenerit. Miscebis et glycyrrhizan, aut si desideratur, eius succum ex Creta delatum. Mel aut fugiendum est, quia cum sit naturæ tenuantis, fluxiones ipsa admodum tenues inten- dit. Si vero multus humor in pulmonem fluxerit, vt is prompte spūto excernatur, diacodyon cum melle vtius est. Si aut, & somnus conciliandus, & iputū aquæ prouocandum est, ambo æqualiter miscenda. Si alterum præpollat, & ma- iore auxilio ob id egeat, plus eius, quos requirit, miscendū: Mensura vero mediocri est duorum cochlearum iustæ ma- gnitudinis, augendo aut minuendo pro corporis sumpturi magnitudine, ætate, parti anni, regione: calidioribus, augen- do, frigidioribus, minuendo. Hæc paulo iustus ex Galen. li- bro septimo, comp. ph. p. tradidi, vt lector intelligat tum va- riam rationem componendi diacodyon medicis veteribus fuisse, tum quam fideliter, & compendiose ex Gal. sententia hanc compositionem, variam eius condituram, vires, quaa- titatem, vtendi tempus, Melues sit mutatus.

DIACODYON. Papaueris decoctum in diaco- **COST.**
dyone vbi de stillationis puris in thoracem suspic-
est, commiscet rob, quæ vox absolute succum significat.
nosiri sapam ex Galeno hoc loco vsurpant. Manardus ve-
ro etiam syræon id est carisarum cremorem, quem tamen
vbi tenuis in thoracem de stillatio imminet habere suspe-
ctum licet: præstat enim carisarū cremor coquendi, mul-
liendi, & detergendi vi, quæ non antea opus est, quæ vbi
iam irrepserit in pectus humor. Sic ex Galeno Mesues ple-
nituline thoracē iam obsidēte absterfionis gratia mel as-
sumit, non prius. Tunc vero nobis etiam syræon maxime
probaretur. Cuius parandi rationem quæ non eandem om-
nes sequuntur, ea probatur maxime, quæ pinguium cari-
carum

eatior librae quinque aquae sextarii sex, id est libris duodecim, aut circiter decoquitur, ut superius sextarii duo. Sane illud hic mirum, quod ubi haeserit thoraci materia, mel ea ratione comendat, quod somnum conciliet, quam facultatem inesse melli nulla suadet ratio, quod acris substantia quum sit praeputa, crudos, frigidosque attenuare fucos solet, quibus inducebatur somnus. Sane, quid etiam acacia rubra sit, quam hoc loco quarit, non constat, nisi forte immaturam intelligat, ut enim sylvestrium primum immaturorum succus rubicundior est, in aturo-rum vero nigror, ita & de acacia esse verisimile est, de-liquit ergo immaturam acaciam, ut qua maioris astrictio-nis particeps ad sanguinis reiectionem usus quoque sit maioris.

M E S V E.

DIAMORON phlegmonas oris par-tium, ut columella, faucium, & eas a quibus impendit suffocationis peri-culum, sanat. Fit autem hoc modo. Succum mororum domesticorum, & batinarum ana lib. j. & s. cum sapa, & mellis, ana lib. i. igni lento coquantur ad mellis spissitudinem, reponuntur. Simplex hoc fit a quibusdam: ab alijs, praesertim necessitate magna coactis, adduntur aluminis, myrrhae, croci, omphacij. ana portio-nes aequales.

CHRI. **D**IAMORON secundum presentem descripti- onem praeparatur, sed quae describitur a Ni- colao in proprio antidot. item Mes. in practica ca. de synanche habet aliam descript. ex Autori- tate Alex. & in eodem c. habet aliam, qua dicit diamo- ron, quam Gal. composuit. Galenus vero tract. 6. myamir, describit duas descript. quarum vnam ipse composuit, alteram Andromachus: Haly. x. practicae similiter. Serapio in proprio antidota- rio sub descriptione rob. describit praecipue illam quam describit Mes. hic.

MAN. **H**VIVS communis usus, & vulgaribus quoque notus est. Quae currunt secundum semitam. Quia scilicet dicuntur sycamina, quasi fico mora. ET mororum de feni. id est rubi. Galenus facit ex his vel ex illis, & dicit, quod ex his, est melius. **ROB.** Non ponit Galen. ET mellis. Succus per se melior est phlegmone incipiente, quia scilicet tunc intentio medici est solum ad repellendum. Sed quia toto anno conservari non potest, ideo mel miscetur: in sequentibus enim phlegmones tempo- ribus utilior est compositio cum melle, dum scilicet mixta est intentio ad repellendum, & resoluendum. **ANA lib. j.** Galenus quintam partem mellis miscet in mediocri. **M Y R R H A E.** Qui composuit pharmacum, miscuit, & crocum, & myrrham. Crocus enim stypticus est, myrrha vero discutit, & ad profundum meat. Aluminis sicci, agrestis. Galen. Ego in principio aliquando misceo rhum, id est sumachum, aliquando omphacium, & si haec non ad sunt, vel rosas siccas, vel balauustias, vel citrinos, vel gallam, vel corticem granatorum, picam, vel thuris, vel hypochifidos, vel leutisci succum, vel, ut in summa di- catur, aliquid adstringens, quod non sit de astringentibus. Ut vero haec congruant in principio, ita postea non ege- mus aliquo horum, sed ad concoquendum sat est ad- dere myrrham, crocumque, ubi vero concocta fue- rit, miscendum, quid discutiens, ut aphronitrum, vel pistrum, vel sulphur, vel syreon, incocto origano, vel

A hysso, vel pulegio, vel aliquo tali. **ANA partes aequales.** Placet Gal. ut sint mellis lib. j. succi lib. s. cro- ci, & myrrhae. ana dr. j. & s. omphacij dr. j.

DIAMORON Nicolai vsu est frequentius, hoc SYLV. rarius, in gargarizatu cum aqua hordei, vel pla- taginis, vel rosarum, vel alia ad oris phlegmonas. De Diamoro Galeni abunde egimus lib. 4. nostri & meth. Phlegmonae vero suffocatoriae sunt, cynanchae praeser- tim, quae fauces occupant. Galenus quintam partem mellis miscet mediocri, ut sint succi lib. v. mellis lib. j. croci, & myrrhae, ana dr. j. & s. omphacij dr. i. Myr- rha, & crocus coquantur, praeterea crocus repellit, ut thus, alumen, omphacium, balauustum, malicorium, flos rosarum galla, & alia adstringentia, quae interdum miscet Gal. initio, ut in fine, ad cocta dissolendum, sapa, nitrum, sulphur.

DIAMORON. Mora sine arboris sint, sine ru- COST. bi vulgaris, vel Idei, vel etiam humillimi, quum dulcia sunt, matura iam sunt: tum vero amissa acerbitate astrictiois expertia, & potius lenientia, quare etiam subduunt alium. Non ergo in hoc de moris conficiendo ad arceadas initio gaturis, fauciunque inflammationes medicamento usurpanda sunt dulcia, qualia in vetusto codice Mes. scribuntur. Sed ea est vox (dulcia) ex- pungenda. Eadem vero etiam ratione Oes. anj institutum cuius meminit Galenus, collecta mora per triiduum obser- uandi, inutile ad initia earundem inflammationum exi- stimo, qui experimento didicerim, & mora, & cuiusvis generis fructus simul asseruatis ex putrido quodam con- cepto calore maturitatis, dulcorisque speciem quandam adipisci, acerbitate plane remissa, atque pristino sapore immutato. At non inutile tamen id ipsum fore arbitror, ubi iam ad statum processerit inflammatio, quando miti- gantibus iam, concoquentibusque est opus. Ob id etiam, praetermittendum esset initio mel, si modo seruari in to- tum annum is succus posset sine melle. Id quod si quis, eo per laeam linguam expurgato, in vitreaque phiala as- fuso oleo diligenter occlusa tentarit, non male cessuris ar- bitraver: licet non sim ignarus eiusmodi parandi succi illius rationem accerbitatis, astrictioisque non parum detracturam, ob terrenas partes seorsum derelictas.

M E S V E.

DIAMORON, id est de nucibus, a Grecis di- CENSIL de suo CO THURAS. ctum, medicamentum est efficax ad catarrhum acrem, & tenuem a capite in asperam arteriam, pulmones, tho- racem, a quo phlegmone, suffocatio, mors im- pendent. Librae quatuor succi ex corticibus nu- cum viridum, diebus canicularibus extracti, se- mel feruescunt, tunc mellis libris duabus, additis, coquantur ad mellis crassitiem, idque medica- mentum pueris, mulieribus, & natura humidis salubre est. Quod si sit phlegmones initium, ad- stringentium aliquid miscendum est, ut rosa, ba- laustium: si in statu erocus, & mirrha; si in decli- natione, nitrum, & sal ammoniacus, & similia.

Alexander ca. de synanche habet hanc ean- **CHRI.** dem descriptionem. Haly. x. practicae, simili- ter. Serapio in proprio antidot. habet hanc ean- dem descriptionem, sed sub nomine rob.

HOC inuenit Galenus, & dicit habere vim mul- **MAN.** tum excellentem inter reliqua composita pharma- **Mesue.** **Y ij ca.**

MESVE DE LOCH

ta. DEFLVIT, & ad cannam pulmonis.) Copula, & E abolenda est. ET humidis natura.) Debilimus mente, ait Galenus.

SYLV. **H**OC Diacarion Galeni inueterum, vires habet eadem cum diamoro ad omnes oris phlegmonas, & cynanchas, sed efficaciores, vt ex Gal. lib. 4. nostrae meth. in antidotis stomaticis.

COST. **M**ODVS confectionis. Inflammationes fau-
cium, aliaque eiusmodi vitia initio cohibere
astringentia, acerbata, austera, & acida possunt omnia:
quo nomine, & vna immatura, & punici mali, & oxy-
cantha, quam berberim fortasse vocant, & corni, & me-
spili, & sorbi: imo, & humiliorum plantarum generis
multarum succi conferre possunt, vt platanis oxalidis,
portulacae. Galenus etiam de viridium nucum corticis
succo periculum fecit, admonitum tum sapore, tum tin-
tura, quam inducit pertinacem, subire enim alius in-
citem observamus, proptereaque a profundis partibus in
remotiores confluentem humorem repellere validius po-
test. Idem ergo limonum succum, quo abolerentur macule
succu nucum, validius praestare posse aliquis censet. Sed
huic licet adsit tenuitas, qua in interiores penetrat recessus
deest tamen terrena vis substantia, qua in succo nu-
cum affluit, ob quam etiam mali punici totius cum mali-
corio, & decoctum, & expressus succus, succo eiusdem
acinorum synaero in hunc usum magis praestat. Sane,
quum in eclegmata vna id maxime observandum sit,
ne qua his ipsis commiscetur talia sint, qua si labantur
in ventriculum, illi sine vlla ratione aduersa, importune
fortasse diacarion inter eclegmata hoc loco reponitur,
praesertim cui mirum, amromiacum sal, idque genus alia
commiscetur. Sed cum diamori commemorazione inci-
disse diacarij mentionem admirandum non est, quod est
illi vsu non dissimile. Manardus, quum Mesue ait dia-
caryon, si cum dimidia mellis parte conficiatur, conferre
humidis natura, observat ex Galeno conferre debilibus
mente, quod est perpendendum.

MESVE.

ECLEGMA de scilla, materiam crassam,
lentam, coctam, difficilem in partibus re-
spirationis, expelli facilem strenue reddit,
& natam inde spirandi difficultatem, &
thoracis dolorem leuat. Recipit succi scilla, mel-
lis despumati partes conuenientes, coquendas
ad eclegmatis consistentiam. Vtere lambendo.

CHRI. **I**STVC loch est multum in vsu. Et eius iuua-
menta maxima sunt senibus, & decrepitis, in
quibus abundat materia crassa phlegmatica, &
viscosa contenta in pectore: facit enim eos facile
expuere, subtiliando, incidendo, desiccando,
& oppilationes viarum aperiendo, & alias vtili-
tates habet, quas author ponit in littera. Et eius
complexio est calida, & sicca, vltra secundum
gradum. ideo cauendus est eius vsus in iuueni-
bus, & acute febrientibus, & in passionibus cali-
dis. Et dosis eius est vsque ad drach. ii. vacuo sto-
macho.

MAN. **C**OMMVNITER conficitur, & est valde efficax
ad crassam materiam, & tenacem.

SYLV. **H**VIC simile est eclegma Antonij Musae ex Afele-
piade ad crassa, & lenta ex pulmonibus vacuan-
da, pleuriticis, empyis, asthmaticis, senibus salubre.

Scilla: crudae succum expressum cum mellis Attici eadem mensura prunis incoque. Da myrti mensura ante, & post cibum. Sed Mesues melli despumato misceat. Id eclegma calidum siccum ad secundum gradum, incidens, tenuans, tergens potenter, asthmaticis, senibus, & caeteris pituitae crassae, lentae, vel etiam puris copiam in pulmone, vel thoracis spacio habentibus. Calidis autem natura, vel ex febre nocet. Datur ad dr. ii. ieiunis.

LOCH de scilla, duplex, esculenta, & medica, vtraque acris, sed esculenta nostrati capae inferior acrimonia, Galeni obseruatione, ea quasi eius nobis esset copia, & eclegma paratur, mollioribus, pueris illo opportunius parabis, quod ex modica sit scilla acerrima, & amarissima. Medio loco stabit, si ex capae nostrati conficiatur, quam qui asthmatici colicam exhibent, non temere exhibent.

MESVE.

ECLEGMA ex radice bryoniae idem pollet, eodemque modo paratur.

ET hoc cum sit valde potens, non paratur, quam edoque ego confici iussi, & vix inueni, qui voluerit, vel potuerit vim eius ferre. Alfecera, intellige vitis albae radicem.

EIUS compositio est in simp. cap. de Bryonia ante descripta: & quamuis in vsu non sit digna tamen recipi, praesertim quibus Galliae partibus scilla desideratur. Nos etiam saepe ex ari radice, & etiam dracunculi simile eclegma paramus, valentissimum ad hos affectus, vt etiam in simplicibus docet Gal.

LOCH alfecera. Bryonia, quam albam vitem vocant, scilla cedit acrimonia, & amarore, quare eo exacto, quod sit ex scilla, minus etiam ingratum hunc fore existimo, dignumque propterea, qui in vsum inducatur.

MESVE.

ECLEGMA sanum, & expertum inuenimus, ad tussim, raucedinem a frigore, vel pituita crassa, thorace, aut pulmone comprehensa. Recipit cinnamomi, hyssopi siccae, glycyrrhizae. ana dr. s. zizypha, miza. ana xxx. vuarum passerarum a semine purgata, u. ficuum passerarum siccatum, dactylosum pinguium. ana vnc. ii. foenu graeci drac. v. adianti albi manip. vnum, seminum anisi, foeniculi, lini, ireos, calamithes. ana dr. iiii. coque omnia in aqua ad lib. ii. consumptionem, colatum coq; cum penidiorum lib. ii. ad mellis crassitudinem, tunc adde nucleorum pineorum depellatoru dr. v. amygmundatarum, glycyrrhizae, tragacanthi, gummi Arabici, amyli. ana dr. iiii. ireos dr. ii. Misce omnia probe, donec album fiat medicamentum. Datur a dr. v. ad dr. x. & lambendo sumitur.

LOCH sanum, & expertum melioris potentiae in incidendo, & subtiliando materias crassas, & viscosas, qua loch de scilla. Et dosis eius est vsque ad dr. iiii. & eius complexio est calida, & sicca vltra primum. Est. n. mirabile in suis operationibus. Sumit ficus siccas, quarum est complexio calida

calida in fine primi, & sicca in principio eiusdē, habet virtutem absterfuam cū nitrositate quadam, & prouocatione, & apertione, & caueatur ab ipsarum vsu, quia multiplicant pediculos, & scabiem. Semen lini est calidæ complexionis in primo, & humidæ versus ipsum, tendens satis ad æqualitatem in siccitate, & humiditate.

A comparatum frigidi habet rationem, ita quæ tepido constant calore calidiorem corrigere inflammationem possunt.

M E S V E.

ALIVD nostrum idem promittens. Recipit feminis papaueris drac. x. glycyrrhizæ drac. vii. myxa viginti, feminum psyllij, † & cydoniorum, ana dr. v. coque lib. iii. aquæ ad dimidij consumptionem, colatum percoque cum sapæ, & penidiorum, ana vnc. iiii. ad iustam crassitudinem; deinde misce tragacanthi, gummi, ana drac. v. papaueris albi, trium granorum, ana dr. ij.

† al. granorum al. granorum citoniorum

PER tria grana secundum quosdam intelliguntur tria semina ex feminibus quatuor maioribus frigidis, scilicet semina melonum, citruli, & cuc. vt est in tryphera persica superius descripta.

CH R.

VALERET hoc in calidis destillationibus, suauisque esset, quamuis non conficiatur.

MAN.

TRIA semina, melonum, citruli, cucumeris, vt in tryphera Persica. 4. semi. hæc tria, & semen cucurbitæ intellexit.

SYLV.

LOCH aliud nostrum. Hoc ad gutturis caliditatem longe est superiori commodius, punici mali, cottonet, & frigidorum seminum nomine, sed, & psyllium interna parte refrigerare obseruatur, de qua re alias.

COST.

M E S V E.

ECLEGMA ad gutturis intemperiam calidam, & asperitatem, & inde natam tussim. Recipit glycyrrhizæ drachm. xv. passifarum pinguium purgatarū vncijs duas: zizypha, myxa, ana xxv. coque igni lento in aquæ lib. iiii. ad † lib. iiii. consumptionem, adde cassiæ fistulæ vnciam vnā. colatum, & feminibus, ac † membranis purgatum percoque cum penidiorum libra 5. sapæ vncijs quatuor, ad iustam crassitiem, tunc misce farinæ fabarum vncias duas, lambe, vt alia.

ECLEGMA phthificis saluberimum sed etiam hecticis, & aliter consumptis, pure, & sanie pulmones purgat, & tussim lenit. Rec. autem feminis papaueris albi, feminis lini torrefacti, spodij, croci, amygdal. dulciū. ana dr. iiii. amygdali, tragacanthi, gummi feminis cydoniorum, feminis citruli. ana dr. vi. feminis nasturtij torrefacti amygdalarum amararum, fabarum. ana dr. j. & penidiorum † dr. lx. Hæc aqua fontana dissoluta coquantur, deinde cetera misceantur. Dantur dr. ii. cum hydromellite.

† al. dr. lxx.

Nec hoc confectum inuenies, scio tamen nonnullos vsos.

MAN.

VELLEM nasturtium, & amygdalas amaras tolli, si hectica adeit, & hydromeli valde aquosū propinari.

SYLV.

LOCH bonum. Paruipenderem, quod hic quidam alioqui docti viri, amygdalarum amararum drachmam vnā suspectam habent, vbi hectica adeit, ex ijs enim tam parca mensura sumptis, cum papauere, spodio feminibus citoniorum, & citruli, quæ inter frigida censentur, longoq; intervallo amygdalarum amararum copiam superant, quum ea præsertim primum caloris, siccitatisq; non excedant gradum, quid accedere periculi potest? Sed neque (quo etiam dubitant) nasturtij torrefacti eodem pondere adiectionem plus asferre discriminis posse existimandum; quando, & torrefactione insita vis ignea euanescit, & rerum aliarum multarum, cum frigidarum, tum temperatarum, commixtio, retundere caloris, huius vim potest.

COST.

Mesue. Y 3 sed

MAN. HOC paratum vbiq; inuenies: & calidius, & potentius eo, quod de pino, minusque insuaue, & propiæ ego eo libentius, quam illo vtor.

SYLV. HOC eclegma idem potest, quod ex scilla, & pino: sed potētius incidit, tenuat, terget: est etiam grauius, minusque calidum, & siccum est, vt in fine primi gradus. Has autem vires habet à substantiæ tenuitate adiati, siccum: & etiam calidorum, cinnamomi, hyssopi, ireos, sed à frigidis, vel tēperatis fractorum. Ad drac. quatuor dedisse sufficit, si febris abest, & celi caliditas, nec sumpturus calido sit temperamento.

COST. LOCH sanum. Esi Zizypha crassiores humores reddere authoritas est multorum, quæ tamen matuta sunt, dulcia sunt, & concoquere cum leui tenuitate apta, neque hic cum tam multis substantiæ tenuiori præditis temere vsurpata, quæ quia lenta sunt substantia, vt etiam sebesten, gummi, aliæque eius generis, cogunt reliqua, vt diutius in ore perdurent, sensimque medicamenti vis in thoracem elabatur. Sed etiam, quod de Zizypharum aiunt crassitudine, de acerbis, non autem de maturis puto intelligendum.

CHRI. LOCH ad caliditatem, & asperitatem pectoris non est in vsu: sed loco eius assumitur Loch de diatragacantho positum à Nicolao, vel loch de papauere, de quo dictam est superius.

MAN. NON est in vsu apud nros. CHESMES pinguiū. id est, passifulas. SEBESTEN. id est, myxa: græce Cassiæ fistulæ) eius, scilicet qua recentiores vtuntur ad alium leniendam. ASCOFFIS.) A feminibus videlicet, & his, quæ inter ea mediant.

SYLV. HVIVS loco eclegma papauerinum vsurpetur, vel tragacanthi à Nicolao scriptum.

COST. LOCH ad caliditatem. Quæ hic assumuntur, asperitati quidam omnia, vt quæ lenia sunt, prodesse possunt, at quomodo singula, quæ caloris non sunt expertia, calidiorem gutturis, et pectoris intemperiam possunt corrigere, obscurum est, fortasse autem, quo modo imbecillia sortibus contraria sunt, ita imbecilliter calida valde calidis, atque sicuti id, quod remisse calidum est calidiori

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

Sed hic torrefactum (quod additur) lini semen, ipsumq; etiam nasurtium torrefactum frigida aqua paululum macerari oportet ad eius incendij extinctionem, quod torrefactio inducit. Tunc fortasse aptum hoc erit medicamentum purulentis etiam bellica febre detentis. Sed rursus quid spodij loco assumendum? curque verendum non est, ne amyum, tragacantha, gummi, penidia, quorum est vis incrassandi, puris excreationem remorentur? Forte autem non tam consulendum est excepto iam in thorace puri, quam de stillationi, qua continenter irrui, qua crassificatione eget, ut id quod est exceptum attenuatione, & detensione. Spodium autem ignotum medicamentum si quis praetereat, parum intererit.

MESVE.

EGLEGMA ad asthma, & tussim antiquam, humorem enim crassum tenuat. *Rec. scillae assatae ℥ drach. quatuor, radices ireos dr. ii. hvssopi, prasilij, an. dr. j. myrrhe, croci. ana dr. s. melle excipe.*

MAN. Multum potens, & à nonnullis conficitur.

SYLV. **V**ALIDISSIMUM est, sed etiam ingratiissimum, quia amaris, & acris prope omnibus constat, ob quae multum etiam calet. Multo adhuc fiet valentius, si radicem ari, aut dracontij reciperet, & mellis loco terebinthinā. Validum item, & ingratum, ex radice bryonię, quod quędam Mesue exemplaria hoc loco etiam habent.

COST. **L**OCH ad asthma. *Præstantissimum hoc ad usus eos existimo, ad quos commendatur. Myrrba vero hic, & in superioribus quoque astrictor, a facultatis, cohibenda fluxionis gratia additur, ad quam à Dioscorid. probatur. Crocum autem, tum, ut leuiter astringit fluxioni confert, tum calorifica facultate, quod iam fluxit concoquit, priuatim vero in thoracis affectibus adeo efficax deprehenditur, ut sint, qui cum ad scrupulum dimidium etiam unum cum dimidio mosebi grano, & optimo vino calido assumptum curare astmate laborantes memoria prodant.*

MESVE.

EGLEGMA de amygdalis ad intemperiem multum ficcam pulmonis, & thoracis, & tussim inde ficcam. *Recipit amygdalarum dulcium, & amararum, seminis lini torrefacti, nucleorum pineorum, anisi, tragacanthi, gummi Arabici ficci, & radices glycyrrhyzæ. ana dr. j. & s. sacchari, penidiorum. ana dr. tres excipe mellis, & succi feniculi simul coctorum quantitate sufficienti.*

CHRI. **L**OCH de amygdalis non est in usu, nec præparatur. Ultimo nota, quod ista prædicta loch superius posita, & illa, quæ etiam ponuntur à Nicolao, possunt, & debent adinuicem permisceri, aut aliqua ex eis, & sic ab expertis practicantibus sapissime fit, propter diuersas intentiones, quas habet curando perficere, v.g. quando fit per mixtio loch de pino, vel loch sani, quæ duo loch sunt calidæ, & siccæ complexionis habendo respectum ad materiam crassam phlegmaticam cum loch de diatragacantho, & diapapauere, quæ sunt

frigidæ, & humidæ complexionis, cū habemus intentionem ad materiam calidam, & subtilē exasperantem cannam, & guttur, imo etiam ipsa per miscemus cum zucchero violato, cū quarimus alterationem maiorem ad frigidam, & prædicta Loch omnia sunt solutua. Et de eis hæc sufficiant.

GRANORVM vini.) Lege pini: nec hoc paratur licet vtile sit. **MAN.**

LOCH de amygdalis. *Succus feniculi non inepte hic sumitur, sunt enim qui eius decoctum (succo imbecillius) contusis amygdalis dulcibus excreanda ex pectore pituitæ, & sedanda siti vtile obseruarint.* **COST.**

DISTINCTIO SEXTA

De syrupsis, & succis.

MESVE.

SYRVPVS, aut simplex est, vt iuleporum species, vel ex multis compositus, ob effecta, & plurima, & maxima. item syrupsorum aliqui sunt species oxymelitis, alij etiam aromata recipiunt.

HAEC est sexta pars principalis huius antidotarij, in qua author determinat de diuersis speciebus syrupsorum, iuleb, & succorum. Est enim syrupsus nomen arabicum, & græce idem est, quod potio, potiones autem multū diuersificantur adinuicem. Et primo in modo substantię penes crassitiem, & subtilitatem. Secundo in modo compositionis, & simplicitatis earum, nam differentia est inter syrupsum, iuleb, rob, robub, aquam, succum, & decoctiones, quæ omnia includuntur sub nomine potionis. Etiam de syrupsis, quidam est simplex, & quidam compositus. Et iterum quidam ex pluribus, quidam ex paucioribus, iuleb autem est simplex: diuersificatur etiam syrupsus per vltiorem decoctionem, quæ plus requiritur in construendo iuleb, quam syrupsum, differunt etiā, quia syrupsus indifferenter potest componi, vel cum zucchero, vel cū melle. Iuleb autem frequentius, imo quasi temper ex solo zucchero. Et hic notandum, quod in qualibet libra iuleb, dum est perfecte coctum, non remanet vnc. j. liquoris aquæ, vel succi, sed in lib. syrupsus remanet, vnc. ii. vel circa liquoris, decoctionis, & hoc quia non tanto tempore syrupsus decoquitur, quanto iuleb. Ex quo fit, quod in lymphando syrupsum, minor quantitas aquæ requiritur, quam in lymphando iuleb, cum sit crassioris, & tenacioris substantię ipso syrupsus. Rob autem proprie est succus vuarum vltimate decoctus, sicut vinum coctum, vel melius sapa, quandoque tamen corrupte sumitur rob pro succo alicuius plantæ, vel fructus. Robub proprie est succus inspissatus à sole, vel igne alicuius plantæ, vel fructus, vel alterius rei, à qua succus premi potest, dummodo spisseretur, vt dictū est. Aqua proprie est de stillatura subtilis alicuius herbe, fructus, aut floris, aut alterius rei, si fiat in alembico, vel alio simili modo, virtute ignis, vel solis, vnde sic etiā aqua, quæ pluit, destillatur in aere,

in aere, & aqua quae fluit etiam ab arboribus, & maxime à vitibus. Nam virtute solis non multū superfluetis principaliter egreditur talis liquor.

Decoctio autem est aqua simplex, vel aqua de stillata, in qua radices plantarū, flores, frōdes, fructus, herbae, & aromata, quaecunque alia res separate, vel mixtae per aliquod spaciū decoquantur, post quarum colaturā aqua illa dicitur decoctio. Dicitur etiam potio omnis medicina distillata, quaecunque sit illa cū quocunque liquore, decoctione, aqua, vel vino, vnde decoctiones etiam commode cū vino conlruui possunt, sicut cum alijs liquoribus, secundū exigentiam cuiusdā dispositionis. Conlruuitur etiam medicinale vinum ex herbis, & aromatibus, quod etiā potio nominatur. Principalis autē operatio cuiusque syrapi est materiam malam, crassā, adhærentem separare, & imbibitam ad superficiem attrahere, & sic ipsam ad expulsionem preparare. Subsequenter etiam ipsorum operatio est alterare complexionem ad cōtrarium eius, ad quod est alterata præter naturam à materia faciente morbum.

Iuleb autem non solum habet materias digerere, sed & caliditatem extinguere, & sitim remittere, & somnum prouocare, & maxime ratione admixtionis simplicis aquae cū eis admixte, alias etiam vtilitates habet perficere, quas suo loco dicemus, & maxime iuleb rosatum, de limonibus, de citro, vel violatum, quae plus conueniunt in dispositionibus calidis non pendentibus à materia. Et licet iuleb possit cū quibusdam aquis destillatis lymphari secundum necessitatem, & exigentiam, tamen communior vtilis ipsorum, & modus lymphandi est cū aqua cōmuni proportione quadrupla ad iuleb. Et vltterius nota, quod aliquando non minus bene est permiscere syrapios cum aqua simplici, aut aliqua decoctione, quam cum aquis destillatis propter earum saporem, & odorem horribilem, & hoc dico, quando cū illis aquis possumus cōplere intentionem nostrā. Præterea aduerte, quod si sit repletio cibi, aut potus in stomacho, non debemus dare syrapiū, timentes ne cibis ducatur indigestus ad hepar, & causet oppilationem, & pariter stante repletione malorum humorū in stomacho, debemus exhibere syrapiū valde aperitiuum, timendo de transitu eorū ad hepar, quare in casu illo præueniendū est regulariter operando cum lenitiuis. Cuius oppositū agunt sine ratione operantes præ plenitudine humorū sentientes grauedinē in stomacho, currunt ad maluatīcū, & sic faciunt, quod materiae indigestae subtiliatē à vino portentur ad hepar. Et in similibus casibus cauendum est ab assumptione theriacae, vel alterius rei, vel electarij calidi aperitiui, &c. In hoc ergo sexta distinctio ne primo incipit à iuleb, secundo a syrapiis simplicibus, & subsequenter continuat, tertio, & vltimo à succis, quos ipse vocat robur, & partes in legendo patebunt.

MAGNA pars eorum, quae in hac distinctioe scribuntur, sub his potioibus contineri videntur, quae Graeci ἰούλεβ, ἢ ἰούλεβον suauia videlicet, & vtilia vocant. Sed & ad προπιματα hoc est, verbum verbo, præpotiones.

PRIMUM iulepa Mesue describam, quod conditis rosarum; & violarū sint affinia. Deinde syrapios, & succos fructuum conditis quibusdam fructuū cōsistentia, & viribus multum similes. Postea syrapios ex succis herbarum post eos, qui magis sunt compositi. Syrapios autem simplicium, præsertim ex succis fructuum, typus, & imago quædam à Galieno delineata lib. 6. c. ph. p. vbi succum mororum batiorum, pyrorum agrestium, cydoniorum, vini musti ex melle coquit, & item potiones quædam Graecis ἰούλεβ, ἢ ἰούλεβον, ἢ προπιματα, id est suauia, vtilia, præpotiones dicit, & alia quædam mox dicenda. Genus iuleporum, vna est simplicium syrapios differentia, alia syrapios simplicium nomen usurpant.

SYLV.

DE SYRVPIS. Syrapios simplices vocat, in quibus præter saccharum, aut mel vnus tantum aliquis simplex liquor assumitur. Compositi sunt, in quibus vel varij generis liquores, vel vnus liquor, in quo tamen parando simplicia multa sumuntur; vel præter liquores alia veniunt.

COST.

M E S V E.

IULEPVM rosatum febrium, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammæum extinguit, sitim inexpletam sedat. Recipit aquae, in qua rosae sunt maceratae lib. v. igni lento coquendas cum sacch. lib. iij. Datur cum aqua frigida.

Modus operationis, id est modus compositionis iuleb, conferens adustioni febrium, ducunt famose maneries. Prima est iuleb rosati, quod est conueniens ad extinguendum sitim febrilibus acute, & ad remittendum caliditates in eis, non tamen hoc est operans principaliter ex eius complexione, sed ex complexione aquae simplicis, cum ipsa adhibeatur in quadrupla portione, vt superius dictum est. Et tale iuleb est frigidae complexionis versus primum, attinens alicui siccitati cum stypticitate quadam ratione rosarum, vnde est confortatiuū stomachi relaxati, & hepatis supercalefacti, ac etiam cordis, resistens putredini facienti febrem, & ideo tempore pestilentiae longe plus conuenit, quam iuleb violatum: nam ipsum est aromaticum, resistens venenositati, & corruptioni aeris, habet etiam somnū prouocare prohibendo sua stypticitate fumos acutos ad caput ascendere. Et eius dosis est vsque ad unc. ii. cum proportione quadruplici aquae frigidae. Et modus cōpositionis eius est duplex vnus cum aqua infusionis rosarum secundum, quod in litera ponitur, & talis modus non est in vsu.

CHRI.

Alius modus est cū succo extracto ex rosis, dum sunt recentes, vel cū ipsis rosis recentibus, vel cū aqua rosata, & sic generaliter est in vsu: quia sic clarius perficitur. Hic autē est aduertendū, quod aqua frigida, quae iuleb permisceatur, si sit ex fonte viuo, vel ex cisterna, id est perfecta colata, vel ex puteo abundante cū venis aquarum, & fundo arenoso, non debet decoqui: si autem sit mala, crassa, & palustris, rationabiliter est decoquenda antequam cum iuleb permisceatur, iuxta sententiam Auic. 2. sen. prim. c. de aqua. Notandū, quod oleum oliuarū, & dulce ponitur quandoque in parua quantitate in ampullis quarundam aquarum, & in decoctione, & alijs vinis, & liquoribus, vt in vino granatorum, & citoniorum, vt natans,

Iuleb rosati cōpositio duplex.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

natans, & permanens in superficie eorum cum sua viscositate melius, & diutius conferuetur, ne aer exterior ingredi possit, & ne virtus eorū facilliter exhalare possit. Et sic docet hic author pro conseruatione decoctionis rosarum, & violarū,

ADDITIO.

Istud iuleb est multum in vsu, non sub nomine iuleb, sed sub nomine syrui rosati ex infusione rosarum.

MAN. **I**VLEB recentiores Græci zulapon vocant. Primum hoc iuleb ex infusione rosarum, Paulus hydrososatum parat, coctis lib. iij. rosarum, in sextarijs. v. aquæ, & duobus mellis.

SYLV. **H**OC iulepum refrigerat ordine primo, & leniter siccatur, & adstringit: ob id ventriculum, & hepar, & cor ignita, & à calore dissoluta roborat. tum refrigerando ad temperiemque reducendo, tum substantia harum partium triplicem in vnum cogendo. Idem etiam putredini febres gignenti resistit, siccitate subamara, & aromatica qualitate. Propterea in febribus pestilentibus est longe præstantius violato, ut quod venenis, aerisque corruptelæ sua qualitate aromatica resistit. In febribus quoque somnum conciliat tam per se refrigerando, & humectando (nam cum aqua quadrupla sumitur) quam per accidens, dum vapores calidos, acres ab humoribus putrescentibus ad caput elatos insomniam excitare solitos, adstringendo, & per frigus cogendo meatus prohibet. Quanquam, & refrigerando putredinem in præsens remittat, eique, ut dixi, aromatica qualitate resistat: sium eadem ex causa sedare certissimum est, tum à calido, tum à sicco, tum à calido, & sicco simul natam, quia rosas, & aqua refrigerat, & humectat aqua: nec solū situm animale in ore ventriculi sedat, sed et naturalē in singulis corporis partibus calefactis, & siccatis, & inanitis, quæ actionem saccharum essentia tenuitate iuvat, & dulci, sapore hepatis iucundo. Quomodo inum, vel acetum aquæ mistū situm magis, & citius exunguit, quam horum trium per se quodque, ut abunde probat Gal. lib. 1. simp. ca. 30. & alijs. hoc iulepum ex rosarum rubr. siccarum infusione aliquando in vsu est, frequentius tamen ex infusione rosarum recentium, sed nomine syrui, non iulepi, de quo mox. Hydrososatum Paulus ex coctis libris quatuor rosarū in aquæ sextarijs quinque, & duobus mellis componit. Aqua vero sit optima, qualem Galenus describit primo sanitatis tuendæ, & ex (si valenter est refrigerandum) prius calefacta, post niue, vel aliter refrigerata, ut idem docet lib. methodi. 7. vel eius loco aqua destillata tuo proposito idonea. potentius fiet hoc iulepum ex succo rosarum recentium, vel etiam earundem infusione multiplici, & sacchari libris duabus.

COST. **M**ODVS operationis iulep. *Stillatitia rosarum aqua præsertim qua balneo diligenter elicitur, & maxime qua priori loco destillat, diluta rosarum, quod infusum vocant non est odore inferior, & superior est gratia. nam, & colore est purissima, & pellucida fontana aqua, & sapore minime amaro, quare nunc exstillatitia ipsa aqua non ex diluto zulapium rosaceum elegantissime paratur, maiori etiam ad eum assuetum vsu, ad quem commendatur à Mesue, refrigerandi. saccharo autem purissimo est ad hanc rem opus, quod sæculentum calidius est, & siticulosius. Mesues huiusmodi zulapij mox meminerit.*

MESVE.

IVLEPVV violatum febres, phlegmonas, pleuritidem, asperitatem gutturis, & thoracis, tussim mitigat: fit ut iulepum rosatum.

MODVS iuleb violati fit eodem modo sicut rosati ante dicti, primo cum violis siccis infusus, & madefactus cum aqua simplici, sicut de rosas ipse describit: talis modus non est in vsu, nisi cogente necessitate. Alio modo cum violis expressis dum sunt recentes, vel decoctis in aqua, & isto modo etiam non est in vsu. Tertio modo cum aqua violata destillata, & cum zuccharo, & iste modus generaliter ab omnibus est in vsu, & tale iuleb est frigida, & humida complexionis versus primum, & ideo plus conueniens acute febrentibus, & habentibus hepar calefactum, & costis & asperitati cannae, & gutturis, & pleuresi, & tussis sicce, quam iuleb rosatum: sicut etiam de per se, & propria sua complexione est magis somni pro uocatum. Et eius dosis est vnc. ij. cum quadrupla proportione aquæ simplicis.

GRÆCI iozulapon vocant, atque in hunc modum conficiunt: Viol. vnc. iij. in tribus sextarijs aquæ per diem macerant. excolatæque aquæ lib. iij. sacchari adijciunt.

VIOLAE sicca aqua macerantur, cui saccharum vineoquitur, ut violarum vnc. sint tres, aquæ sextarijs tribus horis 24. macerentur, colatum coquitur cum sacchari lib. tribus, vel aquæ ex violis recentibus destillata, vel infusionis violarum siccarum, aut potius recentium lib. 3. sacchari libris tantum duabus, non tribus, quorundam more percoquitur: in *ισχυρα* Græcis recentioribus dicitur, & *ισχυρα* Actuario, quod est idem est, violarum succus saccharatus. Paruarum autem est vinum ex aqua violarum destillata, quod tamen à plurimis hodie paratur, & coquitur minus quam syrupus refrigerat, humectat primo gradu, febribus acutis, tussis sicce, affectibus calidis siccis partium thoracis, & ventris inferioris salubrius, & somniferum magis quam rosatum.

MESVE.

INFVSIO rosarum, & violarum hoc fit modo. Foliorum rosarum, & violarum recentium lib. sex, horis octo macerentur libris quindecim aquæ calfactæ in vase terreo vitrato, strictioris operculato, postea colantur. Eadem aquæ iterum calfactæ, rosarum, & violarum recentium tantundem immittitur, tandiu maceratur, colatur, id si velis seruare, oleo affuso, & vase eodem bene operculato dies quadraginta insola, vocaturque id zuccharum rosarum, aut violarum.

OPERATIO infusionis rosarum, & violarum, hic docet præparare rosas, & violas, eas in aquas infundendo, ad hoc, ut illa infusio sit conueniens ad construendum iuleb violatum, vel rosatum: licet ponat modum infusionis de ambabus simul. Et iste modus esset conueniens, quando earum aquæ non possent reperiri. Et si quis vellet, posset istos duos iuleb simul componere.

ADDITIO.

Hæc operatio infusionis rosarum, aut violarum est illa, de qua fit syrupus rosatus, ex infusione rosarum, etiam illo modo fit infusio violarum profaciendo syrupum violatum ex infusione violarum. Et quando prædicta infusio est completa, potest conseruari in vase vitreo, & non in vase terreo, quia putrescit, & in hac infusione zuccharo dissoluto, & cocto secundum artem, possunt fieri confectiones, & alia, ut diarhodon descripta communi: & ita de alijs.

MAN. **S**i quinq̄les rosę mutantur, addito saccharo, fiet sy-
rupus, quem nunc rosatum solutiuum vocant no-
stri bononienses mucharum.

SYLV. **E**x hac infusione fit syrupus rosatus & violatus ex
infusione rosarum, & violarum: Infusiones vero
lux seorsum faciendę sunt: quamvis simul breuioris
sermonis causa doceantur. Possunt tamen simul in-
fundi ana, vt ambarum vires mistas habeat. Si vero
quinq̄les rosę, vel violę mutantur aut etiã frequen-
tius, & addito saccharo percoquantur syrupus fiet ro-
satus, vel violatus purgatorius: & eo magis, quo plu-
res factę fuerint infusiones violarum, vel rosarũ om-
nium: maxime tamen purgatorias experimur quo-
tannis, quas vulgus incarnatas vocat, à carnis per-
cutim colore, quę omnium sunt odoratissimę dũ recen-
tes sunt. cito enim odorem amittũt, & syrupus ex his
purgatorius magis est recēs: post mensē vero sextũ,
paruatũ est viriũ. Eius ex infusionibus quinq̄, sunt
qui dant vnc. sex, nos ex nouę infusionibus ab vncijs
duabus ad tres. Si autem ex vna infusione, vel duabus
fiat syrupus, est rosatus, aut violatus, absolute dictus.
Post expressas autem rosas, & violas, magna abijci-
dum est, & alię recentes quoque sunt immittendę.
Frequentius autem ne corrumpantur, eius infusi librę
quinq̄ cum sacchari libris quatuor per albumina
clarificatis, igni lento coquantur ad syrupi consisten-
tiã. Quod si infusionis, & sacchari, ana librę quatuor
cum Nicolao sumantur, citius percoquetur. In febrili-
bus calorem extinguit, ob id situm sedat, & ventricu-
lum roborat. Huic affine est Aetij, & Pauli hydoro-
satum ex rosarum exungulatarum libris quatuor in
aque sextantis quinq̄, & mellis sex iatis duobus co-
ctis ad tertię partis consumptionem, aut insolatis: sed
cito corrumpitur, nisi loco frigidissimo seruetur.
Actuari dosibus ab hoc parum variat. alij sy-
rupum violatum, vt & rosatum ex succi violarum li-
bris tribus coctis igni lento, cum sacchari libris dua-
bus, vt iuleb ante scriptum componunt ceteris effica-
ciorem. Alii huius succi vnc. 46. 8. 12. cum sacchari li-
bra vna coquant, vt in saccharo violato, & rosato ex
violis, & rosis integris. Alii penuria recentium viola-
rum, aridas infundunt, aut coquant, aut aquã ex vio-
lis destillatam coquant, vt ex omni iulepo syrupũ fa-
ciant, maiore tamen coctione adhibita. Qui vero sy-
rupus fit ex aqua destillata, vel infusione violarum, &
rosarum siccarũ, paruarum est viriũ. Cõtra vero ex
infusionibus multis recentium violarum, vel rosarum
albarum, rubrarum, præcipue autem (vt dixi) incarna-
tarum, a quas, & bilem purgat, estate salubriter ab vn-
cis duabus ad vncias quatuor: sunt qui ad vncias sex,
paucos anisi, aut feniculi aut cinnamomi addito, ne
flatus in ventre moueat, & liquoie idoneo. Præstan-
tior autem multo est hic syrupus rosatus purgatorius,
quam qui ab Auicenna componitur ex succi rosarum
libris duabus, mellis libris quatuor scãmonii tosti vn-
cia vna coctis ad spissitudinẽ. Si autẽ librę infusionis
dimidiã incoquantur lib. vna sacchari, minus soluit nẽ
syrupus: si libra librę mediocriter: si infusi librę vni,
& dimidię sacchari libra vna incoquantur mire soluit.
Coqui etiã cum melle in hyemem potest. Qui vero ex
succo rosarum clarificato coquitur cũ aqua portione
sacchari, vncis tribus, etiã alium comprimẽdo sol-
uit, sed multo clemẽtius, quam qui ex multis infusio-
nibus rosarum recentium. Qui denique ex infusio-
nibus tribus rosarum siccarum fit syrupus, sicut rosatũ
vnc. iiii. singulis aque colandę libris iniciantur, va-
lenter adstringit, & ventriculum roborat, à neotericis
inuentus, & syrupus rosarum siccarum appellatus.
Purgatorius quoque aquarum, & biliosũ succi fit
syrupus ex 4. 5. 6. infusionibus florũ recentium perlici:
idemque odorosus, ia poris iucundi, mouice calidus. Ex
isdem floribus saccharatus, seu cum saccharo contu-
sis, conserua, vt vocant, eodem modo purgatoria est

præsertim recens. Vis enim ignea, & purgatrix ab his
omnibus facile vanescit.

Operatio in infusione. Quamvis hic de diluti ex
rosis, & violis parandi ratione simul agat, non si-
mul tamen parari possunt; præuertunt. n. violarum flores
rosarũ exortũ longo intervallo. Quod autẽ hic ad certum
aqua pondus certã florũ purtẽ præscribit, non eodẽ modo
nunc observatur, alij tantundẽ vtriusque sumunt, alij non
observato pondere tantũ florũ infundunt, quanto recte dilui
possunt. Sed præerea quũ Mesues bis infundat, nosiri etiã
sepius, præsertim vbi non tẽperandi tantũ, sed expurgan-
di quoque gratia paratur. noues enim, & sepius nonos
flores prioribus expressis, & abiectis eidem diluto adij-
ciunt, maiori semper vi addita. Noni aliquos, qui florum
copia largiori vsi, tertia, quarta ve maceratione easdem
vires dilutis cõparent, quas alij nona. Porro dilutum hoc
ad senas vncias assumptũ aluo biliosa educit excrementa
multa, nuncupatus rosaceus solutiuus, ad quaternas ab-
suptus vncias copiose expurgat, diluũ tamen, nisi sumatur
largius sex vnciarũ pondere, id vix efficit. at syrupo ta-
men purgandi, quęcunq̄ illi inest, vim à diluto cõiulari
certũ est. Sed tribuentũ hoc fortasse est deserosia faculta-
ti, qua saccharũ præstat. neque. n. ad purgandũ at vabẽ di-
tantũ vi est opus, sed etiam extergendi. Sane vbi de aqua
rosarum, & de purgandi facultate mentio incidit, non
silebo purgandi vim, & succo ex recentibus rosis expres-
so, & stillatitio ipsarum liquiori pertinaciter inbavere.
qui enim succum ad vncias quinq̄, vel stillatitiũ liquo-
rem ad vncias decem sumpserẽ, sape vidimus detractis
biliosis excrementis copiose expurgari, qua res etiã adie-
cto sero sæli. ius cedit.

COST.

M E S V E.

CIVLEPVM alterum rosatum fit ex aquę ro-
sarum libris tribus, sacchari libris duabus.

IVLEB, quod fit ex destillatione rosarum est
illud quo sape vtimur, quod ab Auicen. in v.
can. duob. modis describitur, vno modo zuccha-
ro clarificato cũ aqua cõmuni addunt pro omni
lib. zucchari sic clarificati, vnc. ij. aquę rosarum
quem modum etiam posuit Serapio in proprio
antid. Et hoc modo factum non habet tãtas vti-
litates. Secũdo modo describitur ab Auic. vt hic
describitur, qui modus est vsualis.

CHRI.

HOC est in vsu, & dicitur iuleb rosarum, ex quo
re, & ad situm amouendam maxime idoneus, quo ta-
men antiqui non vtiebantur, quia nec aquam rosatã
norant, nec hunc sacchari vsũ.
ID iulepum est hodie vsu frequentissimo in febrilibus,
& siti aquę quadruplo mistum, quia suauissimum,
paratu facilius, & clarius, quam præcedens. Id quia
REGI NOSTRO FRANCISCO in vsu
est frequenti, iulepum Regium à Medicis Patrii son-
sibus appellari ceptum est: idque solum medici ho-
die in suis placitis absolute requirũt. Veteribus igno-
tum, rhodostagma, seu aquam rosarum, & hunc sac-
chari vsũ nescientibus. Quibusdam vero vni librę
sacchari in aqua cõmuni clarificatę adduntur aque
rosarum vnc. ii. vt sit ex aqua rosarum pauca, & multa
cõmuni cõpositum. sed id inefficacius.

MAN.

SYLV.

IVlepalid rosatum. Per aquam an succum intelli-
gat, vt proxime de violis exprimit, an stillatitiã
aquam, non constat; constat tamen hoc destillationum
non fuisse ignarum. Sed vtro modo paretur non erit dissi-
milis efficacit.

COST;

M E

MESVE DE MEDICINIS SOLVTIVIS

M E S V E.

IVLEPV M de succo violarum fit ex succi violarum lib. tribus, coctis cum sacchari lib. ij. similiter fieri potest ex succo rosarum, estq; purgatorium.

IN cōmuni vsu est id, quo multi, parū confidentes, in ventris fluxibus, quasi adstringente alium videntur: cum tamen contrarium potius operetur, quod ex succo rosarum fit, & syrupus rosatus dicitur.

SYLV. **I**Dulcupum ex succo violarū, & rosarum, & ceterorū est præstantissimū, quod plantarū succus ipsarū velut quidā sanguis est. lacundius est ex florū infusione, minus efficacis nisi multiplex fiat infusio, & flores recentes sint: iucundissimū, & maxime imbecillum ex aqua destillata: in febre ardenti, & itū stomachi, aut thoracis, fit inexplata. Ad idem valet Actuario rosachar, id est succus violarum cū saccharo coctus, bilis actimonia obtundens, idemque ob lentorē thoracis vitis est aptum, & aqua cum saccharo cocta, & aqua cum floribus nymphæ, & saccharo cocta, bilis ardorem mire frangit, & refrigerat.

COST. **I**vicp de iucco violato. *Quod dicebam, quia, contra quam in rosis, stillatitia viola in aqua pa. n. odoris, ac pristina in virū retinet, propterea hoc iulapū ex succo violarū semper illi, quod est stillatitia fit aqua præferre.*

M E S V E.

IVLEPV S zizyphorum asperitatem gutturis, & tussim iuuat, sputum tenue, quia in crassat, facilius expelli facit; ob id raucitati, & plevituti cōterit, fit ex zizyphis magnis, & pinguibus centū coctis in libr. iij. aquæ ad dimidias; quæ id li. ij. reliquæ cū sacchari lib. j. percoquantur in syrupum, id est, iulepum simplex.

CHRI. **I**vleb iuibinum id est de iuibis nō est in vsu, secundum hanc descrip. in forma iuleb, sed bene in forma syrupi, vt dicitur inferius, & haberet virtutes, & operationes in litera positas. Dicit, fiat syrupus id est iuleb simplex: sicut iuleb qd lymphari debet cū aqua hordei, vel capillis veneris, vel cum aqua simplici clara secundū exigentiam dispositionis, cum exhibetur in dosi conuenienti, & condecanti.

MAN. **Z**izypha græce, & latine dicitur, & serica: Gal. nihil fecit: recentiores in vsu habent sicca, nec ego ea in totum respuenda puto.

SYLV. **N**ON est in vsu, quamuis in hos affectus fuerit efficaciss. cū aqua hordei, vel adiantu, vel communis. Eius loco in vsu est syrupus zizyphorum post dictus. Syrupus zizyphorum simplex ad catarrhum tenuem in pectus, ad sputum liquidius in crassandū modice, fit ex zizyphis centū coctis in aquæ pluuialis lib. iiii. ad dimidias: colatam percoquitur in syrupo cum sacchari lib. i. postea compositus scribetur valentior.

COST. **I**vubinum. *Zizypha quum ad perfectam crevere magnitudinem, adhuc tamen si hærbo suo succo turgēt, solent multi clybano committere arefacienda, & ubi arefacta manibus oleo illitis perfricant, in medicos usus reponere. quæ huius sunt generis crassefacere humores posse arbitrandum est, ad quem usum hic usurpantur: alias vero quum attenuatone est opus, utendum arbitror ijs, qui sua in arbore maturuerint, & dulcibus, & acerbis expertibus, qualia in loch sano, & experto de siderantur.*

M E S V E.

SYRVPVS de pomis cor imbecillum roborat, ob id syncopem, & cordistremorem sanat, fit ex pomorum dulcium, & acidiorū succi, ana lib. v. coquendis ad dimidij consumptionem, deinde biduo residere permittendis donec clarescant. Tunc colentur, & cum libris tribus sacchari fiat syrupus. Quidam huic succo nondum per residentiam purgato immergūt sericum crudum, cocco baphica recenti tinctum, donec is rubescat, & cocci ac serici facultatem recipit, atque est præstantior.

Sis, quid superscripserim de malis. Paul. ex dulcibus parat, & vocat hydromalum.

SYRVPVS de pomis simplex quibusdā in vsu, alijs compositus post dicendus, magis Efficacior erit, si poma dulcia augeas, quod illa odore cor magis roborat, aut Pauli hydromelū ex cydonijs odoris, & aliud ex solis dulcibus pomis ostendunt, vt contra Sero pio ex solis pomis acidis: acida enim purgedinem probibent appetentiam inuitant, sitim sedant, ventriculum post vomitum biliosum roborant. Ne autem accipericum pannum ab infectioribus tinctum in chermes cum alumine, & alijs, quod illud chermes a saccobaphicæ cocci sit diuersissimum, vt dicemus in syrupo corticis citri. Hæ compositiones ex fructibus syrapi sunt, quia minus coquantur iulepis, aut affines, quia simplices, minus tamen clara.

De pomis. *Conferre imbecillo ex caliditate cordis, hic poterit manifesta qualitate, qua refrigerat. Ob autem de serico meminit, qui existimant sericum occultam proprietate eidem viseri conferre, non eos ego sanè contempserim. Sed in imbuedo ex chermes serico, pro chermes tinctorum granum dubio procul sumendum, nō vobis nisi pimpinelli a nunc ea voce nuncupati, & veteribus ignorati. in serico autem ad medicos usus insciendo ea seruari desidero, quæ supra, quum de consuet. alchermes ageremus.*

M E S V E.

SYRVPVS de pyris ventriculum roborat, & cibum in eo continet. fit syrupus de pomis.

Syrupus de pyris confortat stomachum, & stringit materiam, & eius modus est sicuti syrupus de pomis.

Avic. in v. canon. habet descript. eandem cū ista. idem in quarto canon. fen. prima cap. de cura morbillorum laudat ipsam sub nomine syrapi de altelea & sunt altelea pyra, vt exponitur in suis synonymis.

LICET non sit in communi vsu, efficaciam tamen haberet si ex congruis pyris pararetur, in his, que Meius dicit.

PRO varia pyrorum natura varie sunt eius vires: in hunc aut adstringentia pyra. nō tamē acerba, sed solū austerā, aut subausterā Mesues accipit, quæ refrigerando, & adstringendo ventriculū à calore imbecillum, vt in febribus, roborat, & cum cibi tenax non fit, sed vomitu, aut deteccionē mox excernat. firmata retentrice, & osculo ventriculi utroque adstricto cohibet. In vsu non est, tamen saluberrimus fuerit.

DE pyris. *Supra condita pyra probabat etiam ad cordis robur, quod illi ex proprietate forma tribunt, qua etiam eius semina, & folia venenis aduersa veteres obseruarunt. Quia autem quæ ventriculo robur conciliant dicuntur, serè astringentia sunt, propterea pyris hic utendum erit austeris. alioqui non tantundem hic valebit syrupus, quantum de coronis, quod hic proxime scribit.*

ME-

M E S V E.

SYRVPVS de cydonijs idem pollet, & eodem fit modo.

CHRI. **I**VLEB optimum, licet non sit in vsu nec preparetur, tamen mirabiliter operatur in constringendo omnem fluxum ventris hepaticum. Et ego iam vidi multos curatos cum eo, premiffa iam leui mundificatione cum casia, vel manna, praesupposito regimine cibi, & potus, & aliorum, vt expedit. Debet assumi in dosi conuenienti, cum aqua extinctionis chalybis semper thomacho vacuo. Et sufficit, quod aqua sit dupla ad ipsum iuleb.

MAN. **E**Thunc vocat Paulus, hydromalon. Recentiores quidam factum ex malis, malozulapon, hoc

SYLV. **D**Ynteriam hepaticam mire sanat, modice per casiam, aut mannam vacuato corpore. Sed valeorior est ex succo cydoniorum pariorum, quae mascula vocamus, & quae acerbiora sunt, quam ex succo itrubiorum seu pragrandium, quae foeminae vulgo dicuntur. Hoc recentiores quaedam *βυλγαριαν*, & *αυδωριαν* vocant. Alijs miua cydoniorum simplex dicitur, nec postea Mesue scribatur miua sine speciebus, & cum speciebus. Paulus etiam hunc hydromalon vocat.

COST. **D**E Cydonijs. Parandus hic esset ex recenti adhuc atq; eo modo quo supra dicebamus expurgato succo. Vbi enim inueterascit, ac rescit, neque astringendo tunc tantum valet quantum antea.

M E S V E.

SYRVPVS de persicis intemperiem calidam ventriculi, & inde natam sitim compefcit, orisque foetorem, fit vt syrupus de pomis.

MAN. **E**T hic non inutiliter parari potest.

SYLV. **S**yrupus ex succo persicorum praesertim minus humidorum (qualia nos Coriboliana vocamus, quod in Corbolij territorio, & plurima, & praestantissima proueniant) profecto fuerit praestantissimus. & multo vtilior, non minus iucundus, quam persica ipsa condita, refrigerat, humectat, ob id intemperiem calidam sedat, & sitim, & odorem iucundis tetrum oris odorem tegit, & epistram emendat, eum. s. qui a corruptis in ventriculo humoribus, vel viceribus excitatur, non eum, qui a putredine humorum, vel partium in pulmonibus, faucibus, ore toto, nardus prouenit, quia vel in has partes non fertur in his vix momento manet, adde quod qualitate aromatica putredini resistit.

COST. **D**E persicis. Persici odor in tenuibus eius partibus sius decoctione euanescit, vt oris foetorem eo emendari vix credam, nisi forte dum calidorem ventri, uli intemperiem corrigit, corruptela etiam nidoroza aduersetur.

M E S V E.

SYRVPVS ex succo oxalidis febribus biliosis, & pestilentibus saluber est, cordis & ventriculi flammam calorem extinguit, ipsaque roborat, fit vt syrupus violarum.

MAN. **A**VICENNA vocat omnem lapathon acetosam. Videtur autem apud Dioscoridem sola illa lapathon species, quam vocant oxalida.

A **S**yrupus item ex intybi succo ad hepatis intemperiem calidam, & obstructionem, accipit succi intybi purgati lib. viij. sacchari lib. 5. & dimidiam, coque in syrupum. Sic fiat syrupus ex succo cichoriorum, lactucae, portulacae, betae, brasseae, buglossi vtriusque, eupatorij, absinthij, sumatiz, hyssopi, mentae, marrubij, arthemisiae, & similibus herbarum tam frigidarum, quam calidarum, & temperatarum. Possis etiam sacchari quantitatem succo aequalem in aqua a qua prunis liquare, & per pannum laneum colare, mox percoquere, etiam ultra aquae consumptionem, ad consistentiam, scilicet, pendiorum, quae vocant, aut sacchari rosati, mox a prunis deposito saccharo sic per cocto, succos huiusmodi residendo puros, paulatim miscere, parum coquere, & seruare. Potes et succos parum coctos, residendo purgatos colatos simul cum saccharo, vel iam clarificato, sed simul clarificando, sine aqua coquere in syrupum, sed coctione tam longa vis succorum, praesertim refrigerantium, prope tota corrumpitur, quod prior modo non ita accidit. Quando autem, in syrupum succus est coquendus, modo potteriore prius residendo est purgandus, deinde ouorum albuminibus, postea cum melle, aut saccharo coquendus ad mellis crassitatem, aut circiter, vt seruari possit.

SYLV.

B **D**E succo acetosae. Syrupi huius frequentissimus nunc est vsus, neque in eo conficiendo aliud, quam oxalis vsurpandum. Sed & oxyn quod acetosam trifolium vocant, si quis parato ex eo syrupo in vsum traduxerit, potest ad omnes eos vsus tantundem posse, quantum ex oxalide.

COST.

M E S V E.

SYRVPVS ex succo cucurbitae febres ardentis, biliosasque reliquas, gutturis asperitates, & pleuritidem emendat. Cucurbitam magnam maza inuolutam clybano coque, eius expressi succi lib. v. cum sacchari lib. iij. percoque.

C **M**AGNAS vires hic habet in siti, & magno incendio extinguendo.

MAN.

Nobilis quidam nostras, in peregrinatione Hierosolymitana loppe ardentissima febre correptus, a Medico iudaeo est confectum hoc syrupo perlanatus, id obiter addendum putauit, vt lector intelligat multa in Mesue praestantissima medicamenta velut neglecta iacere, quorum vltus est saluberrimus. Hic ergo sitim, & vehementem febrium ardorem potenter extinguit magna frigiditate, & humiditate. Gutturis haec asperitas calidam, & siccam expirationem per febres ardentis sequitur, pleuritis ab omni humore fit, frequentissime tamen a bile, vt apho. 33. lib. 6. ob id biliosis, & calidissimis morbis pleuritidem biliosam tanquam acutissimam, & calidissimam hic commemorat.

SYLV.

EX succo concurbitae. Nunc audio cucurbitam excanari, & indito illi saccharo leniter coquendam temperato clybano committi, collectum vero in ea liquorem ad propositos hoc loco affertur vsurpari. Hoc ipsum in memoriam mihi ducit melonem Indum anguriae nomine agnitum, cui si factum in superiori parte officio saccharum immittitur, dissoluitur, & anguriae succo quo multo affuit commixtum, potum ad refrigerium, & sedandam sitim opportunissimum praestat. Sane, syrupum ex succo cucurbitae etiam ad pleuritidem commendat, quam tamen quantumuis biliosam transacto eius initio, quo cohibenda erat fluxio, frigidioribus hisce rebus adiuuari posse dffidimus.

COST.

M E S V E.

SYRVPVS de prunis valet idem, quod syrupus de violis, & similiter fit.

HIC

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

MAN. HIC præter hoc quòd infrigidat, aliuu etiam lenit: loco eius vrimur diaprano simplici, sicuti & duobus de granatis.

SYLV. EIVS syrupi, vt prunorum, varia est natura: si enim dulcia sint, aliuu subducit: eius autem loco Diapranu simplex usurpamus: si autera sint, aliuu cohibet, nisi summis epulis sumptus, si maris partibus ventriculi superioribus, deorsum pellat. Si acida sint, refrigerat, humectat, incidit, tenuat, appetentiam excitat. Dulcicida vero Mesue videtur intelligere, quæ parum aliuu subducant, & magis refrigerent modo violarum.

COST. SYRVPVM ex prunis lib. simpl. esse ait inuamenti notu, quod intelligendum. Sunt enim pruna omnia, & acida refrigerantis facultatis. An vero ex succo; an ex stillatitio liquore hic sit parandus, quum non explicet, quia succus, si quis illis saccharum coquendum indiderit, densari in gelu solet, vturpandus videtur liquor: quem quidem, quum nos destillatione eliciuimus, refrigerando, largius autem epotum etiam subducendo ventri, non imbecillum agnouimus.

MESVE.

SYRVPVS de granatis acidis febres biliosas, & quæ ex pituitosis flammam multam inuehunt, iuuat.

MAN. PAVLVS rhoiton parat ex par. iij. succi, & vna mellis. Sunt qui immergunt setam, quia videlicet putent habere magnam vim in roborando corde.

SYLV. EX succo purificato granatorum acidodulcium, vel acidorum simul, & dulcium, vel acidorum tantum, aut acidorum maiori portione, cum saccharo, fit hic syrupus, vt præcedentes, quia refrigerat, humectat, & obstructa non nihil liberat, essentia tenuitate biliosas febribus est efficax, sed etiam pituitosis (qua sapor acidus etiam incidit) & præcipue multum infaminatis. Nam, vt ligna viridia a gre incenduntur, sic pituita putredo vix vritur: vbi autem accensa omnino est, modo aliarum arde: quod & Hipp. causus pituitosus, & hybernus declarat. Syrupus ex succo omnis oxalidis, idem pollet, vt post leges. Paulus præterea parat ex partibus tribus succi granatorum, & vna mellis. Sunt, qui sericum mer gatis, putantes id magnam vim habere roborandi cordis.

COST. DE granatis. Vt punici acidi succus morbis, quos dærior, & tenuior bilis excitat, dum refrigerat, & crassefacit, opportunus est: ita ijs diuersus, quos pituita frigida, aut crassa: recte ergo quum syrupum ex punicis acidis valere ad pituitosas febres ait, subdit, si magna illis iungatur inflammatio: esse ve. o ea solet ex salsa pituita, qui humor biliosam amulatur naturam, & febres interdum ardentes procreat: quare in pituitosis febribus nisi ex salsa sint pituita, abstinendum hoc erit, quod vt refrigerare, & crassefacere, ita efficere potest, ne humor coquatur.

MESVE.

SYRVPVS de granatis dulcibus, sitim, tussim, pleuritidem iuuat, sit vt prior, præstantior euadit, si succo maceratis sericum cocco baphica tinctum.

SYLV. SITIM à sicco sedat humectando: minus eam, quæ à calido est, quod dulce in ventriculo calido prompte in bilem tranam vertatur, & sitim inde excitat, si videlicet e calte dulcia sunt, vt mel. aliud autem sentiendum de minus dulcibus, sunt enim in dulci sapore ceu gradus quidam maioris, & minoris ratione distincti. Et pituita dulcis in 1. gradus, lac in 2. glycyrrhiza in 3. mel, & sanguis dulcis. in 4. ob id mel quæ summe est dulce, a calore vel suo, vel alio prompte amarebit, glycyrrhiza autem recess etiam diu coqui potest

citra periculum adustionis: vnde & ipsa Græcis adustio dicitur, quod sitim sedat, lac coqui diutius potest, pituita diutissime. Quatenus autem dulcia tergent, hic syrupus asperitatem gutturis lenit, si ab humore sicco inæquale est, & humectando, si à siccitate exasperatum est: quoniam item dulcia tergendo sputa promouent: in omni autem pleuritide facile spere est saluberrimum, & quo citius, & largius spiritur, eo breuior, & tutior est pleuritis. Cor præterea roborabit hic syrupus, si succo huic sericum crudum grano tinctorio, (Mauri vocant) infectum immiseris donec succus ruber euadat. Nam vt utrumque, sericum inquam, & coccus baphica vim cordis roborandi habere creditur. Possit eadem ratione cæteris huius generis syrupis hoc ipsum misceri, non huic, & syrupo de pomis tantum.

DE granatis dulcibus. Dulcis punici succus, vt dulcis est, sitim vix sedat, sed in adustione, id præstat.

MESVE.

SYRVPVS ex corticibus citri stomachu firmat, & oris gratiam commendat. Corticum citri ʒ libras vnas, in aqua fortis lib. v. coquitur ad duarum librarum consumptionem, & cum sacchari ʒ lib. i. percoquitur in syrupum, condiendum moschi granis quatuor. Alij corticum quantitatem iustam in iulepum probe coctum proieciunt, & fit delectabile. Quod si aqua, cui cortices citri sint incocti, sericu cocco baphica tinctu maceratis, præstantior euadet.

SYRVPVS de corticibus citri non est in viliu, nec preparatus reperitur. Et hic nota, quia in præsentis lycupo fit mentio de seta tincta in chermes. i. in grana: reperitur etiam in quibusdam alijs descrip. chermes scripta per s, & non per r, & sunt passulæ sine nucleis.

CVM bene paratur, cerebrum etiam, & cor confortat, si intemperie frigida laborant.

Cerebrum, cor, stomachum, & reliquu etiam ventriculum, si frigida intemperie laborant, calore aromatico roborat iste syrupus, & cortex conditus, siue humidus, siue siccatus, diligenter mansus, & ore contentus, vel deglutitus. Nobis, vt dixi citrorum desiderio non paratur, sed eius loco saepe vrimur eo syrupo, in quo ipsi cortices citrorum conditi seruantur. Quia vero est odore iucundo, tetrum oris halitum regit, & obtundit, præsertim qui à corruptis in ventriculo humoribus effertur. Nam à partibus alijs ori vicinis odorem foedum, nec multum, nec diu dissimulat. In idem vitium cortex citri conditus est efficacissimus, siue ore contineatur, siue etiam præmâus deuoretur: præsertim aere frigido, aut temperato, & in ventriculo intemperie frigida potius, quam alia quauis: nam manifeste calfacit. Odorem vero huius syrupi aromaticum moscho addito auget, vt etiam partes principes valentius roborat. Quamuis autem calidus sit, tamen pestilentibus morbis, & veneno resistit, partes principes roborando. Ne autem accipe panum sericum tinctum chermes, rem à nostra natura, & cocci alienam non solum per se, sed ob aluminis, & aliorum tincturæ panni huius necessarium mistam malignitatem. Miscetur hic syrupus saepe alijs compositionibus ad cerebrum, cor, stomachu roborandû. Idem pollet conditura corticu citri liquida. Nam sicca minus est efficax, quæ sit corticibus in saccharum prope percoctum iniectis. Fieri similiter potest syrupus, & conditura ex corticibus limonum, & aranciorum: sed postremis quod amariore sunt, aqua macerando sunt ante dulcorandi.

DE corticibus citri. Magni hoc est usus ob comoda, quæ dum corporis spiritus eius odore recreantur.

evantur, principibus membris atque uniuerso corpori A
frigido aliquo vitio detentis affert: praesertim addito mo-
sebo. Sed mulierum gratia, quarum plurima offenduntur
mosebo, parandum hoc est etiam sine mosebo.

M E S V E.

SYRVPVS ex succo citri acido, bilis flauae, &
februm ab ea, aut viscerum phlegmone or-
tarum, ardorem flammeum potenter extin-
guit, ac sitim vehementem, ebrietati resistit, verti-
ginem iuuat, febribusque pestilentibus, praeter-
tim constitutione astatu venenosa, & pestilentia
opitulatur. Sic fit. Succo citrorum acidi lib. xij. in
vase vitrato coque igni prunarum lento ad ter-
tia partis consumptionem. cola. residere donec
clarescat, permittit. Clari succi lib. vij. percoque
ad iustam crassitudinem cum iulepi clari, & pur-
gati lib. v. Aut si astatu est, insola, donec aquosa
eius substantia consumetur.

CHRI.

ISTE syrupus est multum in vsu, & maxime
tempore pestilentiae, & alijs feb. mala quali-
tatis: nam resistit corruptioni aeris, & vene-
nositati aeris complexione, & proprietate
te, confortat stomachum debilem, & supercale-
factum, & cor prohibendo resolutionem spiri-
tuum, & infectionem ipsorum, & remittit in-
cendium superfluae caliditatis humorum. extin-
guit sitim, & sic somnum mire prouocat, & eius
complexio principalis est frigida ultra primum
cum leuissima siccitate, & aliquali humectatione,
quae longe maior efficitur ex permixtione a-
quae frigidae purae in duplici quantitate. Sic ergo
apparet, quod ipse est principaliter digestius
materiei cholerae, & subtilis, superfluae calidi-
tatis, sicut etiam syrupus acetosus simplex. Con-
fert in super ebrijs, & habetibus vertiginem, pro-
hibendo ascensum vaporum ad caput. habet &
alias operationes, quas tu ipse discernes. Recipe
succo acetositate citri, &c. Et infunde super ip-
sum de iuleb claro, & depurato. i. de zucch. lique-
facto claro, & praeparato cum claris ouorum, vt
faciunt aromatarij, vel aliter ex iuleb claro, &
depurato. i. ex iuleb rosato, perfecte completo,
lib. ij. & vtraque expositio est bona. reliqua, quae
ponuntur in litera, sunt clara. Et eius dosis com-
muniter fit vsque ad vnc. ij. cum aqua frigida, vel
aquis cordialibus buglossae, melissae, vel endiuiae,
& hoc, vel plus, vel minus de vna, vel altera illarum,
secundum quod quaerimus maiorem, vel
minorem extinctionem, aut confortationem vir-
tutis. Et si sumatur talis syrup. pro digestionem hu-
moru, semel tantum in die sumitur cu proporti-
one duplici aque. Si aut sumitur pro extinctione
sitis, & caloris febrilis, sic potest sumi pluries in
die stomacho ieiuno, & vacuo, & celebrata di-
gestionem cum proportione quadrupla aquae.

A D D I T I O.

Nota, quod pauci sunt aromatarij, qui sciunt
facere istum syrupum. immo omnes facientes
hunc syrupum, diu in forma syrupi non possunt
conseruare: sed congelatur tanquam geiea, &
hoc aduenit imperitia facientium. Sic igitur est
faciendum. Accipiatur illud, in quo acetositas
reperitur citri, & ipsam petia subtili leniter expri-
mas, & non violenter, exhibet liquor clarus non
macilaginosus. Accipe igitur de dicto liquore

quantitatem dictam, zucchari albi bene clarifi-
cati, & debito modo cocti quantitatem, vt supra,
& cum eo pone acetositatem, & soli expones. Sol
enim consumet paruo tempore humiditatem
superflua acetositatis citri, & remanebit clarum
tanquam aqua, hoc enim modo faciunt Cypriani.

PARAVI instar huius ex limonibus & inueni MAN.
placidum ac vtilem. Et confert ebrietati; vertigi-
ni. Biliosae.

SAPOR acidus refrigerando vehementiam bilis potenter
obtuondit, praesertim mistus aqua frigida, cum aqua du-
pla huius syrupi vnciae duae propinquantur, vel eius loco aqua
buglossae, intybi, melissophylli, vel alia pro scopis varijs. cor,
ventriculum, & partes alias ab intemperie calida imbecillas
firmat, & dum spiritus calore immodico tenuatos resoluui
prohibet, ac ipsorum putredini, & humorum, & aeris tora-
sua substantia resistit, per accidens naturam roborat, febre-
que pestilentibus, aut gigni prohibet, aut genitas emendat. Re-
frigerando item ac humectando (nam per se frigidus ac mo-
dicus humidus, duplo autem aquae assumpto vtramque qua-
litatem intendit) februm maxime biliosarum incendium
compescit, & sitim ac somnum conciliat. Quoniam postre-
mo vapores minuit, extincto calore vaporem causam effe-
tricem ebrietatis potu iam vino potente, & vaporoso, re-
primit frigiditate. Quae de causa nonnulli cum vinum mera-
cius libere cogantur, ob ventriculi imbecillitatem, ab eo ne
caput vaporibus calidis teneretur, aquam superbibunt: alij
pomum, aut pyrum, aut aliquid simile postremum ingerunt:
alij ore tantum ea continent: alij ore aperto respirant, vt va-
porum a vino calidorum pars magna cum expiratione foras
exhalet, non deferatur in caput, vbi spiritibus mista pro suo
impetu, errabundo motu spiritus ipsos animales dimoueat,
vt inde nobis appareant communia ebriorum symptomata,
Inter quae vnum quoque est vertigo, cum scilicet omnia cir-
cumagi videntur. Cui syrupus iste etiam succurrit, & visis,
quae vapor nunc biliosus nunc ab us a ventriculo, vel etiam
toto corpore elatus in caput, & spiritui visorio permittus
nobis mentitur, quales multa ieiunis quibusdam, omnibus ve-
ro febrem deposituris crisi per vomitum aut haemorrhagiam
narium accidunt. Citrea mala septentrionalis Gallia cum de-
sideret, hunc syrupum ex prouincia, & Gallia Narbonensi
coemit. Possis tamen ex succo limonum (quos plurimos, &
integerrimos praedictae regionis quotannis transtmittunt)
illo non multo inferiorem, magis tamen refrigerantem, &
penetrantem coquere. ambo praeterea cor, & stomachum
roborant, & spiritus resoluui prohibent. nec malus fuerit ex
succo aranciorum indidem magna copia huc anno prop-
toto delatorum.

SYLV.

MAN.

V. J. Y. Z.

C. I. S. T.

L. S. P. G. S.

Syrupus item acetosus simplex, & de granatis acidis, fa-
cultate refrigeratoria huic est affinis, virtus alijs longe in-
ferior. Iulep, clarum est saccharum aqua dissolutum, coctum,
cum albuminibus clarificatum, vel iulepum accipe cum suc-
co citri factum, aut rotarum. Potes etiam saccharo lib. ij. in
aqua triplo ad penidiorum consistentiam coctas illi syrupo
incoquere, post insolare dies 40. vt diutius feruetur. Si con-
tra bilem sumitur, mane detur eius vnc. ij. cum dupla aqua:
si ad sitim, & calorem febrilem, longe a cibo frequenter die
sumitur vnc. ij. cum aqua quadruplo.

ACETOSITATIS citri. Frequens huius quo- COST,
que, & non paruus, ad eos affectus, ad quos Me-
sue proponit, est vsus. Si autem recens expressus succus
lanae lingua excoletur, decoctione non egebit quam eius
expurgandi gratia Mesue instituit. licebitque addito sac-
charo semel tantum coquere citra virium iacturam, quam
repetita coctione fieri necesse esset.

M E S V E.

SYRVPVS de Omphacio ventriculum
roborat, etiam praegnantium, ne aliarum
partium excrementa facile recipiat. ob id
cholerae morbo medetur, intemperiem
calidam ventriculi, febres biliosas, sitim vehemē-
te extinguit; venenis resistit. Fit vt syrupus ex suc-
co citrorum. Nonnulli condiunt caryophyllis.

SYRVPVS de acresta vsus esset conueniens vo-
mitui superfluo assumptus immediate post
cibum

Mesue.

Z

cibum

COST.

CHRI.

MAN.

SYLV.

COST.

ibiac. Si vero ijs utendum sit, quibus acini insunt, debendi illi sunt ob astringendi vim, quam insignē habent.

M E S V E.

SYRVPVS ex Dačtylis ventriculum astringendo roborat, ob id vomitum, & fluxorem alui sistit. fit ex dačtylis enucleatis, tritis, coctis ad cōsumptionem duarum partium, deinde in syrupum percoctis.

DICUNT esse dačtylos: sed mirum est cum alias interpretis consueuerit vti voce dačtylorum, quod nunc vtatur voce illa.

SVCCO dačtylorum caremus, vnarum abū damus, tamen cocto in syrupum nō vtimur. potest, qui vult, componere, & composito ad dictos affectus vti. Quae ex vino, & aceto, succis fructuum, cum melle, aut saccharo fiunt potiones, xomeli, oxymel, oxy sacchar simplicia hic adscribi possunt, quia tamen multipliciter componuntur, in compositos syropos distuli.

DE albelach. Non docet qua aqua mensura, quod palmularum pondus sit incoquendum. Si exemplum syrupi xiz yphorum sequi velimus, tantum esset palmularum, quantum xiz ypha centum pendunt, assumendum, et quaternis aqua libris incoquendum ad dimidias. sed quia palmula lenta, pinguique substantia xiz yphis longe praesent, & maiorem quoque aqua mensuram videntur posulare. Committendum ergo id erit pharmacopaei dextentati, ne apozema, quod decoctum vocant, consistens sit crassioris, quam vt in syrupi consistentiam duci possit saccharo adiecto. cuius, licet non meminerit, quia tamen duendum hoc medicamentum ait in syrupum, superiorum exemplo saccharum admonet adijciendum.

DE SYRVPIS COMPOSITIS.

M E S V E.

HA CTENSVS syropos simplices, & iulepos descripsimus. nunc compositos aggrediamur, primum refrigerantes ferē, postea calfacientes, & roborantes.

HA EC est secunda pars principalis huius sextae diuisionis, in qua postquam posuit iuleb, & syropos simplices, nunc prosequitur cōpositos, licet inter compositos intermiscet syrupum acerolum simplicem, quem tenet medium inter simplices, & cōpositos. Et primo, ponit syropos, qui magis conueniunt ad digerendam materiam calidam, quia plus attinent complexioni frigidae in eorum virtute, & subsequenter ponit illos, qui principaliter conueniunt ad digerendum materiam frigidam, nam cum eorum complexionem plus attinent caliditati. Et licet aliqui syropi, in hac prima parte positi etiam simul conueniant ad digerendum materiam calidam, & frigidam, sicut inferius declarabitur, tamen in eorum complexionem plus attinent gradui frigiditatis.

Compositos hoc vocat, quia praeter sacch. aut mel, ex pluribus, quam ex vna re consistant.

SYRPOS ex succis fructuum medicamentosis, praesertim refrigerando, & astringendo, & obiter ex succis herbarum etiam calfacientibus, simplices explicuimus: compositi super sunt, inter quos Mesues acetatū, ex aceto, aqua, saccharo recenset, quamuis minimum sit compositus. Frigidi autem hi aduersos biliosos affectus, & sanguineos sunt efficaces, vt calidi ad pituitosos, & melancholicos, nisi quibus melancholia feruet. Primum autem compositos ex succis fructuum docebitur, quo ordine simplices prius sunt descripti.

M E S V E.

SYRVPVS papaueris ad catarrhum, & tussim causam insomniā, fit praesertim ex capitum papaueris albi, & nigri, ana drach. lx, coctis in libr. iij. aquae pluuialis, ad consumptionem ꝑ lib. ii. & dimidia. tunc percoquantur cum sacchari albi, & penidiorum, ana vnc. iij.

SYRVPVS de papauere. duae descriptiones **CHRI.** Syrupi de papauere ponuntur in hoc antidotario a Mesue, sed ista prima, quae ponitur est magis in vsu licet, & alia quae sequitur magistraliter conueniat, vt de ipsa inferius declarabo: valet enim iste syrupus principaliter ad prouocandum somnum, ad tussim extinguendam, assumendo de eo vnc. ij. de sero vna hora post coenam, & etiam de mane si expedit vna hora post prandium: reprimunt enim vapores calidos, & acutos qui sunt causa vigiliarū. etiam sua frigiditate caliditatem superfluum remittit, prohibet etiam descensum catarrhi acuti ad partes pectoris, & pulmonis. Confert etiam tussis siccae, & asperitati gutturis, & cannae, assumptus tempore congruo, & cum modo, & aqua conuenienti talibus dispositionibus. Rec. papaueris albi, & rubei, & proprie capita eorum, cum semine, supple.

A D D I T I O.

Duos describit syropos de papauere, tamen primus magis conuenit ad somnum prouocandum, quam sequens.

LONGA nimis videtur haec decoctio, adeo, vt in recentibus vim perdat. Tutius est coquere, donec tabescat, nec amplius.

GALENVS in diacodio hunc terminum decoctionis non vult tam longum in recentibus praesertim capitibus, quia vim perdit, sed donec ipsa capita coquendo tabescant. Potest fieri ex solo semine, sed praestat ex capitibus cum semine decoctis ipsam componere, quod in capitibus refrigerantia sit insignior, vt indicat opium ex his praesertim, nigri incisus, emanans liquor maxime omnium narcoticus. Huius syrupi, simplex vsu frequentior, quam sequens. catarrhum calidum, tenuem, & acrem, in asperam arteriam sistit, quia frigiditate sua cogit, & crassum efficit humorem, ob id ad fluendum ineptiorem. In quem vsu diacodion adhibet Gale. Caloris quoque incendium extinguit, somnum conciliat, tussim sedat, guttur lenit, Tussim quoque ab eodem catarrho siccam sicut, aut saltem mitigat. sicca autem est, quod nihil materia tenuioris, & efflationem tussis materiam eludentis expectoratur, & lentore suo gutturis asperitatem lenit. Pro pluuiali aqua quidam malunt fontanā, & coquunt ad consumptionem tantum librae vnius, vel vnius, & dimidia in formam iulepi. Capita autē papaueris sicut recentiora, quia frigidiora sunt, & diu minus cogi desiderant, quam sicca: somnum quoque conciliant, tamen per se refrigerando, & humectando sumptus vncijs duabus hora somni, cum per accidens mitigat tussim vigilias excitantem. Eadem vi fit in Mesue. Z ij exim

AN.
LV.
AN.
SYLV.
OST.
CHRI.
OST.
CHRI.
MAN.
OST.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

extinguit, à calido, & sicco nasci solitam. Papaueris E non nigri, sed rubri legunt nonnulli, quod papauer rheas est Dioscoridi refrigerans, & omnibus suis partibus somnum conciliat, ne putes cum quibusdam ipsum anemonem esse calidam herbam.

M E S V E.

SYRVPVS Bizantinus ad icterum, & febres putridas, biliosas, & phlegmaticas soluta contumaces. Recipit succi intybi, & apij. ana lib. duas, succi lupuli, & buglossi hortensis, vel syluestris, ana libram vnam. ferueant semel, & purgentur, eius succi clarificati lib. quatuor igni lento coque in syr. cum sacch. lib. duabus, & dimidia. Interdum acetum mensura succorum purorum dimidia incoquitur, interdum rosarum vnciæ duæ, glycyrrhizæ vnc. dimidia, spicæ nardi drachmæ duæ, seminis anisi, foeniculi, apij. ana drachmæ tres succi incoquantur, & vi mirus euadit.

CHRI.
Syrupus de
bizantijs
duplex.

ISIE syrupus de bizantijs, dupliciter autem reperitur. vno modo secundum simplicem descriptionem, alio modo cum additione, quæ in fine huius capituli ponitur, & vocatur syrupus de bizantijs cum additione. Et, vt sic habet diuersas operationes efficere. Iste syrupus est valde famosus, vnde habetur in continuo vsu propter eius excellentiam, & iuuamenta, & maxime in febribus difficilis eradicationis compositis, vt cholericis, & phlegmaticis: & vt sic confert febribus de materia mixta, vt ex phlegmate, & cholera. Vnus tamen eius est magis conueniens transacta nona die, aut ad minus septima, & sic practicitur. Sed hic notandum, quod ante septimam vtimur communiter in illis febribus pro digestiuo, nostro syrupo de duabus radicibus, aut acetoso simplici cum aqua foeniculi, & tertia parte mellis rosati colati, vel media parte cum aqua simplici endiuia tantum, vel foeniculi tantum, vel endiuia, & foeniculi simul, secundum quod plus, vel minus prædominatur materia phlegmatica, vel cholericæ in dictis febribus. Prædominante vero materia cholericæ, vtimur syrupo simplici, vel acetoso composito cū quarta parte mellis rosati colati, & cum aqua foeniculi, & modico aquæ endiuia: si vero aliquid aquæ foeniculi ponitur, est valde modicum. Prædominante vero materia phlegmatica vtimur syrupo acetoso composito, vel simplici, si aliud membrum læderetur ab eo cum aequali proportione mellis rosati colati, & cum aqua foeniculi, & cum modico aquæ endiuia. Mel rosatum principaliter ponitur cum prædicto syrupo ad digerendum materiam phlegmaticam in stomacho, ipsam subtiliando, & abstergendo, & ad stomachum confortandum. Et syrupus de bizantijs cum additione est magis conueniens in declinatione febrium, quam syrupus de bizantijs sine additione: quia magis aperitiuus, subtiliatiuus, confortatiuus membrorum, & preparatiuus residui materierum ad expulsionem.

MAN.

BARBARA certe est hæc inscriptio, & si id notat, quod verba significant, auaritiam ostendit, quæ à bono, & viro, & medico debet esse aliena. Efficax tamen est syrupus, & multi vsus in lōgis febribus, præ-

sertim ab atra bile factis. Accipe eius clarificati lib. iij. Idest pro quibuslibet iij. lib. accipe sacchari lib. ii. ser. Et quandoque. Parant communiter vtroque modo, cum aceto videlicet, & absque eo: dum tamen simpliciter scribitur, acidus est accipiendus.

COOQVENDO despumentur, & clarificentur, & SYL coolentur succi. Si hūc vis obstructa potentius aperire, adde acetum album, apium, petroselinum, foeniculum, & alia vel splenica, vel hepatica, vel nephritica, aut ei iunge vtēdi tempore syrupum de radicibus, vel duabus, vel quinque. Syrupus de quinque radicibus ad eadem efficacior proximus viribus syrupo Bizantino incerti est auctoris. Accipit radicem apij, foeniculi, petroselini, asparagi, rusci, ana vncias duas, coque in lib. sex aquæ fontis ad tertie partis consumptionem, expressum percoquitur cum sacchari lib. tribus, addendo ad finem aceti vnc. octo. Alij addunt decocto seminis apij, foeniculi, petroselini, ana vnc. vnam, & in libras decem aquæ coquant ad dimidias. Expressum percoquant cum mellis potius quam sacchari libris quatuor.

M E S V E.

SYRVPVS acetatus simplex materias calidas frigiditate, tenuitate vero crassas, & glutinosas ad expulsionem apparat. Galeno etiam in partibus remotis, ad quas essentia sue tenuitate alia quoque medicamenta affectus in his contumaces victura conuehit: humorem tamen melancholico sibi temperamento affinem iuuare non videtur. Recipit aquæ fontis libras quatuor, cum sacchari libris quinque: coquantur in vase lapideo ad dimidias semper despumando, carbonibus accensis, aut si amma exigua, & sine fumo: tunc adde aceti albi clarissimi libras duas, si autem valētissimum vis, libras quatuor: si viribus mediocri libr. tres, & percoque in syrupum. Datur ab vnc. j. ad vnc. tres cum frigida.

SERMO in syrupo acetoso. Hic auctor ponit descriptionem syrapi acetosi, & virtutes, & operationes eius. Est enim multum famosus, & excellens, efficax, & mirabilis in digerendo materiam subtilem cholericam, & acutam, vnde summe confert cholericis febrientibus. Incretatiuus, enim est materierum subtilium, & extrinsecius superflua caliditatis, & sitis, aperitiuus opilationum, prouocatiuus vrinae, & alias quam plures habet operationes efficere. Et iste syrupus acetosus simplex est minoris infrigidationis materialium complexionum calidarum, quam syrupus violatus; sed est maioris aperitionis, & prouocationis, & prohibitionis putredinis male, & venenose, ideo multum confert tempore pestilentia, & febribus pestilentialibus assumptus cum aqua buglossæ, vel mellisæ corruptioni acris resistendo: ipsum autem Galenus summe commendat xj. therapeuticæ, & de ipso multum confidit in dispositionibus putredinalibus, nisi sit nocuum mentum magnū in stomacho, & insensibilis lesio in neruis per frigidū. Et iste syrupus per se solum assumptus cū aqua simplici, vel endiuie principaliter conuenit in digerendo materias calidas, & subtiles. Et subdit auctor quod posse eius et extenditur in materias frigiditas, crassas, viscosas, & adhaerentes, hoc autem habet intelligi si sit admixtus cum alio

alio syrupo calido, & melle rosato colato, vel alio syrupo cōposito absque aceto, de quo statim dicemus, vel lymphatus cum aqua apii, vel sceniculi, & similibus calidis aquis aperitiuis, & sic conueniret ad materias frigidas, admixtus tamen cū calidis sub debita proportione. Et sic apparet solutio dubii, quod ipsemet t̄git in litera dū dicit. Et nos quidem diximus de isto, quod facit penetrare medicinas simplices, quæ cū ipso administrantur in partes, quas forsitan non penetrarēt, & facit eas acquirere sectiones diuisivas duri, & difficilis, & cur hoc etiam remanet cū ipso virtus in frigidatiua, & incisiva. Et componitur solū ex zuccharo, aqua, & aceto, secundum proportionem positam ab auctore, & litera est clara.

A meminisse plane cōstat. Sed mendū hic esse in Mesue dice ex ijs verbis apparet, quibus, continuata cū illa periodo oratione, qua testimonium citat Galeni, subdit, quod licet videatur id de quo agit, incipiū, ut ad atrum humorē conferat, confert tamen adiuuando medicamentorum penetrationē, qua verba de aceto dici, & ex Galeno desumi nulli dubium est. De aceto igitur non de syrupo ex saccharo, & aceto Galeni affert auctoritatem, quod ad omne humoris genus conferat. proptereaque legendum videtur.

Et hoc quidem de aceto Gal. testatus est, &c. ita enim plana sunt omnia. Porro acetum ex albo vino expetit, quia tenuiorum partium, alibi etiam diligit, eadem de causa, vetustum.

M E S V E.

MAN. **E**T hoc quidem Galenus testatur. Galenus nūquam huius meminit, sed oxymelitis. Propter similitudinem, & communitatem. Hippocrates, & Galenus, acetum iuuat eos in quibus amara: ledit sumopere in quibus atra bilis dominatur: magis tamen mulieribus quam viris est inimicum, quia vterum lædit. In leui. Si videlicet non vis multum acidum. Et in forti (ideest, si vis multum acidum, Cum aqua frigida, &c.) Non exprimit quantitatem aquæ: nos autem duplicem aquam miscemus, & ex herbis potius elicitam, quam naturalem.

B **S**YRVPVS acetatus cum radicibus, bilem crassam, & auulsum difficilem, ac pituitā incidit, terget: obstruēta hepatis, lienis, renum aperit. Recipit radicem apij, sceniculi, intybi, ana vncias iii. seminum apij, sceniculi, anisi, ana † vnciam. i. feminis intybi vnc. dimidiā: hæc omnia igne lento coquantur ad dimidias in aquæ fontanæ lib. x. † tunc additis sacchari lib. iii. clarificetur. deinde acetum additur quantumlibet pro scopis, vt dixi nuper, variis.

SYLV. **A**FFECTIBVS biliosis saluber, quia bilem tenuitate, & caliditate furiosam frangit, crassat, extinguit: humores autem crassos tenuat incidit, obstructions aperit, vrinas mouet, sudores. Quæ contraria potest, nimirum contrarijs constans substantiis etiam aceti ratione. Cum autem acetum sit frigidum siccum, viribus maxime, & humor melancholicus frigidus siccus, & melancholia extincto iam calore frigida sicca Galeno dicatur, ob id humores, & affectus melancholicos augere videtur acetum, præsertim in mulieribus, quia vterum lædit Hipp. lib. 3. rat. vic. acu. & eius ratione syrupus, acetatus tamen, quia, hos humores, & similiter crassos, lentos expulsionem apparat tenuando, incidendo, meatus aperiendo, saluber etiā est affectibus melancholicis, vt quartanæ, libro 1. ad Glauconem, & splenicis remedijs sumendis, & ad mouendis miscetur in methodo medendi, & lib. 9. cap. ph. p. putredini etiam resistit, vt acetum, ob id pestilentibus febribus est saluberrimus cum aqua buglossi, melissophylli, & alijs partes principes roborantibus, Non abs re autem in vase lapideo, aut siliceo, aut terreo vitrato coquit. Nam acetum à vase æneo, aruginosum aliquid contrahit, & corrodens. Quod autem Galeno auctore hanc ei syrupo vim tribuit rerum asinitate fecit. Id enim Galenus oxymeliti tribuit, à quo hic syrupus nullo differt, nisi quod mellis loco, saccharum mellis speciem accipit; & quod crassius coquendo efficitur, quam Galeni oxymel, ad diuturnam custodiam. Potest tamen hic syrupus, vt Galeni oxymel parum coqui, astate præsertim, & fiet liquidissimus, clarissimus, iucundissimus in hos omnes affectus, vt quotidie experimur, potius, quam tantam crassitiem ex multa cōctione natam aqua, vel dulci, vel destillata dissoluentes, præsertim quibus affectibus timetur. Acetum autem album tenuius, & potentius alio est.

MODVS syrups acetosi cum radicibus sci **CHRI.** licet duab. de quinque radicem numero. Iste syrupus est multū in viu. Est efficax in dirigendo materias mixtas, & phlegmaticas, sic etiā summe confert febrib. compositis, & phlegmaticis; tamen eius virtus, efficacia, & operatio est plus ad materias phlegmaticas, quam cholericas, eo quod sua complexio est tendens ad primū gradum caliditatis, & siccitatis: licet huius syrups descriptionem ingrediatur acetum, & a quibusdā vocatur syrupus de radicibus temperatus, acetosus, & à quibusdā vocatur acetosus de duab. radicibus: & à quibusdā vocatur acetosus cōpositus, & sic ab eisdem quando acetum in ipso ponitur, vocatur syrupus temperatus de radicibus, sine aceto vocatur compositus sine aceto. Et his tribus modis vocatur generaliter ab omnia. cū aceto, vel sine, quando in ipso non ponitur. Sed statim insurgeret dubium. Nam statim diceret aliquis, quō iste syrupus dicitur de duab. radicibus, cum eius compositionem ingrediantur tres radices, scilicet radix sceniculi, apij, & endiuie. Dicendū, quod radices absolute prolatae sunt quinque numero; scilicet sceniculi, apij, petroselinii, brusci, & asparagi, de quarum numero solū duæ ingrediuntur. endiuia vero non est de numero earū quinque. Et est simile, sicut si diceremus de vno syrupo, qui componitur ex duob. seminibus calidis, vel frigidis, vt semine anisi, sceniculi, vel ex semine cucumeris, vel cucurbitæ, & licet ingrederetur semen leuistici, & endiuie, non propter hoc vocaretur nisi syrupus de duob. seminibus calidis, vel frigidis. Nam semina calida absolute prolata sunt solum quinque, semē anisi, sceniculi, ameos, carui, & cymini. Quidam autem, & forsā melius dicūt, quod sunt semē anisi, & sceniculi, & petroselinii, brusci, asparagi, sicut aqua quinque

COST. **S**YRVPVS acetosus. Licet eius sacchari, quod sponte ex arundine saccharifera effluit Galenus ignarus non fuerit, quando eius etiam Dioscorides meminit, saccharij tamen, & vulgati, quod norunt Arabes, nunquam

Mesue. 7. 3 que

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

*Semina frigi-
da absolute
prolata quot.*

que radicum fit ex quinque radicibus iam dictis: E
vtrunque tamen dictum potest saluari. Semina
vero cōia frigida absolute prolata sunt et quin-
que, s. semen cucumeris, cucurbitæ, peponum,
melonum, & citruli. Et sic etiam sunt quinque
radices ex quibus fit aqua destillata, quæ est mul-
tū calefactiua, ac etiam aperitiua. Et aqua ex su-
pra scriptis quinque feminibus frigidis est multū
diuretica prouocatiua vrinæ, etiam aliteratiua ad
frigidum. Et sic tales aquæ denominantur ab eis.
Prima dicitur aqua de quinque radicibus. Secun-
da vero dicitur aqua de quinque feminibus cōi-
bus, & vtraque multū est in vsu, & sic apparet so-
lutio quo ad dubium. Iste syrupus licet nomine-
tur alio trium modorum iam dictorum ab aro-
matarijs, tamen nominatur vt plurimum, syru-
pus acetosus compositus, vel syrupus cōpositus
sine aceto, & hoc quando acetum non ingredi-
tur: & vt, sic habet diuersas operationes efficere
ratione virtutis aceti, & non est tantæ caliditatis
cum acetum ingrediatur, sed est aperitiuus oppi-
lationū, subtiliatiuus materiæ crassarum, in-
cisiuus, prohibitiuus putredinis, & male qualita-
tis, quando autem est sine aceto, est eiudem vir-
tutis cum supradicto, & non lædit stomachum,
& membra nervosa, est et prouocatiuus sudoris,
& vrinæ, & præparatiuus materiæ facientium
febrem ad expulsiōem, vnde vtimur eo cōiter in
principio februm phlegmaticarum cum melle
rosato colato distemperato cum aqua sceniculi,
vel alijs aquis similibus, & compositus cum ace-
to plus confert attinentibus alicui caliditati cū
viscositate, sine aceto autem plus conuenit ma-
terieb. frigidis crassis. Conuenit etiam iste syru-
pus oppilationi hepatis, renum, splenis. Et hic no-
randum, quod sicut communiter vtimur syrupo
de bizantijs in processu februm putridarum
compositarum. sic in principio earundem vti-
mur isto syrupo acetoso, vel sine aceto.

MAN. HOC frequenter vtimur, vocamusque acetosum
compositum.

SYLV. NAM si imbecillum vis, aceti lib. v. addis: si valen-
tissimum, decem: si medium lib. vij. & s. Sed hic
aceti modis atque adeo primus, in hoc syrupo, & in
præcedente nobis est molestus, præsertim quibus fri-
gidus est ventriculus, quem vt cæteras partes neruo-
sas acetum lædit. Ob id etiam Galenus mel duplum
aceto miscet, & melli duplam aquam. Mes. quoque
aquam prope duplam saccharo vbique miscet. Quin-
etiam sepe sine aceto hic syrupus fit, & tunc de duab.
radicibus sine aceto dicitur, quia ex radicibus quin-
que, v. r. apij, sceniculi, petroselinij, rufci, asparagi, duas
tantum recipit. Febris pituitosis, quæ biliosis a prior
est, quia modice calet, & ijs incipientibus, vt Bizan-
tinus paulo valentior procedentibus.

COST. MODVS. Quibus acrior est ventriculi sensus,
vel ne exulcerentur intestina discrimen, & om-
nino, quibus insensum est acetum, sine aceto parandum
hoc erit medicamentum. acetum vero quum miscendum
erit, Mesue etiam silente, coquendum erit.

MESVE.

SYRVPVS acetatus de succis herbarum.
Recipit succorum syrupi byzantini partes
tres, sacchari partes duas, aceti partem vnam.

PER succos, vel succum, syrupi dinarij intel-
liges succos quatuor positos in syrupo dina-
rij, scilicet lupuli, buglosiæ, apij, & endiuia, de
quib. omnib. accipe lib. iij. zac. lib. ii. aceti. lib. i.

EST fere bizantinus, nisi quod in hoc minus ad-
ditur aceti.

MODI acetosi de succ. herb. *Supra quum de bi-
santino syrupo agit, ait interdum succi lib. iij.
dimidiam aceti partem adijci: hic vero tertiam aceti
partem sumit. Sed quod in præcedenti syrupo acetoso ad-
monet, quod et Gal. de oxymelite, quo valentius imbecil-
lusve expetitur, eo etiam plus minusve adijcitur aceti.*

MESVE.

SYRVPVS acidus de succis fructuum, re-
frigerat: ob id sitim sedat, ardorem bilis, &
februm, & phlegmones, aut intempera-
turæ calidæ, cordis, ventriculi, hepatis ex-
tinguit. Recipit succi granatorum † acido dul-
ciū, & acidorum, ana partes tres, eoque igni lēto
ad tertie partis consumptionem, bido claresce-
re permittit, eius partes duas, in lēpi partibus iij.
vel pluribus, vel paucioribus percoque.

E ADEM fere descriptio supra, nisi quod ibi tan-
tum acida, hic acida, & dulcia granata accipiūt.
Loco huius officinæ parant oxyfaccharum vocatum.

SYRVPVS acetosus de succ. fructuum. *Gra-
nata muza vocat, quæ media sunt inter dulcia, & aci-
da saporis, & facultatis. Horum succum si vt purum red-
das, decoxeris ad tertias, tum duabus huius partibus tres
Zulapij partes rursus incoxeris, vix acidi saporis aliquid
retinebit, vixq; calidioribus ijs affectibus conferret, ad
quos commendatur, præstabit igitur fortasse succum per
lineam linguam expurgare.*

MESVE.

SYRVPVS acidus de succis, & aquis fructuum,
ventriculum præsertim calidum roborat, ob
id vomitum etiam prægnantium, & fluorem al-
ui biliosum sistit. Recipit succi granatorum aci-
dodulcium, cydoniorum, pomorum, pyrorum,
mespilorum, tricoccorum, singulorum partem
portionem: aquæ, cui thus, & vna † oxyacanthæ
incoctæ sint partem. i. & dimidiam, sacchari par-
tes tres. coque in syrupo.

A VIC. in v. can. Similiter, & Serapio in pro-
prio antidotario describunt syrupum simi-
lem huic de fructibus. Et est zarut, vel zaror se-
cundum. Simonem ianuensem in synonymis,
quidam fructus similis pyro in figura, & paruus, &
vocatur a Siculis apud quos nascitur arbor eius
zarore, quidam Sorbam putauerunt, sed non est,
quamuis eiusdem virtutis sit in omnibus. Step-
hanus vero mespilam dicit. sed non est, nam ipsa
gubeira vocatur arabice, etiam zarurum pro za-
ror scripsit, hæc ille. quicquid sit, ponere m for-
bam hic pro zarur.

ZARVR, id est, mespilorum. Nullam acredinem
præterquam à granatis habet magni tamen vsus
est si pararetur, in vomitibus, & ventris fluxibus
coercendis, possumus tamen & hoc, & quatuor iam
descriptis, pro embammatis condimentisve ciborum
vti.

MO-

MODVS syrapi acetosi de suc. & aquis fructu. *A tur confitentiam adipisci possunt, (ut hic author admonet) sapa; quam destillati liquores quantavis collione non assequuntur.*
 Zarur mespila tricoeca Syluius, interpretatur qd non improbo, si ij nostri sunt azaroli, sunt enim acidi, & sane palato non ingrati. Est tamen Zarur Arabibus generatim mespilum non tam vnum, quam alterum, neq; temere vulgatum mespilum priusquam mite euaserit hic ad vsus propositos vsurpabitur.

M E S V E.

SYRVPVS acidus ex cydonijs, stomachū roborat, & naturam calore dissolutam, ob id vomitum cohibet, sitim tollit, fit ex succi clari cydoniorum acidorum partibus x. aceti parte vna, & semis, sacchari partib. duabus.

SYLV. **R**ASIS lib. 9. ad Almanforem huic similem habet syrupum ex cydonijs. Obserua hic pro succi B quantitatem immodica saccharum parcius.

COST. **A**CETOS de citonijs. *Acida sunt cytonia, & exprimendo succo apta tunc maxime, quum maturauerint, antea vero ob saporem, quem stringentem habent, molesta, & fere succi expertia.*

M E S V E.

SYRVPVS acidus de pomis, cor, & ventriculum roborat, sitim sedat; fit, vt syrupus acidus de cydonis.

COST. **A**CETOSVS de pomis. *Sumendus. & hic acidorum pomorum succus, quando ad exemplum superioris, ait parari.*

M E S V E.

SYRVPVS acidus ex prunis potenter refrigerat, ob id magnam sitim sedat, intemperiem calidam partium internarum cū febre, & sine febre extinguit; & ebrietatē, & vertiginem, & vomitum sistit, cordis tremorem, & syncopen sanat. Fit ex succi, seu aquae prunorum acidorum, granatorum acidorum, & tamarindorum ana lib. j. succi acidi citrorum lib. dimidia, cum sacchari lib. j. igni lento coctis. Datur cum aqua frigida, vel aqua niuis. Si abique saccharo coquitur ad crassitiem, sapa quaedā fiet.

MAN. **A**QVA tamarindorum, & prunorum nescio quo pacto velit, vi fiant, ita vt a succis differat, nisi per coctionem vel macerationem. Acredo vero citri, nescio quare hic vocetur aqua, cum superius appellaue- rit eam succum, vt cūque tamen paratur, vtilis erit in his, in quibus a Mesue commendatur.

SYLV. **A**QVA hic, vel succus est, vel prunorum, & tamarindorum decoctum, minus quam succus efficax.

COST. **A**CETOSVS de prunis. *Ex recentibus prunis posse aquam destillatione elici certum est. Sed, & ex tamarindis aqua dilutis, vel incoctis, eodem modo. Quia, & ex acida citri substantia elicies: sed saporis nihil seruabit. Puto ergo sumendum succum prunorum puriorum, & acida citri partem, tamarindorum vero, quorum nobis recentium non est copia, dilutum, vel decoctum. Ita quidem si hic seorsum, sine saccharo simul decoquan-*

M E S V E.

SYRVPVS alteracidus de Pomis, ad tertianas exquisitas, & arduas æstiuas, sitim ventriculi, & hepatis intemperiem calidā. Recipit succi malorum acidorum, granatorum acidorum, vuarum agrestium, ana lib. j. aquae rosarum, aquae, cui infusi sunt tamar Indi, & pruna, ana lib. j. & s. succi intybi cocti, & despumati, & aceti, ana lib. ij. sacchari lib. viij. Conditur a quibusdam caphura. Datur cum aqua frigida, vel melonum hyemalium.

HIC quoque si pararetur, & vtilis, & suavis esset, **M**AN. amota tamen camphora. ET da cum aqua melonum. Melones hyemales credo esse, quia apud nos conseruati ad hyemem, non edi consueuerunt, suntq; citris, & colore, & forma similes, sed colore magis.

DELICATVS est, ac vtilis, ablata tamen ca- **S**YLV. phora. Hi melones sunt citri forma, & colore, in hyemem seruari soliti.

ACETOSVS de pomis. *Vna agrestes, quarum succum expetit hic, vbi refrigerium queritur, non matura, quae vniuersi non parum retinent; sed immatura sunt sumenda, omphacium, quod ex his paratur, domesticarum vuarum omphacium superat frigiditate, & que astringente, quae bilis acrimonia retunditur. De camphora, quam etiam addit, quid dicam non scio, qui incertus sum, frigidone, an calido prædita sit temperamento. Tutiosem ego partem diligerem prætermittendi, vbi refrigerio est opus, præsertim etiam ob odorem multis ingratum, ex quo dolore capitis corripuntur multi. Melones hyemales angurias fortasse intelligit, quae postrema autumnii parte maturescunt, qui hyemem attingit.*

M E S V E.

SYRVPVS alius acidus de pomis eadē promittens. Recipit succi pomorum acidorum lib. i. succi acidi citri lib. s. iulepi boni lib. ij. Datur cum aqua niuis. Si maceraueris sericum cocco baphica tinctum succis prædictis, valentius corroborabit.

ALIVS quoque acetosus de pomis vocatus, **M**AN. agni vsus esset in siti sedanda, non in acutis febribus tantum, sed & æstatis tempore in sanis, & præcipue biliosis, setam tamen illam ergo dimitterem.

SERICVM quidam malunt auferre, & morbis **S**YLV. biliosis ætate feliciter vsurpant.

ACETOSVS alius de pomis. Si sericum ad **C**OST. affectus cordis valet (quod illi tribuunt) ad arduas febres in iuvene, & æstiuo tempore non habeo suspectum, etiam insectum, quod refrigerandi, & astringendi, proptereaque in tinctorio cocco frenanda bilis vim habet.

ME-

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

M E S V E.

SYRVPVS acidus ex manna febrifastuanti, & cum syncope confert, ac siti inexplata, tussi sicca, ventriculi, & hepatis inflammationem sedat. Accipit mannae vnc. iiii. in succi intybi cocti, & purgati lib. j. macerandas in vase lapideo. Deinde simul feruefiant, manibus fricentur, coleantur, post cum aqua rosarum, succi granatorum acidodulcium, ana lib. i. succi vuarum agrestium, succi acidi citrorum, ana lib. s. sacchari lib. iij. percoquitur.

MAN. ILLE vero, qui inscribitur alterniabin, ex recentiorum videlicet manna confectus, praeter alterandi vim aluum quoque modice leniret. Quod quidem vt vehementius facit ille, qui post eum scribitur sub titulo Acetosi solutione educentis bilem, & vim purgandi habet; praeci pue scammonio superaddito; ita minus iucundus est.

COST. SYRVPVS acetosi alterniabin. Lenire hoc posse asperitatem gutturis, qua ex acerbis est a febre vaporibus, existimo, manna, & sacchari gratia, at lenire aluum, (vt Manard. ait) uncias mannae ternas succi endiuiae libris quaternis commistas. non puto, si ea hic mensura sumatur, qua syrui.

M E S V E.

SYRVPVS acetatus, chalogogus, & refrigeratorius. Recip. pruna passa, myxa, ana centum, tamarindorum libram dimidiam, myrobalanorum citrearum vnc. iij. succi rosarum recentium vnc. iij. mannae, castae, ana vnc. iij. & semissem, sacchari lib. iiii. Fac syrupum, post aceti lib. ij. succi granatorum acidorum lib. i. & dimidiam, percoq; igni lento cum scammonii drac. vi. panno tenui illigatis, & saepe confricatis.

SYLV. HVIVS imitatione syrupos vnus humoris, vel plurium, vel omnium purgatorios ad praecautiorem, vel curationem morborum, praesertim longorum, describunt medici, poriones multo iucundiores aegris, quam ipsa purgantia medicamenta, vel saccharata, vel liquore aliquo soluta, vt ad pituitam purgandam, ex radicibus feniculi, apij, petroselinij, polypodij, sem. anisi, anethi, fenic. ameos, cnici, hysopo, calaminthe, pulegio, & similibus, cum agarico, turbiti, & similibus: ad melancholiam, ex radicibus capparis, tamaticis, polypodij, lapathi, aspleno, phyllitide, adiantis, buglossis, lupo, fumaria, floribus cordialibus, epithymo, fennae folliculis, & sero lactis, praesertim caprini.

COST. MODI syrui acetosi sol. ed. Cur pruna hic ubi alui solutio quaeritur sumantur sicca potius, q̄ recentia, admiror. Acetum vero, & acidi punici succo corroborando ventriculo, & purgantium medicamentorum violentiae temperanda, immo, & temperanda bili, qua ad ventrem vi medicamenti ducitur, non impartu- ne adduntur.

M E S V E.

SYRVPVS contra catarrhum calidum, co- ryzam, pleuritidem, tussim. Recipit zizipha, & myxa, ana centu, violarum, mannae, ana vnc. j.

E glycyrrhizae, florum buglossi, ana ꝑ vnc. i. & s. sem. maluae, cydoniorum, ana drach. vi. sacchari lib. ii. succi mali granati dulcis lib. i. fiat syrupus.

MAN. NESCIO quomodo ex his fructibus possit fieri syrupus, nisi decoquantur, quare cum in sine dicat, fiat syrupus, intelligere nos facit, vt coquerentur.

SYLV. COQVI omnia debent in aqua, nodulo ex seminibus imposito.

COST. SYRVPVS conferens ad catarrhos. Violas hic recentes maxime probarem, qui aridis oroni, vel sapore, vel odore expertibus parum inesse lenientis facultatis certus sum. Sed, & boraginis flores, quum quaerit, si recentes non sumpseris, frustra adicias, quid enim aridis ipsis virium superest? non concurrunt autem vtriusque, & viola, & boraginis fundendi flores tempora, quare pro violis, quarum hic unciam vniam quaerit, eandem violarum saccharo asseruat arum, qui uncias duas sumpserit, & pro buglossi floribus, si recentes non habuerit, qui eosdem saccharo conditos, sed duplo pondere usurpauit, a Mes. scopo non aberraturum existimo.

M E S V E.

SYRVPVS de cannis ad tussim, pleuritidem, sitim utilis. Recipit succi granatorum dulcium ꝑ lib. ii. aquae malorum ꝑ dulcium, & aquae cannarum sacchari, aut penidiorum, ana libram vniam, & dimidiam.

MAN. AQVAE malorum de seni. Seni nomen est regionis, sed nos ponimus dulcia nostratia, & per aquas intellige succos.

SYLV. PER aquas succos intellige. Mala vero dulcia nostratia substituiimus pro malis Mesue de Senitaru regione, alij, mora, quibus sit diamoron, intelligunt.

COST. DE cannis. Per aquam cannarum succum puto intelligendum arundinis sacchariferae, cuius recentis copiam fuisse oportuit, ubi huius medicamenti auctor agebat, nobis eiusmodi arundines ex Cypro, Creta, & Sicilia afferuntur, sed pauca, & sepe arida. Venetijs tamen ex Creta allatos eius caules sine radice, ita viuentes habui, vt humi positos germinasse, & in menses multos vixisse viderim.

M E S V E.

SYRVPVS portulacae valenter refrigerat, sobid sitim, februm ardorem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam corrigit. Accipit seminum portulacae tritorum lib. i. horis xxiiii. maceranda ꝑ in succi intybi cocti, & purgati, lib. ꝑ iiii. postea igni lento coque ad dimidias, & tunc cum sacchari ꝑ lib. ii. percoque in syrupum, additur interdum aceti lib. i. uel succi granatorum acidorum lib. i. & s.

CHR. ISTE syrupus de Portulaca interdum in vsu habetur, qui potest fieri duobus modis, vno modo, si accipiatur succus endiuiae coctus, & depuratus, & addas zuccharum, tunc erit syrupus de succo endiuiae, qui multum in vsu. Si vero addas reliqua, qua in textu scribuntur, tunc erit syrupus de Portulaca.

Placet

MAN. Placet mihiestate, atq; tēperatura, & morbo biliofis. A

SYLV. **P**OTEST succus intybi cum succis aliis refrigerantibus coqui ad vsus eisdem. Syrupus quoque intybi a Gentile scriptus refrigerat, humectat, obstructions aperit, intemperiem calidam hepatis renum emendat, bilis acrimoniam frangit. Recipit succi intybi, & lichenis herbæ, ana lib. ij. rosarum, violarum, lentis palustris polytrichi ana vnc. s. adianti albi, hordei mundati, seminum communium frigidorum ana vnc. j. cum saccharo quantum sufficit, fac syrupum, aromatiza santalis albis, & rubris, & vna oxyacanthes, cui si cinnamomum, lignum aloes, corticem citri aromatis gratia immittas, cor magis roborat: sed minus refrigerat.

COST. **P**ORTVLACAE. Meminit hic vasis lapidei, vt saepe in superioribus, quod maxime in ijs vsu venit, in quibus acetum venit: quod sanè in arco vase amaro sapore inficitur. Sed diligentiores pharmacopei ollis vitratis omnia incoquunt, quibus integri rerum omnium sapores seruantur.

M E S V E.

SYRVPVS violatus pleuritidi, & tussi a causa calida prodest, fit ex violarum vnc. ij. feminum cydonij, & maluæ, ana † vnc. j. zyzypa, myxa ana † xx. cum aquæ cucurbitæ lib. † vi. coque ad tertiam partem, & cum sacchari lib. † i. & dimidia fiat syrupus.

Syrupus de violis confert tussim calidæ, & pleurisi. Recip. violarum vnc. ii. feminum cydoniorum, feminis maluæ ana † drach. viij. iuibæ, sebesten ana xx. Et coque cum lib. vj. aquæ cucurbitæ vsque ad tertiam partem, zucchari lib. j. s. fiat syrupus.

CHRI. **I**STE syrupus est in vsu. Confert ad digerendum materiam subtilem cholericam, & est alteratiuus malæ complexionis calidæ, & sicca. Confert etiam tussi sicca, & factæ a materia cholericâ subtili, & confert multum, & principaliter, & sic communiter est vsus eius, vt plurimum assumptus cum aqua capilli veneris in principio, & augmento pleurefis, quod est apostema cholemicum. Confert etiam tertianis puris assumptus cū aqua frigida simplici, vel cum aqua endiuicæ, licet eis etiam conferat iulep violatum, & syrupus acetosus simplex, habet enim iste syrupus virtutem lenitiuam, & est complexionis frigida, & humidæ in primo. Est etiam utilis ad sitim extinguendam sub actuali frigiditate, assumptus cum quadruplo eius aquæ frigida. Confert etiam ad somnum prouocandum assumptus de sero post cenam, cum aequali aquæ proportione cum ipso.

A D D I T I O.

Iste syrupus interdū in vsu habetur sub nomine syrupi de violis cōpositi, sed quando doctor simpliciter ordinat. Recip. syrupi violati intelligitur de illo, qui fit est infusione violata, descriptione cuius vide sup. Itē Mesu in practica sua sermone in aqua cicerum, habet duas alias descript. tamen ista est illis nobilior.

MAN. **H**ic vbique paratus inuenitur, & eo vtimur in pleuride.

SYLV. **A**d pleuridē, & alios affectus biliosos efficax initio, & augmento, refrigerat enim, & humectat

primo gradu, ob id tussim siccam iuuat, sitim sedat cū aquæ frigida quadruplo, somnum conciliat vespere sumptus vnc. ij. cum aequali aquæ portione, vel solus. Syrupus aut violatus absolute est, qui ex violarum infusione praedictus est. hic vero dicitur syrupus violatus compositus.

DE violis. Licet seminibus cotoneorum, maluæ, iuiu COST. b's, sebesten, coquendas violas ponat, hæc tamen postremo loco, vbi cetera ex alie fuerint decocta, me etiam silente addenda sunt, vt quæ (quod alibi Mesue) coqui diutius non ferunt.

M E S V E.

SYRVPVS zyzyphorum rancitati, tussi, pleuritidi confert, fit ex zyzyphis † sexaginta, violarum, feminis maluæ, ana † vnc. v. adianti albi, glycyrrhizæ, hordei mundati ana vnc. j. semi. cydoniorum, papaueris, melonis, lactuæ, tragacanthi, ana drachmis tribus, coque cum aquæ fontanæ lib. † quatuor, & sacchari lib. ij.

SYRVPVS de iuibis secundum descript. CHRI. Sitam est in vsu, & sic, non aliter preparatus, reperitur. Confert autem ad raucedinem vocis, & tussim factam a siccitate, & asperitate canna, & gutturis, & confert apostemati cholericæ, & omnibus passionibus pectoris, & gutturis calidis, assumptus in debita dosi, & habet operationes cōsimiles syrupo violato statim dicto, & adhuc fortiores, & maxime in dispositionibus pectoris: attinet tamen alicui caliditati. Recipit iuibas, &c. hordei mundi, semē est notū, & amoto, cortice tollitur virtus eius abstersiua, & remanet virtus lenitiua cum aliquid siccitate, est enim complexionis frigida in primo gradu versus ipsum, & aqua hordei, quæ communiter est in vsu, non esset sic conueniens, si fieret absque cortice hordei, sed bene plus ad nutriendum conueniret, reliqua sunt nota.

ZIZIPHA vel serica, vt diximus, vocantur. Libræ MAN. (10.) Libræ 4. aquæ non valerent tot iuibas continere, quare libræ numero centum, communis vsus est in calidis fluxionibus. Vt tamen ego etiam in vlceribus vesicæ, & valde confert.

ALI coquunt ad dimidias, colatum percoquunt SILV. in syrupo cū sacch. lib. j. potius, quam lib. ij. Tussi sicca, & asperitati arteriæ, omnibusq; thoracis affectibus, & fluxionibus calidis cōfert, viribus affinis est violato, sed eo minus refrigerat, vlceribus vesicæ etiā utilis est, minus in vsu est hic compositus, quam simplex prius scriptus. Male hic legebatur zyzyphorum lib. x. quod lib. x. interpretati sunt pro lx. hoc est sexaginta. Nam libris zyzyphorum decem, &c. capiendis, aquæ lib. iij. non sufficerint. Id addo vt intelligas vitia contingere plurima ex notis ponderum, & numerorū, q̄ nos ob id integra, aut appē dimidia scribimus,

DE iuibis. Hoc crasse faciendi vim habet in se, COST. & eo nomine fluxionum a viū, ac tenuiū initio conferre potest. Sed codex mendis scateat. Prater eo in ubas, de quibus alij, violarum, & seminum maluæ vicia, & quarit singulo in quinque, vt Sylnus legit, maiorem copiam liquoris, quam librarum quatuor ad coquenda postulant, maluæ n. semina decocta cremorē reddunt lentissimum.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

*similia ad conficiendū syrūpū ineptū, additis præsertim E
cydonij feminibus, tragacatha, & saccharo, quare cū ve-
teri codice non viciis, sed drach. v. legendum existimo.*

M E S V E.

M E S V E.

SYRVPVS papaueris ad tussim siccā, phthi-
sim, catarrhum, insomnia caulam. Recipit
papaueris albi, & † rubri ana drach. † quin-
quaginta, adianti alibi drac. xv. glycyrrhizæ, dr. v.
zyzypha triginta, feminis lactuce drach. quadra-
ginta, feminis maluæ, & cydoniorum ana dra. vi.
coque in lib. iij. aquæ ad dimidij consumptionē,
colatum cum sacchari, & penidiorum ana † vnc.
octo in syrūpum percoque.

*† nigri.
† alij 30 &
in pite le-
gunt.
Vide disce-
dium in eleg.
matib.
† 20/2. hab.
drac. vij.*

CHR. **I**STE syrūpus multum conuenit ad prohibē-
bendum descenium catarrhi calidi, & subtilis
ad partes pectoris, & pulmonis, ipsum aliquall-
ter incrassando. Est etiam somni prouocatiuus,
& lenitiuus partium pectoris, & pulmonis, gar-
garizatus cum aqua capilli veneris, vel vngule ca-
ballinæ, idest farfarellæ, vel aqua frigida, vel aliis
aquis conuenientibus, in dosi, & cum conditio-
nibus, & modis suprascriptis.

A D D I T I O.

Aliqui addūt in sine præsentis syrūpi vini cocti seu
sapa vnc. vi. & hoc, vt dirigat virtutes aliarum medi-
cinarum ad pectus, sapa enim multum pectori ami-
catur. Vterius notabis pro huius syrūpi confectio-
& etiam aliorum, quod semina mucilaginem facien-
tia non sunt ponenda ad bulliendum cum alijs rebus,
sed debent ligari in petia lini mundi, & sic virtus eo-
rum transit ad syrūpum, & viscositas retinetur, quæ
syrūpum redderet viscosum.

MAN. **P**APAUER rubeum, est quod Græci *ἀνθούριον*, & est
calidum, quare potius legendum papaueris nigri.

SYLV. **A**LII papaueris nigri legunt, de quo nuper. Ca-
tarrhum calidum, acrem, tenuem, in pulmones
ruentem prohibet incrassando, lenit asperam arteriā,
somnia conciliat. Datur ad thoracis partū affectus
cum aqua adiantorum, vel bechij. Semina mucagi-
nosa pano lineo ligata facultatē syrūpo tradunt, muc-
caginem in linteo retinent, quæ syrūpos nimium glu-
tinosos redderet. Rarus visu est, frequentior simplex
nuper dictus. Competunt et hi syrūpi papaueris, fluo-
ri alui, & dysenterici post totius purgationē, aut quia
somnia conciliat, qui fluxiones facit, & coquit, aut
quod intemperiem calidam siccam, intestinorū a ma-
terie fere biliosa, aut melancholica affluxu emendat.
Diacodium, & eclegma papauerinum in eclegmati-
bus dicenda, idem prope possunt. Huc adscriptos
eram syrūpos alios thoracicos, sed calidos, nisi autē
compositos frigidos absoluisse præstiteret.

COST. **D**E papauere. *Opportunissimum hoc medicame-
ntum est initio desiccationis, quando humor in fauces
irruens, & tussim excitans ob tenuitatem educi excreatu
non potest, tunc enim crassioris us agendū est, tenuem il-
lum humorem cogentibus, ac densioribus, quod præstant
simplicia hæc omnia, & inter ea papauer, quod quum præ-
ter albam, rubrum quoque expectit, certum est per rubrum
non anemonem, quæ non est in papauerum genere, sed er-
ratium papauer intelligere, flores eos rubios proferen-
tem, quos ad cohibendā huius generis fluxiones non mi-
nus vtilis esse, quam semina quondam obseruamus.*

HACTENVS syrūpos compositos refri-
gerantes docuimus, nunc ad calefacientes,
morbis frigidis salubres transeamus, † oxymeli-
tis genera primum dicturi, si prius de aqua mul-
sa, & (vino mulso) egerimus.

HAEC est tertia pars principalis huius sextæ
distinctionis in qua prosequitur determi-
nando de syrūpis magis, & principaliter cōferen-
tibus ad materias crassas, frigidas, & viscosas, &
phlegmaticas, & melancholicas. Et hic notan-
dum, quod differentia est inter squinebin, quod
est syrūpus acetosus simplex, de quo dictum est
superius, qui est factus ex zucchero, aceto, & a-
qua; & secaniabin simplex, id est oxymel sim-
plex, qui est syrūpus acetosus factus ex melle, ace-
to, & aqua. Est & aliud secaniabin compositum,
quod vocatur oxymel compositum, quia fit ex
melle, aqua, & aceto, & alijs radiibus, & semi-
nibus, & aromatibus, vt in processu patebit. Est,
& geleniabin, quod est mel rosatum colatum.
Et licet etiam secaniabin generaliter cum zuc-
charo, & absque aceto, corrupte denominatur
secaniabin, sed melius denominari debet sequi-
niebin simplex, vel compositum. Nam proprie
dicitur secaniabin, quando syrūpus componi-
tur ex melle.

MORBI frigidi sunt pituitosi, & melancholici,
præsertim a pituita inspida, vitrea, acida, & hu-
more melancholico. Nam pituita falsa ex putredine,
aut bile mista, iam calida est, vt melancholia ex putre-
factione, vel vltione sanguinis, vel humoris melan-
cholici, vel bilis flauæ genita. quamuis actū frigida
videatur, vt calx, sex vini vlt. tamen potestate calida
est: hæc ubi actū per nouam putredinem, vel causam
aliam calida euasit, est ardentissima, & calcis, ac fac-
cis vitæ in morem vrit, & cancrū facit sepe vlceratū.

M E S V E.

AQUA multa magnarum est virium ex
maiorum nostrorum sententia, si qui-
dem sitim sedat, affectus frigidos præ-
sertim cerebri, & neruorum, & iu-
rarum iuuat, loco vini potum tussim humidam,
putis, & pituitæ crassæ, & lentæ expecto rationē
promouet, lauat terget, purgat intestina, visce-
ra, meatus vrinarios, ob id colicis prodest, & al-
uium subducit, calculum in viis vrinæ gigni pro-
hibet. Est ex mellis boni (quod colore sit palli-
do, odore iucundo, sapore modice acri, & dulci,
consistentia crassi, & tenuis media, non vetus)
lib. i. aquæ fontanæ dulcis, & claræ lib. viii. in va-
se lapideo, vel vitreato igni lento coctis, & conti-
nenter despumatis: deinde pano denio colatis.
Quod si mox per se bibendum est, aquosius fiat,
largi enim coctione crassatum, vt iulepus, diu
quidem seruatur, sed in partes remotas agrè
penetrat, in bilemque ob multam dulcedinem
facile vertitur, & ob id sitim auget, nisi largio-
re aqua mista dissoluatur, vt inspidum a-
quæ modo videatur. Alias quoque facultates
coctio varia et acquirunt, quia partem coctam in-
flat,

flat, magis alium subducit, minus nutrit, largius A
vero coctum inflationem dissipat, magis nutrit,
minus deiecit. Addunt nonnulli aromata. zingiber,
crocum, cinnamomū, macis, & similia, alij
galliam moscharam, lignum aloes, & similia. Fit
etiam ex mellis parte vna, aqua fontanae partib.
ocho, & fermenti in his dissoluti, quae vasi ligneo
trade, relicto trium digitorum spacio vacuo, in
quod cum multo modo feruebit, recipiatur, vbi
feruere desierit, obturato vase modo vini dolio-
rum, tertio post mense fit potabile. Immittere pos-
sunt aromata panno lineo ligata.

ANT. **SERMO** in aqua mellis. Posuerunt antiqui diuersi-
statem in aqua mellis, qui locuti sunt de ipsa, & ascri-
perunt ei iuuamenta plurima, quae sunt in ea, quia situm
sedat, & valet ad agritudines frigiditas, & proprie, quae
sunt in cerebro, & neruis, & confert ad tussim humidā,
& mundificat pectus a sanie, & humore crasso. Et con-
fert vix vrinam, & non permittit in eis lapidem generari,
& mundificat per vrinam, & confert colicā, & lauat,
& absterge viscera, & soluit, & mundificat ventrem
a fecibus. Bibitur loco vini in agritudinibus neruorum,
& iuncturarum, & est potus bonus. Inter diuersitates au-
tem operationis eius ponimus modos duos. Et primus est,
ut accipiatur mellis boni, & mundi, & proprie cuius est
color habens mediocritatem, & proprie sicut color paleae,
& quod est inter tenue, & spissum, & quod est boni odo-
ris, & quod est modice acuitatis, & quod non est anti-
quum, & sit eius pars. i. & pone ipsum in vase lapideo,
aut vitreato, & funde super ipsum aqua fontis dulcis, &
clara partes viij & coque ipsum cum facilitate: & aufer-
ratur spuma eius, & non dimittatur super ipsum multi-
plicari, immo, quam cito apparet, auferatur, deinde cole-
tur colatorio denso de panno. Et si bibitur recens, oportet,
ut fiat multa aquositas, & sic bibitur impermixta sicut
est, & hoc ideo, propterea, quia, quae ex ea crassa est, non
penetrat in vias remotas, & conuertitur propter possibi-
litatem suae dulcedinis in choleram, & ad sitim. Si
autem bibatur antiqua, oportet, ut fiat pinguior sicut iu-
lep, & bibenda est permixta permixtione multa decenti,
ut sit magis aquosa, & insipida. Et scito quoniam ars co-
ctura acquirit ei proprietates aliquas: & illud est, quia
parum cocta facit inflationem, & minus nutrit, & magis
laxat: multa autem coctio inflationem resoluit, & dige-
rit, & magis facit eam esse nutritibilem, & laxare minus.
Et sunt ex hominibus, qui aromatizant illam cum specie-
bus alesanginis, sicut zingiber, crocus, cinnamomū, ma-
cis, & similibus: & sint, qui aromatizant cum gallia mu-
schata, ligno aloes, & similibus. Secundus modus opera-
tionis eius est. Recip. mellis partem vnā, aqua fontium
clara partes octo, & distemperetur cum eis parum foenu
graci, & proprie ad omnes centum libras aqua, & mel-
lis sint eius vnciae tres, & includitur in vase ligneo, sicut
ponitur mustum, ita quod remaneat ex vase vacuum, si-
cut mensura trium digitorum, & illud ideo, quia patitur
de ebullitione, sicut mustum. Deinde est post ebullitionem
eius stringatur orficium vasis, sicut stringitur vas vini,
& bibatur post menses tres, si autem aromatizare volue-
ris, ponantur in vase species alesanginae ligatae in panno.

CHRI. **I**STE potus, qui fit ex aqua mellis, erat multū
in vsu apud antiquos. Gal. ipsum excellenter
laudat, & extollit primo, & secundo regi. acu. cū
loquitur de hydromelle, id est de aqua mellis. Nā
ipsa vtilitates habet, & iuuamenta secundum in-

attentionem Gal. loco allegato, & huius auctoris
litera, ac est secundum omnes modernos, licet in
partib. nostris non sic hodiernis temporibus, ac
modernis practicantibus habeatur in vsu, & hoc pp
lasciuiam Italicorum, & medicorum complacē-
tiam infirmis ad vinum, excusantū se a consue-
tudine multa ad potū vini, maxime parui, & lym-
phati in quantitate pauca, timentes etiam debilita-
tatem virtutis, & malitiā digestionis potius con-
tingere ex aqua mellis, quam ex potu vini, ut in
passionibus frigidis maxime iuncturarum cere-
bri, & neruorum. ipsa. n. est sitis sedatiua, & con-
fert et ad tussim humidam de materia viscosa, &
crassa, & mundificat sanie a pectore, humores
crassos, & viscosos abstergendo, subtiliando, & a-
periendo, & dictas materias soluendo, mūndificat
et vias vrinæ, & in eis non permittit lapidem ge-
nerari, & est praecipuus, & singularis potus poda-
gricorum, cum sunt a causa calida, melius esset
aqua zucarī, quam aqua mellis, aut vinum: vi-
num. n. in agritudinib. iuncturā. ū quanto sub-
tilius tanto deterius, maxime in principio, & flā-
te repletionē: vinum vero crassum vaporib. suis
crassis est ledens caput, materias malas, & crudas
multiplicando: mediocre vero mediocriter lae-
dit. Timetur et vsus eius ne ad acetosū conuer-
tatur in stomacho: vnde summe nocet quibusdā
dispositionib. in stomacho neruorū, & cerebri,
& ob istas causas eligitur aqua mellis, habet etiā
alias vtilitates positas in litera. Componitur aut
aqua mellis duob. modis, ut apparet in litera. Pri-
mo, quando fit solum ex aqua, & melle absq; al-
terius rei additione, accipiēdo octo partes aque,
& vnā mellis. Et iste est cōis modus constructio-
nis, qui habetur in vsu in omnib. passionib. frigi-
dis, quae sunt in cerebro, nucha, iuncturis, & ner-
uis. Secundus modus est, qui in totum abijcitur,
ut simili modo accipiantur octo partes aquae, &
vna mellis, super quib. additur parua quantitas fo-
enu graci, aliqui et alij secundū diuersitatē dispo-
sitionum: in prima addunt aromata quaedā, sed
talisa aqua cum quacunque additione non est in
vsu, licet describat in litera. Prima facta ex aqua,
& melle iuxta proportionē superius dictam, iterū
diuersificatur secundū diuersitatem maioris, aut
minoris decoctionis, nam nō multum cocta est
parū inflatiua, & ventositatis generatiua, minus
nutritiua, laxat tamen ventrem. Cum aut multū
decoquitur est sedatiua inflationū, & ventosita-
tum resolutiua, aperitiua oppilationum, ac est ad
digerendum magis iuuatiua, aut plus nutritiua,
laxat tamen ventrem minus, quam praedicta, cō-
muniter intantum decoquitur quousque quar-
ta, vel quinta pars eius ad ignem minuatur, licet
aliqui velint vsque quo tertia pars consumatur.
Et sunt quidam querētes vltiorem calefactio-
nem ab ea, & confortationē stomachi, viscerum,
ac est cerebri, & quod sit magis resolutiua ven-
tositatum, qui addunt in ea quaedam aromata cū
leuissima decoctione. Dicit in litera, & sunt ex
hominibus, qui eam aromatizant cū speciebus
alesanginis, id est cum speciebus aromaticis, sicut
cinnamomo, caryophyllis, croco, zingibere, ma-
cis, & similib. Iste. n. potus simplicis aquae mellis
absque alia mixtione generaliter vsitatur bonis
& ex-

Operatiue.

Aqua mellis
composita de
pice.In quibus
distendunt
conuertat.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

& expertis practicantibus in quibusdam ægritudinibus, vique ad septē dies, vt scilicet in apoplexia debili, vertigini, scotomia, epilepsia, spasmo, tetano, saltu, iectigatione, mollificatione seu paralyfi, & est conueniens potus valde. Et si vltra septem dies infirmus eam assumere valet absque nocumēto, vt .s. in digestionē cibi in stomacho, aut in debilitate virtutis, que principaliter est cōsideranda, tunc talis potus est prosequendus, quia est inuatiuus, & utilis. Sed si aliquod prædictorū nocuementorum perciperetur, non est potus vini prohibendus in quocunque tempore talia nocuementa perciperentur, immo talis aquæ potus est omnino remouendus, quia intendendum est ad id, quod magis suspectum. Insuper, & aliquando istum potum exhibere possumus loco syrupi de mane, celebrata digestionē, cum quærimus humorum phlegmaticorū digestionē, incisionē, & absterisionē. Et sit dosis eius vique ad vnc. v.

ADDITIO.

Hydromel apud Græcos, id est aqua mellis dictum ab hydros, quod est aqua, & mel. Mes. hic describit duos modos hydromellis, qui satis patent in textu. Rasis ix. ad Almanforem in c. de colica habet vnum modum faciendi hydromel, & est quasi idem cum isto. Auic. in v. can. habet duas descript. syrupi de fauis mellis, & eandem habet Serapio in proprio antidot. nam si legis vtriusque descriptiones, videbis, quod syrupus de fauis mellis apud Auicenn. cum hydromelle apud Io. Serapionem sunt idem. Similiter Gordonius in regimine acutorū morborum tertia particula describit alios duos modos hydromellis.

MAN. **L**ATINI aquam mulsam appellant Hippocrates melicraton, minusq; aptum esse dicit his, qui amara bile abundant, & magnorum sunt viscerum. Gal. in colliquantibus febribus ait esse nocentissimā. Idque, quod aqueum est, ad vrinas, & sputum aptus, minus vero aqueum, aprius ad ventrem subducendum, magisque nutrire, quam vinū in odorum tenue, quod pauciferum vocant, & hoc, nisi ventrem perturbet, satis vrinam mouet, nisi aliquid in visceribus prohibeat, biliosa etiam per inferiora excernit. Et si bibitur recens. (Hoc vocat Dioscorides melicraton. SI autem bibitur antiquum.) Hydromel dicitur. Melicraton, n. vocant Græci mixtionem ex melle, & aqua, quæ ideo conficitur, vt statim bibatur. Hydromeli id proprie dicunt esse, quod ita preparatum est, vt diutius seruetur. Melicratum etiam duplex, scilicet coctum, & incoctum, coctum quidem, vt ait Hippocrates 3. reg. acut. pulchrius est visu, sed nullam habet virtutem, qua crudum excellat, quod ex bono melle paratum est, debilius vero est, & alui excrementa minus educit, quam id quod est crudum. Auic. accipit melis par. 1. aquæ par. 2. & coquit ad tertiarum consumptionem. Paulus vt Mes. aquam octuplam ad mel.

SYLV. *Melicraton* recens *Idem* sepositum, vt seruetur, Dioscoridi dicitur, alijs confunditur pro aqua mulsā, seu molita Melicratum male pro *mesve* Mesue interpreti dicebantur. Has vires hydromelins ex Hippocratis, & Galeni libris probare, quia est cui vis procliuē, si vel lib. præcipue tertium rationis victus acutorū, aph. 41. lib. 5. san. tuend. & methodi medendi legerit, ob id sciens omitto. Addam tantū, inflationes & tormina maxime excitare, quando in aqua tantum calfacta mel dissolutum est, qualem mulsam crudam Serapio vult dari dormituri mulieri, quam concepisse suspicamur, nisi eius potui sit assueta. In arthritide calida, pro mulsā, ac qua saccharata est præstantior.

E Quod si vel a mulsā, vel saccharata aqua post vsum septem dierum, aut vires nimis collabantur, aut ventriculus male coquat, ad vinum est redeundum, vel potius vinum mellis transeundum. Secundum hydromelitis genus est in huius partibus valentius, & generosius, & item, quod vinū mellis vocat Plinius: Vtrūque enim colore, & calore, & saporis gratia vinū exotucum, quod Battardum vocant, mentitur, estque efficacissimum in affectibus cerebri, & partium nervosarum frigidis, paralyfi, apoplexia, epilepsia, lethargo, colicis nem, & nephriticis, & ventris inferioris in tempe frigida, seruatque vtrūque, & valentius euadit tempore, & loco calido: Vires eius miraberis, si parum ante coxeris, & despumaueris, deinde dies quadraginta, aut circiter, extra plauiam soli verno exposueris. Expositi etiam æstiuo, & autumnali, nec infeliciter, nisi quod semel longe omnium acerrimū abili, quod solem non habuerat liberum, nec post seruesfactionem, & insolationem fuerat operculatū. Fermentum non misceo, vt nec Plinius, id tamē accelerare feruorem, & augere acrimoniam certum est, quanta vero mensura sit miscendum, ex Mesue corruptis codicibus difficile est coniectare, hi enim vnc. iij. in libras cētum aquæ, & mellis expetunt, alij in singulas libras aquæ, & mellis simul mistorum vnc. iij. fermenti miscent, alij ad mellis libram. j. aquæ lib. viij. fermenti vnc. j. Melicratum Hippocrati est noxium biliosis & quibus magna sunt viscera, Gal. etiam febribus colliquantibus, aquosius vrinas, & sputa magis promouet, minus aquosum aluum magis.

SERMO in aqua mellis. *Aquam cui mel, vel saccharum, vel aliquid aliud dulce incoctum fuerit sola gyllyrbiza excepta nunquam animaduerti sedare sitim, nisi argissima copia epotum, propterea que mulsam nisi frigidis affectibus, adde etiam frigidis corporibus, et atibus, anni temporibus, & regionibus tuto dari non potest. Ut eos etiam prorsus non probem, qui in febribus pituitosis promiscue commendant, & si enim earum frigida causa est, affectus tamen calidus, dum mulsam in bilem vitridi caloris vertitur eius vsu frequenter irritatur. Id in paranda mulsā obseruandum, quod mel tenuit vetustum, atque constat, quo vetustius ipsum est, eo etiā esse acrius: adeoque ad frigidos coquendos humores, & attenuandos esse aptius. Sed arbitror mulsam, ex vetusto melle celebris accescere, quam vt diu seruari possit, accrescere n. ipsam certum est, quando, ex ea (Plinio etiam admonente) insolata acetum acerrimum paratur, id quod sane ex vetustiori melle acriori euenire magis, quam ex recenti credibile est, illud non præteribo nunc Latitia vinum quoque confici ex melle, maluatici vini moschati odore, & sapore amulum, id mihi degustanti, & ignaro quid esset, mel plane prodidit, pollicentur, qui id conficiunt in febribus quibusvis ex eo nihil incommodi accessurum, quod tamen nō facile adducar, vt credam, vel de æstiuosis febribus, vel etiam de pituitosis, in corpore calidiori.*

MESVE.

OXYMELI sit ex aqua, aceto, melle, aqua vero miscetur, vt longa coctione causa inflationis in oxymelite resoluitur; ut etiam promptius despumetur; ut denique medicamento huius facultas ob aquosam substantiam in corpus distribuatur, mel vero additur ad oppugnandum pituitam. Ex melle autem, & aceto mistis facultas quædam tertia horum neutri tanta consistit,

CHRI.

COCT.

MAN.

git, certissima, & efficacissima ad tenuandum, incidendum, resoluendum humorem crassum, lentum, ventriculi, hepatis, praesertim vero iun-
cturarum, & in febribus diuturnis, quarum ma-
teriam incidit, & coquit. Fit ex aceti parte vna,
mellis partibus ij. aquae partibus iiii. Necesse ta-
men est, interdum augere acetum, vt in syrupo
acetoso diximus. Primum autem mel, & aqua si-
mul coquuntur. vbi despumata probe sunt, ad-
dito aceto percoquuntur, semper quoque despu-
mando. Datur ab vnc. j. ad vnc. iij.

CHR. **I**STE syrupus vocatur à Mef. oxy mel simplex,
quia componitur ex melle aqua, & aceto
secundum proportionem in litera declara-
tam, & secundum praesentem descript. est
in vsu. cōfert in materiis phlegmaticis crassis,
& viscosis, & adherentibus, illas subtiliando, in-
cidendo, & abstergendo, & diuidendo. Vnde in
principio febrium phlegmaticarum quādoque
vtimur ipso, & maxime cum melle rosato cola-
to; & cum debitis aquis, & cum alijs conditioni-
bus requisitis. Est autem efficax ad digerendum
materiam febrium longi temporis. & si ex ipso
gargarizando cum aqua hordei colluatur os, ab-
stergit, & mundificat materias, quae descendunt,
& retinentur in palato, vel ore, habet insuper alia
& vtilitates multas, quas ponit in li-
tera. Iste syrupus ad perfectionem decoquitur,
sicut & alij superius dicti. Et ideo in libra ipsius
dum deuenit ad perfectam decoctionē, reman-
ent vnc. x. mellis vel circa, vnde virtus mellis in
ipso est multum efficax, potens in calefaciendo
infrigidatos, & in digerendo, materias phlegma-
ticas frigidas subtiliādo, & abstergendo. Est etiā
virtus aceti, & aquae, quae in ipso remanet, aliqua-
liter incisua, dans penetrationem mellis, & vir-
tus aquae dat ei aliquantulum subtilitatem, vnde fa-
cilius, & citius penetrat ad partes, ad quas pene-
trare non possit ad digerendum materiam, & re-
manet per decoctionem in melle, vel cum zuc-
charo virtus, & potentia ipsorum, quae cum ipso
decoquuntur, & sic remanet post completā de-
coctionem ipsius cum zucchero, & melle, aliter
autem minus decoquendo conseruari non pos-
set. Debet ergo lymphari iste syrupus cum mo-
dico plus aquae, seu cum decoctione conuenien-
te pro materia digerenda. v. g. cum aqua foeni-
culi, vel consimili, in materia phlegmatica cum
alijs cōditionibus requisitis superius, pluries re-
plicatis. Et dosis syrapi est vsq; ad vnc. ij. & aquae
vnc. iiii. possit etiam cum aqua simplici lymphari,
quae sufficeret ad faciendum subtiliātionē, &
penetrationem ipsius, potest etiam syrupo per-
misceri. & ista remanent iudicio medici in arte
peritis, & modus constructionis de se est clarus.

MAN. **S**ECANIABIN Arabes, Graeci oxy meli, Latini ace-
tum mulfum. Hippocrates. os & guttur humectat,
sputum educit, in siculosum est. Galenus. spleni, &
hepati maxime vtile est, ea absque molestia expur-
gans. Hippocrates, inflationes purgat, & vrinas pro-
uocat. inferiora intestina molliora reddit, & abradit.
exiguam eius bibitur noctu, & ieiuno ante sorbitio-
nem, potest & bibi multo post sorbitionem. Gal. Satis
est duarum horarum spatium intercedere inter oxy-
melis potum, & sorbitionem. Hippocrates, cū quis

A solo vsurus oxy melite est in toto morbo, paucum ace-
tum misceatur, adeo vt tantū modo agnoscatur: qua-
re syruporum, quorum nunc communis vsus, ab vsu
aceti huius mulfum manauit. Multa ex his, quae ex Hip-
pocrate, & Galeno notauit, prudens lector elicere po-
test, quae communi illorum vsui aduersantur.

IA M quae ex aceto (in quod vinū corruptione degenerat)
sunt compositiones, dicamus. Oxy meli Graecis, nobis ace-
tum mulfum, crassa in ventriculo, & venis tenuat, lenta inci-
dit, ac strenue terget, obstructa liberat sine manifesto calo-
re, ob id nec febres accendit, sputum euocat, sitim sedat, alia-
que permulta efficit. Hippocr. lib. tertio, rat. vict. acut. morb.
Si tamen immodice vtare, intestina rodit, nervosa laxat, tu-
sim excitat, etiam in synochis tuto datur lib. i. meth. Sic Ga-
leno componitur libr. 4. san. tuen. Aceti albi acerrimi libr. j.
mellis optimi lib. ij. aquae fontis lib. iij. coquuntur simul ad
terciam, vel etiam ad quartā, spuma interim detracta, quam
si multam mel egerat, malū est, & ob id diutius coquendum.
Optimum vero vel minimum spumae euomit, & breuissimo
tempore coquitur, & plurimum quartam partem eius, quod
fuerat in initio, amittit. Si vis oxy meli valentius, misce tan-
tum aceti, quantum mellis, aquae duplo, quale est oxy meli
Pauli lib. 7. idem Mefues imitatus est in syrupo acetoso sim-
plici, quem facit mitiorem aceti partibus tantum duabus mi-
ttis, valentem vero mittis quatuor, mediocrem denique tri-
bus. Sed cum vna omnibus mensura non placeat, quia hi ace-
tosus, illi mellitius magis ament, pro cuiusq; palato miscea-
tur. Aut si vnicum vis, para imbecillius, cui medicus acetum
addere vtendi tēpore, si opus erit, poterit. Si diutius vis fer-
uare, coque perfectius, donec aceti, & mellis qualitates pla-
ne fuerint vnitae, nec acetum adhuc crudum gullanti appa-
reat. In syrapi consistentiam cum Mefue coquunt ea ratio-
ne nostri pharmacopola, cum liquore aliquo dissoluendum,
vt potabile fiat. Quod autem cum Galeno quadrifariam co-
quitur ad tertiam, vel etiam quartam partem parum diu, vt
dies octo, vel circiter, astate praesertim, etiam si loco frigi-
do condatur, seruatur integrum. Nam corruptione abicit in
acetum acerrimum, quod hydromeliti coque calido aere ac-
cidit, tamen longe est omnibus medicis potionibus idem iu-
cundius, vt id etiam vino agri plerique praesertim, praesertim
si paulo est aquosius, quale astate, & in febribus coquere so-
leo, aut aqua cocto mulla parare. Fere autem aquae pintis sex
mellis li. ij. igni lento desumo, vt sit clarius, post aceti quar-
taria tria incoquo, caetera, vt mox audies, persequor. Quia
autem mel nostrum improbius est, cinnamomo vulgari pau-
co odoris, & saporis gratiam augemus immiscendo, dum co-
latur, in li. singulas ad drach. ij. & albuminibus ouorum for-
dem eius omnem cogimus, quam panno laneo, dum parum-
per refrigit, colantes secernimus, vt iam sit quam purissi-
mum, & vino albo simillimum, vbi mel album, & acetum el-
bum accepit, aut flauo, si mel flauum, & acetum vulgare re-
cipit. Oxy meli aliter coquit Dioscor. & post eum Plinius.
Oxy meliti, vt hydromeliti incoquere potes, quae eius actio-
nem intendunt, tenuantia, incidentia, tergentia, vt hyssopi,
thy muni, saureiam, origanum, pulegium, calaminthem, &
que ipsius vim ad partem affectam deducunt, vt asplenium,
tamariacem in obstructione lienis, eupatorium, cichoriū, ob-
structo hepate. Vnde Paulo est oxy meli splenicum, & oxy me-
li calculosis efficax. Quin etiam purgantia eidem incocta ele-
mentius, & efficacius vacuant, vt enicis, agaricus, pituitam,
epithymus, polypodium, chamedr. ys, chamspytis, elleborus
niger, melancholiam: rhabarbarum, scammonium, bilem fla-
uam: cortex, rad. sambuci, colocynthis, aquas, vt id vni pro
omnibus prope tum iulepis, tū syrapi esse possit, si quis co-
gnouerit vti. Vnde & Mefue est oxy meli cholagogum, phleg-
magogum duplex, & melancholiam vacuās. Id oxy meli qua
ratione sit coquendum, li. 4. sanit. tuend. vt dixi, docetur, quas
vires habeat, ibidem & locis alijs per multis praesertim li. 3.
rat. vict. acut. Vt vero mulla multum cocta est calidior, ma-
gis, incidens, tenuans, tergens, quia mel retinet largius, aqua
in vapore magna parte soluta: sic oxy meli, quod pharma-
copole ad consistentiam syruporum coquunt, vt seruari pos-
sint, est potestius, quam aquosius, & minus coctum: sed hoc
est gratius, & citius ob fluxilem consistentiam penetrat, quā
vim aceti tenuitas non minus, quā aque fluxilis subtilitas iu-
uat, vt li. 1. simpl. Aquā vero, vt caetera humida iuuare distri-
butione docet Hipp. aph. 1. 1. 1. 2. & Gal. initio l. 4. vsus part. II
Iud autem vix potabile, nisi aqua vel cruda, vel alia diluatur.

SERMO in secaniabin puro. Paratur nunc etiam
addito aqua portione saccharo, & infuso cinnamo-
mo ele.

SYLV.

COST.

Mesua. Aa mo ele.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

mo elegantissimum oxymeli, quod saccharinum vocant. *E*nibus, & multis aliis, quam syrupus compositus de duabus radicibus, & quam syrupus de bizantiis, & iste idem factus cum melle est maioris potentiae, quam cum zuccharo. Dosis, permixtio, modus assumendi, & hora, omnia ista sunt nota perito medico.

M E S V E.

Socan' a' in de radicibus.

Drest in aliis modis ad. 1. 2.

OXYMELI de radicibus, incidit, tenuat, terget, ob id obstructions ventriculi, hepatis, lienis aperit, febres diuturnas à bile crassa, aut pituita iuuat, vrinam mouet. Et sic ex corticum mundatorum, & incisorum radicis apij, feniculi, ana vnc. ii. seminis apij, feniculi, fanisi, ana vnc. i. macerentur omnia vigintiquatuor horis in vase lapideo, aceti libr. x. aquae libr. i. viginti, coque ad tertiae partis consumptionem, colato adde mellis dimidium, igni lento percoque.

ISTE syrupus non est in vsu. qui reperitur apud omnes aromatarios, & medicos practi- cantes est talis. Recipe corticum radicem apij, feniculi, petroselini, brusci, & asparagi, ana vnc. ii. seminis apij, seminis feniculi, ana vnc. i. decoquantur praedictae radices, & semina in lib. xii. aquae, & in lib. i. aceti vsquequo redeant ad medietatem, aut modicum plus: deinde cum melle. q. s. fiat syrupus, qui decoquatur tam diu, donec suam habeat perfectionem, & iste est communis modus construendi hunc syrupum. Quidam autem loco seminum supra scriptorum ponunt vnc. i. & s. radicem raphani, sic tamen rarissime praeparatur. Quidam autem nec ponunt semina, neque raphanum, & isto modo est communior vsus eius. Quidam autem & addunt, & minuunt secundum, quod putant melius, quocumque tamen modo praeparant, vocatur secaniabin, id est, oxymel compositum de quinque radicibus, & sic à quampuluribus denominatur. Dupliciter autem, & magistraliter construitur iste syrupus cum aceto, & sine ipso non variando in aliis eius descriptionem. Nam cum aceto imponitur, causa ipsius aceti vocatur secaniabin, seu oxymel compositum ab oxy, quod est acerum, cum autem aceto non imponitur, tunc vocatur syrupus de quinque radicibus sine aceto, & vtroque modo, apud aromatarios communiter praeparatus reperitur, potest etiam iste syrupus componi cum zuccharo: & iterum cum aceto, & sine aceto, & compositus cum zuccharo non erit tantae caliditatis, & abstersionis, sed quia cum melle praeparatur, ideo ipsum declarando prosequar. Iste syru. dictus oxymel compositus de quinque radicibus aqua melle, & aceto, vt communiter praeparatur, & est in vsu, habet multas vrilitates, & maxime ad digerendum materias phlegmaticas, & melancholicas, frigiditas, crassas, & viscosas, & permixtas cum cholera crassa: vnde principaliter confert ad febres quotidianas, & similiter etiam ad quartanas. Coueniret etiam in declinatione febrium chronicarum, & oppilationibus stomachi, & hepatis, ipse enim est diuisiuus, aperitiuus, subuilitariuus, & abstersiuus, & maxime in nutritiuus. Est etiam prouocatiuus sudoris, & vrinæ, & generaliter est maioris potentiae, & efficaciae in omnibus supra scriptis dispositio-

nibus, & multis aliis, quam syrupus compositus de duabus radicibus, & quam syrupus de bizantiis, & iste idem factus cum melle est maioris potentiae, quam cum zuccharo. Dosis, permixtio, modus assumendi, & hora, omnia ista sunt nota perito medico.

HOCC plerumque vtimur, vbi scilicet antea per multos dies simplici vsu fuerimus, oxymelque compositum vocamus.

VSVS frequens procedentibus morbis, nam incunctibus tutius est oxymeli simplex, hodie vero frequentius fit, hoc modo, Corticum rad. apij, feniculi, petroselini, tusci, asparagi, ana vnc. ij. sem. apij, & feniculi, ana vnc. j. aquae lib. xij. & aceti lib. j. maceratur, & ad dimidias coquantur, expressum post cum mellis quantitate idonea percoquitur. Alij loco seminum, radicis raphani vnc. i. & dimidiam miscent: alij vtrumque, alij neutrum pro scopis varijs, alij quoque sine aceto parant, & vocat. syru. de quinque radicibus, sine aceto. sunt qui saccharum mellis loco miscent, vt minus calet, & sit iucundius. Non modo ad affectus ex bile crassa, & pituita etiam crassa, & lenta natos valet, sed etiam ad melancholicos, vt febres quartanas, praesertim in declinatione. Valentius est, quam oxymeli de duabus radicibus, & quam syrupus Byzantinus, etiam sudores mouet, si calidum bibatur, & corpus bene tegatur, praesertim cocta iam materia.

OXYMELI ex duabus radicibus appellari hoc potest, ad eius differentiam, quod de quinque radicibus, seu compositum vocant. Est hoc miri vsus, quod secare, attenuare, detergere vehementer potest extra calorem, licet enim apium calidum primo sit ordine; feniculum, atque anisum secundo; haec ipsa tamen vis caloris, aquae multa, atque aceti copia retunditur. Id hoc loco non praeterendum, quod praetermittit Syluius. acetum proponi in vetusta versione, bonum, vetus, & album, tenuitatis gratia; atque ad vim penetrandi altius adaugendam.

M E S V E.

OXYMELI phlegmagogum fiet id praedictum, si inter coquendum medulla seminis enici panno lineo raro ligata mergatur, & identidem confricetur.

† Potentius euadit, si etiam turbitum cum zingibere nodulo praedicto addatur.

SVSPENDE in ipso quando coquitur medullam cartami, Enici videlicet, & quia non exprimit quantitatem, tu potes ponere vsque ad libram cartami, turbit vero vnc. iii.

ALIOS humores vacuare poterit incoctis similitra hunc, Potest vero poni in praedictam quantitatem Mesuae, enici medulla lib. i. & turbitum vnc. iii.

VT oxymeli praedictum purgatorium reddas, potest tu quidem cum Manardo, & Syluiio enici libram unam, turbitum vero uncias tres addere. Sed quam tota illius ex praescripto Mesuae parati moles triginta pendat libras, enici autem libr. vna, vix doses efficiat quatuor supra viginti, turbitum autem uncia tres vix doses sint decem, adeoque vix quatuor supra triginta sint totius huius medicamenti in mediocri etiam purgando corpore doses, erit profecto, quo instum purgationis modum assequaris, vt huius ad Manardi consilium parati oxymelitis uncias fere undecim exhibeas vno haustu sumendas, cum magna assumpturi hominis molestia. Aut igitur soluentium augebis pondus, aut illo parcius sumpto non tam absolutam purgationem, quam leuam humorum detractionem expectabis.

M E-

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

melle, sed compositus eidem scribitur, initio serapiorū. Sumptum id videtur ex syrupo acetofo cum radicibus Mesue, nisi quod hic aquam addit, & sem. apii, fœniculi, intybi, anisi, & pōderibus variat. Oxyfaccharum multo compositius facit Nicolaus ratione nulla potest ut diximus, quælibet incoquere oxymeliti sic oxyfaccharo pro scopis variis. Oxyfacchar *Actuarii*, corpus refrigerat, stomachum roborat, cor, & hepar æstate exhilarat, appetentiam inuitat: capit aceni selenbram, succi cydoniorum librā vnā, sacchari libras duas, coque ad iustam consistentiam. Sumptum ex syrupo acetofo de cydoniis Mesue, sed ponderibus mutatis.

COST. **SYRVPVS** acerosus diarhodon. *Magna huic aperienti vis inest, ut eo nomine febribus, quæ ex crassis sunt humoribus obstruentibus, & obstructo lieni, atque hepatis conferre mire possit. Adduntur tamen consulto rose, ut astringente vi, qua præstant aliquod visceribus robur comparetur.*

MESVE.

SYRVPVS aceratus de Succis herbarum cum aromatibus, obstructions aperit, ob id febres putridas, & implexas, & morbos alios obstructis succedentes curat. Recipit succorum apij, fœniculi, intybi, lupuli, coctorum, & purgatorum, ana libras duas, succi buglossi, † libras duas, & dimidiam, rosarum vnciam vnā, spicæ nardi drachmas tres, glycyrrhizæ † vnciam vnā, feminum apij, fœniculi, anisi, rhabarbari, eupatorii, absinthij, casturhæ, ana drachm. v. sacchari libras duas, & dimidiam, aceni libras duas. Condiatur galliæ aromaticæ drachmis duabus.

MAN. **ACETOSVS** de succis herbarum utilis esset, sed non componitur.

COST. **SYRVPVS** acetofofus de succis. *De aromatica gallia postea, tract. de trochise. Parari etiam sine his aromatibus debet ob moschum, ambram, caphuram multis aduersam, præcipue mulieribus, quæ in præsecationem vteri facile incidunt.*

MESVE.

SYRVPVS de Menta ventriculū frigidum roborat, ob id nauſeam, vomitum, singultum, fluorem alui sedat. Recipit succi mentæ libram vnā, succi granatorum dulcium, & acidorum ad dimidias cocti libr. ij. mellis, vel sacchari † lib. iij.

CHRI. **MESVE** hic describit duos syropos mentæ, quorum primus, qui est præsens, non habetur in vsu. Istum syrupum describit etiam Auic. in quinto can. in eadem forma, & dosi, excepto illo quod dicit, terantur granata cum pulpis suis, & decoquatur succus vsque ad medietatem. Similiter eundem syrupum describit Haly. x. practicæ, & vocat ipsum tyrupum Romanum. Summa medic. est iij. res.

MAN. **EX** his duobus, secundū tantum inuenimus in officinis, vtilem quidem in ventriculo roborando.

COST. **SYRVPVS** de menta. *Licet acida punica refrigerante vi polleant, retunditur tamen hic eorum*

vis menta, puniceis dulcibus, coctione, melle & saccharo: ut recte ad frigidum ventriculū hoc commendetur medicamentum possunt autem menta, & puniceis dulcibus astringente sua insigni corroborari.

MESVE.

VEL succi Cydoniorum muzorum, & dulcium, succi granatorum muzorum, & acidorum, & dulcium, ana libram vnā, & dimidiam. In quibus horas vigintiquatuor macera mentæ sicca, libram vnā, & dimidiam, foliorum rosarum vncias duas, coque igni lento ad dimidias cum mellis, vel sacchari lib. ii. fiat syrupus. aromatizetur cum gallia.

SYRVPVS de menta secundum hanc descriptionem vbique preparatur, & sic generaliter habetur in viu: valet enim ad stomachum relaxatum confortandum, & virtutem digestiuam, in eo, inuauiter calefaciendo, & vigorando calidum naturale, vomitum, & nauſeam prohibendo, & sua leni stypticitate confert ad fluxum ventris lubricatiuum factum à phlegmate, & sedat singultum. Et licet secundum quod dicitur in litera iste syrupus possit cum zuccharo, & cum melle præparari, tamen quasi semper cū solo zuccharo fit, habet enim minus calefacere, & desiccare factus cum zuccharo, quam cū melle secundum diuersitatem mellis, & zucchari in caliditate, & siccitate, reliqua sunt nota.

VEL accipit mentæ parum siccate libram vnā, & dimidiam, rosarum rubrarū vncias duas, succi cydoniorum dulcium, succi granatorum acidorum, dulcium, acido dulcium, ana libram vnā, & dimidiam. coque igni lento ad dimidias, expressum percoque cum mellis, aut sacchari libra vna, aromatizetur cum gallia Mesue, si autem siccior sit menta, quia succorum plus ebibit, succos auge. Posterior est valentior, & solus in vsu cum saccharo, quia mitior est, & gratior quam cum melle. Ventriculū, & ventrem reliquum inferiorem frigidum suo calore blando, & leuicula adstrictione roborat. Ventriculū, vel dissolutum, vel à causa frigida imbecillum roborat.

SYRVPVS de menta inuent. nostra. *Vere præstantissimum hoc est ad frigidum, & subuersum ventriculū. Mentam autem siccam exquirat, quod ubi aquosus ille recentis humor aresactione euauerit, superstitibus terrenis partibus valentius astringit. Neque tamen multi facerem si mentam hoc loco semiaridam quis sumat, quum ipse quoque menta succus ventriculo sit ex vsu, ex quo præcedens construebatur syrupus, & si modo aliquid illi insit viui (id vero est statum copia) coctione facile possit dissipari, sed avidam mentam minus ventriculo robur asserre posse existimo. Quo loco, quando menta arida libra vna succi libris septem cum dimidia, quas præseribit, vix potest macerari, hærent seplasiarj. Verum ne ab authoris instituto discedamus, si minor videtur succi copia, quam ut tota simul menta maceretur, licebit, ut postquam eius dimidia pars in toto eo succo fuerit macerata, expressa, abiecit que illa, dimidiam partem alteram macerandam committas, & ex authoris deinceps præscripto quod reliquum est prosequaris. ita autem syrupo maior vis, atque odor comparabitur.*

M E-

MESVE

SYRVPVS Absinthij ventriculorum, & hepar roborat, ob id appetentiam excitat, retentricem vim firmat, amborum dolorem sedat, & aliorum viscerum mollificationem iuuat. Recipe absinthij Romani ℥ lib. ij. foliorum rosarum vnc. duas, spicæ nardi drach. iij. vini albi antiqui, boni, odori, succi cydoniorum ana lib. ij. & s. in his macera horas 24. prædicta coque. igni lento ad dimidias, cum ℥ mellis lib. ij. fiat syrupus efficax, & multa experientia probatus.

CHRI. SYRVPVS de absinthio secundum præsentem descriptionem generaliter est in vsu, conferens ad casum appetitus. & sic præparatus reperitur, & est conueniens ad prostrationem appetitus, & ad debilitatem stomachi, & relaxationem villorum eius: & ad mollificationem viscerum, & ad debilitatem hepatis dolorosam, & ad cachexiam lymphatus cum aquis conuenientibus, vt plurimum autem lymphatur cum aqua mentæ, pro stomacho confortando, & fit cum melle; licet cum zucchero fieri possit, sed tunc est minoris caliditatis, & reliqua omnia sunt clara.

MAN. NON detur in febribus in principio, neque etiam post vbi febris vehemens, nisi frigidum aliquid secum miscueris. Ego quandoque eo vsus sum in albis humoribus ex vtero fluentibus.

COST. SYRVPVS de absinthio. Quod in simplicibus quoque admonuimus, Romanum absinthium Italicum est, Pontico, amaro sapore, atque odore longe præstantius, quo nomine nisi cui ob dolorem capitis eius odor suspectus est, Pontico præstantius videtur ad ventriculorum, iecurque firmandum, & ad excitandas vrinas, recte ergo Romanum deligit.

MESVE

VEL absinthij Romanij ℥ drach. c. coquantur in aqua lib. iij. ℥ vsque ad partem tertiam, fricetur manibus, coletur expressum cum mellis, & vini ana lib. i. percoquitur in syrupum.

MAN. DICI potest simplex, & valde congruet in febribus à bile post vij.

SYLV. HIC autem simplex est, serapium de absinthio Actuarij ab hoc est diuersissimum: Prior solus est in vsu ad ventriculorum, & hepatis, & viscerum aliorum imbecillitatem etiam dolorificam, & cachexiam. Datur etiam in albo mulierum fluore, & ad febres biliosas iam procedentes, non multum calidas: ad ineuites vero posteriores, & simplicior & aptior. Quanta autem vis sit absinthio Pontico (quem Romanum à Mesue vocari in simplicibus probauimus) in deturbanda bile flava ex ventriculo, in roborando ventriculo, & hepate, Galenus in simplicibus, & methodo, in compositis partium medicamentis, & alibi passim abunde inculcat, vt non sit opus testimoniorum multitudine eius facultatem demonstrare. Datur per se si materia appetentiam lædens est frigida, si autem calet, datur cum frigidis.

COST. DE absinthio alius. An absinthium hic aridum sumendum sit, an recens non explicat. Sed quan-

Ad eius succum lib. simpl. ventriculo esse noxium, & aridum præstare recenti astringendo admonuit, hic & in superiori quoque, vbi ventriculi robur querit, deligendum est aridum.

MESVE

SYRVPVS fumarie maior, ventriculorum, & hepar roborat, obstructions aperit, cutis morbos, præcipue ab humore falso, vel vsto natos, vt pleuram, lepram, impetiginem curat. Recipit myrobalanos, cepulas, & citreas ana xx. florum ℥ violarum, boraginis, vel buglossi, violarum, absinthij, cassiæ, ana vnc. j. glycyrrhizæ, rosarum, ana vnc. dimid. epithymi, polypodii, ana drachmas septem. prunacentum, vuarum passarum purgatarum libram dimidiam, tamar Indorum, casie fistule, ana vnc. duas, coque in libris decem aquæ ad lib. septem consumptionem, & cum succi fumarie cocti, & purgati, & sacchari ana libris tribus fiat syrupus.

CHRI. SYRVPVS de fumoterræ secundum hanc descriptionem est conueniens ad confortandum hepar, & stomachum, aperiendo eorum oppilationes, iuuat ad digerendum materiam existentem in cuti prouenientem ab humoribus acidis, & salis, & acutis, defœdationem, & scabiem curat, & remouet, & confert serpigini, lepræ, & impetigini, quæ sunt defœdationes cutis, lymphatus cum aqua endiuie, boraginis, vel buglossæ. Habet in super virtutem faciliter solutiua, & compressiuam, lenitiua ratione componentium; habet enim virtutem compressiuam ratione myrobalanorum, tamarindorum, atque prunorum: habet virtutem faciliter solutiua ratione epithymi, & polypodii, absinthij, & fumiterræ: lenitiua habet ratione casie, & iuiubarum. & de omnibus istis dictum est superius. Vltimo nota, quod iste syrupus sensibilibiter non soluit ventrem, nisi eius dosis augeatur vsque ad vnc. vj. vel vltra, quia solutiua ingredientia eius compositionem sunt debilia, & in parua dosi ponuntur in ipso, & omnia in eo posita sunt nota. Summa medic. est xvij. res.

PVRGAT si in debita quantitate exhibeatur, vnc. MAN: videlicet tres vsque ad quinque.

AB vncijs tribus ad vncias quinque, vel sex sũptis, SYLV: etiam purgat pituitam salis, & bilem vtramque vltam: purgatoria enim clementia, & parua quantitate recipit, curatisque cutis vitij colore commendat: vt apertis obstructionibus febres putidas præsertim diutis humoribus natas, & icterum vtrumque sanat. Ne putes hanc facultatem posteriori à Mesue attributam, illi esse peculiarem, cum sit communis vtrique, vt morbum Hispanicum iuuare: id quod ex generalibus his facultatibus coniectare non est difficile, cum sit maior, compositior, & potentior minore. Vterque sumitur cum aqua intybi, buglossi, sed hic in multo vsu est. Hic ob pruna, passas, casiam, tamar Indos est crassissimus, proinde ingratiissimus, & qui æque cito, vt syrupus portulacæ situm ducit, atque corrumpitur, nisi facta simplicium decoctione coquas in syrupum, succum fumarie despumatum, & clarificatum, cum saccharo aqua fontis clarificato, tuncque paulatim addas decoctionem, semper coquendo: tandem vero casiam, & tamar Indos.

Mesue.

Aa iij dos

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

dos ob substantiæ raritatem, & virium imbecillitatem, parum diu coquendum, sed cum parui sit momenti, & tam operosa paratio, & iniucunda, satius est omittere. est & syrupus epithymi ad eadem efficax.

COST. **D**E fumoterræ maior. Myrobalanis vim astringendi comparari diuturna coctione docebat Mesue libr. simpl. Quamobrem si ij cum reliquis eousque coquendi sunt, ut ex aqua libris decem, tres tantum sint superstites, astringendi, & obstruendi vis medicamento acquiritur, contra quam huius author polliceatur, qui ad aperiendas obstructions commendat, remittiturque vis purgandi, quam adiectione epithymi, polypodij, prunorum, vuarum passarum, tamarindorum, & purgatricis casia exquirere animaduertimus. Sunt ergo hæc non omnia simul ad coquendum immittenda. Sed ubi pluri- ma liquoris pars cum alijs coquendo euauerit, reliqua quæ parum coqui possunt, inijcienda. Porro qua mensura epotum hoc expuret non monet. Sed sequentis exemplo ad seiscunciam dari posse dicas, quanquam eo quoque pondere assumptum leuiter purgare obseruabis.

M E S V E.

SYRVPVS fumarie minor, hepatis obstructionem aperit, ob id icterum sanat, pituitam falsam, & bilem vltam vacuat, proinde psoram, lepram, prurimum, & alia cutis vitia inde orta sanat, & corporis colorem floridum reddit. Recipit myrabol. flauarum vnc. ij. violarum, cassuthæ, absinthij, ana vnc. j. coque cum lib. septem aquæ vsque ad partem tertiam. Expressum cum succi fumarie cocti, & purgati, & sacchar. ana libr. ij. percoque. Datur ab vnc. j. ad vnc. ij. Quidam scammonij vnciam dimidiam panno lineo raro ligatam, in eo suspendunt.

MAN. **S**I suspendatur in eo scammonium, purgabit plus quam præcedens, primus tamen communiter paratur, & ego eo vtor in morbo, qui gallicus dicitur.

SYLV. **H**IC potest eadem quæ prior, sed imbecillior est, nec vsu frequens, assumpta autem scammonij facultate, purgantior efficitur, ut ventriculum, hepatis, lienem pituita falsa, & bile vtraque vacuet, ob id icterum vtrumque sanat.

COST. **D**E fumoterræ minor. Si scammonium huic addatur, euadet superiori, facultate longe superior. eritque non minor, sed maior. Consulto scammonium lineo panno inclusum, dum syrupus coquitur, suspendit, non autem commisceat, ita enim vis in totum medicamentum quoquo versus æque distribuitur, nullo periculo, ne coquendo in vnum cogatur, & vni plus quam alij parti impactum, hypercatharsin aliatæ vlla symptomata pariat, quæ grauius largius sumptum parit.

M E S V E.

SYRVPVS Glycyrrhizæ tussim antiquam iuuat, thoracem, & pulmones expurgat. Recipit glycyrrhizæ vncias duas, adianti albi vnciam vnam, hyssopi sicci vnc. dimidiam, horas vigintiquatuor macera aquæ libris quatuor, coque ad dimidias, expressum percoque cum mellis, sacchari, penidiorum ana vnc. octo, aquæ rosarum vnc. sex.

SYRVPVS deliquiritia secundum hanc de- scri. confert principaliter passionibus pectoris, & pulmonis, & maxime tussi antiquæ factæ à materia phlegmatica, quæ non est multæ quantitatis, tenacitatis, & viscositatis, est absterfius, subtiliatus, & aliquid desiccatus. Et hic nota, quod ab illo syrupo tanquam leuiori incipiendum est in passionibus pectoris frigidis, & phlegmaticis. Secundo est procedendum ad syrupum de hyssopo tanquam ad fortiorem. Tertio ad syrupum de prassio, quia potentior: nam secundus, scilicet, ille de hyssopo est calidior, & siccius primo, & ideo plus conueniens membris frigidioribus, vnde in processu, in augmento, & in statu magis conueniens est illo in calefaciendo, desiccando, subtiliando, aperiendo, & abstergendo cum alicuius virtute lenitiua pectoris, & pulmonis, faciendo sputum facilem ad exitum per secretum: tertius vero in omnibus tantum excedit secundum, quantum secundus excedit primum, & cum hoc antiquæ tussi plus confert, sic ergo à leuiori semper inchoandum est, & regulariter operando, nisi magna instaret necessitas, iuxta illud Hippocr. ad vltimas ægrotudines vltimæ curationes ad perfectionem sunt potentes. lymphatur autem plurimum iste syrupus cum aqua capilli veneris, vel vngulæ caballinæ, idest farfarellæ, vel cum decoctione communi, de qua dicitur inferius. Aqua enim vngulæ caballinæ, est calida, & humida in primo.

A D D I T I O.

Nota quod absurdum videtur, quod in isto syrupo auctor ponat aquam rosatam cum ipsa restringat, & hic syrupus debet dilatare partes pectoris, & hoc non solum videtur contra rationem, sed est etiam contra facientes hunc syrupum, eo quod nulli fere ponant aquam rosatam. Ad hoc dicendum, quod recte ponitur, & qui non ponunt, errant multum. Et ratio est: nam ad hoc, quod syrupus iste valeat tussi antiquæ, & pulmonem, & pectus mundificet, non solum oportet, quod in eo sint dilatantia partes pectoris, lenientia, & maturantia catarrhum, vt per liquiritiam capil. ve. fit. sed etiam necesse est, quod in eo sint ea, quæ partes relaxatas adunent, & virtutem expulsiuam confortent, & hoc fit per aquam rosatam, igitur rationabiliter ponitur.

HVIDEANT qui cauent in pleuriticis Manum christi vocatum, & rheon, quomodo dent hunc Syrupum, in quo aqua rosacea. Ego enim non formido in morbis pectoris, medicinas modice adstringentes. **E**ST frequens vsus initio pleuritis, & aliorum thoracis affectuum etiam si aquam rosatam recipiat. Nam in horum affectuum à fluxione proficiscens initio modice adstringentia non modo sumi posse, sed omnino sumenda imperat Gal. lib. meth. li. 2. Et rhabbarum, & electarium, cui manus Christi nomen est, in vsu quotidiano sunt contra tales affectus, quæuis ambo adstringant, vt partes ob laxitatem ad fluxionem recipiendâ opportuna, vbi adstrictæ fuerint, amplius non recipiant, & roboratę valentius repellant nona, & expellant veterem materiã. Incipientibus itaque thoracis, & pulmonis affectibus frig. & pituitosis, saluber est hic syrupus, augetibus & videntibus, syrupus hyssopi: declinantibus syrupus prassij nisi magna expurgandi

gandi has partes necessitas, metusque suffocationis a postremo nos incipere coegerit, quia omnium valentissime calcit, incidit, tenuat, expurgat, lenit, siccit, quæ omnia syrup. glycyrrhizæ præstat, sed moderatissime, tussim antiquam sanet tantum. quæ a pauca nec crassa, lenta pituita excitatur, Syrupus autem hysopi viribus est in medio. Hic syrupus aperit, dilatat, terget partes præsertim spiritales, asperant materiam, pulmonem, thoracem, ad expellendumque roborat.

COST. LIQVIRITIAE. Si adiantum eousque cum reliquis coquatur, vt ex aqua cui insusum erat libris duabus supersint tantum duæ, vis profecto eius omnis, quam obtinet attenuandi, euanesceat. Itaque, vbi reliqua in præscripto aqua pondere præscripto tempore macerata fuerint, & coquendo ferè ad consumptionis præscriptæ modum redierint, non temere facturum existimavim, qui hysopi prius, tum postea etiam adianti tantundem leuiter incoquendum iniecerit, ita profecto integra vi, atque ad eos vsus longe præstantius medicamentum parabitur, ad quos instituitur. Quod autem de aqua rosarum aliqui dubitant, quæ astringendi vi prædita, frangere vsus reliquorum videtur, quæ thoracem expurgant, non d. fiteor, ita paratum medicamentum initio fluxionis conuenire. Sed quando ad antiquam tussim eius author instituit, aque nomine non stillatitiam intelligerem, quam Mes. lib. simp. partes cogere testatur, cuiusque hic largior copia sumitur quam quæ ad leuiter adstringendum, & impartientum partibus robor sit ex vsu, sed vel succum, vel dilutū ex recentibus rosis sumendum existimarem.

M E S V E.

SYRVPVS hysopi asthma, tussim dolorem thoracis, & hypocondriorū iuuat. Recipit hysopi (mediocriter) sicci, radic. apij, foeniculi, † glycyrrhizæ. ana drach. x. hordei nudi vnc. dimidiam, semi. maluæ, & cydoniorum, tragacanthi ana drach. iij. adianti albi drach. vj. zizipha, myxa, ana xxx. vuarum passarum purgatarum drach. xii. ficus siccas, dactylos pingues ana x. penidiorum alborum lib. ij. fiat syrupus.

CHRI. ISTE syrupus est maioris efficacis, & virtutis in passionibus pectoris, & pulmonis, & faciendo sputum facilem, quam syrupus de liquiritia. Confert enim principaliter asthma, tussi antiquæ, & doloribus pectoris factis a materia frigida, vt dictū est in præceden. syrupo. Lymphatur autem vt plurimum cum aqua scabiosæ, aut prassij, vel aliqua decoctione pectorali, sūtenim aquæ multum potentes, quæ debent sumi in proportione superius dicta. Est enim scabiosa calidæ, & siccæ complexionis in secundo. Reliqua vero in hac descriptione sunt calida in secundo, & sicca in primo cum forti absterfione, subtiliatione, & penetratione.

MAN. HIC quoque syrupus, seminum cotoneorum, & dactylorum ratione cuiusdam astrictiois particeps est.

SYLV. HVIVS syrupi, & sequentis facultas nuper est declarata. Potenter præterea obstructions liberat, vt etiam in adolefcētibz renem calculos frangat sumptum cum aquis, aut decoctis vreticis, quomodo

ad affectus thoracis cum aqua scabiosæ, vel bechij, vel decocto thoracico sumendus est: sub astringit quoque dactylis. & semi. cydoniorum. Nec abs re penidia exigit alba, hoc est, ex saccharo albissimo, & purissimo facta, nō autem ex saccharo, vel crasso, & pingui, vel rubro cum amylo, & sublimo marmori butyro. Nam ex his facta penidia ægre colantur, & impurum ac ingratum magis syrupum reddunt. Alias quinque huius syrupi descriptiones habet Mesues c. de tussi pleuritidem quoque, & obstructions viscerum liberat. Coque omnia in lib. viij. aquæ ad lib. v. consumptionem. Expressum in syrupum percoque cum lib. ij. penidiorum alborum.

DE hysopo. Hysopum siccum, superfluo, & aqueo eius consumpto humore, qui ipsiusmet calorem, & siccitatem retundebat, attenuandi, detergendique facultate magis præstat: sumendum ergo id hoc loco, non humidum, non semiaridum, sed plane aridum, non tamen vetustate obsoletum. Quia autem in hoc conficiendo syrupo non præscribit liquoris, vel generis, vel pondus, Sylius omnia in octo aquæ libris ad librarium quinque consumptionem coquenda consulit. Sed erit hoc pharmaceuti diligentia committendum, qui prospiciens quantum liquoris ferant penidiorum libræ duæ, ante coctionem tantum summat aquæ, vt id ipsum, quod est opus exacta simplicium horum omnium coctione supersit.

M E S V E.

SYRVPVS Prassij, thoracem, & pulmones expurgat pituita crassa, lenta, putri, & ab ea asthma, antiquæ tussi prodest, quales affectus senibus, & natura frigidis sunt frequentes. Recipit prassij, vnc. ij. hysopi, adianti albi ana vnc. vj. glycyrrhizæ vnc. j. calaminthes, anisi, rad. apij, & foeniculi ana dræ. v. ireos, seminis maluæ, foenu græci ana drach. iij. sem. lini, & cydoniorum ana drach. duas, vuarum passarum purgatarum vnc. quinque, ficus passas pingues † quindecim, penidiorum, mellis boni despumati ana libras duas.

ISTE syrupus confert in duabus passionibus, scilicet, pectoris, & pulmonis factis a materiabus multum tenacibus, viscosis, & crassis, quæ sunt difficilis eradicationis, & maxime in senibus, & frigidis natura. Confert enim asthma, tussi antiquæ, & difficultati anhelitus. Facit insuper excreare saniam, & omnem materiam putridam contentam in medio pectoris, sua forti virtute aperitiua, subtiliatiua, desiccatiua, absterfina, & confortatiua, & vsus eius in declinatione prædictarum dispositionum est magis conueniens, nisi materia multa sua crassitie, & malitia moram non possit sustinere: lymphatur autem, vt plurimum cum aqua hysopi, aut aliqua decoctione conuenienti, & huius syrupi descriptionē ingreditur semen lini, quod est notum, scilicet, calidæ complexionis in primo, & humidæ versus ipsum.

A D D I T I O.

Notabis, quod omnes isti syrupi pectorales, & omnes decoctiones pectorales cum aqua pluuiali fieri debent, & non cum aqua communi, quia aqua pluuialis est magis subtilis, & ratione subtilitatis magis penetratiua, faciensque penetrare virtutes medicinarum ad partem pectoris.

SY-

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

SYLV. SYRVPVS hic pituitam crassam, lentam, putrem, Sac pus ex pulmonibus, & thorace incidit, tenuat, terget, educi adiuvat leniendo, & aperiendo meatus, & vim expultricem roborando. Strenue enim sputum promouet in declinatione horum affectuum, si a fluxione pēdeant: quam suo calore multo, si initio vsurparetur, geminauerit, nisi, vt dixi, suffocationis a multa, crassa, lenta materia periculum impenderet. Vacuata autem materia, quæ thoraci, aut pulmonis, & asperæ arteriæ angustiam pariebat, proindeque spirandi difficultatem, æget iam multo, quam ante liberius respirat. Alias descriptiones duas habet Mesues cap. de asthma, sed inutilitas. Vsurpatur cum aquis prædictis, vel hyssopi, vel alia thoracia. Coque in libris x. aquæ ad dimidiam, expressum percoquatur cum penidiorum, & mellis despumati ana libris duabus.

E punicorum succo coquendos ponit, vt qui detracta carne, qua ambiuntur, ad vomitum, imo & ad alui fluxiones, non infirmæ sunt facultatis.

M E S V E.

SYRVPVS de calaminthe alter, singultum, & vomitum a pituita, vel bile flaua crassa, sedat. Recipit succi calaminthes, & vini odori, ana libras quatuor, succi malorum granatorum acidorum cum sua pulpa interiori, libras quinque. coque ad dimidias, biduo permittite, vt crassum subsideat, & clarum percoquatur in syrupam cū sacchari libris quatuor, aromatizetur drachmis duabus galliæ aromaticæ, in vase vitreo bene obstructo, in sola dies quadraginta.

COST. PRASII. Maceranda hæc sunt authore etiam silente in debita aqua mensura, vt & in superiori, tunc coquenda ex arte, vt & tantum supersit decocti, quantum excipere possint mellis libra dua, id quod in sequentibus quoque erit obseruandum.

SYRVPVS hic de calamentho magis quam præcedens, est confortatiuus virtutis contentiæ stomachi, & viscerum: vnde valet superfluo vomitui facto a cholera crassa permixta, cū phlegmate post mundificationem ipsius, & non est tantæ caliditatis, vt primus, limphatur autem vt plurimum cum aquæ mentæ, vel absinthij.

M E S V E.

SYRVPVS de calaminthe, asthma, tussim antiquam, intemperiem viscerum frigidæ, & splenicis, & fenes iuuat. Recipit calaminthes domesticæ, & syluestris, ana vnc. ij. ligustici, dauci, schoenü anthus ana drach. v. vuarum passarum purgatarum lib. dimid. mellis lib. ij.

CHRI. HIC syr. in duritie, & crassitie splenis conuenit, calefacit stomachum, hepar, & splenē, & alia viscera, aperit oppilationem in eis, materias crassas subtiliat, & ad expulsionem eas præparat, confert tussim antiquæ, & asthma in tenibus. Lymphatur autem vt plurimum cum aqua quinque radicum, seu scolopendriæ, id est lingue ceruinæ, quæ spleni multum appropriatur, & est herba nota, calidæ, & siccæ complexionis in secundo.

QVIBVSDAM in vsu est cum aqua mentæ, & absinthij, parum calet, ventriculum, & hepar expurgat, & simul roborat. Fuerit igitur saluberrimus, tum etiam quod alimentum cum medicamento coniunctum habet, quod genus medicamentorum Galenus maxime commendat. Nam calaminthe amara, acris, expurgationem prope sola facit, vinum putredini resistit, vires eius granatorum vehit, granata acida incidunt quoque, & tenuant, sed roborant, saccharum dulcorat, & custodiam siccando iuuat, cum igni, & sole Gallia iucundiorum facit, & facultatum nostrum corpus dispensantium robur auget. Cum igitur sit paratu facili, & magnarum virium, in vsu frequentiore habendus fuerit, nisi syrupo mentæ viribus proximo sis contentus.

M E S V E.

MAN. NON cognosco calamentum domesticum: credo intelligi mentam, sicut etiam supra. Nullus tamen horum syrup. communiter paratur. Secundus fati similis est syrupo de menta.

SYRVPVS de thymo calefacit, incidit, tenuat, ob id omnem frigidam intemperiem thoracis, pulmonis, ventriculi, hepatis, & aliarum partium iuuat, & hyberno frigori resistit. Recipit comarum thymi vncias duas, calaminthes, mentæ siccæ, ana drachmas quinque, feminis apij, feniculi, anisi, dauci ana ꝑ semunciam, vuarum passarum purgatarum vnc. quatuor, & dimidiam, cum mellis lib. duab. fiat syrup. aromatizetur drach. duabus galliæ.

SYLV. QVIBVSDAM in vsu est ad calefaciendū incidendū, tenuandum, aperiendum, tergendū obstructiones viscerum, ob id splenem tumefactum minuit, cum aqua a splenij, vel phillididis, thoracem, & pulmones expurgat cum aquis thoracis. Coquitur in lib. vj. aquæ ad dimidias, expressum percoquitur cum mellis lib. duabus.

COST. DE calamentho. Calaminthes succus dum altius pituitam, crassoque humores ventriculo impactos secat, & abstergit, vt singultum corrigere apte potest, ita & vomitum comescere postquam dissectum, absterfumque eius vi humorem vomitione vna aut altera reiecit contingerit. Vomitus autem particulatim acidorum punicorum succus cohibet. Sed obscurum est, quum succum ait sumendum cum pulpa interiori, quid pulpa illius nomine intelligat. Si diuinandum sit, forte esse interstitia querit, quibus acini distinguuntur: qui sane astringentis facultatis quum sint, si succis eiusdem punicij, & calaminthes, vnoque (vt scribit) coquantur, possunt sedandi vomitus vim adaugere. Fort. aspe etiam acines alios

ISTE syrupus habetur in vsu. Mes. habet hic extremitatum thymi. & est melior pars plantæ. Summæ medicinarum est x. res excepta aqua.

LICET in vsu non sit, efficaciam tamen magnam haberet in frigidis morbis.

IN vsu rarus est, tñ ad ea quæ promittit, est efficacissimus modo thymus sit, vel creticus, vel locis editis, & siccis, & in solatis, & calaminthe montana: obstructa etiam liberat, & menses mouet, sed omnium valētissime syrupus sequens. Syrupus Arthemisiæ Mathei Gradi, ad menses ciendos ex catalogo sim. menses mouentium, cum tñ singula, vel horum pauca sufficeret. Arthe-

Arthemisia manip. duos, pulegij, calaminthes, origani, mellissophylli, sampuci, fabinae, persicariae, chamædrysos, chamæpityos, hyperici, centaury parui, parthenij cum flore ruta, betonicae, buglossi, dictamni, radie feniculi apij, petroselinii, asparagi, rusci, saxifragæ viridis, enulæ, rubiæ, pæoniae, ana manipul. vnum, sem. iuniperi, smyrnij, petroselinii, apij, anisi, git, carpobalsami, cardamomi, costi, asari, pyrethri, phu, calami aromatici, casia, ana vnc. dimidiâ, macera aqua fluuiali, coque dimidias expressum percoque cum sacchar. & mellis q. s. Addi potest acetum simplex, vel scilliticum, alij aliter parant, & syrupum partheuii, idest matricariae vocant.

COST. **D**E thymo. Quum thymi comas quarit, flores cum thymo quarit. Sed & calaminthes, & mentha comae quarenda, quibus vis maior inest, quam caulibus nudis aut folijs. Huius vires intendes, si loco synœra aqua vel fontana, vbi pluuia, in qua decoquenda hæc sunt simplicia, decoctum thymi, vel quid tale sumptis, id quod, & in reliquis tum propositis, tum proponendis qui obseruavit, non puto valde aberraturum.

M E S V E.

SYRVPVS de eupatorio ventriculum, & hepatis roborat, obstructions aperit, calore digerit: ob hæc, incipienti hydropi, hypochondriorum dolori, febribus antiquis, ventriculi, & hepatis formam corrumpentibus confert, flatus dissipat, intemperiem frigidam expugnat. Recipit radicem apij, feniculi, intybi, ana vnc. duas, glycyrrhizæ, ichænu anthus, cassuthæ, absinthij, rosarum, ana drachmas sex, adianti albi † spinæ albæ, & arabicæ, florum aut radicem buglossi, anisi, feniculi, eupatori, ana drach. v. habarbari, mastiches, ana drach. tres, spicæ nardi, asari, folij, ana drach. duas, coque in aqua lib. octo ad tertiam, & cum sacchari libris quatuor, & succi apij, & intybi quantitate sufficienti fiat syrupus.

CHRI. **S**YRVPVS de eupatorio valet principaliter in passionibus frigidis hepatis cum oppilatione in ipso, & sic etiam confert in similibus passionibus splenis, & aliorum membrorum nutritionis. Est aperitiuus oppilationum, subtiliatiuus materierum crassarum, prouocatiuus vrinæ, confortatiuus digestiue virtutis. Confert insuper ad febrem chronicam de materia crassa, sed vsus eius principaliter est conueniens in principio hydropis cuiuscunque speciei frigidæ a causa frigida, & maxime cachexiæ, ad quam sequitur degredatio carnis corporis, cum malitia habitudinis in toto corpore, sicut sunt corpora cacochyma, in quibus cum tumefactione a materia aquosa phlegmatica color vertitur ad plumbeum seu cineritium adiunctum cum cirrino colore, & maxime in facie demonstratur. Confert etiam ad corruptionem appetitus. vnde confert eis proprie, quibus corrumpitur propria forma stomachi, id est in quibus corrumpitur habitudo stomachi, & appetitus. Confortat etiam virtutem digestiuam stomachi, & est syrupus multum notandus propter eius virtutem, & præsertim in hydropis a causa frigida.

A D D I T I O.

Notabis quod pauci sunt facientes hunc syrupum

secundum veritatem propter diuersitatem, & etiam ignoratiam de bedegar, & suchaha, visis tamen multorum opinionibus de ipsis inuenit Pauli opinionem meliorem de suchaha, & Serapio. de bedegar. dicit enim Serapio autoritate Dioscoridis, quod bedegar, idest spina alba nascitur in montibus zacual, & habet folia similia chamæleonis albe, nisi quia sunt strictiora, & albiora, & super ea est simile borre, & spinosa, & habet stipitem longum duob. brachijs in æqualitudine digiti pollicis, vel plus, color eius sunt capitella similia erico marino, nisi quia sunt minora, & oblonga, & flos eius est coloris purpurei, & semen eius est simile grano carthami, nisi quia est rotundius eo, consideranda igitur quid sit bedegar. Quid sit suchaha secundum opinionem Pauli dicamus. suchaha est herba dulcis, quæ extenditur super terram, & facit capita crassa prope radicem, & exeunt ex illis capitibus, flores sanguinei coloris, & sic secundum veritatem, est herba spinosa alba expandens se super terram, cuius flos est in colore sanguinis, cuius radix vsui medicinæ competit.

HIC si bene componatur, quod certe non est facie, valde utilis erit. BEDEGAR. (Suchaha.) In his patres nostri magnopere errabant, syluestris rose fructum supponentes, tu vero intellige spinam albam, & arabicam. Dioscorides vocat primum *de xanthos*, alij arabicam. Eupatoriū. Accipe quod vulgo agrimonium vocant. Pro folio quo caremus, accipe folium garyophylli si inuenire potes, si non, cinnamomum vocatum, vel nardum.

HIC syrupus quia calfacit, incidit, tenuat, terget, roborat, partes omnes nutritorias, appetentiam excitat, coctionem firmat, obstructions in eis aperit, per vrinas expurgat, intemperiem frigidam corrigit, propterea hydropem omnem ab hepatis, vel lienis primario affectu proficiscentem sanat, & inde natum cutis colorem plumbeum, cacochymia item, atque adeo cachexiam dictarum partium vitio natam emendat. Cui malo succedit corruptio formæ ventriculi, & hepatis, & corporis reliqui per harum partium actionem toti corpori communem, habentium vitium, male nutriti. Expressum percoque cum sacchari clarificati lib. quatuor, & succi purgati apij, & intybi, ana lib. duab. paulatim addendis, vt in syrupo fumarie maiori.

DE eupatorio. Est hoc loco vulgata controuersia, de bedegar, suchaha, & eupatorio pro eupatorio quidem non aliud usurpandum quam huiusmet scriptoris eupatorium, de quo lib. simpl. Bedegar vero si Serapionis historiam spectemus, constat spinam esse albam Dioscoridis, licet huius vocis Dioscorid. non meminerit. suchaha vero spinam esse Arabicam. Quibus hæc duo non placuerint, chamæleonis genera illa, qua sub carlina nomine vocantur, non temere sumi posse videbuntur, quod consensunt plerique.

M E S V E.

SYRVPVS de epithymo atrâ bilem, & alios humores vstos vacuat, ob id morbos ex his nascentes, elephantiam, cancrum, vlcera maligna, fistulosa, psoram, lepram, achoras præcauet curaque. Recipit epithymi boni † hortensis dra. xv. cassuthæ, fumarie ana dra. x. thymi, calaminthes, buglossi, stechados, & glycyrrhizæ, polyp. agarmyrob. emblicarum, & belericarum ana drac. vj. rosarum, seminis feniculi, anisi, an. dr. ii. & s. pruna xx. vuarum passerum purgatarum vnc. iij. tamarindorum vnc. ii. & s. sacchar. † lib. iiii. sapæ lib. ii. fiat syrup.

SY-

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

CHRI. SYRVPVS de epithymo valet principaliter in passionibus factis materia melancholica, & ab humorib. adustis, faciētib. crustas magnas in auribus, & in corpore toto, & generaliter valet ad malas scabies quæ per totum expanduntur, & sic est in vsu ad dirigendum talem materiam, & est maioris efficaciam in talibus quam syrupus de fumoterra. confert et lepræ, cancro, fistulis, & ulcerib. prauis, & corrosiuis, factis a cholera adusta, vel melancholia adusta, seu a phlegmate falso, est insuper maxime prouocatiuus vrinæ, oppilationū aperitiuus, remissiuis malæ qualitatis humorū, cum aliquali virtute solutiua prædictarū materierū, virtute epithymi, myrobala. fumi-terra, polypodij, prunorū, & tamarindorum, lenissime tñ soluit, tñ quia corū parua quātitas ingreditur, tum et quia parua dosis ipsius syrupi assumitur, scilicet, vnc. ii. si tamen in dosi eius fieret additio, sensibiliber solueret: lymphatur autē quandoque cum aqua simplici, quandoq; cum aqua lupulorum, vel fumiterra, boraginis, endiuia, vel buglossæ, vel cum decoctionibus appropriatis, & quandoque cum decoctione spicæ, & alchilil, idest rorismarini. Dicit enim quod expellit choleram nigram, idest melancholiam.

MAN. SCABIEM & saphati. i. *si x̄o gas* cum educit, vt ipsemet ait, humores adustos, propter quod magis reponendus est inter purgatoria, q̄ inter proprie vocatos syropos, sicut syr. de fumoterra, qui cum hoc multum conuenit: est tñ minoris purgationis, & minus calidus, & propterea illo ego vtor in humoribus magis biliosis, hoc vero, quia calidior est, in minus calidis.

SYLV. AFFECTIBVS ex melancholia, vel pituita falsa, & aliis humoribus vltis confert magis, quam syropus fumaris, quia obstructions aperit, & humores eos potentius apparat, & expellit per aluum, vrinas, sudores, clementer tamen purgat myrobalanis, fumaris, polypodio, prunis, tamar Indis, & quia datur ad vnc. ij. cum aqua lupuli, fumaris, boraginis, intybi, vel decoctione conuenienti: quod pondus si augeas, aperte aluum subducit. Sunt qui dant ab vnc. iij. ad vnc. vi. Hic etiam ob pruna, passas, tamar Indos, sapa, crassus ob id, & ingratus est. Hunc etiam ad scabiem Neapolitanam adhibent, quam inter melancholicos morbos recensent. Melior fuerit syrupus aliquis simplex, qualis est Saporis, vel alius ex asplenio, & si vis paucis aliis splenicis ad melancholicos affectus, non autem ex farragine simplicium melancholiam, succumque melancholicum apparantium, aut purgatiū.

COST. DE epithymo. *Morbis qui ex atya bile, & exustis humoribus, commendat syrupum de epithymo. Epithymum tamen ipsemet lib. simpl. non educere id humoris genus aduersus Paulum notat. Sed additis myrobalanis, fumaris, alijsque eiusmodi, efficere id poterit syrupus, quod non poterit fortasse epithymum sincerum, licet hac et de re in ipsomet Mesue aliquid sit controuersia.*

MESVE.

SYRVPVS stēchados iuuat omnes affectus frigidus cerebri, & neruorum, vt paralytin, epilepsiam, spasmum cynicum, tremorem. Recipit florum. † stēchados drach. xxx. † thymi, calamithes, organiana drach. x. anisi, pyrethri ana drac. vii. piperis longi drach. iiii. zingiberis dra. ii. yuarum passerum purgatarum vnc. iiii. meliss

lib. v. Condiatur cinnamomi, calami aromatici spicæ nardi, croci, zingiberis, piperis nigri, & longiana drach. i. & s. ligata in panno raro, & appensa in syrupum. Datur vnc. i. cum aqua, cuius contacta, sint spica, & rorismarinus.

SYRVPVS de stēchade secundū hanc descriptionem ubiq; preparatur, & habetur in vtu principaliter in passionib. frigidis cerebri, & neruorum, vnde multum confert ad digerendū materiam frigidam, & viscosam facientem paralytin, spasmum, tetanum, epilepsiam, tremorē, & torturam, quæ dispositiones omnes dependēt a cerebro per essentiam, vel cōitatem. Confert enim dispositionibus frigidis nucæ, neruorum, & capitis, sua complexionē calefaciens, subtiliās, & desiccans materias catarrhales, & frigidas, & eius vtu principaliter est in catarrho frigido, & vt plurimum lymphatur aqua foeniculi, vel leuistici, & similibus aquis, vel decoctionibus appropriatis portantibus virtutem eius ad cerebrum, & ad neruos, & modus componendi est clarus, & simplicia sunt superius declarata. Et hic est finis omnium syroporum, qui describuntur ab auctore in hac vi. distinctione. Restat hic vltimo duos alios syropos declarare, qui cōmuniter sūt in vsu, & vbiq; in nostra ciuitate ab omnibus preparantur. & primus nominatur pro melancholicis, cuius descriptio ponitur a Mes. in suo de approprietatis. cap. de humore melancholico seu de soda facta ab humore melācholico, & est magnæ virtutis in digerendo materias crassas, melancholicas, illas subtiliando, & habiles faciēdo ad exitum: vnde principaliter confert dispositioni melancholicæ, in qua leduntur virtutes intrinsecæ cerebri, & humores, confert insuper febribus quartanis, & oppilationibus, & agritudinib. splenis. Et generaliter confert omni agritudini factæ ab humore melancholico, & iste syrupus est et aliquantulum solutiuis, cuius hæc est descriptio. Rec. capil. ven. radicū baglossæ domesticæ, & siluestris, & florum earum, polypo. ana drac. i. epithymi. vnc. i. folliculorū senæ, chamæpithyos stēchados, ana vn. vii. chamædryos, schēnanthi, hellebori nigri, ana dr. iiii. fumiterra, vnc. vii. eupatorij dr. iiii. succi pomorū dulcium vnc. vii. omnia præter epithymū, & succum pomorum bulliant in lib. iiii. aquæ vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde bulliat in ea bullitione leuissima epithymum, & coletur cum succo pomorum. zucchari lib. ij. decoquatur ad perfectionem, & fiat syrupus vt expedit.

Secundus syrupus magistralis, qui dicitur syrupus de endiuia, est multum in vtu, & valet ad omnes supercalefactiones hepatis principaliter, ac aliorum membrorum nutritiuorum, ac etiā cordis, & generaliter cuilibet malæ complexionē calidæ, habet insuper oppilationes aliquantulum aperire, & membra debilitata a mala complexionē calida illam remouendo notabiliter cōfortare. Est etiam conueniens ad digerendum materiā subtilē cholericam multæ acuitatis, sed principaliter vtimur eo in hepate calido, & in renibus calidis, vel supercalefactis. Et quia eius descriptio ab auctoribus non reperitur, sed secundum præ-

CHRI

MA

SYL

COST

Syr. de m. d. d. d.

presentem descriptionem eius inuentor fuit GEA
 tilis de fulgineo, quam manu eius propria descri
 ptam ego iam vidi, ideo sic eam in presenti loco
 describam. Recip. succi endiuia, succi hepaticae,
 quae herba est nota, frigide scilicet, & humide co
 plexionis in primo, ana lib. iij. clarificentur praedi
 cti succi ad ignem vt expedit, rosarum, violarum,
 lenticulae aquae, quae herba est nota, natans
 in aqua, & ibidem semper stans, & frigidae comple
 xionis in primo, humidae in primo, polytrici,
 herba est nalcis prope fontes aquarum, & in puteis
 similis capillo veneris, & est frigidae comple
 xionis in primo, & sicca versus ipsam, ana vnc. s.
 capilli veneris, hordei mundi, seminum commu
 nium frigidorum, ana vnc. i. fiat syrupus cu zuc
 charo quantum sufficit, & aromatizetur cu san
 dalis albis, & rubeis, & cum berberis, & sunt qui
 dam fructus frigide, & siccae complexionis secun
 do, seminibus citonioru, ligno aleos, cinnamo
 mo, & corticibus citri, sic enim aromatizatus est
 magis conueniens, & confortatiuus cordis, cere
 bri, & aliorum membrorum principalium, licet
 multi vtantur eo absque aromatizatione, quia
 est magis alteratiuus ad frigidum, & magis aper
 titiuus.

MAN. CONFICITVR hoc duplici modo addendo videlicet cinnamomum, & reliqua aromata, vel non addendo: hunc incompletum, illum completum vocant. Haec. i. thymi. Alchil. i. torismarini.

SYLV. COQVITVR in lib. x. aquae ad dimidias expressum percoque cum lib. v. mellis, aut si vis delicatius, sacchari. Datur ab vnc. i. ad vnc. ij. cum aqua decoctionis, aut potius distillationis sumptum & floru rorismarini. Syrupus hic pituitam horum affectuum frigidorum causam potenter tenuat, incidit dissipat, siccatur, catarrhos frigidos consumit sumptus cum aqua feniculi, mellisophylli, vel decocto has facultates ferente in cerebrum, spinalem medullam, & neuosas partes: ventriculum praeterea roborat. Alter huic diuersus Mesue scribitur in affectibus neruorum, in vsu non receptus. Est praeter hos syrupos alius a Mesue in cephalgia melanco. descriptus ad omnes affectus melancholicos, & splenicos, vt quartanam, & melancholiam, & prius dictos in syrup. epithymi saluberrimus. Recip. adiant albi, radicum, & florum buglossi domestici, & syluestris, polypodij, epithymi, ana vnc. i. folliculorum fenae, chamæpitys, scorchados, fumariae, ana drach. vij. chamædryos, scorchu anthus, elleb. nigra ana dra. iij. eupatorij semunc succi pomodulcium vnc. viij. Omnia praeter epithymum, & succum, coque in aqua lib. iij. ad tertiae partis consumptionem. post adde epithymum, & semel feruefiat, coletur, cu succo pom. & sacch. lib. ij. percoquatur syr.

COST. DE scorchade. Parato ex arte decocto ex certis rebus, & addito melle, inter coquendum aromata quaedam linteolo laxiori inclusa suspendi iubet, vt putat, quod eorum tantum vis non etiam corpus syrupo excipiat. Au ergo (quod quidam faciunt) aromata haec prius in puluerem ducere, tum vero linteolum manibus exprime. re ex instituto sit auctoris, non facile iudicem, expressio ne profecto, aromatum quoque corpus egredi, & syrupo permisceri necesse est, maiori fortasse consistencia, quam syrupi ratio postulet: imo aromata omnium vim ob tenuitatem substantiam coquendo dissipari certum est, vt propterea sat ego esse existimem, si aromata contundantur tantum, non etiam in puluerem ducantur. inter coquendum tamen saepe exprimentur.

MESVE.

ONOME LI, vinum mulsu, intemperiam frigidam ventriculi, hepatis sanat, flatu in eis, & hypocondriis dissipat, oris odorem, cutis colorem commendat, fit ex vini antiqui boni lib. x. mellis boni, & despumati lib. ij. addendo cinnamomi tenuis drach. v. spicae nardi drac. j. caryophyllorum, zingiberis, ligni aloes, macis, ana semunciam, cardamomi drach. ii. croci drac. i. & semis. tere negligenter, cola panno raro. aromatiza molchi. drach. iii.

Mellicratum vino, & melle, & mellicratum, conatum ex vino melle, & spicis. drach. viij. drach. ij. drach. v. nina tertia.

HAEC est quarta pars principalis huius sextae distinctae qua auctor tractat de quibusdam potibus factis cum vino, & melle, & aromatibus, determinat etiam de miva simplici, & composita, de aceto scillitico, de oxymelle scillitico, & primo declarat quomodo talis potus ex vino, & melle vocari debet, est conferens principaliter passionibus frigidis cerebri, stomachi, & neruorum, confortando eorum virtutes, confert etiam complexionibus frigidis, & humidis stomachi, & hepatis, & ventositati hypocondriorum, & oris odore bonum efficit. Et antiquis tribus iste potus erat multum in vsu: adeo vt sani vterentur tpe sanitatis ad praeseruationem a multis prauis aegritudinibus, qui potus vulgariter nominatur lachiarcha, & cum conficitur solum ex vino, & melle, vocatur mellicratum, quando vero aromatizatur cum speciebus, vocatur conditum, & dosis eius de manu vacuo stomacho est vsque ad vnc. vj.

CHRI.

ADDITIO.

Antiquitus iste potus erat multum in vsu sanis ad praeseruationem a multis aegritudinibus, verum hoc tempore homines talibus potibus, vt plurimum non ad futurarum aegritudinum praeseruationem nec ad praesentes curandas, sed gulositatis, & crapulae causa. Et fit duobus modis hoc tempore. Primo modo cum melle, vino, & speciebus in parua quantitate, & vocant talem potem claretum. Secundo modo cum zuccharo vino, & speciebus, maxime cum cinnamomo, & vocant talem potum vinum hypocraticum. Notabis vterius, quod apud doctores reperiuntur isti termini, hydromel mulla, ac mellicratum, intelligentes per hydromel potum compositum ex melle cum aqua frigida sine aliqua decoctione, non habes certam proportionem mellis ad aquam. Mulla vero fit ex octo partibus aquae, & nouem mellis despumati, & coquitur ad consumptionem tertiae partis illius totius. Si plus autem habet aquae, & mellis minus dicitur mulla aquosa, & ista vocatur aqua mellita, quae secundum maiorem, & minorem quantitatem mellis dicitur aqua plus, vel minus mellita. Mellicratum vero idem est, quod mulla aquosa: quia in eo est plus de aqua, quam de melle, vt in Alexandro de oculis: sed secundo aphorismorum pro mellicrato accipitur hydromel, quidam tamen componunt mellicratum cum vino, & melle, vt hic Mesue. Tamen lanuentis in suis synonymis post recitationem diuer facum opinionum de interpretatione nominu, dicit reuolutoe, quod hydromel est, quod laine aqua mellis dicitur, mellicratum vero est mulla plus mellis habens, quasi sit vinum mellis dictum, differens ab apomelle eo quod apomel non coquitur. Item hydromel graece, mulsu vero latine dicitur, & fit ex vino, & melle. differt vero mellicrato, eo, quod mellis habet plus, quam mulsu: haec tamen interdum nominantur vnum p alio accipitur. Auic. in v. can. habet duas descrip. mellicrati conditi, quod vocat conditum, similiter

Mellic. duplex.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

mititer Serapio in proprio antidotario duas etiã habet descriptiones.

MAN. **O**ENOMELI græce appellatur, quod ex vino austero antiquo, & melle componitur. Oenomeli vero melitites, id quod ex musto, & latine mulsã. At melicratum, vt superius diximus, ex aqua, & melle conficitur. Proijce super ea, Appellant hoc tempore vinum in hunc modum conditum Hippocrateum.

SYLV. **O**ENOMELI Gal. podagricis, arthriticis, nephriticis, & senibus, ex melle, & vino Sabino aut simili, & petroselino componit, adiecta betonica, & saxiphraga, in nephriticis. Qui vero curiosius componunt, etiam spice nardi aliquid iniiciunt: hodie vero eidem magnam aromatum miscellam immittant. Olim fuit vsu celebre ad cerebri, neruorum, & aliarum partium affectus frigidus, sed id medicamentosius, quale hic scribitur: nunc magno harum frigidarum regionum incommodo in vsu esse, desijt, præterquam, quod circa natalem Christianum in Bacchanalibus, vulgi regalibus, plebecula ad palati gratiam, non ad intemperaturæ frigidæ propulsionem, etiam largius bibit, & chretum vocat: magnates vero preciosius, viciaque, parciore tamen mensura, quod fere ea sacch. vnc. iiii. & cinnamomi vncias. in lib. vini singulas conficitur, & Hippocraticum vinum appellant, tanquam Hippo. inuentore dignum, ob virium, & saporis excellentiam: cui etiam mellis parum addunt quidam, præsertim si vinum austrius, ad saporis gratiam, & coloris, clarius enim euadit colatũ. Vinum mulsam Dioscor. fit ex vini veteris austri que metretis duabus, & mellis boni metreta vna, aliisque duob. modis parat, semper tamen sine aromatibus. Vinum vero melitites ex musti austri congiis quinque, mellis congio vno, salis cyatho vno: vinum autem aromatites Diosc. longe diuersum est ab hoc Mesue mulsã aromatite, præsertim primum: nam secundum quadantenus conuenit. Alia sunt eidem, & Actua. variaz vinorum condituræ, vt absinthites, saluatium, picatum, &c. Ex quib. vinum absinthites ad atrophiam ex ventriculi imbecillitate efficacissimum etiam Imperatorum experientia docet Gal. lib. de Theriace ad Pisonem. Conditum ex cydoniis quadruplex minam, hinc transtulimus ad condita.

COST. **D**E mellicrato. Parantur etiam ex vino medicamenta syrporum consistentia, quare horum quoque meminit primo autem loco œnomelitis veterum, quod tamen sequentibus differt cum coctione, neque enim hoc, vt posteriora, coquitur: tum consistentia, debet enim hoc Syrupus esse liquidus: tum mensura, largius enim assumitur in potum: tum vsu quod tam medicamento quam alimentum venit loco. Parant hoc seplastarij Pedemontani byeme. In quo parando qui laxiori panno percolant cum syluio a Mesue recedunt. Vulgatus profecto codex, vt crasso atque adeo denso panno traiciatur, monet, id quod si seruetur, vt vini tenuitatem amuletur, facit; neque tamen eius facultatis expertus, quam auctor quærit. Sed si destillatione per laneam linguam vtaris, purius & longe elegantius, non disparibus autem viribus succedit. Illud hoc loco admonendum, quia mel etiam ablata seruendo spuma, status excitat, si quis eius loco saccharum posuerit, potum reddere ad dissipandos status efficacius, palato autem gratius, & detergendi vi illi non inferius, quod paratur ex melle.

M E S V E.

CONDITIONUM citri, cor, ventriculum, hepar roborat, coctionem inuat, oris gratia commendat: fit ex corticum, vel foliorum citri

vnc. iij. cydoniorum † vnc. ii. pomis quatuor odoris frustatim sectis, maceratis biduo in vini antiqui lib. viij. cum pondere aromatu. Post, aliquoties saruesunt, & cum mellis despumati, & sacchari albissimi, & † aquæ rosarum. ana lib. ii. percoquitur in crassitudinem iulep: aromatizatur cum moschi granis quindecim: si autem recēs, per se bibendum est; multo parcius coquatur.

CORTICEM citri.) Intellige exteriorem, absque pulpa, vel foliorum.) Vbi scilicet cortice careres: verum facilius, multis in locis habebis fructum, & corticem, quam folia.

CONDITIONUM de citro. *Quam in condito citri sumendum præcipit eandem specierum mensuram, qua in œnomelite, non ea tamen aromata, quas species vocat, duci in puluerem postulat (eorum nempe vis omnis in infusione, coctioneque; repetita euanesceat.) sed crasse tantum vult teri, vt in superiori. Porro quando hic, & etiam in superioribus, aut in sine aromatizandum moscho, alij, quo moschi vni toti medicamento impartiantur, id ipsum moschum in porphyritide lapide tenuissime laugatum, & laxo linteolo inclusum, medicamento, vt simul ferueat imponunt, alij eodem modo laugatum aqua rosacea dissolutum adhuc calente, illi commiscunt. posterior hic modus moschi vires magis integras seruat, vtro tamen quis faciat modo, non impedito.*

M E S V E.

CONDITIONUM aliud de citro, valens ad debilitatem stomachi, & hepatis quibus accidit læsio, propter frigiditatem, & ventositatem, & facit digerere cibum, & confortat appetitum, & est efficax ad pulsum cordis.

Vel fit ex corticum citri † vnc. vij. † buglossi vnc. i. & s. † melissophylli semuncia caryophyllorum † aur. ii. ligni aloes aurei semisse, macerentur triduo, vini boni lib. iiii. post cum sacchari lib. ii. coque, aromatiza galliæ aurei semisse, croci granis xv. mastiches drach. i. moschi granis x.

VBI legit croci drach. i. iij. lege, drach. vnius quarta pars. Marmacurj Melissophyllon intellige.

IDEM posset, quod prius, & appetentiam excitat, & flatum dissipat, pulsum cordis emendat, intemperie frigidam corrigit.

CONDITIONUM aliud de citro. *Quis hic pars buglossi sumenda sit, quum non explicet, licet vtilis sint eius partes omnes ad pulsum cordis, quando tamen teri omnia iubet, non sunt sumendi flores, quorum vis triturata exoluitur. sumenda ergo folia sunt aut radix, hanc vero libentius deligam, vt maioris quam folia efficaciac. Sed, & si cui flores sumere animus sit (quod ego maxime probarem) licebit, vbi cetera contraria fuerint, flores recentes vino cum reliquis permiscere, & percolato quarta die vino saccharum ex huius auctoritate permiscere, ac quod erit reliquum ab soluere.*

M E S V E.

CONDITIONUM buglossi efficax, & expertum ad cordis tremorem stomachi imbecillitatem,

fatem; deiectionem appetentiam, coctionem imbecillam, & formæ corruptionem, recipit buglossi, mentæ siccæ, florum rosarum, corticum, aut foliorum citri, ana vnc. iij. ozymi caryophyllati vnc. i. trium generum cydoniorum, trium generum pomorum, ana vnc. i. & s. serici erudi incisi, nucis moschatae, zedoariae, galangæ, been vtriusque, fantali citrini, croci, ana † vnc. i. & s. ligni aloes drach. ij. vini, & aquæ, ana lib. vj. mel lib. viij. aromatizetur moschi scrupulo vno, galliæ drach. ii.

MAN. TRIVM generum cydoniorum. Duo passim nascuntur, tertij sunt parua. Vel intellige dulcicida, & sic intellige poma. Alfelon Gemisch. Id est ocymû, quod ab odore garyophyllaton vocant.

COST. CONDITVM buglossi. *Quod de buglossi dixi in superiori idem hoc loco dico. Quid autem sumendum sit probeen utroque, quorum meminit, ad huc haeco. Non spernerem hoc loco carotas vulgares albas ac rubras, siue sint siue non sint legitima radices, quas Arabes been vocant.*

M E S V E.

CONDITVM ex cydonijs ventriculam, hepar, & cætera viscera roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, vomitum, & lienteriam sedat, medicamentum est celebre, ac expertum. Accipit autem succi cydoniorum acidorum libr. xx. vini antiqui boni libr. x. coque igni lento semper despumando ad tertiam partis consumptionem, cola, residendo clarescat. Claro adde mellis boni, & despumati lib. vi. iterum coque despumando, & in eo suspēdē nodulo ligata hæc aromata, cinnamomi, cardamomi ana, drach. iij. caryophyllorum drach. ii. zingiberis, macis, ligni aloes, mastiches, ana drach. i. & s. croci drach. ii. omnia præter crocum parum terantur, & suspēdantur nodulo, vt dictum est, identidem fricando eum in ipso medicamento, donec crassescat. Deinde aromatiza moschi drach. vnius parte tertia, galliæ drach. ii. Sunt qui saccharum mellis loco nuscunt, & vtrumq; sine, & cum aromatis componunt.

CHRI. MODVS conditi de cytonijs, quod vocatur miua aromatica, habet similitudinem in modo compositis, & substantiæ cum syrupis scriptis, & eius dosi & modus assumptionis est sicut modus aliorum syruporum, & eius principaliter operatio est ad incitandum appetitum, & ad calefaciendum stomachum suavi caliditate. Et confert ad vigorandum virtutem digestiuam in hepate, stomacho, & alijs membris nutritiuis: prohibet enim nauseam, & vomitum, sedat solutionem antiquam ventris factam ab humoribus frigidis, relaxantibus stomachum, & intestina, debilitantibus virtutem digestiuam contentiuam ipsorum. Confert similiter factæ ab eadem causa, si cū aqua extinctionis chalybis tempore congruo assumatur, habet in super quā plures alias vtilitates consimiles supradictis, vnde vocatur medicina notabilis, & famosa. Recip. succi cytoniorum acetosorum, &c. & proijciantur su-

Apra illud species alesfanginæ id est aromaticæ, & non dicitur, cum dicitur. Rec. cinnamomi. heyl est species cardamomi, quam non habemus hic, sed loco eius assumitur cardamomum maius, ana drach. iij. caryophyllorum drach. ii. zingi. masticeis, ana drach. i. s. croci drach. ii. ligni aloes macis, ana drach. i. s. omnia præter crocum, &c. Et sic habes propriam, & veram deser. alesfanginarum. licet omnes species aromaticæ simul adiuncte vocari possint species alesfanginæ, vt apparet in pilulis alesfanginis, quæ ponuntur inferius. Insuper notandum, quod licet ista miua nunc dicta ponatur ab auctore, quod cum melle construatur, nunc vero solum cum zuccharo, & non tantum cum zuccharo, sed etiam cum melle præparata reperitur, vt in fine huius capituli dicitur, & sunt ex hominibus, qui præparant ipsam sine aromatis, & vt sic vocatur miua simplex, & cum melle constructa fortius calefacit, & abstergit.

A D D I T I O.

Conditum de cytonijs secundū intentionem Mes est miua, sed secundum Auic. & Gulielmum Placentinum est syrupus de citonijs. Mes. tamen superius descripsit syrupum de citonijs, qui aliud est. Rasis autem nono ad Almanforem c. de his, quæ confortant stomachum habet descrip. miua & syrupi de citonijs acetosis.

SV B miua nomine vbiq; paratur: hydromalon. **MAN.** Græci vocant. Hydromalon sic cōficiit Paulus: Succo cotoneorum. p. ij. mellis p. iij. aquæ p. vj. coque ad tertiam expumando. Species alesfanginæ. de his vbi de pilulis agemus. Magis tamen vtimur ea, quam simplicem miuam vocat. Aliæ vero duæ, quæ sequuntur, parari non consueuerunt.

CONDITVM de cytonijs. *Non est hydromalon Græcorum, vt Manardus ait, quando nihil aqua recipit. Sed quicquid sit, quum in hoc parando vult crasse teri omnia præter crocum, an ipsam tenuiter terendum sit, an integrum relinquendum, dubium reliquit. Sed puto, crocum integrum alijs iam contritis miscendum, simulque suspendendum. alioqui enim in puluerem redactum plurimum virtutis amittit, licet non ignorem quandoque etiam pulueratum cum superioribus & in speciebus alesfanginis vsurpari.*

M E S V E.

CONDITVM ex cydonijs alterum idem pollens, accipit succi cydoniorum libr. c. coque in vase lapideo mundo igni lento ad dimidias, semper despumando, cola, horis circiter tribus resideat, claram partem exemptam, & vini antiqui libr. xl. coque prunis ad crassitiem. Nonnulli loco mellis addunt saccharum, alij etiam aromata ingerunt, & aromatizant, vt priorem.

CONFECTIO miua simplicis, quæ solū, sit **CHRI.** ex succo citoniorū & zuccharo habet similitudinem cū iuleb superius dictis in modo substantiæ, & in alijs; est dosi eius vsq; ad vnc. ii. lymphatur

Mesue.

Bb

tur

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

tur cum aqua, vel aquis conuenientibus dispositioni curandę, & cum aqua plantaginis seu mentę, seu cum aqua ferrea, vel cisterne, quę aqua cisterne sua subtilitate deducendo materias, quę sunt causa fluxus ad vias vrinę, confert. Confert etiam principaliter fluxui ventris facti a materia cholericā, acuta, & mordicatiua, præcedentes tamen aliquali mundificatione cum rhabarbaro, vel myrobalanis affatis in dosi superius tacta, & cum casia, secundum quod medico apparebit. & hoc maxime fieri debet, ne stypticitate miua fieret conspitiatio prædicti humoris, vnde adderetur in fluxu. miua enim in frigidat, & exiccat cum stypticitate. Confert insuper stomacho debilitato, & relaxato a superflua caliditate, & superfluo fluxui vrinę facti a causa calida in renibus, assumpta cum aqua plantaginis, seu myrti in debita quantitate, & modus compositi est solum cum succo citoniorum, & zuccharo.

COST. **M**IVAЕ simplicis. Succum cydoniorum postquam a seruore, & percolatione horas tres resederit addi iubet vinum, id quod tamen intelligendum est, ut prius inclinatione vasis, quod purius est, colligas, quod autem terrenum residet abijcias: hæc enim pars licet ad alui solutionem, & vomitum esset opportuna, meseraicis tamen venis, & iccinori inferre obstructionem posset. Excitare autem appetentiam non potest, æque ut superius, quod sine aromatibus fiat, quorum est ut languentem frigiditate concoquendi vim foueant, pituitosa tamen excrementa vi mellis deterget. Cuius mensuram quum non præscribat, superioris exemplum sequendum tacite innuit. Porro quale vinum hic & in superiori sumendum sit, album ne an nigrum, licet non explicet, quando tamen confirmandi, constringendique vis hoc medicamento expetitur, nigrum sumendum est potius quam album.

MESVE.

CONDITIONVM ex cydonijs tertium acetatum idem pollet, quod priora, præsertim si etiam calida intemperies adest, accipit succi cydoniorum, † sexaginta, & coquatur ad dimidias. percoque cum aceti albi † libris viginti.

SYLV. **M**ELLIS, aut sacchari libras octo, aut circiter, hic quoque tacet: hæc diacydonio Galeni simplici est affinis.

COST. **M**IVAЕ acetosę. Sumendum ne hic sit mel, an saccharum non monet. Sed quando ad temperandam calidiorem intemperiem paratur, saccharum quod melle temperatius est, erit deligendum.

MESVE.

CONDITIONVM ex cydonijs quartum, accipe succi cydoniorum acidorum, lib. † lx. mentę siccę, & foliorum citri, vnc. iij. coque ad dimidias, cola cum vini albi antiqui lib. xxv. percoque addito melle, vel saccharo, cum vel sine aromatibus, quidam item vini loco acetum incoquant,

HAEC omnia, & præter ea iulepum, & syrupus ex cydonijs idem pollet, & ad Pauli lib. vij. ex cydoniorum, sextarijs duobus mellis sextarijs tribus, aquę sextarijs sex omnibus simul coctis ad tertiam partem, & expumatis. Hęc cum melle condita magis calent, & tergent, minus stomacho iucunda cum saccharo contra. Dantur ad vnc. ij. nunc per se, nunc aqua plantaginis, mentę rosarum, si alius adstringenda est postquam satis fluxit, aut purgata est, alioqui putres materie ab his suppressę putridas febres excitant.

MIVAЕ alterius. Succum cydonij in hoc ut etiã in proximis superioribus duobus & in sequenti ad dimidias coquit, id quod efficit ut hæc confectione astringendo magis valeat quam quę primo loco describitur.

MESVE.

CONDITIONVM ex succo fructuum accipit succi cydoniorum iam cocti ad dimidias libr. duas, succi malorum † syluestrium cocti etiam ad dimidias, ana. lib. vnam, vini antiqui lib. ij. coque, ut prius, cum, vel sine aromatibus, cum melle, vel saccharo.

MIVAЕ ex succo fructuum. Montani mali nomine, agreste cum Syluio intelligo. Et quum in vniuerso codice legatur (sicut malorum montanorum & pyrorum agrestium decoctionum) qua lectione innuere videtur decoquenda esse aqua poma ac pyra ad dimidias: non sumendus tamen est succus, qui ex decetis, illis pomis, pyrisque exprimi potest, sed superiorum exemplo succus crudi mali, ac pyri, qui debinc coquendus ad dimidias. Erit hoc superiori, facultate proximum, sed ob syluestrium fructuum succum, qui vere astringentis sunt saporis, illo in astringendo superius.

MESVE.

ACETVM scillinum veterum consensu, & experientia est efficacissimum ad cerebri affectus, frigidos, & curatu contumaces, epilepsiam, vertiginem, gingiuas laxas, & putres lanat, dentes confirmat, oris odorem commendat, foetore eius valenter dissipato, partes respiratorias iuuat, & expurgat, & musculos laryngis roborat, ob hæc vocem claram efficit. Ventriculum putridis humoribus deterfis expurgat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, hepar, & lienem quoque expurgat, horumque dolorem leuat. Intestinatorum, & vesicę retentricem vim firmat, præfocationi ab utero, affectibus iuncturarum prodest, humores enim crassos tenuat, lentos incidit, & fluxiles ad expellendumque promptos reddit, & expellit. interdum etiam bilem atram: corpus laxum, & molle firmat, in iuuentute conseruat, a putredine vindicat, coloratum bene efficit, sed vsu multo emaciat. Sic autem fit, scillę laminas, inter corticem, & cor medias, acu lignea filo confutas tanto interuallo ne se contingant, siccabis in vmbra dies quadraginta, postea concisam cultello ligneo libr. vnam dies alios xxx. in solabis in aceti boni. libr. viij. in vitreato, strictiori officij, bene obstructo: postea colabis.

colabis, & vteris. si vero accelerare cogeris, sepeli vas in calido cinere, vel sabulo, non repente, sed paulatim, vt horarum spatio intercedente. Paulus vero scilla laminas recentes in aceto insolat à Veris initio, ad Aestatis finē in vase vitreo probe obturato, & postea vtitur. Datur ieiunis quotidie paulatim, donec ad fescunciā perueniat.

CHR. **A**CETVM scilliticum licet ipsum per se solum absque alterius rei admixtione rarissime fit in vsu propter eius acuitatem, mordacitatem, amaritudinem, & displicentiam, & maxime in gustu, ab antiquis tamen multū habebatur in vsu, nos autem vti in forma syrapi cū melle perfecte decocto. Et isto modo oxymel scilliticū nominatur, quod ab omnibus generaliter est in vsu, & sicut cum melle componitur, ita etiā posset cum zucchero construi & componi, & ad formā syrapi reduci. Vtitur ēr ipso cum quocumque vomitum prouocare admixto cum aqua hordei & cum melle, vel zucchero rubeo sub ista proportione. Rec. aque hordei cyathos iii. mellis vnc. iv. vel pulueris zucch. vnc. iii. aceti scillitici vnc. i. s. calefiat ad ignem, & sub tepida caliditate totum simul mixtum assumatur, & erit optimū vomitiū ad educendū materias crassas phlegmaticas & viscosas. & huiusmodi acetum scilliticū principaliter conuenit ad egritudines frigiditas capitis factas à materia phlegmatica, vel melancholica. vnde mirabiliter conuenit epilepsie, & vertigini, & confert ad egritudines stomachi ab eadem materia factas, materias putridas malas pectoris reificat, dentes comotos confirmat: Oris odorē bonum efficit. Et super omnia confert membris auditus, & nocuentis factis in eis à materia crassa phlegmatica viscosa: curat etiam asthma, raucedinem vocis, tuissimā antiquam, quę communiter euenit senibus. Est autem potentissimum subtiliatium, in eissiuū, absteriuū, & desiccatiuum dictatū materialium in quacunque parte existentū sua diuisione & forti penetratione, eas digerendo, incidendo, & ad expulsionem preparando, & multas alias virtutes habet, quas tu ipse lege, & maxime præseruandi vtemur eo ab omni aegritudine, & conseruandi ipsum in optima sanitate, & sic per se solum assumptum. Hęc omnia multo melius, & maiora faciet preparatum cum melle in forma syrapi, sicut inferius apparebit. Et dosi prædicti aceti est dr. i. vsque ad dr. viii. secundum actualem caliditatem de mane assumptum, & in passionibus pectoris, debet paulatim sumi lambendo, phthistici autem, & multum calidi complexionē, & acute febrientes ab eius vsu omnino timeant, & in aestate etiam feruenti fugiant operationem scilla, quę est calidā complexionis vltra tertium, sicca vltra secundum. Sed cum est recens habet humiditatem quandam, etiam cum prædicta complexionē calida, & sicca, & in partibus istis paucissimi vtiuntur ipso, & vt sic fiat consilio, & confirmo, sed recitatur ad oxymel scilliticum, & suadeo quantum possum.

MAN. **Q**UIA confert epilepsie. (Plinius Melancholicis & vertiginis Matricis præfocacioni.) Plinius neruis infirmis, additque tantam esse vim huius aceti, vt audius haustu, extinctæ anime momento aliquo spe-

ciem præbeat. Quod inueteratum, magis probatur, clariorem oculorum aciem facit, prodest accipientibus cibis, & eis, si ieiuni vomunt. Tarditatem aurium gargarizatione purgat: percussis, aut præcipitatis, & ob id sanguine coagulato: renum vitijs: cauendum exulceratis. salutare est stomacho, laterumque doloribus parum, sumptum binis diebus. Quo pacto præparetur scilla, proprio capite inter simplicia declaratum est.

ACETVM scillites veteribus frequens vsu, hodie rarum per se, ob amaritudinem, & acrimoniam mordacem, idque multi cum melle, & fit oxymeli scillitici: alij cū saccharo in syrapi formam percoquant. Id acetum incidit, tenuat, terget humores crassos, lentos, putres, quales pituitosi, & melancholici in omnibus corporis partibus, ob id affectibus ab eorū copia excitatis, & diuturnis conducit, epilepsie, vertigini, auditui obtuso, asthma, raucitati, familiaribus senectutis vitijs, & cæteris: ob hæc à morbis præcauet, & sanitatē tuetur. si per se sumatur: melius autem cū melle in syrapi. Datur à dr. vna, ad dr. octo mane cum aquis aut decoctis aptis: in affectibus autem thoracis paulatim lambatur. Si tñ aestus est, aut febris hæctica, vel alia aestus, abstine huius vsu ob scilla caliditatem: aqua ex aceto scillitico destillata est gravior, & efficacior. Vomitu ēr valenter purgat humores in ventriculo crassos, lentos, putres, datum ad fescunciā cum mellis, aut sacchari rubri vnciis tribus, aque hordei cyathis tribus. Acetū autem scilliticum Dioscoridi, & Paulo sic fit. scilla candida purgata concisa segmenta lino traiecta modicis intervallis, ne se contingant, in umbra dies quadraginta siccantur, iterum purgantur: horum mina mergitur aceti boni sextariis duodecim, sic, vt vas folia nō tangat: dein de vase operculato, probe insolat diebus sexaginta, post quos exempta expressaque scilla abijcitur & defecatum acetum transfunditur, ac reponitur: veteratum valentius euadit. alias eius compositiones tibi recentes Dioscorides, hæc consuetior. Cultro ligneo partes inter centrum, & superficiem medias separant: acu etiam lignea consunt quidam, ne ferrum tãgat, quo venenari opinantur. Partes autem medias etiam Diosc. lib. 4. præferre videtur. Eodem prope modo hodie nobis fiunt ex floribus siccatatis rosarum, saluie, sambuci, torismarini, acetum rosatū, saluiatum, sambucatum, torismarinatum, vulgo anthosatum dictū, & præter hæc, vnatum, ex vuis pallis.

ACETVM scillinum. Admirandum est, quam amicos vsus aceto scillino veteres tribuant. & sane morbis quicunque à frigidis crassisque nec non & putridis humoribus sunt, incidendo, extenuando, detergendo efficacissimum est: sed ventriculo, qui eximio sit sensu præditus, nihil est hoc violentius. quare addito melle veteres temperabant. Recentiores Scillatitiam ex hoc ipso aquam parant, minus palato molestam (quod terrena partes, quibus amaror insidet ferri in sublime nequeunt) vitijs autem obtenuitatem fortasse non minus, imo etiam magis efficacem. sed ne dum, vt ignis elicitur, calore calori addito modum excedat calfaciendi cauendum est, proptereaque balneo (vt aiunt) est destillanda.

M E S V E.

OXYMELI scilliticum humores crassos, lentos, auulsi contumaces separat, ob id confert ꝑ ventriculi, & aliorum viscerū affectibus hos humores sequentibus. ructum acidum sanat, & vesicæ mollificationem, seu vrinæ incontinentiam. fit ex aceti scillitici libr. ii. mellis despumati libris tribus coctis despumando, vt in oxymelite diximus.

Mesue.

Bb ij Illud

SYLV.

MAM

V. 172

T. 103

COST.

M. 172

V. 172

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

CHRI. **I**stud oxymel ratione mellis vigorosius, & potentius confert omnibus, quibus confert acetum scilliticum. Est enim eradicans omnem materiam viscosam, tenacem, & crassam quantumcunque profundā, & inuiscatam, & maxime in cerebro, stomacho, pulmone, & partibus pectoris, & est valde conueniens senibus, & frigidis natura, in quibus humor phlegmaticus; scilicet melancholicus est abundans; est enim opportunū istarum materierum, & curatiuum omnium ægritudinum ab eisdem dependentium. Ei dosis est vsque ad vnc.ii. cum aquis conuenientibus destillatis, aut decoctionibus appropriatis.

MAN. **N**ON video quō possit bene parari sine aqua, si vera sunt, quę vir iste superius dixit de oxymelite, oportere videlicet addere aquam. Huius autem communis est vsus in longioribus morbis. Duo enim, quę sequuntur, parari non solent, licet sint meliora, præsertim id quod scribitur, sub nomine Democriti, in quo multę herbe apponuntur, quę sunt à nobis alijs locis declaratę.

SYLV. **E**fficacius est aceto scillitico, & iucundius ad cerebrum, pulmonis, ventriculi affectus pituitosos, aut melancholicos, etiam contumaces. nam humores hos dictis partibus etiam impactos educit. Compositum id quidam faciunt additis simplicibus compositi oxymelitis: aliter Paulus libro septimo compositus facit, & efficacius: sunt qui huic aquę lib.iiii. addendas putent, quę aceti sit dupla, vt in oxymelite simplici, sed cū mel iam sit despumatum, & acetum scillites paratum, potes cum Mesue sine aqua coquere, vt Nicolaus etiā oxymeli compositum coxit.

COST. **O**xymelli scilliticum. *Quum Mesuen Manardus arguit, qui aquam non addat sua ipsius lege obseruata, quam de oxymelite paranda tulerat, recte respondet Sylius, sumi hoc loco mel despumatum; non autem aufertur à melle spuma absque aqua. Sed cur despumatum hic sumit, non vt in superioribus cum aqua, & aceto impurum coquit? Ob id puto, ne caustioria scillini, aceti vis diutius feruendo intendatur. Porro quomodo ad vesicę paralytici particulatim conferat scillinum acetum dubium est: licet enim frigida intemperies illi effectui saepe coniungatur, cui scillia calor aduersatur, an tamen tunc neruose parti acetum tam violentum esse ex vsu possit, non facile est statutum.*

MESVE.

OXYMELI scilliticum de radicibus, fit vt oxymeli compositum de radicibus, sed pro aceto communi accipit acetum scilliticum.

CHRI. **I**stud oxymel scilliticum compositum conuenit in omnibus in quibus confert oxymel scilliticum simplex, tamen eo efficacius, & potentius operetur in subtiliando quasque materias crassas phlegmaticas, & melancholicas, & principaliter in apperiendo oppilationes quorumcunque membrorum, vnde summe cōfert quartanarijs, chronicis, ac etiam quotidianis, longo tempore prolongatis, in quibus materia esset difficilis eradicationis, lymphatur cum aquis appropriatis.

SYLV. **I**d potentius multo incidit, tenuat, terget, obstructa operit, in diuturnis quartanis, & quoudianis, quam oxymel compositum de radicibus.

Oxymeli scilliticum de radicibus. *Fadem poterit oxymeli scillinum ex radicibus, quod oxymeli ex radicibus iam antea descriptum, sed tanto efficacius, quanto acetum ex scilla, simplici est aceto efficacius.*

MESVE.

OXYMELI scilliticum Democriti epilepsiam, vertiginem, cephalalgiam, hemict. cerebri, & pulmonis obstructionem ab humoribus valenter impactis sanat. Recipit origani, hyslopi sicci, thymi, ligustici, cardamomi, scœchados ana drac. quinque. coque in lib.iii. aquę ad librarum ii. consumptionem, percoque cum mellis libris duabus, mellis vuarum passerarum libra dimidia, succi bryoniae vncijs quinque, aceti scillitici libra vna, & dimidia, semper despumando.

Esset efficacissimum ad eos effectus quibus est destitutum, si quis ipsum coqueret. Oxymel Iuliani laudatum Gal. lib.2. ad Glauconem in podagra; Paulo libro tertio c.13. Tralliano in cephalalgia, describit Paulus lib. septimo, principio medicamentorum compositorum purgantium: id est parari dignissimū. Oxyrhodion proprie est mistum aceto rosaceum oleum, Gal. Ca. octauo, lib.3. simplicium: hodie etiam aquam rosarum miscet varia singulorum mensura, Arculanus. Quoniam mellis & sacchari vires sunt finitimę, vt docet Galenus lib. septimo simplicium, tamen veteribus consuetissimum erat mel inuisatum saccharum, contra quam Arabibus, & neotericis, ob id Arabes Græcorum velut simi ex saccharo permulta representarunt, quę Gręci ex melle pararunt.

Oxymeli scilliticum descript. Democriti. *Valentissimum hoc est ad propositos affectus, tum reliquorum, tum scillini aceti, tum maxime etiam succi bryoniae gratia, cuius insignem copiam recipit.*

MESVE.

SAPA est succus nobis tantum purgatus, & crassatus solis, aut ignis calore.

Ara, vel integrorum, vel incisorum, vel etiam curiose contritorum, ordine optiatio consequitur, succorum ex ipsis, & floribus quibusdam, herbisque tritis expressorum conditura, quamquam & horum etiam quosdam prius leuiter attingimus in saccharo, & melle rosato, & alijs passim. Nec omnes succos huiusmodi semper condimus, sed quidam, quales sunt expressi, reponunt, vt vinum, omphacium, agrestium pomorum succus, quo vice omphacii septentrionales populi vitium penuria vtuntur, vt vini leco pyorum, & pomorum succo similiter seruato, nisi quod omphacium salelem paucum ad sui custodiam requirit. Seruatur similiter succus rosarum violarum quibusdam, cydoniorum limonum, granatorū, oxyacanthę, vuarum, sed his vase vitreo conclusis. Similiter quoque seruari possunt fructuum omnium succi, præsertim acerborum, vel austerorum, aliorum autem, ac herbarum succi ferandi parua coctione, & residentia purgentur ante repositionem, in vasis plenis, vel oleo, vel iuleb, superfusoreponatur, sic fumarie, absinthii, eupatorii, & aliarum quarundam herbarum succos quidam hodie reponunt loco frigidioris. Succos alios ante repositionem mediocriter sole seruente, vel igni siccamus, vt absumpta humiditate excrementosa seruoris, & corruptionis auctore, integri seruentur quales Mesue rob. & rob. appellatur, nobis uero sape: hi uero sunt.

Ista est quinta pars huius sacre distinctionis, in qua auctor determinat de rob. .i. de succis her-

herbarum plantarum, vel fructuum inspissatis calore solis, vel ignis, intantum quod aliqui ex eis similitudinem habent cum electarijs parum coctis, & loch superius dictis, licet ex eis etiam aliqui sint multum fluidi.

A D D I T I O.

Rob vero apud Arabes est succus cuiusdam fructus coctus ad spissitudinem, ut seruari possit. Avic. in quinto cano. in vi. tractatu ponit differentiam, quæ est inter syru. & rob, & ait, quod syrui sunt decoctiones, & succi inspissati cum dulcedine, & rob sunt succi inspissati per seipos. Tamen scias, quod rob quando simpliciter ponitur, multum coctum intelligitur.

MAN. QUID hoc nomine significetur, ipsemet declarat, succus videlicet primo defœcatus, dehinc calore solis, vel ignis crassior intantum factus, ut aduersari sine corruptione longo tempore possit.

SYL. HOS succos, electarij mollis, vel eclegmatis consistentiam à nobis adeptos per consumptionem a quoque substantiæ, sapa vocauimus, uti Arabes rob, & robub, quod illis absolute pronúciatum sapa Latino est, seu defrutu, Græcorum vero *ρωβός* & *ρωβία*, hoc est, vinum ad dimidias, vel tertio coctum. Quæ nomina vino soli cocto licet vtrique tribuerint, forte quod ex succis vinum, aut solum, aut frequentissime ad hanc consistentiã coquerent, Arabes tamen alios quoque succos similiter coxerunt, & rob, vel, robub non quidem absolute, sed reddito plantæ nomine vocant: nobis visum est eorum imitatione eos ipsos sapa nominare non absolute quidem (ut vini succum sic coctum, hæctenus appellatum scimus) sed expresso nomine rei cuius est sapa, ut sapa ribes, sapa oxyantha, &c. sapa autem ipsa (cuius Mesues non meminuit) vires habet maximè varias pro vuarum, ex quibus coquitur, natura. Ferè autem nobis ex vuis albis coquitur, ut sit dulcius, eademque coctione rubet, anodyna est, condimentis magnam saporis gratiam conciliat, calfacit, quia vinosa: humectat, quia nutritialium subducit, quia dulcis: libro secundo de rat. vict. acut.

COST. DE speciebus robub. Non densati modo succi in medicina sum parari solent, ut assumantur, sed etiam non densati pingues, ut ex expressis amygdalis, non pingues: ut ex rosis, ex ribes, ex immaturis vuis, puniceis malis, prunis syluestribus, cotoneis, citri acido, qui omnes phyalis vitres superaddito oleo in annum seruantur, ut propterea admirandum videatur, cur de his Mesue non egerit, densatis. Sed aut horum seruandorum ratio illius tempestate non erat pharmacopæis vsui, quare modum percoquendi, atque insolandi hos ipsos succos, ait illum esse, quo seruari possint, aut vnius mentione alterius quoque vult haberi rationem, quando vires vtriusque, sunt eadem, & ex liquido succo sit densatus. Sane autem densati succi materia non semper liquidus est succus, sed quædoque decoctum, quandoque infusum. Infusum quidem veluti quum aridis berberis in omphacio, vel aqua maceratis succum quarimus, decoctum vero, ut quum ex peregrine illius arboris ramis decoquendo balsamum illud conficitur, quod occidentale vocant, hoc enim id est, quod post diutinam coctionem innat. Rursus autem materia, ex qua hic conficiuntur succi vario sunt plantarum partes: sepius fructus, ut ferè quorum hoc loco meminuit, atque etiam acidi: interdum folia, ut succus oxalidis cuius hic quoque mentio est, ubi de succo ribes, nonnuquam ex radice, ut glycyribizæ succus, quum

A aliqui vsitatissimum atate nostra Mesue præterit, eius fortasse tempore parum notum. Fieri etiam ex floribus posset, ut ex rosarum expresso succo, nona fortasse, sed non spernenda institutione.

M E S V E.

SAPA ribes refrigerat, adstringit, ob id ventriculum calidum corroborat, amborum que feruorem, & inde natam sitim extinguit, biliosam vomitionem, & deiectionem sedat, & alterat; paratur autem hoc modo. Succus ribes lib. decem, coquantur igni lento ad tertie partis consumptionem, colantur, subsidere permittuntur, donec clarescant. Clarum deinde igni elementi † percoquitur, aut insolatur ad iustam crassitudinem, qua seruari possit. Datur cum aqua frigida, aut niuis. Succus herba oxalidis illi est facultate proximus.

PRO intellectu totius sextæ partis est aduertendum, quod litera, quæ dicit rob, est corrupta ex defectu trãslatoris: debet enim dicere robub, nam rob idem est, quod sapa, vel vinum vltimate decoctum similitudinem habens cum sapa, robub autem proprie est quicumque succus inspissatus caliditate solis, vel ignis. Modus autem assumptionis cuiuscunque robub cum in forma electarij reperitur, est sicut de citonijs superius dictum est: si autem est in forma liquida, possunt etiam quandoque assumi distemperata cum vino, aut aqua distillata, seu decoctionibus convenientibus dispositioni curandæ. Et nota, quod generaliter omnes operationes cuiuslibet robub sunt potius ad constringendum, stypticandum, & alterandum ad frigidum, quam ad alium effectum inducendum, ut de quolibet particulariter apparebit. Istud robub de ribes portatur de partibus Syriæ; est enim ribes arbor quædam nascentis in partibus Syriæ in locis mōtuosis, quæ facit fructus acetosos, & ponticos, similitudinem habentes cum prunis, & sunt frigida, & sicca complexionis in secundo cum multa stypticitate, extrahitur ergo iste succus à dictis fructibus, & cum aliquantulo zucchari inspissatur ad solem, vel ad ignem, ut diutius conseruetur, & sic in forma solida iuleb portatur ad nos. Etiam sine zuccharo inspissatur, & sic perfectius operatur, vocatur vbi que locorum syrupus, seu iuleb de ribes; & principalis eius operatio est ad confortandum stomachum relaxatum, sitim extinguit, vomitum cholericum prohibet, & omnem fluxum cholere ad ipsum prohibet, & extinguit: vñs tamen eius principaliter est ad resistendum cuilibet fluxui ventris factò à materia calida cholericâ, & subtili, vel à mala complexionem calidâ, confert enim dysentericæ, & fluxui prouenienti à membris intrinsicis, & primo pro fluxu ventris constringendo assumitur ante cibum. Pro vomitu vero post cibum cum aqua ferrata, vel chalybis, vel plantaginis, vel alijs appropriatis, & modus præparationis apparet in litera. Et loco eius in partibus nostris vñmur miua simplici, vel syrupo myrtino. Dicit tamè hic Mes. quod loco eius posset sumi succus herba acetosæ.

Mesue.

Bb iij DE

CHRI.

145

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

MAN. **D**E hoc nō est mentio apud Græcos, vel Latinos, sed apud Arabes: quum pro quo vide Serapionem capite proprio. Affertur Aegypto præparatus. Possimus nos ex succo herbæ acetosæ vocatæ, quæ genus Lathi est, id quod iubet Mesue, com mode parare.

SYLV. **S**VCCI ribes libræ decem coquantur igni lento ad tertiæ partis consumptionem, colantur, subsidere permittuntur donec clarescant. Clarum deinde igni clementi percoquitur, aut insolatur ad iustâ crassitudinē, qua seruari possit, Datur cum aqua frigida, aut niuis. Succus herbæ oxalidis illi est facultate proximus. Sapam vero ex vuīs dum coquimus ferē ad trium partium cōsumptionem, quod vna nobis magna ex parte, vt ceteri terræ scetus est humidior, & aquosior. Hæ autem sapæ à Mesue descriptæ refrigerant, & adstringunt, & propemodum ad idem pollent, aduersus scilicet calidas intemperies, & inde natam partium imbecillitatem. quibus abactis, tēperieque natia seu sanitate restituta, robur facultatum partis in ipsa tēperie situm, tāquam rediuuū recreatur. Quod autem sitis non à stomachi tantum, sed etiam cordis intemperie calida, & sicca fiat, docuit Galenus in arte medica factam vero a caliditate, sæpe refrigerando extinguunt: siccando autem nouam excitarent, nisi aqua mista remedio esset. Sic granata, & alia adstringentia in febribus, & alijs affectibus calidis, & siticulosis refrigerando sitim sedant. Quatenus vero siccant, sitim nouam mox excitant, nisi ex aqua succus eorum bibatur, eaque frigida, vel niuosa. Adde, quod hæ sapæ ob crassitiem bibi non possunt, nec prōpte in corpus totum permeare. Quæ res necessaria est ad febrilis caloris alterationē, & sitis naturalis extinctionē, quæ partibus inest omnibus, vel calfactis, vel siccatis, vel vtraque qualitate alteratis, & inanitis. Bilis præterea vomitum, & deiectionem adstringit, & alterat, siue leorsum hæc duo symptomata accidunt, vt in febribus sæpe, & in plurimis dysenterijs: sine simul, vt in cholera, morbo acuto, & ob multam, & repentinam vacuationem bilis primum, sed aliorum deinde humorū, periculoso. Si enim solus humor biliosus redundans, & naturam grauans vacuaretur, tolerabile malum esset: at deprauato nature impetu etiam benignus humor expellitur, & tandem sanguis. Ob id sistenda hæc vacuatio sumpto hoc condito, vel simili. paulo quidem ante cibum ad sistendam deiectionem: ad vomitum vero post cibum per se, vel cum aqua rosarum, plantaginis, & similiter adstringente. Cum autem bilis flaua sit omnium, quæ in corpore sunt, calidissima, partes, per quas permeat, & excernitur, ignis modo vrit, præsertim cum vitione malignior euasit. Hæc calfactionem sapa ribes alterat, & euincit refrigerando. Aiūt ex Syria montanis, & ex Aegypto succum hunc frigidū siccum adstringentem ab arborum fructibus prunorum æmulis expressum, nunc siccatum, nunc liquidū, nunc saccharo, aut melle conditum affertur. Eius loco ex nostris ribes expressum coquimus cum saccharo in gelatinam, vel in syrupum.

COST. **S**APA ribes. Quid sit ribes Arabum adhuc incertum est, pro eo vti ceptum est eius, quam aliqui marinam vnam vocant expresso succo, punici mali succo, colore consistentia, ac ferē sapore non dissimili, est vero is ad bilis feruorem ad sitim. a sitis, ac vomitus strenue efficac. ad quos usus eius quoque racemuli conditi saccharo solent. Poterit igitur hic succus densari, & usurpari pro ribes.

MESVE.

SVCCVS omphacōn, idest vuarum immaturarum, scilicet omphacium, earumdem est vna, & pulsum cordis cohibet, sitq; modo eodem.

CHR. **R**OB idest robub de acresta parari posset etiā in forma iuleb inspissatus cum zuccharo, & sine, sed cum zuccharo melius conseruatur, debilius tamen operatur. Est frigida complexio nis, & sicca in secundo succus acrestæ, & ideo principaliter conuenit in omni fluxu vētris materia calida cholericæ.

MAN. **P**Aratur à matribus familias, & appellatur omphacium siccum.

SYLV. **O**mphacium succum vocant, & parant quidam, alij cum melle coquunt, appellantq; *εμφρακίδη*. Huius crassi omphacij meminit Gal. lib. 6. c. ph. p.

COST. **O**mphacia liquida tota ferē Italia vtitur. Pedemontani, & Galli crasso, & densato. Hic si ex syluestribus vuīs immaturis paratur, ad propositos hoc loco vsus erit longe efficacior.

MESVE.

CHR. **S**VCCVS cornorum maturitati propinquum idem pollet, & ac similiter siccat.

MAN. **R**OB de cornibus, idest de cornis, qui sunt fructus cuiusdam plantæ, & sunt calidæ complexionis in primo, & sicca in secundo, cum stypticitate multa.

COST. **C**orna crania vocantur græce. Fructus conferunt ad veneris fluxum, & dysenteriam.

MAN. **C**ornorum. Acerbiora corna horridiora sunt maturis, & maturitate propinquis, atque (vt puto) calidioribus ventriculi affectibus, & vomentibus vtiliora: medio modo se habent, qualia hic deligit; ventriculo autem gratiora, vt quæ quantum ab acerbitate recedunt, tantum innata frigiditatis amittunt. Sunt enim temperamento, si quis eorum saporem obseruet, planè frigidus, non autem calido, vt quidam scribunt.

MESVE.

CHR. **S**VCCVS baccarum oxyacanthæ idem potest, & eodem modo paratur: vel baccarū eius siccarum libras duas, omphacii libras tres, triduo macerantur, manibus fricantur, exprimuntur, omphacium id expressum percoquitur.

MAN. **B**ERBERIS sunt fructus noti, frigida, & sicca complexionis in secundo, cum multa stypticitate, raro habentur in vsu sub forma robub, tamen sub forma syrapi sæpe in vsu habentur.

COST. **G**RÆCI vocant *εξοανθία*. Fructus valet in diarrhœa, & fluxu muliebri.

CHR. **B**accarum oxyacanthæ. nobis horum est fructuum copia, ex quibus exprimi succus potest. Qui vix carent recentibus, eos docet rationem parandi ex aridis, Nunc apud diligentiores medicos parandi hoc pacto succi ex varijs rebus etiam purgantibus vsus inualuit, quem extractum vocant, sic è rhabarbaro, ex agarico, & alijs multis. De qua re illud admonendos studiosos puto, ardentem aquam, qua perpetuo ad earum rerum macerationem nonnulli vtiuntur, quarum eiuscemodi quaritur succus, non semper tuto usurpari, ob igneam vim, quam succo imprimit. Illud enim longe tutius est, ne cuius medicamenti succus quaritur, illud ipsum diluato, vel decocto alicuius rei infundatur, quæ temperamento sit illi, quam maxime si fieri possit similis, aut facultatem obtineat eius vitia corrigendi, si quæ insint, & adiuuandi vires, si imbecilles, & moderandi, si fuerint effrenes.

ME-

MESVE.

A

MESVE.

SVCCVS Rhu obsoniorum valet, & fit sicut antedictus.

CHRI. **SVMACH.** sunt grana quaedam frigida, & sicca complexionis.

MAN. **GRÆCE** dicitur thus.

COST. **RHV** obf. *Ex rhu obsoniorum seminibus, quod sumach vocant, effeis, atque aridissimis ex primi succus non potest: quare insrudendi sunt, & berberorum aridorum exemplo exprimendi, coquendus debinc expressus succus, & desandus igne, aut sole.*

MESVE.

SVCCVS mororum domesticorum, (vel potius batinorum) nondum maturorum valet, & fit vt prædicti.

CHRI. **ROB** de moris de seni, idest de celsi, vel aliter de illa contrata immaturis, & acerbis, non est in vsu: sed loco eius vtimur diamor: o acerbo facto cum zuccharo, de quo aliquid dictum est supra, sed clarius ponitur à Nicolao.

MAN. **SYLVESTRIBVS** videlicet. Alij noti sunt vsque ad eos, qui de fructibus inscribuntur, in quoru primo per Zarur ego intelligo mespila, & præcipue genus id, quod Azarolum, siue lazarolum vocant. In secundo ego potius dulcia granata eligerem, ceu ad aluum subducendam aptiora.

COST. **MORORVM.** *Ex mori vtriusque succo fit diamoron, de quo in superioribus, ita & vtriusque fructus, non syluestre tantum, vt quidam norant, aptos ad succum, de quo hoc loco agitur, existimo: sed etiam domesticos, idest ex nigra moro, qui quidem dum adhuc immaturi sunt, non sunt ruborum fructibus acerbitate, atque asit. Etione inferiores.*

MESVE.

SVCCVS cydoniorum ventriculum, hepatis, & viscera roborat, egestionem, & vomitum supprimit, fit sicut prædicti.

CHRI. **NON** est in vsu, sed loco eius vtimur miua cytoniorum, vel miua simplici, de quibus dictum est supra.

COST. **CYDONIORVM.** *Quæ hic de succis varijs subdit tum simplicibus, tum commixtis, aperta sunt. Sed quæ de glycyrrhizæ succo, quem hic silentio inuoluit, nos meminimus, notum, elegantemque eius parandi modum prætermittere hic non possumus, ex illius radice medulla, quam si collectam contusimus, atque si minus succulenta videbitur, aqua infusam expresseris, succum album, vulgato sapore, & aspectu gratiorem elicies, quem debinc leui igne, aut sole densabis. Atque hæc in sectionem de succis.*

MESVE.

SVCCVS pomorum, cor, & stomachum roborat, tyncopem sanat, vt prædicti.

SYLV. **POMA** acida, vel acidodulcia eligantur, qualia sunt mala agria nobis dicta, vel syluestria, & immatura, quorum succo Picardi, & Normanni vice omphacij vtuntur.

MESVE.

SVCCVS pyrorum similiter fit, & valet.

SVCCVS prunorum inflammationem extinguit, sitim sedat, ventrem subducit, fit vt prædicti.

CHRI. **ROB** de prunis syluestribus, & est succus prunorum immaturorum inspissatus, qui vocatur acacia, q̄ est frigida, & sicca complexionis in secundo. Illud robub est multum in vsu: & confert omnibus dispositionibus: & maxime fluxibus ventris, quibus confert robub de ribes, & de acresta, & eodem modo conficitur.

SYLV. **PRO** varia prunorum natura variam habet facultatem, vt prius in iulepis docuimus: hodie succus prunorum siccatus, & in casei formam coactus, mensis quadragesimalibus circumfertur. Est etiam agrestium prunorum succus siccatus loco acaciæ nobis in vsu, refrigerans, siccans, adstringens. Præter sapas, succos magis siccatos seruamus succum glycyrrhizæ, prunorum agrestium, aloem, scammonium, quod tamen si liquor sit, præstantius est, quam succus, vt in simplicibus docuimus. Succus prunorum agrestium quo acaciæ loco vtimur, sic paratur. Baccas pruni syluestris aqua in vase pauca aliquot dieb. maceratas coque, cola, recoque, donec crassecant, serua, qua voles figura, si vis in vasculis. Vuas quoque passas aqua calida horis 24. macerant percoquunt, colo exprimunt, expressum ad mellis consistentiam recoquunt, & mel pastularum vulgo vocant à consistentia, colore, dulce. Io. Manar. in consilio de lepra, nos sapam vuarum passatum in Mesue compositis.

MESVE.

SVCCVS granatorum acidorum similiter fit, & potest.

CHR. **ROB** de granatis acetosis non est in vsu. tamen confert, & fit sicut robub de berberis, & loco eius vtimur vino granatorum, quod tamen non est tantæ frigiditatis, & siccitatis.

Vinum granatorum est eius loco in vsu.

SYLV.

MESVE.

SVCCVS persicorum intemperiem ventriculi calidam iuuat, sitim sedat.

MESVE.

SVCCVS acidus citrorum, idem quod succus ribes.

MESVE.

D **SVCCVS** fructuum intemperiem calidam tollit, ventriculum roborat, vomitum, & fluorem alui sistit, fit ex succi granatorum acidorum, & acidodulcium, succi cydoniorum acidorum, succi pyrorum immaturorum, succi pomorum montanorum, succi mespili tricoci, succi acidi citrorum, omphacij, partes æquales. merge his baccharum, oxyacanthæ, & rhois, in partem dimidiam, & fac, vt in succo oxyacanthæ dixi.

MESVE.

S **SVCCVS** fructuum alius intemperiem calidam, & sitim extinguit, aluum subducit: fit ex succi granatorum acidorum, & acidodulcium, aquæ prunorum aquæ tamarindorum partibus æqualibus, succi acidi citrorum parte. s. fac, vt in ribes.

PRO acidis, dulcia ventrem magis molliunt, lib. j. sanit. tuen. lubricando: sed hæc comprimendo.

SYLV.

ME-

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

M E S V E.

SUCCVS Myrtinus, vt succus ribes. In sūna, omnis syrupus ex succis factus, si absque melle, & saccharo igne, vel sole in crassetur, rob vocatur.

CHRI. **G**ENERALITER concludendo omnia supra scripta robur principaliter conueniunt fluxibus ventris, factis à mala complexionē calida, seu ab humore cholericō subtili, & acuto excoꝛiante intestina, assumpra per modicum tempus ante cibum cum aquis appropriatis, vel sine, vt superius dictum est: & assumpta post cibū sine aquis similiter conueniunt cuilibet vomitui factō ab eadem causa. Conueniunt et fluxui vrinę superflua proueniēti a relaxatione, & superflua caliditate renum, & similibus dispositionibus.

SYLV. **H** succi prope omnes non modo fluorem alui fiunt, & dysenteria conferunt, & vomitui, sed etiam immodicis vrinis, immodico fluori mensium, vomitui, & sreatui sanguinis, intemperaturis calidis hepatis, renum, & aliarum partium.

Succi autem huiusmodi in vſu esse desierunt, forte quod ægris seruentur integri etiam siccati: quorum loco in vſu frequentiore sunt syrupi omphaci, oxyacanthę, ex cydoniis, granatis, acida parte citrorum, de quibus & ceteris syrupis mox dicemus. Æque vero desierunt syrupi Mesue idem pollentes, de prunis, pomis, pyris, cornis, succo thois.

DISTINCTIO SEPTIMA De decoctionibus, & infusionibus.

M E S V E.

HAC sectione septima decoctorum, & infusionum differentias, quomodo in superioribus, ordine describemus.


CHRI. **D**ecoctiones proprię sunt quādo aliqua aromata, semina, flores, radices, vel folia, vel quidquid aliud cuiuscūque generis sit, decoquitur in aqua simplici, vel in aquis destillatis vna, vel pluribus, in vino, vel in quocūq; alio liquore, vnde virtus illa: ū rerū acquiritur, & assumitur in prædictis aquis, in quibus decoquuntur, demum talis decoctio colatur cū forti expressione quandoque, & quandoque sine, secundum exigentiā, & quandoque multum decoquitur ad ignem, & quandoque parum. Et liquor qui accipitur taliter, decoctio vocatur. Infusio autem est, quando aliqua res medicinales infunduntur, seu ponuntur puluerizatae contusę, vel solidę, in aqua, vel vino, vel aliquo liquore absque vlla decoctione, & in illo tenentur, vel remanent per aliquod tempus. Colligitur tamen cum expressione, vel sine, secundum quod querimus maiorem, vel minorem virtutem remanere in aliquo liquore, & sic talis liquor sic preparatus, & colatus nominatur infusio. Et hoc notandum, quod in decoctionibus plus remanet de virtute in liquore, quam in infusionibus. Sed nos sæpe post infusionem aliquius simplicis medicina, vt agarici (gratia exempli) damus etiam aliquam leuem decoctionem, vt virtus eius melius, & fortius assumatur. & remanet in liquore, in quo decoquitur agaricus, vel alia res consimilis, vt rhabarbarum, vel turbith.

MAN. **D**ecoctiones huiusmodi multum sunt viles, & ego vſus eis multoties, multum profeci: quas tamen compono ad libitum, secundum intentiones occurrentes.

E Pozema, id est, seruescendum, & decoctum, fit ex plantarum partibus, præcipue radicibus, foliis, surculis, floribus, fructibus, seminibus, corticibus, lignis, interdum et succis, raro ex liquoribus, gummis, resinis, raro item ex animalium partibus, rarissime ex terreis, & metallicis corporib. Coquuntur autem hæc, nunc ex aqua, tum simplici, qualis fontana, pluuia; tum medicamentosa, qualis ex plantis destillata. marina, salsa, sulphurosa, aluminosa, bituminosa: nunc ex alio humore, vt lixiuio, vino, aceto, lacte, sero, vel quouis; in quem tñ hæc medicamēta vires suas deponant, & humoris illius facultatum aliquid assumant, quamuis magna parte absoluta coctione exprimantur, ac mox ceu inutilia abiiciantur. Exprimuntur autem horum quædā valenter, alia clementer, alia ne tantillū quidē pro rerum coctarum, & humoris in quo incocta sunt natura, & vario medici scopo, vt interim taceam colorū differentias, & coctionum, & coctusionum. Quæ. n. liquida malum. & parum valentia, parum diu cocta, non coctusa, colo denso, nulla aut minima expressione excipimus. Cōtra vero, quæ crassa glutinosa appetimus, diu cocta, probe contusa propemodum totā per colum rarum, vel transmittimus, vel exprimimus. Coquuntur quoq; nonnulla multum alia parum, alia mediocriter, non modo ob coquendorum naturam, vt in libro secundo de præparationis medicamentorū ad pharmacopœos scribimus, sed ob medicamēti cōstituenti formam, & indicationes varias. Infunduntur, seu macerantur eadem humore simili, sed fere calfacto cineribus calidis, vel sole, vt medicamenti vires promptius, & valentius trahat: quamquā infusio imbecillius eas ad se alliciat, quam coctio. ob id diutius fit, sæpe leui coctione absoluitur. Infusa item colantur: sine expressione quidem imbecilliora sunt, sed tenuiora, & iucundiora: cum expressione aut valenti, cōtra.

Plantarum & earum partium, interdum succi, interdum stillatitia aque sunt ex vſu: aliquando decoctis aliquando dilutis, quæ vocantur infusa, vt præstat. Nam quæ astringente facultate valent, illius, earum rerum facultatis: vniuersim parum retinet stillatitię liquores: quod destillatione parum admodum terrenarum partium in halitus dissoluitur, atque in sublime fertur, quibus vis insidet astringenti, quare quacumque diligentia destillantur astringenti, acerbæ, acida, austera, immo & salsa, atque amara, eorum stillatitię liquores illius saporis vix aliquid retinent, densa grauique, ac terrena substantia illorum saporum cause non sublata vi ignis. non ita acrimia liquor, vt qui plurimum habet ignem, ac substantia tenuitate præstat, nisi ea forte acrimonia crudo succo multo diluatur, vt in raphano, & rapa. Itaque in terrenarum eiusmodi rerum vſu succi maxime deligendi sunt, vt qui vniuersam earum rerum naturam cum expressa intima substantia referant, quod si succi non sit copia, tunc decoctum maxime ex vſu est futurum, in quo assidua planeque valida caloris in profundissimas usque partes penetratiōne, atque actione, decoctarum rerum substantia eliquatur, & sapor earum omnis, ac facultas, non secus, ac sapor, & vis carniū foras in us extrahitur. At si laxiori, tenuiori ve res consistunt substantia, aut si in superficie sitas habeant vires, tunc infundere præstat, quam decoquere. aut si coquendum sit, leui prorsus, atque moderato igne agendum est, ne earum cum substantia vires dissipentur. Sed quæ seruanda sint in hoc genere coctionis, quæ particulatim elixatio est: immo etiam quem vſum elixatio præbeat, quod à nobis in librum Canonum conscriptum, nescio quomodo à Typographo omisum est, damus hoc loco breui sibi emate ita comprehendimus.

Vſus



ad

Illius quod coquendum est, quod priusquam coquatur statuendum an sit ex usu.

contundere } obser-
terere } uatis
incidere } eius

substantia } quibus hæc } crassa
densa
dura } contundenda, te-
renda, incidenda
sunt, ut caloris
in ea vis facilius
permeet.

qualitatibus } intense, in pro-
& viribus } fundo possi-
quibus hæc } ta,
quantitate, quib. magna est moles

ablucere } hæc agenda, ubi sordium, aut pulueris est } Contra agendum
detergere } aliquid. } in contrarijs.

liquoris, qui variat } genere, interdum enim est } aqua } medicamentosa, salsa, thermalis variorum generum.
plantæ succus, stillatitia aqua, vinum variorum generum, acetum, oleum, resinaceus liquor.
animalis aliquid, lac, eius serum, butyrum, adeps, urina, mel.

Illius in quo fit elixatio } qualitate, quam actiualem vocant; quandoque enim in eo tepido res coquenda ponitur, ut que densa, crassa, & dura substantia sunt, quarum suspitio est, ne frigore densentur meatus, ut calor e. s minus facile peruadat.

quantitate. } multum, que arida sunt natura diutius coquenda sunt.
postulant } paucum, que humecta sunt natura parum equi debent.
enim alia

Ad examinationem elixationem habenda est ratio } vasis, cuius variat } materia, quandoque opus est } aureo
argenteo
aereo. hoc vitandum est ubi acetum sumitur, quod eius immutat saporem.
stanneo
plumbico
vitreo
testaceo
lapideo
sine operculo coqui debent, ut que tetri odoris sunt, quem præstat exspirare. in operculo, odorata omnia.

Ignis, licet enim quædam sole, calce, ac fimo coquantur; eadem tamen fermentatio potius est quàm elixatio. Ignis ergo ex varia materia paratur, ex } carbone } duriori: hoc egent duriori, & densiori substantia prædita, & quorum vis altè sita sit.
lignis } molliori, qui molli, & laxa substantia, & quorum vires in superficie sunt, & quorum facultatem ignis acrior exoluit.
sarmentis } bis egent mollia, tenuia, & imbecillia.

Modi elixandi. } semel tantum, quorum una vis foras est extrahenda.
quædam enim coquenda } bis aut sæpius nouo affuso liquore, quorum celeriter, excitata flamma, } vires aliquas imminuere, vel abolere animus est: sic ari radicem ter coquimus ad depouendam acrimoniam.
ubi res sordibus expurganda. v. n. attollatur spuma, flamma est opus. } vires contrarias separare intendimus: sic subductoria vis lètis coctione prima in primū ius excipitur, astringente vi relictæ in secūda. Cauere hic oportet, ne nouus liquor affudatur frigidus: ne astringentis frigore meatibus, medicamenti caloris vis minus interiores partes permeet, & non aquè concoquat.

Temporis. } Certum & præsumit tempus elixationis est, ubi medicamentū finem suū fuerit assequutū, quem exquirimus in substantia consistētia qualitatibus omnibus. Vnde quædā coquuntur ad dimidias, ad tertias, ad quartas. Quædā rursum coctione diuturna deteriora sunt in } substantia, ut oua, ostræ & id genus alia, que duriora sunt. qualitatibus, ut mel, quod è sapore suo degenerat, & omnium ferè odor minuitur.

Ordinis. } Vbi simul coquenda: prius enim iniicienda, que difficiliter coquuntur, & collationem multam suscipiunt, quare dura, crassa, densa, lenta, que in profundo sitas vires habent, & prius iniicienda sunt, que contrario modo se habent.

M E S V E.

A cit, bilem clementer educit, pruna. † xl. myxa, † l. zizypha, ana xxx. tamar Indorum vnc. † ij. casia † ij. fistula vnc. iiii. manna vncia vna. Fiat vt diximus.

APOZEMA adianti albi sanguinem nem a millis ipsi putribus materiis purgat, clarumque reddit, ardoremque ipsius, ac bilis flauae compescit. Adianti albi vnciam vnam, & dimidiam, fumariae vnc. vnam, lupi salictarij, violarum siccarum, ana drach. octo, pruna quadraginta, zizypha viginti, coque lib. tribus aquae igni lento ad duarum librarum consumptionem. tunc adde casiae fistulae purgatae vnc. tres, tamar Indorum vncias duas, mannae vnciam vnam, rhabarbari boni drach. tres: frica manibus, & cola. Datur mane. Interdum loco aquae coquuntur haec in teri lactis caprini libris † quatuor.

HAEC esset magni precij ob mannam: nostri aromatarij praeparant absque ea, & casia. **MAN.**

PROXIMUM hoc superiori est, vt materia, sic SYLV. viribus. Est tamen illud ob rhabarbarum, fumariam, adiantum paulo purgantius.

AQVA fructuum. Siue hic quadraginta, siue sexaginta sumas pruna, vt in aliquibus codicibus legitur, non multi interest: sunt enim haec superioris exemplo, ad cuius imitationem nos hic auctor refert, in tribus aqua, aut caprini seri libris, simul cum myxis incoquenda, vt vna tantum decocti supersit libra. Neque vero, (in quo laborare quosdam video) coqui iubet tamarindos: sed tantum decocto iuinbarum, & prunorum commisceri cum casta purgatrice, & manna. quae omnia commiscendo caloris vi (neque enim miscebitur ijs manna sine calore) tertiam illam prompte acquirunt facultatem, quam expetimus. **COST.**

M E S V E.

INFVSVM aquae casei, bilem flauam clementer educendo, sanguinem purgat. Recipit foliorum rosarum recentium completarum vncias duas, rhabarbari boni aurei vnum, & dimidium, spicae † drach. j. & dimidiam: rhabarbarum, & rosae parum terantur, & macerentur per noctem in seri lactis, praesertim caprini, lib. ii. cola, proprina. penuria rosarum recentium fit interdum ex siccis. **† aur. j. x. † drach. x.**

MODVS infusionis aquae casei, id est seri caprini. Ista infusio multum vsitatur a medicis practicis, quando de sero tempore veris sereno aere infunduntur in ea rosae, lupuli, fumus terrae, vel aliae res sanguinem purificantes, seu rectificantes, & remittentes in suo calore superfluae: demum de mane colantur, & sic talis colatura sub actuali caliditate assumitur, & quando cum eis non ponitur alia medicina solutiua a praedictis, potest assumi pluribus diebus. continuis loco syrapi digestiui, vsque ad vnc. viij. Infunditur autem, & saepe rhabarbarum in ipsa aqua lactis de sero vsque ad drach. iij. cum grano vno spicae: demum de mane colatur, & de illa colatura assumitur vsque ad vnc. vj. & sufficit solū semel de ista infusione assumere: quia est solutiua materiei cholericae, & ideo est adhibenda diligenter, sicut de aliis medicinis solutiuis. Et hic nota, quod semper spica est ponenda cum rhabarbaro, quia velocitate eius operationem. Et nota, quod aqua lactis assumpta de mane absque alterius rei assumptione mundificat sanguinem ipsum versus frigidū alterando, posita tamē de nocte versus serenum aerem, & est multum conueniens iuuenibus, & pueris, & sic habetur in vsu. **CHRI.**

M E S V E.

AQVA fructuum sanguinis, & bilis flauae fequorem reprimat, sanguinem clarum fa-

HAEC

CHRI. **H**IC ponuntur multae decoctiones, & diuersae, quae omnes habent aliquam virtutem solutiua, lenitiua, ac etiam compressiua, ac etiam ex eis aliqua habent virtutem solutiuae solum modo, vel lenitiuae: non sunt tamen illae decoctiones omnes, quibus medicinae solutiuae, & aliae generaliter distemperentur, secundum quod inferius declarabo: possumus tamē uti magis generaliter praesentibus decoctionibus in quibusdam casibus, non tamen multum reseruando eas decoctiones: quia vt plurimum post triduum corrumpuntur, & alterantur, & multoties in tempore calido. Vnde est necessitas inuolutionis earum. Et licet ista prima decoctio non sit in vsu, habet tamen clarificare sanguinem mundificando, leniendo, & comprimendo cholera rubeam. Et dosis eius est de mane vacuo stomacho vsque ad vnc. vi. & modus constructionis est in litera.

SYLV. **H**ORVM apozematum multa alium subducunt, quaedam leniendo, alia comprimendo, sunt etiam quae attrahendo. Ob id autem quod parū sunt iucunda propter crassitatem, & nigrorem, quodque parum diu vt ad triduum, seruari possunt, praesertim aere calido, parari haec desierunt. Coquuntur autem nunc frequenter sine causa, & tamar Indis, & id genus alijs. Huius dari possunt vnciae sex.

COST. **A**POZEMA adianti albi. Quae in paradisi decoctis sint obseruanda, alibi abunde explicauimus. Quamobrem simplicia quorum hic meminit, non simul liquori, vt coquantur tradenda sunt. sed ne a recta methodo recedas, ante omnia pruna, zizyphaque in aqua, aut sero praescripti ponderis incoquenda: tum ubi molliora coquendo euaserint, atque ex tribus liquoris libris paulo plus vna superest, tunc fumariae, moxque lupuli, & adiantum addenda, & paulisper cum reliquis coquenda, vt tertia pars liquoris sit superstes. Percolandum tunc (mea sententia) licet scriptor sileat, dissoluendaque in casia purgatoria, tamarindi, manna, ac rhabarbarum in tenuem puluerem redactum (vt puto) quae omnia ubi manibus tractaris, & expresseris seruandum est, quod exprimitur propinandum vice purgantis medicamenti in tres serē partes distartitum.

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

MAN. **H**ÆC est nobilis, & ea sum vsus plerumque, præcipue tempore rosarum, amora tamen spica, ceu non necessaria, & gustui insuaui.

SVCCI aitarafacon.) Troxuma Græci, vulgo sca Striolam dicunt.

SYLV. **S**ERVM lactis per se sumptum, sanguinem reddit puriorem, & frigidiorē, quod acrimonia sua subducatur aluum. id raulto efficacius præstat maceratis in ipso per noctem rosis, lupulo, fumaris: fumique tunc potest vere singulis tribus, aut quatuor matutinis ab vnc. vj. ad vnc. viij. Si autem rhabarbarum simul infuderis, pondere sufficienti, vt ad drach. ij. aut iij. cum pauca spica, vel schæonantho actionem celerante, semel sumptisse sufficit. Spicam ceu non necessariam, & ingratam tulit Manardus.

SYRVPVS fumaris prædictus in vsu est huius SYLV. loco, vt syrupus thymi, stœchados, eupatorij, epithymi loco decocti eorum mox describendi.

COST. **I**NFVSVM aquæ cascii. Hic rhabarbarum tenui crasse iubet, quum tamen tenuius redditum valentius purget. Sed diutina per noctem maceratione sperat id ipsum assequi. Tu loco contritionis, quæ euanescent tenuiores partes, quarum præsertim est vis purgandi, minutim incidas, idem (vt puto) efficacius reddes. Quod autem rosas etiam siccas cedere in recentium locum scribat, quando in hisce aridis astringendi vim max. me. excellere constat, vix concederem, nisi rosas quoque aridas sero infusas expurgare quandoque obseruissim id, quod fortasse compressoria facultati, quæ remanet sero adiuua erit tribuendum. Verum licet in sua versione ita habeat Sylius, in veteri tamen legitur in recentium rosarum penuria infusum, sine ipsis, id est, ex solo rhabarbaro parari.

DECOCTVM fumaris. Quum decoctum hoc, fumaris decoctum vocet, excellere hic eius succum reliquorum succorum mensuram putandum est. quare, quum succi eorum singulorum quaternis vncias sumantur, vt fumaris plus sumatur verisimile est: legendum ergo cum veteribus quibusdam codicibus videtur, succi fumaris vncias octo, vt pertingat ad libras duas pondus succorum vniuersum: hos vero succos vbi ad tertias exempli decocti ex adianto, & sequentis ex thymo decoxerit, atque expurgatis, supererunt vix vncia octo: quibus myrobalani ad drachmas quatuor, & tamarindi ad vncias tres suffi, & post leuissimum seuerum expressi, medicamentum reddent consistentia liquoris ad bibendum apti.

MESVE.

INFVSVM succi herbarum idem potens quod præcedens. Recipit succorum intybi, lupi, buglossi, purgatorum, ana vnc. viij. in quibus macera corticum myrobalani flauæ vnciam j. rhabarbari boni drachmas tres, tamarindorum vnciam vnā, & dimidiam, cascii fistulæ vnc. iij. Fiat vt supra.

MESVE.

DECOCTVM thymi phlegmagogum, ob id senibus, aliter & pituitosis salubre, ventriculum firmat, coctione iuuat, flatu a visceribus, & hypochondriis dissoluit. Recipit thymi, cassiis, hyssopi, ana vnciam vnā, passiarum purgatarum † drach. xx. cepularum, emblicarum, ana vnc. j. turbiti, drach. iij. stœchados, polypodij, ana drach. v. eupatorij, absinthij, anisi, dauci, ana drach. iij. radicem apij, feniculi, ana drach. vii. Coque omnia in † librilibus aquæ ad librarum duarum consumptionem. cola, adde colato turbiti, agarici, ana drach. i. zingiberis † drachm. s. macerari noctem sine postredie cola, & vtete.

COST. **I**NFVSVM succi herbarum. Eiusdem hoc cum præcedenti est vsus, sed potentius: propterea que non semel totum, vt superius asumentum, sed in quaternas quinasque portiones partiendum.

PASSVLARVM enucleatarum drachm. xx. Lege drachm. iij. Caue ne in Dauco decipiaris ab aromataris.

MESVE.

DECOCTVM fumaris sanguinem, bile flaua, & adultis humoribus purgat, mundumque reddit: hepatis obstructionē aperit, ac inde natum icterum sanat. Recipit succi cichorii, intybi, lupi, buglossi, ana vnc. iij. succi fumaris † vnc. j. & dimidia, quibus coctis, & purgatis, adde myrobalanorum flauarum, & Indarum, ana drachmas duas, passiarum purgatarum tritarum vnciam vnā, tamarindorum vnc. tres. Fiat syrupus, vt diximus.

THYMI. Cur hic passiarum quarum drachmæ viginti non sint potius assumenda, quum quatuor, non video: adduntur illa profecto, vt lenitate sua vt actionem adiuent, quam ex purgatorijs medicamentis expectimus: præstare etiam ventriculo, tectori, thoraci, atque ad mitigandum horridum medicamenti saporem non paruum vsu potest. Sed & purgantium hic simplicium mensura non exigua est, quando vncias ferè tres excedunt. Liquor etiam, qui trium est librarum, ferè eam mensuram potest, quare cum vetustis codicibus, viginti passiarum drachmas, lego cum Manardo quatuor.

CHRI. **D**E COCTIO fumaris non est in vsu, licet aliqui assumant succum eius in pondere, vnc. iij. pluribus diebus continuis, est tamen displicibilis valde, sed est utilis ad sanguinem mundificandum ab eius acuitate; vnde confert scabiosis.

MESVE.

DECOCTVM myrobalanorum bilem vtramque, & pituitam purgans. Recipit myrobalanorum flauarum, cepularum, Indarum, ana vnc. i. tamarindorum vnciam vnā, & dimidiam, fumaris drachm. viii. absinthij drach. ii. pruna tringinta.

ginta, passarum purgatarum vnc. i. coque in lib. ij. aquæ ad duarum librarum consumptionem, reliquæ libræ dimidiæ, vel circiter adde casia vncias duas, cum imbecillū voles medicamentum: cum autem valētius, casia fistulæ vnc. j. turbiti, agarici, ana drach. dimid. Præstantius fiet, si cum aqua casei coquantur.

MAN. **H**Ac nunquam sum vsus, eam tamen puto fore vtilē, si quis ea vsus fuerit, sicuti, & ea, quæ de stœchade scribitur.

COST. **M**YROBALANORVM. Addendum hic, si agaricum, & turbitum adiunxeris, ut macevari per noctem sinas, & postmodum percoles, tunc vero eodem quoque exemplo non est præmittendum Zingiber, quo eorum vitia corriguntur.

MESVE.

DE COCTVM stœchados confert pituitosis affectibus, ut febribus quotidianis, iuncturarum, & neruorum dolori, & frigida intemperiei. Recipit stœchados, origani, ana drach. iij. seminis apij, fœniculi, eupatorii, ana drach. iij. schœnanthi, hyssopi, ana drachmas duas, passarum purgatarum drach. viij. turbiti albi arundinacei drach. iij. coque, & vtere.

COST. **S**TOECHADOS. Stœchade, origano, ac reliquis, quæ hic sumuntur, non modo turbiti noxia castigari vis potest, sed etiam utilis adiuuari, ut ex articulis, alitiusque sitis neruosis partibus, & pituitosis febribus, inutiles succos cum earum partium robore educat.

MESVE.

DE COCTVM eupatorii hepatis, & lienis obstructionem, & inde nascentes dolores, & febres compositas iuuat. Recipit eupatorii, absinthij, asari, spicæ adianthi albi, † cyperi, rhabarbari, fumarie, † spinæ albæ, † Aegyptiæ, ana drach. iij. cepularum Indarum, ana drach. viij. passarum purgatarum vnc. j. coque, & vtere.

MAN. **C**YPRVS scilicet, quam Arabes Alchannam vocant, plantæ videlicet, quæ ligustrum florem gignit multi caerosinum vocant. Ego tamen puto potius legendum Cyperi.

COST. **E**VPATORII. Coquenda hæc, ut superiora quoque, sequentia in sero lactis, nullo modo autem cyprus, seu ligustrum astrictioris facultatis hic sumendum.

MESVE.

DE COCTVM epithymi atram bilem vacuat, ob id affectibus melancholicis, ut cancro, elephantiasi, & cæteris confert. Recipit autem myrobalanorum Indarum, stœchados, epithymi, passarum purgatarum, ana vnciam vnam, cepularum, fumarie, ana drachmas quatuor, folliculorum sennæ drachmas octo, polypodii † drach. viij. turbiti drach. iij. eupatorii drach. v. omnia præter epi-

thymum coquantur in aquæ casei libris tribus, ad duarum librarum consumptionem, tunc adde epithymum, & semel feruefac; cola, frica in eo hellebosi nigri drac. i. agarici drac. dimidiam, salis Indi aureum vnum, vtere.

Hæc efficax in morbo gallico vocato: valet enim, & vlcibus, & doloribus.

Vtile in morbo Hispano, & ab eo vlcibus, & doloribus.

EPITHYMI. Est sane, ut ex huius medicamenti usu sperent plurimum, qui elephantiasi, morbisque ex atra bile, ac melancholico humore laborant. Sed quæ mensura sumendum sit, quum non explicet, si tu quod sit per se post coctionem (est autem sepe decocti libra) propines, puto in moderato corpore satisfacturum. Quod si paulo largior medicamenti mensura videatur, at meminisse oportet, crassiores humores, quales melancholici sunt, non nisi valenti medicamento euocari.

MESVE.

INFVSVM hieræ ventriculum, & caput purgat, proinde amborum doloribus etiam assiduis, & hemicranie confert, ac febribus antiquis. Recipit † hieræ, & aloes, ana drach. v. macera decocto eupatorii prædicto ad lib. i. in vase vitreo insola dies duodecim, aut plures: da singulis matutinis vnciam vnam, plus minus uti opus erit.

NOTABIS, quod per hieram intelligit hieram simplicem, quam descripsit superius: & per decoctionem de eupatorio intellige hic descriptam immediate.

PVLVIS hieræ picæ Galeni intelligatur, cui aloes præterea addit qua ratione Galenus aloes interdum drachmas centum, & centum, ac viginti, singulorum aliorum drachmas sex addebat, ut valentior esset. Id infusum antiquatis affectibus aliter, atque aliter pro vario scopo factum est vtilius, quam aquæ balnearum naturalis potæ. Decoctum autem commune Italis, & Lugdunensibus est ex partibus æqualibus anisi, fœniculi, passarum, glycyrrhizæ, myxorum, zyzophorum enucleatorum, adianthi albi, prunorum, hordei mundi, quo medicamenta purgantia leniendo, compri mendo, attrahendo dissoluunt, præsertim cælo, & morbo frigido. Calido autem utroque dissoluntur potius decocto partium æqualium passarum, glycyrrhizæ, violarum hordei, prunorum enucleatorum seminum communium frigidorum purgatorum, in aqua simplici. In affectibus vero capitis frigidioribus priori decocto etiam stœchadem, vel maioranam, vel nucem moschatam addimus: thoracis autem hyssopum, dactylos, tragacanthum, vel adiatum augemus: ventriculi, cinnamomum, mentam, abianthium, maricem, hepatis eupatorium, absinthium: lienis, tamaricem, cappareas, asplenium: renum, & vesicæ, radices quinque vreticas, vel semina communia frigida, si calidus est affectus: & in aliis partibus similiter ea miscemus decocto, quæ proprietate, & particulari respectu eas iuuare sunt comprobata, delectis tamen semper his, quæ gustatu sunt gratiora. Loco horum decoctorum medicamenta sæpe cum festinandum est, dissoluntur aquis destillatis fœniculis, maioranæ, chamæpityos, saluæ, vini in frigidis cerebri, & neruofarum partium affectibus: aqua fœniculi, mentæ absinthij: ventriculi, aqua absinthij, fumarie, eupatorii, hepatis: aqua cichorii, intybi, & similia in calidis hepatis.

Mesua.

Cc

tis

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

ris affect. a splenij, tamaricis, capparum, lienis: aqua hyssopi, prasilij, scabiosa, verbenae, thoracis, & pulmonis: aqua mellisae, boraginis, buglossi, rosarum, cordis. Decoctum item radicum quinque vreticarum elignatarum, & cicerum rubrorum, saccharatum aut mellitatum, hepatis, lienis, renum, vesicae obstructions potenter aperit, status dissipat, pituitam, & humorē melancholicum incidit, & tenuat. Aqua hordei bilis acrimoniam obtundit, obstructa aperit, sudorem mouet, & urinas, si calida bibatur: aluum lenit, sium sedat, somnum conciliat, si frigida.

COST. **HIERAE** primum. *Qui incunde curant non dant bibendam aloem, quare, si postquam eupatorij decocto hieram, atque aloem infuderis, tantisper, id infusum solis radijs exponas, ut evanescat humor, deuorari pari vsu minori cum mol: stia hoc ipsum poterit medicamentum, quam si potui sumeretur.*

M E S V E.

INFVSVM aliud hierae purgans humorem crassum, & melancholicum, ob id affectibus cerebri melancholicis salubre. Recipit † hierae, & aloes, ana drach. v. macera libram vnam, decocti epithymi ante descripti, vt ere, vt priore.

MAN. **H**is infusionibus de hiera multoties sū vsus in antiqua affectionibus, & ex eis maius iuuamētum consecuti sunt patientes, quam ex potu aquarum spontinarum, quas balnea vocant: sed, quod etiam alia pagina monui, modo moneo, prout scilicet in re agrotantium esse putabam, eas parari iussi.

COST. **HIERAE** secundum. *Hoc strenue melancholicis quoque affectibus proderit, non ob aloem, qua tenues tantum, biliososque, ac serosos ducere humores sponte sua solet, sed ob epithymi decoctum superius descriptum, longe ad hanc rem valentissimum.*

M E S V E.

INFVSVM tertium hierae phlegmagogum, in aquae decoctionis thymi † libris duabus.

CHRI. **N**OTANDVM vtiliter pro his, qui volūt magistraliter vt praedictis decoctionibus, seu infusionibus solutiuis, licet rarissime, sint in vsu. oportet, vt habeatur debita notitia dosi cuiuslibet eorum, quae euacuant resolutiue, & compressiue, quae ingrediuntur earum compositionem, & sunt illae, quarum complexionēs, & doses principaliter describentur hinc inferius. Primo capillus vener. est satis temperatae complexionis, attinent tamen alicui caliditati, & siccitati versus primum gradum, sed dum est recens, in ipso est aliqualis humiditas, leuissime soluit cholera, & phlegma, & humores crassos. Et dosis eius in decoctione eius cum aqua est circiter lib. ij. vt dictum est de mane. Fumusterrae est frigidae complexionis in primo cum aliquali caliditate in superficie foliorum eius, & est siccae complexionis versus secundum, solutione facili educit cholera, & humores adustos. Et dosis eius in succo est vsque ad vnc. iij. in decoctione vero ab vnc. iij. vsque ad v. Lupuli sunt de specie volubilis, & sunt frigidi versus primum, & sicci, virtutem habent lenissimam solutiua cholerae

E citrinae. Et dosis in infusione est circa libram j. Viola sunt frigida, & humi. in primo, dum sunt recentes: exiccatae vero sunt minoris frigiditatis, & humiditatis, leuiter leniendo euacuant cholera, & earum dosis in decoctione est ab vnc. v. vsque ad x. Pruna matura sunt frigidae complexionis versus primum: tamen propter eorum dulcedinem attinent alicui caliditati, & sunt humidae complexionis in secundo, leuiter comprimendo educunt cholera. Et dosis in decoctione est circiter lib. i. Cassia fistula est calidae complexionis versus primum, & humidae in ipso: leniendo educit cholera, & phlegma: quae multum habetur in vsu etiam per se solam, & dosis eius est vsque ad vnc. duas, colatae vero cum aliqua decoctione, & diligenter expressa. Tamarindi sunt frigidae complexionis, & siccae versus secundum: leuiter comprimendo cholera educunt: & eorum dosis est ab vnc. ij. vsque ad v. quando in infusione assumerentur. Manna, & siracost sunt species mannae, calidae, & humi. complexionis versus primum: leuiter leniendo educunt cholera: & dosis cuiuslibet earum est vsque ad vnc. iij. colatae cum decoctione conuenienti, vel aqua, & expressa, vt dictum est de cassia, & hodiernis temporibus est plus in vsu, quam cassia propter eius delectationem. Siracost autem non portatur ad partes nostras, sed solum modo manna est in copia magna. Aqua lactis scilicet caprini est illa, quae communiter habetur in vsu: & est frigida, & humidae complexionis versus primum: est tamen cum nitrositate quadam, qua mediante leuiter soluit cholera citrinam, & humores adustos. Et dosis eius tempore veris, vel aestatis est cyathus vnus. Rhabbarum est calidae, & siccae complexionis in secundo, soluit principaliter cholera, & subsequenter phlegma. Et dosis eius in puluere ad drach. j. vsque ad vnam, & semissem. In infusione vero a drach. ii. vsque ad drach. iij. & non praetermittatur, quin secum ponatur id modicum spicae, aut schenanthi, quia est eius correctiuum, & eius velocitat operationem. Et nota, quod drach. i. rhabbari assumpta de mane cum vnc. ii. aquae gramini, vel absinthij, & cum grano spicae mirifice interficit vermes, potest etiam in minori dosi pueris exhiberi, & confert fluxibus ventris, vt superius dictum est. Eupatorium est calidae complexionis in primo, & siccae in secundo, leniter soluit cholera, & phlegma. Et dosis eius est in puluere ab vnc. ii. vsque ad iij. in decoctione vero vsque ad vnc. vi. Epithimum est calidae, & siccae complexionis in secundo: leuiter soluit melancholiam. Et dosis eius est a drach. iij. vsque ad drach. vi. in decoctione a drach. v. vsque ad x. & non patitur longam decoctionem. Myrobalanorum autem species, & aloes, complexionēs, & virtutes, doses, & operationes, dictae sunt superius. Dosis autem hierae Gal. in infusione in aqua foeniculi, vel absinthij rarissime est in vsu ad drach. i. vsque ad iij. in puluere autem assumpta dosis eius est a drach. i. vsque ad drach. i. s. vacuo stomacho de mane, vel de sero ad bene placitum. Vltimo nota, quod praedictae infusiones, & decoctiones debent fieri in aqua simplici, vel vino, vel aquis destillatis conuenientibus dispositioni curanda; demum colari, & expri-

exprimi, & virtus, & coctione, qua pro d, & tunc res neant, & dum in p, tum in pe, thones, & descripti, tur in v, & princi, lute pro, solutiua, tam Ital, est desc, quiritia, norum, ana part, maratij, medicit, dictam, artinet, niens in, in aegrit, cia inge, alia dec, in passio, praedict, ficur, & Rec. pa, datari, commu, tes aequ, decocti, calidis, peranc, tur. Et, id est d, peretu, ista do, omni, pro p, que di, ad illa, bri, in, tudo, tunc, est tē, co, qu, tiū: ve, tati, c, nibus, de hy, mus, deo n, chi, a, abfin, In pa, de eu, & in, vel se, qūq, vel d, libu

exprimi, vel non exprimi secundum exigentiam, A
 virtus illarū rerū fortius, & remissius in tali deco-
 ctione, vel aqua remaneat. Quantum autē de a-
 qua pro decoctione fiēda sit assumendū, & quā-
 tot pe res in infusione, vel decoctione perman-
 neant, & quantū de tali decoctione sit assumen-
 dum in peritia medici relinquere licet ēt particula
 tum superius sint declarata. Ultra prædictas deco-
 ctiones, & infusiones positas ab auctore, sūt aliæ
 descriptiones decoctionum, quæ cōiter habentur
 in vſu multo plus, quam aliqua prædictarū,
 & principaliter est decoctio communis sic abſo-
 lute prolata, cum qua generaliter oēs medicinae
 solutiuae, lenitiuae, & compressiuae vbiq̄ue per to-
 tam Italiam distemperantur, & sunt, cuius hæc
 est descriptio. Rec. anisi, foeniculi, passularum, li-
 quiritiar, iuiubarum sine nucleis, capil. ven. prun-
 orum, hordei mundi, sebesten, q̄n reperiuntur, B
 ana partes æquales. In quibusdam partibus aroma-
 tarū docti cum Medicus dicit, præpara hanc
 medicinam cum decoctione, subito eligūt præ-
 dictam decoctionē. Et quia alicui caliditati plus
 arinet, quam frigiditati, vt sic esset plus conue-
 niens in ægritudinib. frigidis, & tpe frigido, quā
 in ægritudinibus calidis, & in tpe calido, simpli-
 cia ingredientia sunt superius declarata. Est &
 alia decoctio cōis frigida, quæ securius exhibetur
 in passionibus calidis, & in tpe calido, quam su-
 prædicta, cum qua ēt distemperantur medicinae,
 sicut, & cū supradicta: Cuius hæc est descriptio.
 Rec. passularum, liqui. iuiubarum, violarū mun-
 datarum, hordei, prunorū sine nucleis, feminum
 communium frigidorum mundatorū, ana par-
 tes æquales, aquæ simplicis quātum sufficit. Hæc C
 decoctio acute febrientibus, & alijs passionibus
 calidis in tpe multū calido est in vſu ad distem-
 perandas medicinae, quæ in illis tēporibus dan-
 tur. Et aromatarū intelligunt hæc descriptionē,
 id est decoctionem, cum medicus dicit distem-
 peretur cum decoctione communi recenti, &
 istæ duæ descriptiones sunt valde famosæ, & ab
 omnibus generaliter vsitatae. Notandū maxime
 pro prædictis, qd̄ ēt medicinæ aliquæ solutiuae q̄n-
 que distemperantur cū vna illarū decoctionum,
 ad illam addendo quædam simplicia s̄n exigen-
 tiam ægritudinis curandæ, & diuersitatis mem-
 bri, in quo est ægritudo: verbi gratia, si fuerit ægri-
 tudo calida, vel frigida solum in capite, addimus
 tunc prædictæ decoctioni aliquid stœchados, qd̄
 est tēperatæ cōplexionis; vel aliquid de simpſu-
 co, qui est calidæ, & siccæ cōplexionis velus ter-
 tiū: vel de nucē muscata, quæ plus attinet calidi-
 tati, quā stœchas. Simili mō addimus in passio-
 nibus pectoris prædictæ decoctioni cōis, q̄nque
 de hyssopo, vel de dactylis, vel tragacantho, poni-
 mus aliquantulum plus de capil. ven. & de hor-
 deo mundo, & similibus. In passionibus stoma-
 chi, addimus, q̄nque, vel de cinnamomo, vel de
 absinthio, vel de mēta, vel pauca grana masticis.
 In passionibus autem hepatis, &c. q̄nq; addimus
 de eupatorio, de endiuia, vel de seminibus eius,
 & in passionibus splenis addimus de tamarisco,
 vel scoloq̄dria, & in passionibus renū, & vesicæ
 q̄nque addimus aliquid de quinque radicibus,
 vel de seminibus communibus frigidis, & simi-
 libus, & sic discurrendo in alijs membris est pro-

cedendum in ægritudinibus ipsorū medicinam
 distemperando cum rebus, quæ proprietatem, &
 particularem aspectum habēt ad talia membra,
 temper tñ de prædictis illas eligendo, quæ cum
 minori displicentia assumuntur, distemperantur
 insuper medicinae solutiuae quandoque, & maxi-
 me lenitiuae solummodo cum aqua hordei cum
 quærimus solum liquefactionem ipsius, & subti-
 liationem cum abstersione, & ipsius penetratio-
 nem. Distemperantur insuper medicinae soluti-
 uae, ac etiam lenitiuae, & etiam electaria quædam,
 quæ lambēdo assumuntur, dato quod nō sint so-
 lutiua, cum quibusdam aquis destillatis, cū quæ-
 rimus q̄nque accelerationē exhibitionis, & tem-
 pas moram non patitur in tardando, donec de-
 coctio fiat, pluribus de causis. Sunt aquæ destilla-
 tæ, quæ communiter sunt in vſu ad distemperan-
 dum medicinae solutiuas, & alias ad lymphan-
 dum syrupum, & etiam quandoque per se ipsæ
 assumuntur, & sunt istæ, aqua foeniculi, aqua ma-
 ioranæ, aqua iuæ, aqua saluæ, aqua vitis, quæ oēs
 principaliter conueniunt in passionibus frigidis
 capitis, & neruorum, non solum ratione comple-
 xionis earum, sed etiam ratione proprietatis
 ad particulares aspectus, ad neruos, & ad caput.
 Aqua autem vini ad alenbicum destillata sum-
 me confert passionibus frigidis, & humidis capi-
 tis bene fricata iuxta commissuram coronalem,
 est .n. multæ calefactionis, & exiccationis, subti-
 liationis, & resolutionis materierū catarrhalium
 frigidarum principaliter in capite contentarum.
 Est igitur remissiuua cuiuscunque malæ comple-
 xionis frigida in quocunque mēbro si vacuo ſto-
 macho in mane vſque ad tres dr. assumatur. Vi-
 tra istas sunt aqua absinthij, & aqua mentæ, quæ
 principaliter conueniunt complexionib. frigidis
 stomachi, & similiter aqua foeniculi. Aqua autē
 v. radicū, & aqua eupatorij, ac etiam aqua absin-
 thij, aqua lupulorum, aqua feminū cōmunium,
 aqua endiuæ, aqua graminis, aqua sumiterræ,
 prius conueniunt passionib. hepatis, & similiter
 ēt aqua florū chamomilla, quæ calida est, nodo-
 sitatibus, & duritiei hepatis, stomachi, & aliorum
 membrorum est valde cōueniens. Aqua autem
 capilli ven. aqua hyssopi, aqua prælij, aq. scabio-
 se, & aqua vngulæ caballinæ, i. farfate. e. & aq.
 berbenæ plus conueniunt passionibus pectoris,
 & pulmonis. Aqua autem myrti licet principa-
 liter habeat virtutem constrictiuam sanguinis
 fluentis à pectore, habet etiam virtutem aliqua-
 liter aperitiuam, est etiam conueniens superfluo
 fluxui ventris, & vrinæ. Aqua aut boraginis, bu-
 glosæ, melissæ, & rosarum, plus conueniunt pas-
 sionibus cordis: aqua scolopendriæ, & tamarisci
 conueniunt passionibus splenis: aqua autem fa-
 xifragiæ, api, parietariæ, & aqua feminū cōmu-
 nium, & myrti, & caudæ equinæ, & plantaginis,
 id est petrunculæ, & aqua portulacæ, & violarū,
 & matrum violarum, & maluarum plus conue-
 niunt in passionibus renū, & vesicæ. Omnes autē
 prædictæ, quæ sunt narratæ, quædam sunt calidæ,
 quædam sunt frigidæ, quædam humida: & quæ-
 dam sicca: vt in tabula simplicium apparebit sūt
 illæ, quæ generaliter habentur in vſu vbiq̄ue lo-
 corum, & maxime in lymphando syrupos, vel
 in assumendo electaria, vel per se ipsas quan-
 doque

Absus.

Cc ij doque

De aqua vi-
ni.De aqua
myrti.

M E S V E D E T R O C H I S C I S

doque cū zuccharo, quandoque sine assumitur. Fiunt etiam, & conſtruntur plures alia decoctiones, quæ in diuerſis diſpoſitionibus à diuerſis medicis practicantibus habentur in uſu, inter quas ſunt duæ principales, & magis cōmunes. Et prima eſt decoctio facta cum aqua ſimplici ex quinque radicibus cōmunibus remota ipſarum medulla addendo cum eis cicera rubea decoquantur iſta adinuicē, donec quarta pars ſit conſumpta, iſta decoctio ſic aſſumpta cum zucc. roſ. vel melle, vel etiam abſque quocunq; iſtorum eſt maximi iuuamenti in aperiendo omnes oppilationes hepatis, ſplenis, renum, veſicæ, & in ſubtiliando omnem materiam craſſam, phlegmaticam, & melancholicam, & in reſoluendo v̄toſitates contentas in quibuſcunq; partibus noſtri corporis, & maxime in inteſtinis. Habet etiam, quam pluralia iuuamenta; quæ tu ipſe conſidera ex virtute ciceroſum, & illarum radicem, quæ decoctio ſicut, & alia non poteſt conſeruari ultra tres dies. Secunda decoctio. Recip. paſſularum, liquiritiæ, aniſi, ſenic. capil. ven. ana partes æquales, cinnamomi, maſticis, ana dr. j. oīa decoquantur in aqua ſimplici, uſque ad quartæ partis conſumptione, coletur, & aſſumatur, vt ſupradicta, quæ eſt lenitiua aſperitatum pectoris, & aliquatiter aperitiua oppilationum hepatis. Eſt etiam cōſortatiua virtutis digeſtiuæ ſtomachi, ſolutiua ventofitatū contentarū in eo, & in inteſtinis, & abſterſiua materiæ viſcoſarū contentarum in eis. Et ipſa communiter vtebatur tempore veris Thomas de Garbo ad digerendū materias phlegmaticas, & maxime contentas in prædictis locis de ipſa dando drachmas quatuor cum drachma vna ſyrupi roſati, vel mellis roſati colati, &c. Aqua hordei ſumme commendatur ab auctoribus, maxime à Gal. ſecundo regiminis acutoſū, & ab Auic. prima ſen. quarti. Et eſt ſublimis, excellēs cōtra materiam cholericam, ſubtilem calidam: aperitiua oppilationum, prouocatiua ſudoris, & vrinæ, lenitiua ventris, & ſæcum ſiccærum, prouocatiua ſomni, & extinctiua ſiris. Et, quæ eſt nō colata nutrit, & eſt conueniens acute febricitantibus cholericis, & omnibus paſſionibus calidis: mire ē cōueniens paſſionibus, & pectoris, & pulmonis. Et cum querimus ſudorem prouocare, prædicta aqua ſumatur calida, quando vero querimus ſitim extinguere, ſumatur frigida. Mel autem deſtillatum eſt mirabile ad faciendum naſci capillos flauos, & longos v̄bicunq; fricetur in quacunq; parte noſtri corporis, & maxime ſuper caput. Mulieres ex parte faciunt fricari cutē capitis iuxta radicem pilorum cum prædicto melle deſtillato, & poſtea contrahunt morā ad tolem capite diſcoperto, & in breui tpe capilli multiplicantur, & flauī ſiūt. Et hic nota, quod ablutio faciei facta cum aqua deſtillata fraſinellæ ipſam reddit pulcherrimam, & relucentem, & claram, remouendo lentigines, & maxime ſi talis totio fiat cum ea, & farina fabarum. Terebinthina autem deſtillata virtutē habet conſimile oleo baſamī, eſt tamen maioris calefactionis, & ſubtiliationis, & ideo eſt ſumme conueniens aegritudinibus frigidis neruorum, & quibuſcunq; alijs aegritudinibus frigidis, & ventofis. Et ſupra omnia valet lenitio facta cum ea ad ſubtiliandum, & decorandum veſtigia, & cicatrices.

Secunda decoctio.

De aqua hordei.

De melle deſtillato.

Aqua fraſinellæ deſtillata.

Terebinthina deſtillata.

HIERAE tertium. Sumendum hic quoque decoctum thymi ſupraſcriptum, quod turbitibi, polyphagi, & agarici ratione pituitam educet, alioqui hiera ſimplex, quam abſoluto hieræ nomine intelligere oportet, præter ſeroſam, vix pituitam aliam educit; licet craſſiore quoque ob aromata attenuare, ſecareque, atq; ad expulſionem præparare apte poſſit.

DISTINCTIO OCTAVA
de Trochiſcis.

M E S V E.

IN hac ſeſtione octaua de Trochiſcis, eos præcipue deſcribemus, qui tum à maioribus noſtris, tum à nobis ſunt inuenti, quoruſque experti ſumus.

OCTAVA diſtinctio de trochiſcis. in qua ponuntur multæ deſcriptiones trochiſcorum ipſorum vtilitates, & iuuamenta, & licet in eis aliqui præparati reperiantur, non tamen iſte per ſe ſolum communiter ſunt in uſu, niſi in quantum ingrediuntur compositionem magnorum antidotorum ſeu electariorum, vt theriacæ, & ſimilium. Eſt enim trochiſcus rotunda compoſitio cū quadam depreſſione ad ſimilitudinem craſſi lupini; ſit etiā quandoque trochiſcus cum quadam longitudine, et rotunditate ad ſimilitudinem pedonæ ſaccorum, & vtroque modo per plura tempora melius conſeruantur: demum cum queritur uſus ipſorum abſque admixtione alterius electarij puluerizantur, & ſic in puluere aſſumuntur cum vino, iure pulli, cum aquis deſtillatis, vel cum alijs liquoribus conuenientibus, expedit etiam quod in puluere reducuntur, quando alijs electarijs admixcentur, & quia cōmuniter omnes trochiſci cum de nouo conſiciuntur, etiam ſub quacunq; forma reducuntur, ſunt ad pondus drac. vnius, ſic cuiſlibet de per ſe doſis eſt uſque ad vnam. Et trochiſcus diſtinctus à magdaleone, quia magdaleo eſt et in forma rotunda, craſſa, longa pondere cōiter cuiuſlibet vltra vnc. ij. & ex eis ſunt pilulæ, quarum virtutes melius in diſtis magdaleonibus conſeruantur.

TROCHISCI, vel cycliſci græce, latine paſilli à ſigura apud Græcos nomē habuere: quoruſque aliqui bibuntur, alij iniunguntur nonnulli inunguntur.

Tροχιſκος κυκλιſκος ὑπὸ τριῶνος. Græcis omnibus, & alio quoq; diminutiuo τροχιſκίος κυκλιſκίος, Democrati diſtinctum quoduis in formam rotule orbiculi, paſilli qualis eſt ſemini lupino coactum. Eius generis ſunt antidoti cephalicæ, oticæ, ophthalmicæ, artetricæ, & hypoglotides multe. Trita ſimplicia humore conuenienti ſubiguntur, & in paſtillos digeruntur vtendi tpe ex vino, aqua, alio quouis liquore congruēti ſolui, ebibuntur, vel admouentur, vel alijs miſcentur. Trochiſci enim quidam magis compoſitionibus miſcentur, vt theriaci, hedyctroi, ſcillini theriaci in ea diſtincti, alipta moſchata, gallia moſchata, diarrhodō, & alij per multi, alijs, de quibus hic agendū, vñ, & de his qui interdū per ſe uſurpantur, interdū alijs miſcentur, quidā ſumuntur, alij illinuntur, alij iniunguntur. Trochiſcorum ſequentium uſus eſt rarus, præterquam in magnis compoſitionibus, vt theriacæ: qui autē ſeroſum uſurpantur, puluerati, vt qñ cōpoſitionibus miſcentur, ex vino, vel iure vel aquis deſtillatis. quidam ſumuntur: alij in cote medica liquore idoneo ſoluantur: alij aliter in uſum veniunt, pro varijs ipſorum vitijs, varia partis, & vlceris forma, & ſitus. Fiunt autē trochiſci, id eſt rotule, vel cycliſci, id eſt citruli, vel artiſci, id eſt paſilli, ſeu parui panes conſiſtentia dura forma lupini, aut paulo altiore: ponderis ſerē dr. i. aqua facilius ad diuturnam conſeruationem ſiccantur.

A R O.

per. 17.

COST.

MAN.

AROMATA, imo medicamenta ferè omnis generis melius integra seruantur, quam confracta, vel in puluerem ducta. Ac morborum quandoque adeo præceptus est motus, ut vix tantum de temporis, quanto esset opus ad parandum præsidium, ob id, ut instructa promptis remedijs medica sit officina, & electaria, & condita, & eclegmata, & succos, & syrupos parandi excogitata est ratio, ob id inuenti & postilli, de quibus nunc sermone Mesue instituit, quos trochiscos vocant græca voce. Sunt hi ab electarijs eo tantum diuersi (quod pertinet ad materia consistentiam, quod ij ex eiusmodi sunt materia, qua seruari mollis potest, hi ex ea que in durum, & siccum corpus euadit, quare horum materia, ut electariorum, neque melle, neque resinacco aliquo liquore excipitur, neque casiam purgatricem aliudne generis sumit: quod hæc nunquam satis arcescunt.

M E S V E.

TROCHISCI galliæ moschatæ cerebrum, corque roborant, oris atque adeo corporis totius odorem commendant, compositionibus alijs miscentur. Recipiunt ex yloaloes crudæ, bonæ, electæ, partes v. ambræ, † par. ij. moschi boni, par. j. glutinis, tragacanthi, † & aquæ rosatæ, q. s. ad ea comprehendenda. Fiant trochisci figura folij myrtei, sigillentur vase vitreo, dissoluantur alij ambram oleo balanino pauco, ac eo cætera comprehendant.

A D D I T I O.

Hæc confectio apud aromatarios est multum in vsu, & dixerunt sapientes, quod ista descript. debet poni in confectioibus, ac electarijs, quæ sunt ipsius Mes.

CONFECTIO idest compositio trochisci galliæ moschatæ, hæc ingreditur compositionem plurium electariorum, & confectioinum: & si per assumatur principaliter confert confortando stomachum, hepar, & alia nutritiua relaxata, & debilia ex ægitudine longa. Et dosis eius est, drach. vna assumpta de mane vacuo stomacho cum vino lymphato, vel cum aqua aliqua destillata destillatione, & modo conuenienti, & horum vsus potest pluribus diebus continuari. Componuntur etiam quandoque hi trochisci, & subsequentes, qui habentur in vsu cum zucchero, vel cum melle in forma electariorum assumendo de eis proportionabiliter, sicut assumitur de alijs pulueribus, ex quibus electaria seu confectioes componuntur, vel consciuntur, & sunt ita, ut ad libram mellis, vel zuchari ponantur, vnc. ij. vsque ad iij. trochiscorum reductorum in puluerem, & tunc dosis talis electarii esset vsque ad drachm. iij. illis horis, & temporibus, modis, & conditionibus dictis, & declaratis superius in alijs electarijs non solutijs.

MAN. Desertur ex Oriente, sed non bene preparata. Ambræ can. Est epitheton ambræ, quæ a recentioribus Græcis ambar dicitur. Ex nostris fuere, qui succinum orientale vocarint, Folijs Myrte. Lege Myrt. Oleo de Been. Ex vnguentaria videlicet glande facto.

POTest huius drachm. i. multis consequenter matutinis ex vino, vel iure, vel aqua destillata idonea sumi, ad roborandum ventriculum, hepar, & partes alias nutritorias longo morbo fractas. Possunt ijdem in electaria solida cum saccharo, vel liquida cum melle recipi, ut horum vnc. ii. si delicatius, vel tres, si efficacius vis medicamentum, sacchari, vel mellis lib. j. habeant. Electarij autem huiusmodi sumitur vnc. s. ut prius. Afferri ex Oriente, sed male paratam dicit Manard.

GALLIÆ moschatæ. Xyloaloes crudi nomine, quid velit, alibi diximus. Quod ad huius compositionis calcem scribitur de oleo balanino, Syluius rem obscuram reddit, ita vertens (dissoluant oleo balanino pauco, ac eo cætera comprehendunt) quid enim sit, quod dissoluitur, non explicat. Vetus autem interpretatio clarior. (Et apud alios dissoluitur ambræ in vase vitreo cum oleo de been pauco, & conficiuntur cætera cum eo.) Quibus aliam à priori rationem docet hic aromata commiscendi. Sicut enim xyloaloes, ambram, moschum, tragacantham, ex aqua rosacea dissolui iusserat; ita loco aquæ rosacæ oleum balaninum vrsurpasse alios, ait. Sed ea arte, ut ex eius olei momento ambram dissoluerent, tum eo reliqua cogerent. Sanè, quod hoc loco oleum balaninum deligant, non sit temere, hoc enim vnum non sit rancidum, proptereaque ad vnguentorum preciosiorum confectioem vsurpantur astate nostra. Quod autem myrtei folij meminit Mesue, conscribitque trochiscos eius folij figura iubet, non figuram, quæ qualiscunque sit, parum interest, sed substantiæ modum innuit obseruandum, ut enim prompte arcescant, tenues tenuitate ferè myrtei folij, ut sint oportet, quanquam si sint etiam paulo cretiores, nihil refert.

M E S V E.

TROCHISCI galliæ Sebelline, ventriculum, cor, hepar, imbecilla roborant: in alias compositiones immittuntur. Recipiunt foliorum rosarum recentium, humidarum, se aperire incipientium, vnc. vnam, & dimidiam, tere curiosissime in mortario lapideo, tunc ipsas aloes bonæ, caryophyllorum, gummi, spicæ Indæ, ana drachmam vnam, & dimidiam, santali citrini drachmas duas, ramich, drach. iij. omnia minutissime trita commisce, & contere diem vnum cum rosis, aliquoties affundendo aquam rosatam infusionis gummi Arabici. Postremo aromatiza moschi drach. i. partibus duabus, ambræ, & capburæ, ana aureo dimidio. Forma trochiscos, & sigilla.

ET hæc non minoris est vsus, quam præcedēs. Rationes Descriptiones habes infra.

RECIPITVR in aromaticum nardinum. Sunt tamen, qui eius loca troch. Galliæ moschatæ miscent.

GALLIA Sebellina. Quæ terenda hic ait minutissime, terenda singula sunt seorsum, licet non scribat, quod variam terendi rationem postulat aloes, variam caryophylli, & reliqua. Moschus autem ambræ, & capbura, quibus postremo reliqua dixit aromatizanda, eadem aqua rosacea dissoluenda sunt, qua aspergi reliqua iusserat. An vero capbura hic ponenda, ut Mesua. Cc iij velle

SYLV.

COST.

MAN.

SYL.

MAN.

COST.

D

MESVEDE TROCHISCIS.

velle videtur, an ea dictio, quæ in aliquibus codicibus concisa legitur (cam) iungenda sit ambra, arabica voce optimam significans, quasi ambram optimam quærat, non autem camphoram, aliorum esto iudicium, illud tantum dicam, sæpe alibi ambram hunc scriptorem querere, & semper etiam si non exprimat, optimam querere, ut & reliqua non addita tamen arabicæ huius vocis appendice, ita, ut caphuram præter ambram hoc loco velle non incerta prorsus sit coniectura, alioqui etiam, & in sequenti gallia, & in sequentibus alijs multis caphuram non abhorret.

MESVE.

TROCH. Gallia aromatica, veteribus celebratissimus ad cerebrum, cor, ventriculum, hepar, cæteraque partes nutritorias roborandas, nervoique imbecillos illitu firmat, celeberrimis denique compositionibus miscetur. Recipit autem emblicarum exossatarum, † vnc. 3. quæ parum trita triduo in vase vitreo probe operculato macerentur lib. dimidia aquæ rosatæ, cui prius rosæ siccæ, & cortices citrorum sint immersi, infusique, deinde aquæ rosarum prædictæ infusionis † vncias quatuor præterea immitte, & postridie tantundem, donec emblicarum virtus aquis sit impressa. Tunc accipe ligni aloes drach. octo, ramich vnciam vnam, & dimidiam rosarum, caryophyll. ana drach. decem, spicæ Indæ drach. tres, santali flaui † aromati drach. quatuor, gummi Arabici drach. sex, tere tenuissime, & cum prædicta infusione emblicarum paulatim adiecta misce, aromatica caphuræ, & muschi, ana drachm. i. ambræ drach. duabus, finge trochiscos, sigilla, & serua vitreo vase.

MAN. **E**T hæc eisdem vsus haberet, si bene pararetur. Sandali citrini aromatizati. Lege aromati.

COST. **G**ALLIA aromatica. Obscura hic sunt quadam, Primum in mensura myrobalanorum vulgata versio habet drachmas quatuor; pro ijs reponit Sylius vncias quatuor. Tum quo pacto paranda sit aqua infusionis rosarum, quam sumi iubet, non constat, ex Syluo enim velle videtur, ut rosas aridas, & citri corticem aqua rosarum infundas, ex vetusta lectione non colligitur, aquæ ne rosacæ, an simplici infundenda sunt arida rosæ. Tertio, an huic infuso semel tantum myrobalani infundendi, an sæpius: & si sæpius, an prioribus myrobalanis abiectis, an relictis: Quum enim Sylius scribat (deinde aqua rosarum prædictæ infusionis vncias quatuor præterea immitte, & postridie tantundem, donec emblicarum virtus aquis sit impressa) velle videtur, alios myrobalanos vnciarum quatuor mensura secundo loco prædicto rosarum infuso immittendas, & tantundem postridie, ita ut integram eorum libram vncijs sex infusi ex rosis injiciendam esse ex Syluo colligos, peruersa prorsus infusionum myrobalanorum, & excipientis liquoris proportionem. Cæterum, quod ad priorem, posterioremque pertinet dubitationem, primum quidem male, & prius, & posterius vncias myrobalanorum quatuor sumi certum est. Fieri enim, ut ubi intumuerit

Et tanta myrobalanorum copia, nihil supersit liquoris. Puto igitur cum veteri versione drachmas tantum quatuor myrobalanorum illis sex infusi vncijs esse immittenda, id ubi effeceris, tribus transactis diebus (hic vero etiam Sylius omittit tempus) exprimendos myrobalanos, & aliorum myrobalanorum drachmas rursus quatuor injiciendas existimo, quos rursus postea die exprimes novis eodem pondere iniectis myrobalanis, de novo postridie exprimendis. Sic myrobalanorum vis, (quod expetit Mes.) in liquore proposito excipitur, ad reliquum, quem insituit, vsus. Infusum autem aridarum rosarum, & citri corticem, de quo item dubitatio erat, si ex rosacea aqua pararis cum Syluo, longe magis præstiturum existimo, quam si ex simplici paratur aqua. Sumendarum autem rosarum, & citri corticum pondus, quum non scribat, satisfacturum puto, si vtrumque ad vncias duas aquæ vncijs octo infuderis, ita ut his, postea expressis sex liquoris vnciæ supersint ad peragendum, quod reliquum est, vsurpanda.

MESVE.

TROCH. Diarhodon efficacissimi ad febres pituitosas antiquatas, alijs implexas, formam corrumpentes, ventriculi dolorem leniendum, & humores ipsi adherentes detergendos, recipiunt foliorum rosarum rubrarum aureos sex, spicæ aromaticæ, ligni aloes, ana aureos duos, glycyrrhizæ aureos tres, spodij aureum vnum, croci aureum dimidium, mastiche drach. 2. cum vino albo fac trochiscos drach. vnius pondere.

TROCHISCI diarhodon secundum Mattheum siluaticum sunt trochisci de rosis. Secundum tamen Metuen aliud trochisci diarhodon, & aliud trochisci de rosis, & eæ hæc confectio trochiscorum diarhodon, quæ intrat in confectioibus Mesue. Nico. in proprio antido. habet aliam descripr. quæ intrat in suis confectioibus. Auic. in 5. can. habet trochiscos de rosis nominatos diarhodon.

Nomen hi habent à rosis, & sub eo in multis compositionibus apponuntur, bibunturque in morbis ad diurnitatem vergentibus.

HOS trochiscos Mesue suis compositionibus marginis miscet. Nicolaus autem suos diarhodon his diuersos suis.

DIARHODON. Quid hic sit, quod in antiquas complicatasque febres, ad ventriculi dolorem, & humorum ipsi inhaerentium detersionem adeo efficacem hunc passillum reddat, non facile est ostensu, quum enim pituitosi succi obstruçõesque antiquarum plerumque febrium authores, dissecante, attenuante, detergenteque egeant medicamento, inest his ferè singulis, ex quibus hic conficitur passillus, astringendi vis, nullius (ut videtur,) in supradictis affectibus, atque humoribus vsus. Sed quamuis vere, horum ferè vnumquodque astringentis sit facultatis, detergere tamen etiam aliquæ eorum nonnihil possunt, ut rosæ, præsertim si recentes sumas, ut sumi possunt, sed spica Indæ, licet astringentis non expertis facultatis, aperire non parum potest.

CHRI.

CHRI.

MAN.

SYLV.

MAN.

SYLV.

POST.

COST.

potest, ut etiam xyloaloe, glycyrrhizan vero aperire, & A
detergere ex eo usu constat, quam afferre ijs solet, qui
renum obstructione laborant, quin, & crocum valenter
aperire aptum est, ac tandem quum singula ferè bu us
medicamenti simplicia mediocri calore suo, & ventri-
culum diuturna febre frigidorumque humorum colluue
imbecilliore firmare, & concoctioni conferre possint,
ostingenteque facultate eundem laxatum cogere va-
leant, neque etiam temere Mesue huic pastillo pradi-
ctos assignat usus.

M E S V E.

TR O C H. de rosis, ventriculum, & he-
par firmant, humoresque ab illo de-
tergent, ob id phlegmaticæ febre con-
ducunt. Recipiunt foliorum rosarum
drach. decem, glycyrrhizæ drach. quinque, spi-
cæ aromatica, drach. duas, & dimidiam. vino al-
bo excipe, si purgatorios vis, adde scammonij
drach. tres.

CH R I. **T**R E S descriptiones trochiscorum de rosis
hic immediate ponuntur: & ab Auic. in v.
can. solum dux, scilicet trochiscorum maiorum,
& minorum de rosis; descriptio tamen trochi-
scorum de rosis posita ab Auic. est illa, quæ
habetur in vii. & de his tribus, quæ ponuntur in
litera, solum vltima habetur in vsu, & quæ ingre-
ditur compositiones magnorum antidotorum,
habet vtilitates, & iuuamenta ad dolorem sto-
machi, & malitiam complexionis, & febres anti-
quas, & ad principium hydropisis. nam sunt prin-
cipaliter confortatiui stomachi, & hepatis, & a-
liorum membrorum nutritiuorum relaxato-
rum ex longitudine agritudinis, & dosis cum cir-
cumstantiis requisitis est sicut trochiscorū dia-
rhodon dictorum superius.

MA N. **E**X duabus istis compositionibus secunda est effi-
caciore. Si vis addere scammonium, vbi legis lib.
ij. lege drachmas. Florum squinanthi. In voce schæ-
noanthos includitur flos, quare superflue additum
floris.

SY L V. **D**A N T V R ad ventriculi, & hepatis, & aliarum
partium nutritiarum imbecillitatem ex mor-
bo longo & frigida humida, ad febres antiquas, hy-
dropis initium. Quamuis autem diarrhodi significet
de rosis, tamen hoc loco differunt, vt apud Galenum,
& alios leucacantha, & acantha leuce: chalcantum,
& chalcu anthos: aphronitron, & aphronitru, &
alia pleraque, ob aliquam differentiam nunc coniu-
cta, nunc diuisa.

CO S T. **D**E rosis. Conserue hos pastillos pituitosa febre labo-
rantibus exillimo siccitatis nomine, cuius vi super-
uacuum ventriculi humorem absumunt, & astringentis
facultatis ope, qua iecori conciliant robur, detergere au-
tem imbecilliter puto, nisi scammonio addito: quod non
hoc modo præstat. Sed etiam inutiles succos detrahât, bi-
liosos primum, tum præterea pituitosos, maxime quum ex
cotoneo paratum est, quale hic puto usurpandum. Sane
autem quando tum hic, tum in præcedentibus, ac sequen-
tibus glycyrrhizæ meminit sumendus ipsius radice pul-
uis videtur, quod, cum succu expetit, admonet, vt in tro-
chisc. de spodio paulo post. Non tamen erratum puto,
qui succum in his quoque omnibus sumpserit, vt qui parua
su. mole maioris sit usus, quam totius radice puluis.

M E S V E.

TR O C H. de rosis, & eupatorio, † ob-
structionem hepatis probe leuant, &
inde nascentes icterum, febres anti-
quas, & alijs complexas. Recipiunt fo-
liorum rosarum, drachmas octo, spicæ † rhabar-
bati, † glycyrrhizæ, ana drach. iij. spodij, † drac-
vnam, & dimidiam, succi eupatorii, drachmas
decem, cum manna factrochiscos.

HI validiores sunt in omnibus his, quia a rosis no-
men acceperunt. **M**A N.

DE ROSIS, & eupatorio. *His magis quam su-
perioribus fiderem ad diurnas febres, rhabarba-
ri, & eupatorii gratia. Sed an succi eupatorii drachmæ
decem mensura sit largior ad excipiendum pondus quæ
vix drach. pendunt decem, & octo cum dimidia, dubita-
rem, nisi nutritione vocata, id est liquore sensim affuso,
& absumpto conficiantur. Mannam autem quam ad
superiora cogenda cum eupatorii succo sumi admonet, si-
ne postremo loco addas, vbi liquoris parum est, quod su-
perest, siue etiam antea, parum puto interesse; eius vero
mensura, quæ non præscribitur à Mesue, ea erit, quæ cū
succo, exceptis reliquis aridi pastilli euadant.* **C**O S T.

M E S V E.

TR O C H. de rosis, multorum scriptis
celebrati, efficaces ad multos affectus,
præsertim ad ventriculi dolorem, ma-
lam coctionem, febres antiquas, hy-
dropem incipientem, & illos maxime, quibus
forma corrumpitur. Recipient rosarum, drach.
4. ligni aloes, drach. ii. mastiches, drach. i. & di-
midiam, absinthij Romani, cinnamomi, spicæ
nardi, casia lignea, ichœnu anthus, ana drach. i.
cum vino antiquo, & aqua decoctionis radicū,
fac trochiscos drach. ii.

RAdices sunt vetricæ quinque intelligendæ, rusci, **S**Y L V.
asparagi, apij, petroselini, sceniculi.

DE ROSIS multorum. *In affectibus, qui ex
intemperie viscerum frigida ortum habent, inter
quos est corruptio formæ, id est malus corporis habitus,
D seu cachexia, plurimum posse pastillum hunc existimo.
Casia autem lignea loco, quam præter cinnamomum
querit, à cinnamomo tamen fortasse non diuersum spe-
cie, vt iam antea disputabamus, cinnamomum proba-
tissimum si sumas, à scriptoris tamen huius mente non
puto discessuram.* **C**O S T.

M E S V E.

TR O C H. galliæ magnæ, seu regalis,
ventriculum, cor, hepar, cæterasque
partes nutritorias roborat, appetentiã
excitat, coctionem iuuat. Recipit † suc-
ci dactylorū immaturorum, lib. i. quæ semel fer-
uefiat. cola, in ea coque ad mellis crassitiem, gal-
larū recentū curiose tritarum, vnc. 4. deinde ro-
sarum rubrarum. vnc. i. cardamomi, † feminis
fraxini,

† succi albo
le. h.

Lingua aut.

MESVEDE TROCHISCIS.

fraxini, caryophyllorum, nucis moschatae, ma-
stiches, ligni aloes, ana drachm. 7. & dimidiam,
cinnamomi drachm. 3. fantali flauo drachm. 5.
croci drachm. dimid. gummi arabici † drach. 1.
tere, cribra, misce praedictis, extende super mar-
mor oleo amygd. vinctum, donec siccantur, te-
rantur tunc tenuissime, moschi aureo dimidio
aromatizentur, cum aqua rosata fiant trochisci
parui, siccantur in umbra.

MAN. **H**AC voce Suc, vtuntur Arabes ad significandum
galliam. Succus Albelach. Sunt ex genere dacty-
lorum, & credo quod sint immaturi. De lingua auis,
& Darfeni, supra dictum est.

COST. **G**ALLIAE magna. Quod ex palurulis lentore
tanto praeditis succus excohibatur nisi antea, a-
qua, liquoreve alio maceantur, non video: praesertim
si a nobis hic parandus sit succus, quibus non nisi are-
facta palmae offeruntur: succi ergo nomine, cremore
seu melliginem eam, quam uno serè seruore coquendo
reddere possunt, sumendam, & iniiciendas in hanc
gallas, atque ad mellis consistentiam decoquendas pu-
tarim, tum vero reliqua, vt praecipitur, persequenda.

MESVE.

TROCH. Ramich, ventriculum, cor,
hepar imbecilla firmat, & lubrica visce-
ra ac intestina, choleram morbum sistit,
acrimoniam obtundit, aium reddit tranquillum,
oem hemorrhagiam cohibet, ob q̄ narib. sanguine
fluentib. flando impeditur, alijs medicamentis
miscetur. Recipit succi oxalidis vñ. 16. semel fer-
uesiant cum rosarū vñc. 1. baccarū myrti vñc. 2.
cola, his misce gallarū curiose tritarū vñc. 3. co-
que iterum. Deinde pulueriza super ipsa folio-
rum ros. vñc. 1. fantali flauo vñc. 1. & quartam,
gummi arabici vñc. 1. & s. carniū rhois, spodij,
ana drach. viij. (omphacij, drach. 7.) succi baccarū
myrti multum tritarum, vñc. 4. ligni aloes,
caryophyllorum, macis, nucis mosch. ana drac.
4. misce omnia simul, & extende in scutella la-
pidea vsque dum siccantur. post tere minutim,
& cum caphurae aur. 1. & aqua ros. fac trochi-
scos paruos, sicca in umbra. Sunt qui loco succi
oxalidis sumunt succum cydoniorum immatu-
rorum: quidam quoque aromatizant moschi
drach. vñus quarta parte.

MAN. **R**Amich solent vocare Arabes mixturam quādam
ex gallis, & passulis. Valde adstringit quocunque
modo quis ea vtatur. De spodio infra dicit. Sicut alco
ho. ji. subtilissime, vt oculares medicinae teij solent.

SYLV. **I**N multas compositiones recipitur, propter quas so-
las quibusdam paratur, illas compositiones vsurpā-
tibus. Ramich autem Serapioni gallia est, aut galie
materia. Gallie autem videntur trochisci quidam
praedicti vocari a gallis fructibus, quas serè recipiunt,
aut per se, aut per trochiscos ramich, qui gallarum
vncias tres recipiunt.
Gallia autem moschata cur sit appellata, non vi-
deo, cum nec gallas, nec ramich accipiat: ramich
autem nescio an ex rumice Latina voce corruptum
est, quem largissimam hęc compositio recipit.

RAmich. Ex baccis myrti recentibus succus expri-
mitur, ex succis non nisi aqua, liquoreve alio asper-
sis, id vbi agendum est, vt maioris sit expressus ille suc-
cus efficacis, effluies, repetita semel. bisue noua in eo bac-
carum iustione, & expressione. Rhu autem, cuius quo-
que hic carnem expetit, leuiter contundendo denso cor-
tice spoliandum, tum abiecto cortice interior substan-
tia exactissime terenda, & reliqua ex scriptoris instituto
per agenda.

MESVE.

TROCHISCI caphurae, ad febres arden-
tes, bilis, & sanguinis feruorem, ventriculi,
& hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim
inexpletam, icterum quoque, ac phthisim, & he-
cticam conferunt, recipiuntque, foliorum rosarū
drach. 4. spodij, glycyrrhizae, ana drach. 2.
santalorum flauorum drach. 2. & dimidiam, cro-
ci, seminum melonum, citruli, cucumeris, cucur-
bitae, tragacanthi, gummi, spicae, ana drach. 1. li-
gni aloes, cardamomi, amyli, caphurae, ana drach.
manam vnam, partes duas, sacchari albi, & mannae,
ana drachmas tres, comprehendite muccagine se-
minis psyllij, & aqua rosarum.

RES nona, quam gummi arborum dicunt, & pu-
tant valde frigidam. Ego eam quae ad nos defer-
tur, rem factitiam puto, & calidam. Simeon ambar
vocat, dicitque multis locis emanare a quibusdam ve-
luti fontibus, sicut asphaltum, & sulphur, esseque aliud
fuluum, aliud subalbum, & tertium nigrum, habere-
que vires calefaciendi, & incidendi.

VT praecedentes parantur non quod per se vsur-
pentur, sed quod in alias compositiones veniant,
spica tamen, & crocum, xyloaloe, cardamomum, &
etiam saccharum, mannam, febribus acutis noxia col-
le, si contra ipsas his es vsurus. Trochisci albi, seu col-
lyrium album Rasis his affines sublati calidis, reci-
piunt ceruse lotae, drach. 10. amyli drach. 4. gummi
Arabici, tragacanthi, ana drachm. 2. caphurae drach. 5.
Fiant trochisci sic, gummi aqua rosarū solutis adda-
tur reliquorum puluis tenuissimus. Fiant trochisci a
medico vtendi in collyria sicca, vel humida.

CAPHURAE. Conferre hos pessillos calidioribus
his morbis, vt hic scribitur, facile crederem, si cro-
cum, spica, xyloaloe, cardamomum, demantur: an vero
helicis esse vsui possit, facit vt dubitem arefaciendi vis,
quam plerisque conuina inesse certi sumus, quae ad hos ipsos
parandos veniunt.

MESVE.

TROCHISCI rhabarbari, valent ad he-
patis obstructionem, dolorem, tumores pra-
ter naturam, affectus inueteratos eiusdem, & hy-
dropem, & icterum, & formae corruptionem.
Recipiunt rhabarbari boni, drach. 10. succi eupha-
torij, amygdalarum amararum, ana drach. 3. ro-
sarum drach. 3. spicae, anisi, rubiae, absinthij, asari,
seminis apij, ana drachmam 1. fac trochiscos
pondens vñus aurei.

Trochiscorum de rhabarbaro, vsus est conue-
niens ad dolo. hepatis frigidum a materia
pur.

pungitua, & ad oppillationem ipsius. sunt enim aliquo-
 A cimaliter solutur materiei subtilis aquoia, ac ci-
 tring, & ideo multum conueniunt hydropicis, et
 his quibus habitudo corporis, seu forma corrup-
 pitur, & dosis est vique ad dr. i. cum aqua, vel vino
 secundum exigentia dispositionis curanda, cum
 decoctionibus, & caetera. Notabis vnum, quod
 Mesue non ponit liquorem, cum quo debent
 confici isti trochisci, sed secundum quosdam de-
 bent confici, cum succo de eupatorio.

MAN. Horum potus in his, qui mali habitus sunt, magne
 utilitatis est. His vti assueuerunt medici in febrili-
 bus ex decidentia acutis, & incipiente malo habitu.

SYLV. QVIBVSDAM sunt in usu ad frigidis, & pituito-
 sos ac etiam biliosos affectus hepatis. quibus cor-
 poris habitudo, seu forma cachexia corrumpitur, vt
 in hydropicis, & icteris, & caeteris cachecticis, ob he-
 paris deprauatam actionem. Dantur dr. i. ex aqua aut
 vino, pro affectuum & aliorum indicantium natura.
 Ad comprehendenda autem omnia, vt trochisci fiant
 succo eupatorii largiore opus est. Trochisco ex rheo
 Indico Actuarij sunt his affines ponderibus tamē va-
 riant.

COST. RHABARBARI. An simplicia quae arida hic, &
 in puluerem ducta sunt, utitur, pondus aequantia dra-
 chmarum vnderungunt, drachmis succi eupatorii quatuor,
 & succo amygdalarum eiusdem ponderis cogi recte pos-
 sint, non sat scio, succo largiore opus esse aut Syluius, quod
 experimento probabis.

M E S V E.

TROCHISC. spodij efficacissimi in fe-
 bres acutas, ventriculi, & hepatis in-
 flammationem, & sitim vehemētem.
 Recipiunt spodij, dr. iiii. rosarum ru-
 brarum, dr. vii. feminis portulacae, succi glycyrrhi-
 zae, ana dr. ii. cum muccagine feminis psyllij fac-
 trochiscos, drac. vnius: vt ere cum succo mali gra-
 nati. Sunt qui addunt semen quatuor, gum-
 mi Arabici, tragacanthi, croci, ana drach. vnam,
 & dimidiam.

MAN. SPODIUM fit liquefcentibus cadmia, & arario la-
 pide: tenuior enim pars exhalans, & recto fornacis
 adhærens am pullescit, & *spodio* appellatur Pars ve-
 ro grauior descendit, & pavimento, vel lateribus hæ-
 ret, quæ spodium vocatur. Recentiores Auic. sequen-
 tes, antispodion spodio præferunt, maxime, id quod
 ex cannarum radicibus exstis, licet sint alia plura præ-
 stantiora, vt quod ex myrto, vel olea, vel lentisco. Mo-
 dum autem confectionis tradit Diosc. lib. s. Veri au-
 tem spodij vsus non fuit, nisi extinsecus ad mouen-
 do.

COST. SPODII. Si pro spodio hic ebur vsum sumus, non dis-
 sentes à doctis viris. Licebit etiam ceruum cornu
 vsum, leuigatumque, atq; in cote præparatum sumas.

M E S V E.

TROCHISCI. spodij alij, cum semine
 oxalidis ad febres bilioas, cum alui
 fluore valent, inflammationem ven-
 triculi, & hepatis, & sitim continuam
 sedant. Recipiunt rosarum rub. drachm. duode-

cim, spodij, dr. decem, feminis oxalidis, dr. sex, se-
 minis portulacae, seminum coriandri aceto ma-
 ceratorum, & torrefactorum, pulpae rhois, an. dr.
 ii. & s. amyli assi, balaustiorum, baccharum oxya-
 canthae, ana dr. ii. gummi Arabici assi, dr. i. & di-
 midiam, comprehende omphacio, vt ere cum ali-
 quo succo aditringente.

ISTI trochisci multum conferunt fluxui ven-
 tris ab humore cholericis factis, ac etiā dysen-
 teria cum excoriatione intestino. ū, præmissa ta-
 men aliquo quod euacuat comprimendo, vel cum rhabarbaro torre-
 factis, vt superius dictum est, & dosis ipsorum est
 vique ad dr. i. cum aqua plantaginis, vel cum alijs
 aquis conuenientibus, vel cum vino pontico lym-
 phato cū aqua ferrea. Et maxime conueniunt nō
 solum per superius assumpti vna vice, vel plurib.
 secundum exigentiam in tēpore cōgruo, sed per
 inferius cum clysterijs, vel cum alijs stypticis con-
 strictiuis, præmissis tamen lenitiuis, & absterfuiis
 clysteribus, vt fumendo de ipsis trochiscis cū vino
 pontico paruo, & cum aqua hordei cum alijs li-
 quoribus, & quandoq; addimus succum planta-
 ginis, vel aliquid de pinguedine ad faciendū vir-
 tutem medicinarum penetrare, in substantiā inte-
 stini, & ad alterandū humorē calidum, qui vt plu-
 rimum est causa fluxus. Et non solū isti trochisci
 conueniunt fluxui ventris, sed & acute febrienti-
 bus, sitim extinguendo, conueniunt etiā inflam-
 mationi stomachi, & hepatis assumpti per supe-
 rius cum aqua endiuia, & similibus aquis frigidis
 alteratiuis. Nota quod eius sunt duæ species, .f. *Acetosa spe-
 cies dua.*
 syluestris, quæ vocatur lapatium, & domestica,
 quæ apud nos vocatur acriumcello, & iste pro-
 prie vocatur acetosa, quæ est frigide complexio-
 nis in tertio, & sicca in secundo. Coriandri est se-
 men notum frigide compl. in primo, & sicce in
 secundo: habet tamen partem aliquam corticalē
 extrinsecam parua, quæ est valde calidæ comple-
 xionis, & sicca in secundo. Infunditur autem in
 aceto, vt huiusmodi extrinsecæ, & insensibilis par-
 tis caliditas, & malitia remoueat ab ea. ac etiā,
 vt subtilietur reliqua parte eius, vel substantia fa-
 cilis penetret ad partes eius profundiores.

Potentes essent in adstringendo, sed non parantur. MAN.

FLVOREM alui. & dysenteriam iuuant, vel poti-
 dr. i. cum aqua plantaginis, aut vino austero, aqua
 chalybeata iugulato, si febris adest, vel drac. ii. clystere
 SYLV. iniecti: purgato tamen prius corpore per rhabarba-
 rum torrefactum, vel simile, & intestinis clystere alio
 ante detertis: sitim vero, & febrilem ardorem extinguit
 cum aqua intybi, cichorij, vel alia.

SPODII alij. Quid sit quod amyllum hoc loco, & gum-
 mi arabicum assum velit, non satis apparet. non est
 profecto vt vim glutinandi, quæ his inest, augeri assatio-
 ne existimemus, quin etiam, vt assando igneam violentiam
 experiantur, ita dubitare licet eadem minus oportuna
 ad eos affectus esse, quorum gratia hic cum alijs quæ-
 rantur. Sed fortasse non assationem vere, at desiccationem
 tantum querit, vt in puluerem commodius duci possint,
 in quem duci non possunt, nisi aridiora. Alienus vero ille
 calor, quem igni admota experiantur, refrigerate vi om-
 phaci reprimuntur.

ME-

MESVEDE TROCHISCIS

MESVE

TROCHISC. oxyacanthæ, febres arden- res extinguunt, ac sitim vehementem. Recipiunt baccharū oxyacanthæ, aut suc- ci earum, glycyrrhizæ, feminis portulacæ, spodij, ana drac. iij. rosarum dr. vi. spicæ, croci, amyli, tra- gacanthi, ana dr. i. feminis citruli, drach. iij. & di- mid. caphuræ drach. dimid. cum manna fac tro- chiscos.

MAN. NE hos vidi pati, non putarim tamen tam vali- dos, ut dicit Mesue, ad sitim standam.

COST. OXYACANTHA. Berberorum acini detra- ha carne, si quem usum præbent medendo, eos di- xerim ut punici acinos siccare, & adstringere refrige- rando. Sed & spodium creditur refrigerare cum siccitate, ut portulaca quoque semina, & rosa. At ariditatem sitis non modo sedare, sed contra excitare nullus neget. Quin, & spicam, & crocum, quæ calfaciunt siti aduersa esse certum est, ut de camphora quoque dubitatur. An ergo id præstare hi trochisci possunt, quod hic scriptor pollice- tur? Glycyrrhizæ, succus humectat cum caloris temperie moderata, & amyllum quoque, & tragacanthæ, & citru- li semina humido agnoscuntur temperamento citra calo- rem, quare temperari superiorum siccitas posteriorum ac- cessione poterit, ad quæ præstanda crocum quoque, & caphura dum reliquorum penetrationem adiuuant, non- nihil ferre opis possunt. Quare ardentium febrium astus restringere posse diffidentium non est, quando astringen- te illa cum refrigerio vi reprimere biliosi humoris violen- tiam potest, & hoc nomine dum eundem à ventriculo hu- morem exprimit. sitim quoque cobibere posse arbitran- dum est.

MESVE

TROCHIS. oxyacanthæ alij, ad intem- pericem calidam, fluorem alui, hepatis dolorem, recipiunt baccharum oxya- canthæ dr. ii. spodij, mastiches, xyloa- loes, galliæ (spicæ) feminis oxalidis, ana dr. i. rosa- rum drach. quinqu. gummi dr. iij. cum aqua ro- sarum fac trochiscos.

SYLV. RARIOR vsu hic, quam superior, amborum loco fuerit vna oxyacanthæ condita.

COST. OXYACANTHÆ alij. Quam hic galliam su- mas, non explicat. Sed magnam, seu regalem pal- mo ante descriptam non temere sumes, quæ & immaturas palmulas recipit, & gallas, & alia quædam, ad ven- tris fluorem atque ad calidiorem intemperiem, non di- cam auferendam, sed moderandam tamen opportuna.

MESVE

TROCHIS. absinthii, obstructions ven- triculi, & hepatis, & ab his dolorem, & febres antiquas tollunt, dictas partes, reli- quasque nutritorias roborant, appetentiam exci- tant. Recipiunt rosarum, absinthii, anisi, ana

E dr. ii. rhabbari, succi eupatorii, asari, apii, amygdalarum amararum, spicæ, mastiches, folii, ana dr. i. fac trochiscos cum succo intybi. Da cum suc- co herbarum.

HI communiter conficiuntur, & vtiliter bibuntur MAN. in longis febribus.

SCILICET absinthii, eupatorii, apii, aur cum aqua SYLV. ex ipsis destillata.

PRO folio erit spica eiusdem facultatis herba autem succus, cum quo hi pastilli formantur, erit ex aliqua propositarum hic stirpium, optione tua. Nunc ad hos ip- sos contumaces affectus succum apij vulgaris frequenter usurpavi video, ingrato certe odore, ac sapore molestum, & qui non prorsus expectationi respondet: poteris tu etiam decocto, vel stillatio ex huiusmodi rebus liquore uti.

MESVE

TROCHIS. eupatorii, obstructionem, & tumorem præter naturam hepatis, & lienis sanat, ac inde natas febres anti- qua, & harum rigorem, icterum, inci- pientem hydropem. Recipiunt manna; succi eu- patorii, ana vnciam i. rosarum † vnc. dimid. spicæ, dr. iij. rhabbari, asari, anisi, ana dr. ii. spodij † dr. iij. & dimid. cum † herbarum succis, forma trochi- scos, & cum iisdem vttere.

ETHI quoque passim conficiuntur, sed à paucis be- ne, ignorantibus veram eupatorium. Cum succo herbarum.) Cum succo videlicet Eupatorii. MAN.

EVPATORII. Pro eupatorii succo si agrimonia succum sumas, non temere facies. Sed Mesue eupatorium semper in huius scriptoris compositis intelli- gam. COST.

MESVE

TROCHISCI anisi, obstructions hepa- tis, & alioseius morbos, & inde natas febres antiquas sanat. Rec. anisi, eupat- orii, an. dr. ii. feminis anethi, spicæ, ma- stiches, folii, absinthii, asari, apii, amygd. amara- rum, an. dr. s. aloes, drach. ii. compone cum succo absinthii, & apii. Da cum syrupo aceroso, & suc- co herbarum.

HI parari recte non valent, quia caremus folio. Se- cundi possent quidem parari, sed non parantur. MAN.

ANISI. Quum aloen hic proponit, xyloaloen Syl- uini interpretatur, ut etiam in sequenti, quod non improbo. Sed aloen succum ex scriptoris huius mente su- mendum existimavi: & quia in eos vsus opportuna est, ad quos hoc paratur medicamentum, & quia in superio- ribus, quum xy'aloen querit, lignum aloen, non absolu- te aloen scribit. Sande licet inopia folij legitimi pastillum huic parari posse Manardus neget: folij tamen loco spica addi posset, non impari opem allatura. COST.

ME

M E S V E.

A trochiscis addere opii drachm. ii. aut plures, aut pauciores.

TROCHISCI anisi alij ex decem simplicibus, hepatis vitia, & inde natas febres antiquas, & quartanas, & formā corruptentes sanare sunt a veteribus probati. Recip. ꝑ anisi, succi eupatorii, ana drach. iij. mastiches, spicæ, apij, absinthij Romani, asari, folij, ana drachm. i. amygdalarum amararum drach. i. & s. (ligni) aloes boni, drachmas duas, confice cum decocto absinthij.

MATERIAM crassam tenuant: obstructiones hepatis, & lienis liberant, flatus dissipant.

ANISI alius. Idem ferè pastillus hic est cum superiori, variatis tantum ponderibus, & reperto pro succo apij eupatorio, sumenda vero, & hic aloes succus, non lignum, & succedaneum folij pro folio.

M E S V E.

TROCH. Cancami, ad obstructiones hepatis, & lienis, & inde natas febres varias antiquas, & ascitem, urinas mouent. Recipit Cancami mundati, succi glycyrrhizæ, absinthij, oxyacanthæ, succi eupatorii, rhabarbari, aristolochiæ (longæ) costi, asari, amyg. amararum, rubiæ, anisi, apij, scheinanthus, ana drach. i. fac trochiscos ponderis drachmæ vnius.

SI ex vera parentur, erunt valde vtilis in aqua interscute.

CANCAMI. Lacca vera non earemus, costo porius legitimo earemus. eius loco si Zedoariam vel angelicam sumas, non errabis ut puto.

M E S V E.

TROCH. Terræ sigillatæ nostri admodum efficaces ad sputum sanguinis cū aqua plantaginis potū: ad fluorem vero sanguinis è naribus, fronti illiti; ad menses immodicos, vtero iniecti, vel pubi illiti: ad mictum sanguinis in vesicam iniecti; & ad alias hæmorrhagias, parti sanguine fluenti inpositi. Recipiunt sanguinis draconis, gummi Arabici assii, ramich, foliorum ros. & seminis carunchem, amyli assii, spodiij, acaciæ, hypocistidos, lapidis hæmatitis, balauustii, boli Armenicæ, terræ sigillatæ ꝑ fumarie, coralli, succini, ana drachm. ii. margaritarum, tragacanthi, papaueris nigri, ana drach. i. & s. portulacæ assæ, cornu cerui vsti, thuris masculi, croci, ana drach. ii. cum aqua plantaginis, fac trochiscos. Da cum aqua infusionis spodij, gummi, boli armenicæ, spicæ, ad sputum sanguinis de thorace, aut pulmone reiecti. cum aqua portulacæ fumitur: ad excoriationem, cum succo cydoniorum, vel alio adstringente: ad hæmorrhagiam partium infernarum inijcitur cū aqua burse pastoris. Cogimur interdum his

ISTI trochisci generaliter sunt in vsu. Ingridiuntur enim compositionem magnorū antidotorum, & administrantur a medicis non solum in puluere per os cum liquoribus conuenientibus, & membra extrinseca liniendo cum illis dissolutis, tamen cum aliquo liquore cōuenienti, & principaliter conferunt, si per os assumantur cum succo, vel aqua buglossæ, vel plantaginis, quæ est herba nota frigide, & siccæ complexionis in secundo gradu, & per se sola est mirabilis, cuiuslibet fluxui sanguinis ex fractura venæ in pectore, etiam summe conueniunt liniti super frontem, & tempora cum prædicto succo plantaginis, & albumine oui mixtis, & conuassatis, ad resistendum superfluo fluxui sanguinis subtilis, & calidi euenientis ex naribus, etiam eodem modo conueniunt cum eodem succo, & albumine oui liniti super partes femoris, & pectoris, & renum in mulieribus superflue menstruantibus.

CHRI.

Mirabile in fluxu sang.

A D D I T I O.

Notabis, quod sæpe fit error communiter in dispensatione istorum trochiscorum propter ignorantiam significationis istius vocabuli sedenagi, vel sedenegi. Nam quidam dicunt, quod est semen fumiterræ, vt hic Christoforus de honestis, alij vero dicunt, quod est semen cannabis. Nonnulli vero dicunt, vt habetur in synonymis Auic. & credo, melius, quod semen graui syluestris, & est melius ad propositum.

TERRA sigillata ante paucos annos, non afferretur, nunc capit adportari. A Græcis dicitur Lemnia sphragis, vel terra Lemnia. His igitur troch. non magna vis est, si communis illa, & vulgaris apponatur, quam terram sigillatam officinæ adhuc vocant, & pro vera vendunt. Sanguinis Draconis.) Secundum Serapionem, & Auic. est succus herbæ, quæ a Dioscoride vocatur Achilion. Nunc defertur a Lusitanis: diciturque ab eis esse succus quarundam arborum. Sedenagi.) Dicunt esse semen cannabis, quod quidè adeo siccum est, vt genituram virorum extinguat.

M A N.

TRoch. sphragidis Lemniæ, seu sigillati terræ Lemniæ, in fluore sanguinis è naribus, ex succo plantaginis, & oui albumine soluti, fronti, & temporibus applicantur: in mensibus immodicis, coxis internis, & lumbis. Sedenagi autem quod hic habebat interpretes quidam non fumarie, sed cannabis semen intelligunt, quod euphisticidem alij dictum volunt.

S Y L V.

TERRAE sigillatæ. Pro gummi asso, hic quoque ut in superioribus, desiccatum non etiam ex asphaltum gummi sumerem, quum semina rosarum expetit, aduersari experimento eorum dicas, qui id semen ad retentam urinam, strenuo euentu præbent. Sed aut id semen roboratis renibus ad vitiorum vi quam eius præfert sapor, urinam quoque excitat: aut si modo apprehendi præditum est, vt est aliorum sententia, non tamen hic ad aliorum esstringentium medicamentorum impellendam vim importune additur. Pro lapide hæmatite, qui rubricam sumunt, temere agunt, quando legitimus non deest. In arabico textu proponitur etiam sedenagi, quam vocem alij fumarie, alij cannabin vertunt.

C O S T.

MESVE DE TROCHISCIS.

destant, utrum suspensis non puto erratum, summa
quidem, ut quae terrenarum partium vi cogere laxio-
res partes, & constringere aliquo modo potest: Can-
nabis autem semen, quod licet calidiori sit temperatura
præditum, cum tam multa tamen frigida rerum co-
pia temperatur: exsiccat autem insigniter, atque adeo
ad cohibendum sanguinem non est prorsus ineptum.

In manuscriptis exemplaribus duæ sequentes trochisco-
rum descriptiones inveniuntur.

**CONFECTIO trochiscorum de Croco, confe-
rens ad internas capitis dolores, & hemicraniam
difficilem, & sabara vehementem.** Recipit Croci, aur.
vij. s. Colchotar. aur. v. Aluminis. aur. viij. Myrrhe, spi-
ca, ana aur. i. s. omphacij, calchadis, ana drach. i. s. gu-
mi, aur. ij. Fiant trochisci cum vino styptico, & cum ne-
cesse fuerit, dissolvatur unus cum aceto permixto cum a-
qua rosacea, & liniantur frons, & tempora. Si autem in-
somnia patitur, opij aur. iij. addes.

**CONFECTIO trochiscorum de Arsenico, &
sunt boni ad excoriationem, & ad dysenteriam, &
herpetem.** Recipit Arsenici citrini unc. i. Calcis non ex-
tinctæ drach. xij. Acaciae, & ebastanum adustarum, scis
acetæ adustæ, aluminis, balaustrij, ana drach. ij. colchotar,
floris aris, ana drachm. v. terantur cum aceto, & stent in
sole per decem dies, & fiant trochisci, & reponantur in
vasè vitri, & stringatur os eius, & ponatur vas in va-
se ubi fuerit acetum, & sunt ultimi, & quando inuitat ne-
cessitas, ponunt in eis opij drach. iij.

MESVE.

TROCH. Colocyinthidos in hiera Her-
metis, & compositiones alias injiciendi
loco colocyinthidos. Recipit pulpæ co-
locyinthidos albæ, & levis, & seminibus purgatae,
& drachm. x. forcipibus incidantur, & tritentur
cum unc. j. olei rosati: fac trochiscos cum muc-
cagine ex tragacanthi, gummi, bdellij, ana dra-
ch. vj. aqua rosarum dies quatuor maceratis, sic-
ca in umbra, tere curiose, & cum eadem muc-
cagine forma rursus trochiscos, & vtere.

CHRI. **ISTI** trochisci per seipos non habentur in
vfu, ingrediuntur hieram Hermetis superius
dictam, & habent tamen virtutem solutiivam
materierum crassarum phlegmaticarum, pro-
pter colocyinthidem, quæ in eis ingreditur. Et
dosis esset ad drachm. i. sed non consulo eorum
vsum.

MAN. **SUNT** hi veluti castigatio quædam, seu prepara-
tio colocyinthidos: & propterea longe securior est
eorum quam illius vsum. Diligenter autem cognosca-
dum ab eo, qui hosce paravit, quantum colocyinthi-
dis in eis posuerit, alij enim plus, alij minus accipiunt,
cum ægrotantium detrimento si id medicus ignora-
verit. In meo codice decem drachmis colocyinthidos
adduntur decem, & octo aliarum rerum, qui modus
facit, ut tuto possit eorum dari integer scrupulus, præ-
cipue si secundo contritis eadem addita sint.

SYLV. **NEC** hiera Hermetis, nec hi trochisci etiam in
simplicibus Mesue descripti vsurpantur, salu-
briores tamen, quam ipsa colocyntis sunt.

COLOCYNTHIDOS. Idem serè libro sim-
plicium. Quod terendam ait colocyntida contritio-
ne exacta, repetenda sunt, quæ lib. canonum, tenuissime
nempe terenda est, ne si forte portiones crassiores ventri-
culo, aut intestinis inhaerint, dum humoris imbuta in-
ment, sui acrimonia exulcerent.

MESVE.

TROCH. Santalorum ad febrem ar-
dentem, ventriculi, & hepatis intem-
periem calidam, & sitim. Recipit
trium santalorum, ana drachm. viij.
spodij, seminum cucumeris, cucurbitæ, citrulli,
portulacæ, boli Armenicæ, ana drachm. iij. ro-
sarum & drach. vi. fac trochiscos cum aqua por-
tulacæ. Da cum lacte acido, aut omphacio, aut
succo acido citri, aut succo ribes.

SATIS anceps sum, an quos sandalos nunc vo-
cant, frigidi sint. Calefacere enim videntur dum
gulantur, & extrorsum admoventur. Non consue-
uerunt tamen trochisci ex eis parari, sed electarium,
quod triasandalum Nicolaus nuncupat, quo tamen
infrigidandi causa dato, multos audiui se amplius
calefactos affirmantes.

SANTALORVM. Santali an refrigerent,
Experimento acquiescendum est. In magnis iecoris
inflammationibus quotidie vsurpantur, non frustra, hic
vero cum tam multis refrigerantibus medicamentis mi-
stos certum est eos prestare vsus posse, ad quos præponun-
tur.

MESVE.

TROCH. santalorum alij idem pro-
mittentes. Recipit santalorum flavo-
rum, drachmas duas, gummi Arabici,
seminis citruli excorticati, ana drach-
mam vnam, seminum lactucæ, portulacæ, traga-
canthi, succi glycyrrhizæ, ana drac. s. Fac trochi-
scos. vtere vt prius.

MESVE.

TROCH. Hamech, sedant inflamma-
tionem, ventrem leniunt, thoracem
purgant. Recipit foliorum violarum
humidi, & sicci mediore, aur. xij. tur-
bith albi, & gummosi, aur. vj. succi glycyrrhizæ,
aur. iij. mannæ & drach. tres, fac trochiscos. Dan-
tur aurei duo cum saccharo, aut pulpa casie fi-
stulæ, his interdum coacti addimus scammonij
drach. ii.

NON sunt in vfu, tamen possumus vti eis
ad dissoluendum omnem ventositatem cras-
sam a quacunque materia factam, sunt etiam so-
lutiui materierum phlegmaticarum, & aquosarum,
& si eis addatur scammonea, vigorosius sol-
uunt materiam phlegmaticam, & etiam chole-
ricam. Et dosis eorum pulueris absque scammo-
nea est drac. ii. cum scammonia vero est drac. i.
secundum virtutis fortitudinem.

AD.

A D D I T I O.

Isti trochisci Hamech dicuntur trochisci de violis, Mesue de turbith habet trochiscos de violis au floritate Hamech, qui tamen parum ab istis differunt, idem c. de asthma habet trochiscos de violis, qui parum ab istis differunt, similiter de rapio in proprio antidot. habet duas defer. trochiscorum de violis, sed parum ab istis differentes, qui similiter in vsu non sunt.

MAN. DE cyperis. & de ligno aloes, quia non conficiuntur forte ob immodicum precium, dimisi.

SYLV. DRACHMIS duabus purgant aquas, & pituitam crassam, flatulque dissipat. Si autem scammonium acceperint etiam bilem purgant selqui drachma dati. Trochisci de violis in turbith, & capite de asthma istis sunt finitimi.

COST. HAMECH. quod folia non flores violarum sumat, preter aliorum, & ipsius quoque Mesue institutum videtur, qui floribus non folijs purgandi vim tribuunt, propterea dubitare licet pro floribus libraj errore reposita esse folia, quamuis enim non negem folia quoque cum refrigerio lenire, hic tamen malim flores ubi purgandi vis expetitur. Quod si quis folia sumenda ad Mesue mentem contendat, quia quum flores alibi expetit absolute violas sumi iubet, ex quo nostra de errore cadit coniectura: at meminisse oportet scribi hęc ex Hamech sententia, cuius fortasse non idem erat mos scribendi, qui Mesue.

M E S V E.

TROCHIS. cyperi. corruptionem, malamque coctione ventriculi, & inde natum oris fetorem salubriter, & certo emendant. Recipe zingiberis, cardamomi, nucis mosch. cubeborum, macis, caryophyllorum, galliæ, gummi Arabici, an. aur. i. corticum citri, mastiches, florum schoenu anthus, cyperi, spicæ, cinnamomi emblicarum, extremitatum myrti, ana aur. ii. sunt qui addunt moschi ceratia duo: fac trochiscos cum melle vuato, vtere cum vino odoro post purgationem, & vomitum.

SYLV. HORVM troch. dr. j. post vacationem materiz in ventriculo putris, & corrupte, suo vapore retro expirationem corrumpentis, odorem sedum emendat, tum quia coctionem iuuant aucto calore nariuo, & ventriculo ab his roborato: tum quod odore aromatico etiam cor, & cerebrum roborate, oris halitum sedum regunt, multum tamen calens, ob id astate suspecti, & quibus hepar est calidius.

COST. CYPERI. Quam galliam hic velit, non aperit. Sed quacumque ex tribus primo loco descriptis sumpseris, recte sumes.

M E S V E.

TROCHISCI ligni aloes, ventriculum, cor, hepar, imbecilla roborant, ob id valent ad oris fetorem pulsium cordis, syn-copem, hydropem. Recip. ligni aloes, rosarum, rub. ana drach. j. mastiches, cinnamomi, caryophyl. galliæ, spicæ, macis, nucis mosch. cubebatu,

A cardamomi maioris, & minoris, corticum citri, pastinacæ, ana dr. j. & s. moschi, ambræ, ana drac. vnus partem sextam, fac trochiscos cum melle vuato. Da cum vino odoro, & aromatico.

LIGNI aloes. Mel passularum quoque hic, & in praecedenti reliqua excipit, melligo est, quam vna passæ reddunt, alioqui si apum melle vtaris, vix densari poterunt pastilli.

M E S V E.

TROCH. Capparum, ad splenis duritiem, & flatum eius dissipandos. Recip. corticum radicis capparum, feminis agni, ana drach. vi. melanthij, calaminthes, acori, amygd. amararum, nasturtij, ammoniaci, foliorum rutæ, aristolochiæ rotundæ, succi eupatorij, ana drachm. ii. cyperi, scolopendrij, ana drachm. i. puluis horum omnium comprehendatur ammoniaco aceto diluato. Datur aur. j. cum vino, cui incocta sint radix capparum, cortex fraxini, & cortex tamaricis, aut extremitates ramorum eius, & cortex salicum. Sunt qui valentius efficiunt duplicato ammoniaco.

ISTI trochisci sunt principaliter subtiliatiui materierum crassarum melancholicarum, & iuarum resolutiui, virtutem, & efficaciam habent in aperiendo oppilationes, & remouendo duritiem splenis, & hepatis, sunt etiam resolutiui ventositatum crassarum in membris predictis, & in quibuscunq; alijs. Et dosis ipsorum in puluerem redactorum, & tempus exhibitionis ipsorum est sicut trochiscorum diarhodon, cum vino subtili, vel aqua scolopendriæ, vel cum alio liquore conuenienti. Et est vsus eorum magis conueniens in passionibus splenis frigidis à materia melancholica, & sunt valde notandi sumunt autem cortices radicū capparum, & sunt cappare fructus cuiusdam herbæ calidæ complexionis, & sicca in secundo, nascentes in partibus Alexandria, & Apulia: & cortices radicis sunt calidiores, & siccoresiac masticata, & in ore retentæ mirabilem virtutem habent in subtiliando materias crassas phlegmaticas contentas in capite, illas inferius attrahendo, vt facilius expuantur. Semen agni casti, hæc est arbor calidæ complexionis in primo, & sicca in secundo. Nigelle, semen est cuiusdam herbæ calidæ complexionis in tertio, & sicca in secundo, debent assumi cum vino, in quo coquatur radix capparum. Radix tamaricis est tamariscus arbor calidæ, & sicca complexionis in secundo gradu, habens mirabilem virtutem ad splenis duritiem. Cortex salicis. Est salix frigida complexionis, & sicca in primo.

HORVM creber est vsus in lienis affectibus. Scolopendriam. Eam videlicet, quæ vocatur citracum. Agnus castus. Lygos, vel vitex dicitur.

MA TERIAS crassas melancholicas tenuant, lienis, & hepatis obstructions liberant, sicque duritiem eorum sanant, flatum crassos indidem, & ex partibus alijs dissipant. Dantur ieiunis cum vino tenui, vel aqua asplenij. Cortex salicis astringens, parum scopis propositis conuenit.

CAPPARVM. Quod his ad lienis humorem vsurpatur cortex salicis frigidus ac sicco temperamento, & astringens, mirum videtur: proptereaque legendum di-

Mesue. Dd cas

lappathi, croci, nucleorum pini, amygdalarum amararum, opij ana vnciam vnam, physalidon vnc.iii. vini quantum sat sit.

SYLV.

Hi trochisci... Huiusmodi trochisci... Trochisci dia glaucium Gal. ad phlegmones mediocres no pulsatiles, incipientes, praesertim aurium, oculorum, & erysipelata incipientia, & ordemata, & aurium vicera. Glaucium ex aqua pluuiam diligenter tere, forma pastillos, addita gumeos parte xii. aut xv. si fragilius fuerit, quam formari possit. Troch. Andronis, Passionis, Polyida multiplex lib. comp. ph. g. & Paul. lib. 7. Troch. dia. opiu. Gal. ad aurium inflammatarum dolorem magnu, & implacabilem. Rec. castorij per se laeuigari accurate dr. j. opij in sapa dissoluti dr. i. si dolor sit vehementissimus: si minor est dr. s. tēpore vtendi dissolue sapa ex musto (hoc .n. magis malcet dolorem, quam vinum dulce) in consistentiam, quae clystere auriculario possit auribus infundi. Troch. bechici tussim ab arteria asperae siccitate, & caliditate leniunt, in catapotijs dicta recipiunt, succi glycyrrhizae, sacchari optimi, ana dr. vi. amyli, tragacanthi, amygdulicium, ana dr. iiii. cum succo sem. pilylij, vel sem. cydoniorum forma. Troch. albi idē pollentes gummi tragacanthi, in aqua rosarum dissoluti, & sacch. albis. q. s. Si insomnia adest, misce sem. lactuca, & papaueris, an. dr. i. & in catarrho acri. Miru ē vulgus catapotia vocare has hypoglossidas, & arteriacas antidotos, cum lupini forma fiant vti caetera. Etia si Mesues harum author pilulas vocet, aliq̄ sūt bechicę. Alex. pag. 120. Quamuis catapotia etiā bechica inueniantur, qualia sunt hęc Gal. lib. 7. comp. ph. par. dolo rem lenientia, somnum conciliantia, & sanguinem spuētibus salubria, styracis vnc. i. opij, myrrhæ, ana semunciam, passo dissoluta finge in catapotia, erui magnitudine danda dormituro.

COST.

HALICACAB. Quorsum, hic vbi deterfione cum apertione est opus, bolum, aliaq; multa sumat, asringente, & incrassante praedita facultate, mirandum videtur. Sed non modo deterfione haru partium vlcera egent, at etiam, ob dolorem, qui sepe acerrimus eas inuadit partes neruosas, & sensu insigni praeditas, inducendū est ipsis aliquid, qd eas veluti munit, ne acrius lotium praecefluens dolorem, vlcusq; ad augeat, praestare autem hunc muniendi vsum bolus potest, praeterquam quod glutinat, si aliquid vniendum sit in vlcere, et desiccet, quae ratio est vlcerum curandorum, boli autem, & reliquorum vitium quo sordida lentore suo reddere possunt vlcera, corrigunt hoc loco, & semina vesicarij solani detergentia effe aciffime, et semina alia citruli, melonis Indae, cucurbitae, apij, & glycyrrhizae succus.

DISTINCTIO NONA De suffuf & Pulueribus.

CHRI.

HAEC est nona pars principalis, in qua determinat de diuersis dispositionibus puluerum conferentium diuersis dispositionibus. Et licet communiter no habeantur in vsu, nec praeparati reperiantur, tamen vsus ipsorum magistraliter est conueniens diuersis dispositionib. propter eorum vtilitates,

& iuamēta. Differt autem puluis à Suffuf: nam puluis est nomen generale ad omnem puluerem crassum, vel subtilem, simplicem, vel compositū. Suffuf autem est nomen particulare solū ad puluerem subtilissimū, sicut alcohol, & cōpositum pluribus pulueribus. Differt autem Suffuf à sief, quod est puluis subtilissimus reductus ad formā troch. fricatur autem praedictum sief, cū aliquo liquore, & aqua fēniculi, vel rosata, & administra tur passionibus oculorum propter eius subtilitatem.

Differentia in ter puluerem & suffuf.

Differentia in ter suffuf & sief.

VIDETVR intelligere Mesue medicamina ex odo MAN. ratis rebus in puluerem redactis composita, quae cum aliquo liquore bibuntur. In his pauca sunt, quae declarauonem desiderent. In primo quidem nihil.

Pulueres odorati tenuissimi, & compositi cum li- SYLV. quore aliquando bibendi, Arabibus suffuf dicti, vsu hodie rarissimi.

QVOD antea dicebamus, praestaret simplicia om- COST. nia praesertim aromata in presentem vsum terere, quum res postulat. Caeterum ob praecipitem morborum motum saepe in promptu esse praesidia oportet, licet aliqua iacturam passa. Praeterquam, quod vbi plura commiscen tur, eorum quae miscentur fermentatio fit quadam, & cōmunicatis ipsorum inuicem facultatibus vna quasi noua forma surgit maioris paulo postea vsus, quam antea. Ob id etiam puluis multarum rerum cum simplex, tum compositus paratur, seruaturque in repentinum vsum. At vero non potest hic diutius integras vires seruare, vt melle saccharo succove alio exceptus seruatur, euanescit enim ex attenuata eius substantia, vis celerrime, praesertim, quae in ignei, acrisq; partibus insidet: vt propterea, qui recte medicinam faciunt, non temere eiusmodi pulueres non annas modo, sed etiam quadrimenses negligunt, vbi ex ijs constant rebus, quae odore praestare debent. At rerum, quae natura inodora sunt, quarumque densa, crassa, duraque materia est, longe diuturnior est vigor, vt gemmaru, corallorum, margaritarum, lapidum, cornuum, propterea q; huiusmodi sunt, vt longiori tempore egent, vt in puluerem ducantur, & praeparantur, ita etiam diutius durant. Horum autem, & reliquorum, quorum ad siccandum praecipuus est vsus, seruari, & potest, & debet puluis, vel pro puluere formari pastilli debent opportune parandi, reliqua in presentem potius necessitatem teri consulerem: praesertim in ijs affectibus, qui dant medico affe- vendi praesidij inducias: quales sepe sunt quotquot ijs pulue- ribus curantur, quos Mesue hoc tractatu descibit.

MESVE.

PVLVIS ligni aloes, ventriculi humiditatem immo dicam siccet, flatus dissoluit, coctionem iuuat. Recip. ligni aloes vnc. dimid. galliae aur. j. & s. saccha. albi, vnc. j. & s. potatur dr. iiii. cum muiua.

EST hic puluis conueniens ad desiccandum CHR. humiditates contentas in stomacho, & ad resoluendum ventositates in eo, & est adiuuans ad digestionem. Et dosis est dr. iiii. cū muiua, s. simplici, vel aromatizata dictis superius, distemperatus cum aqua mentae vel absinthij, vel fēniculi, secundum dispositionem: & debet assumi sub actuali caliditate de mane vel de sero, vacuo stomacho, & ante cibum per duas horas.

Mesue. Dd ij CVM;

M E S V E D E P V L V E R I B V S

SYLV. **C**VM miua simplici, vel aromatica, & aqua fœniculi, vel menthæ, vel absinthij horis duabus antea, & si vis, vespere hora somni.

COST. **P**VLVIS ligni aloes. Pro gallia hic, & in sequenti aromaticam tertio loco antea ab hoc authore descriptam licebit sumere, ventriculo, reliquorumque viscerum frigidis affectibus vtilem.

M E S V E.

PVLVIS ligni aloes alius, cor, & ventriculum roborat, oris odorem commendat, coctionem iuuat. Recipit ligni aloes dr. iii. cardamomi, menthæ sicca, spicæ, & marubij, cyperi, corticis citri, ana & drach. ii. galliæ, schœnu anthus, ana drac. i. mastiches, anisi, apij, ana drach. ii. sacchari pondus omnium. Da cum miua.

CHRI. **S**VFFVF aliud ligni aloes habet iuamenta supradicti pulueris, & vicia illa maxime confortat virtutes hepatis, & cordis, & oris bonum odorem facit. Marmacur id est marrubij, quidam exponit id est maiorana, quidam, & forte melius, id est melissa. Et dosis est sicut supradicti.

MAN. **M**ARMACVR. In hoc secundo, quod vel melysophyllon, vel citratum ocymum significat. In aromatizato, habet. Pro quo saccharum candum accipiunt.

COST. **D**E ligno aloes aliud. Schœnanthum cum floribus semper sumendum. Apij autem licet non explicet, & hic, & ubi absolute ponitur, semen accipies, reliquis eius stirpis partibus valentius.

M E S V E.

PVLVIS Diarhodon, intemperiem ventriculi frigidam corrigit, ob id dolorem indonatum sanat, ipsumque roborat. Recipit trochiscorum diarhodon, mastiches, ana dr. iii. succini, menthæ sicca, ligni aloes, ana dr. ii. & s. Da dr. i. cum vino odorifero.

CHRI. **I**STE puluis principaliter est calefactiuus male complexionis frigida stomachi: unde confert dolori eius facto à materia frigida, & ventosa, & est multa confortationis virtutis digestiua in ipso, & deficiatius humiditatum putridarum, & corruptarum contentarum in stomacho. Et H dosis est vsque ad dr. i. cum vino odorifero, obseruans conditionibus.

SYLV. **H**VMORES in ventriculo superfluos, etiã putres, frigidos, stannosos absumit, coctionemque adiuvat.

COST. **D**IARHODON. Electrum ad dolores intestinorum ex frigidis humoribus, & flatibus, drachma vnus pondere ex odorato vino vel stillatitia cinnamomi, aut alia eius generis aqua datur non frustrato euentu. In nephriticis interdum confert, vel discussis flatibus, vel deturbatis inutilibus viscerum succis, quorum presentia angustiores venas, vrinarijve meatus dolore magis vexantur.

M E S V E.

PVLVIS aromatum, ventriculum roborat, coctionem iuuat, status dissoluit, halitus gratiam commendat. Recipit anisi aur. xii. semin. feniculi & aur. iii. glycyrrhizæ, zingiberis, ana aur. iii. caryophyllorum, macis, cinnamomi electi, & galangæ, galliæ moschata, ana aur. ii. ligni aloes, corticis citri, ana aur. i. & s. moschi boni drachmæ vnus quartam, sacchari albi ad pondus omnium, sacchari candefacti, dimidium pondus omnium. Datur aur. ii. cum vino albo.

PVLVIS aromatum. Saccharum, quod hic abunde sumitur album tum quod candidum vocatur, facile humescit; ita vt pulueres cogat. Sed ob id etiam integras vires diutius seruat.

M E S V E.

PVLVIS impinguare expertus. Recip. farinæ cicerum infusorum lacti dulci, & ficcatorum, & iterum infusorum lacti, & ficcatorum, ac tertio deinde coctorum vnc. vi. oryza frequenter lotæ, vnc. ii. tritici, & hordei excorticatorum, & sape lotorum, & ficcatorum, & sape lacti infusorum, & ficcatorum, ana vnc. iii. amygdalarum dulcium, vnc. v. papaueris, & panisalbi cocti de sceni, ana vnc. iii. sacchari albi, lib. i. tere. Da forbendas & in die mane vnc. iii. coctas cum lacte, aut aqua cicerum.

SVFFVF bonum impinguatiuum. Conuenit corporibus extenuatis macrefactis, ac etiam exiccatis. Tortella vnde de sceni id est panis biscocti facti de flore farinæ de illa contrata. Et dosis eius est vsque ad dr. iii. sumendo de ipso pluribus vicibus in die cum lacte, aut cum aqua ciceris.

TORTELLARVM. de seni.) Per quas panem biscoctum. Efficax satis est ad concubitum ciendū.

CONVENIT emaciatibus etiam lacte, & decocto cicerum dissolutus hic puluis: ad venerem quoque ciendam facit.

PVLVIS impinguare. An oryza sit cum cortice sumenda, an etiam lacte, vt reliqua hoc loco cerealia maceranda sit, licet non scribat, non tamen errabis, si deglutiam eodem modo lacti infundas quo reliqua. Papaueris autem nomine intelligendum album, quod hic cum alijs ad auertendam maciem non importune assumitur: tum eo nomine quo somnum conciliare potest; tum vt stentia, retundendæque tenioris acrioris fluxionis, quæ dum ne solidis partibus alimenta inbareant, efficit. Hippocratis sententia, sæpe causa est tabis. Non temere hunc puluerem Syrius venerem excitare admonet, est enim ad id efficax, & aucto semine, & flatibus excitis.

M E S V E.

PVLVIS baccarum myrti ad ventriculi & aliorum viscerum imbecillitatem. Recipit. & baccarum myrti, & granorum granatorum acidorum tostorum, ana dr. xx. cymini Carmeni aceto 24. horas infusi, & siccati,

cati, coriandri sicci similiter infusi, & siccati, & torrefacti (polenta, succi mespilorum immaturorum, ceratorum) rhois, glandium, ana drac. x. acacia, hypocistidos, ana drac. v. confice, & da.

ISTI puluis est magnæ utilitatis ad lubricationem stomachi, & viscerum; sistit enim principaliter hienteriam, habet enim virtutem fortiter constrictiuam stomachi, & intestinorum. Sauich, idest hordei immaturi, anabach, idest succi mespilorum immaturorum. Dosis eius est cum vino citoniorum vsque ad drach. ii. temporibus supradictis.

MAN. **SAVICH.** græce *σπινος* latine polenta. **SANABVCH** Abah apud Auic. est quod Dioscoron arborem vocat. **CHARVB.** Græce ceratia latine siliqua. Sed forte totum hoc legendum simul, hoc patet: Sauich anabach charub de spinis. Nam Auic. capite de nabach, meminit sauich de nabah. Serapio vero dicit unam eius speciem habere spinas. Erit ergo sensus: Sauich, idest fructus acerbi torrefacti sumpti à nabach, dicto charub spinosa. Alibi tamè per nabach intelligunt zizypha, hoc est iuiubas. **CVRTICVRI.** idest arboris acacia. Tarathit, idest hypocistidos.

SYLV. **DIARRHOEAN,** hienteriam, & omnem viscerum lubricitatem, suscando, & adstringendo, valenter corrigit.

COST. **BACCARVM** myrti. Hunc efficacissimum ad fluxus ventris experire. Quod Syluius (baccas myrti) scribit, vetusta versio legit (grana myrti) quasi semina, non totius fructus exquiratur. Sunt vero ea ad affectus propositos valentiora reliquis fructus partibus, & faciliora, ut ducantur in puluerem, non errabit tamen, qui totas sumpsit baccas. Punicorum autem acini exprimendi antea sunt, ut facilius assentur. Quod vertit Syluius (polentam) vetus interpret legit (sauich) quod aliqui hordeum immaturum vertunt, alij sequentibus vocibus, id est mespilis immaturis, accommodant, quasi velit eorum immaturorum succum: Sic polenta, vacat. Licebit utro velis modo impune (ut existimo) agere, polenta crassitudine, & lentore suo non importune ad hos affectus vsurpabitur, ad quos interdum etiam amyllum, succus autem mespilorum eo modo densatus, quo acacia in usum venit, ut in puluerem ducatur, aut (si etiam polenta sumenda est) immatura mespila avesciendi erunt, tum terenda. Exhibendi autem pulueris huius ratio licet non scribatur, siue sit cum punici succo, siue cum succo citoniorum, aqua plantaginis, aut similibus, nihil interest.

MESVE.

PVLVIS ad tussim, & thoracis dolorem. Recipit amygdalarum dulcium, sacchari, ana vnc. ii. semil. fenic. vnc. i. tere. Da cum iulep (scilicet violato, & aqua adianti albi.)

CHRI. **H**IC est vltimus puluis, qui ponitur hic à Mes. qui est aequaliter lenitius asperitatum pectoris, vnde est conueniens tussis antiquæ, & dolori pectoris, & datur cum iuleb violato, & aqua capillorum veneris. Ex supradictis pulueribus possunt construi cõfectiones, vel electaria cum zuccharo, vel cum melle, assumendo de eis iuxta portiones superius dictas in alijs electarijs. Et dosis esse poterit vsque ad drac. i. Et omnes pulueres nõ sunt solutivi, sed

solum habent virtutes superius dictas, & sic denominari poterunt sub illo nomine, sub quo hic denominatur. Exẽpli gratia, incipiendo à primo suffus, vbi dicitur suffus de ligno aloes, & sic de alijs.

Est alius puluis, qui trahitur ex dictis Gal. v. de ingenio sanitatis c. de fluxu sanguinis ex ruptura venę in pectore, qui summe conuenit ad restringendum omnem fluxum sanguinis vnde cumq; emanantis, maxime ex vulneribus, cuius hæc est descriptio. Rec. boli armeni, sanguinis draconis, terrefigillatę, thuris, masticis, aloes, pilorũ leporis minutim incisorum, ana drac. i. dissoluantur in albumine oui, & cum stupa, & cum petijs infusis in eo æqualiter expressis ponatur super locum, & quidam cum albumine oui ponunt de succo plantaginis.

Alius puluis traditur ab Auic. v. fen. iiii. can. ca. de fractura cranei, hic puluis capitalis generaliter ab omnibus medicis habetur in vsu, & est conueniens post abrasionem ossis, & digestionem vlcis, & ipsius mundificationem, ad generationem carnis, super osse discooperto, & etiam super panniculo, dicto dura mater, si super eo aspergatur. Cuius hæc est descriptio. Rec. sarcocolle, thuris, ireos, sanguinis draconis, myrrhæ, aristolochiæ longæ, ana partes æquales, fiat puluis.

Puluis factus solum ex limatura chalybis assumptus cum zuccharo rosaceo. Et dosis est drac. i. s. cum ii. zucchari supradicti in forma pilularũ seu electarij, debet tamen predicta limatura chalybis pluribus, & pluribus diebus in aceto infundi, & sic pluries exiccari, aliter eius vsus non est conueniens, licet quidã ipsam limaturam præparent, & infundant quandoq; in lacte caprino, & quandoque in aqua lactis, & quandoque in oleo amygdalarum dulcium, & hoc assumunt eam, quod nõ est malum, ut eius asperitas remoueatur, hic puluis modo supradicto assumptus ieiuno stomacho est valde conueniens habentibus prostrationem appetitus, & relaxationẽ villorũ stomachi ex humiditate superflua illã desiccando, vnde de virtus digestiua stomachi multum vigoratur ex eius assumptione. Cõfert etiã principaliter cachexiæ, & corporibus quibus habituudo corrumpitur, & quibus corpus citrinatur cũ admixtione coloris cinericii, vnde conuenit principio hydropisis hepar confortando, ac vigorãdo in virtutibus suis. Et generaliter est conueniens ad desiccandum oēs putredines, & corruptas materias vbicumq; cõtentas in mēbris nutritiuis. Puluis alius ab expertis chirurgicis multũ habetur in vsu, qui solũ est factus de

alumine de rocha adusto, & est valde cõueniēs in vlcibus fraudulētis, carnẽ fortiter corruptã remouendo, & bonã generãdo, eius mordicatio ex adustione remittitur, & cõuenit in vlcibus putridis oris, gingiuarũ, & lingua, lauantur. n. vlcera profunda carnosã, & fistulosa cũ tali puluere infuso in aqua hordei, quandoque in vino, & quandoq; in lixiuio, sũ quod quærimus maiorem vel minorem exiccationẽ, & absterfionẽ, vt talis liquor melius attingat profundũ vlcis, debet tamẽ colari prædictus puluis à liquore, in quo infunditur, & sufficit virtus, quæ remanet in liquore, quandoq; cõuenit prædicta vlcera cũ cãnula argentea clysterizare. Alius est puluis, cui vsus est cõueniēs post digestionẽ humoris euacuãdi, & est principaliter

Mesue. Dd iij solu.

Puluis mirabilis in quolibet sanguifluo.

Puluis incarnatus.

Pul. appetitũ præparatum.

Puluis ad vlcera.

MESVEDE TROCHISCIS.

solutius materierum phlegmaticarum conten- tarum in iuncturis, attrahens a remotis. Et ideo conuenit, si debito tempore assumatur podagri- cis, ischiaticis, & aliis passionibus iuncturarum, cuius hæc est descriptio. Rec. turbit, dr. i. hermo- daçylorum drac. s. zingib. scrup. i. zuccari, vnc. s. Et dosis est vsq; ad drach. i. s. de mane cū iure pul- li; vel alio liquore cōueniēti. Puluis in colica dra- ch. ii. cymini cū vino calido de mane ieiuno sto- macho, & est curatiuus, & præseruatiuus, si ali- quibus diebus continuetur eius assumptio.

SYLV.

H pulueres recipi possunt in electaria mollia, & dura, mellita, vel saccharata. Puluis Gal. lib. 5. methodi, om- nem hæmorrhagiam, etiam ex arteria sistit. Rec. thuris partē i. aloes partem j. s. vrendi tēpore cum oui albumine subige ad mellis crassitiē: pilo leporis mollissimo excipe: vñ ipsi, & vl- ceri liberaliter impone lanam eodem medicamento madentē super hæc applicat Aetius. Guido Gauliacus pilos incidit, & alijs miscet. Alij præter pilos miscent bolum Armeniā, sang- dracon. mastichem, terram sigillatam: succum plantaginis ad- dunt, & stupis excipiunt. Puluis Auice. in sperius, carnem gi- gnit abrafo cranij osse, & vlcere suppurato, etiā si crassa me- ninx appareat. Recip. sareocollg, thuris, ireos, sanguinis dra- conis, myrrhæ, aristolo. longæ, ana, fiat puluis. Multis in vin- est, sumptus ex Gal. lib. 3. meth. & ex catagmaticis in lib. de comp. phar. g. Puluis ex limatura chalybis aceto aliquoties macerata, & siccata. sumptus drach. i. & s. cum sacchari vnc. ij. ieiuno sumptus, humiditatem excrementosam, & putrē ven- triculi, hepatis, lienis, & aliarum partium nutritiarum ab- sumit, obstructions liberat: ob id saluberrimus est ictero vtriq; & incipienti hydropi, cachexiæ, cacochymig, coctio- nem ob id iuuat, & appetentiam inuitat, ablati scilicet cauis prosterneantibus. Alumen rupis vstum: vlcibus omnium partium putridis, fistulosis, vel aliter maleficis cōfert, & mul- to magis si ante vlcera lauentur, & foueantur aqua, vel lixi- uio, vel vino, quo puluis iste maceratus sit, & colando remo- tus. Chirurgis in vsu multo est. Turbit drach. j. hermodaçy- lorum, drach. s. zingiberis, scrup. j. sacchari. vnc. s. Da drach. j. & s. ieiuno cum iure pulli, vel alio idoneo, pituitam à par- tibus remotis purgat: ob id saluber est affectibus iunctura- rum. Cymini drachm. ij. cum vino calido à ieiuno diebus ali- quot sumptus, curat colicum dolorem, & prohibet.

Pul. contra pestem vstratiff.
Rec. radie tormentillg, dictamni, tunici, scabiosg, radi. bu- gloffæ, ana vnc. s. semi. citri, & acetosæ, ana drach. iij. corian- dri præparati. semi. portulacæ, rafuræ, eboris, ana dra. ij. coral- lij vtriusque, ana drac. j. s. rosarum rubrarum drac. i. terra si- gillatæ veræ vnc. s. boli Armenicæ veræ, vnc. ij. fiat puluis.
Pul. elect. de bolo.

Desi ad pe- tem. bol ar- me. drachm. ij. cum q; a rsi. vnc. ij. vini qur.

Rec. omnium fantalorum, galangæ, ligni aloes, cinnamo- ni, coralli. rub. rosarum rubr. semi. melonum, ana drachm. s. rad. tunici, & tormentillæ, ana drach. iij. raluræ eboris, cor- nu cerui, ana drac. semi. nucem mosch. vnam: macis, cubeba- rum, ana drach. i. anisi, marathi, zingib. ana grana xv. semi. acetosæ, citri, iuniperi, bombacis, caryoph. ana drachm. s. bo- li Armeni drachm. ii. fiat puluis.

Pul. contra lumbricos.
Rec. semi. contra lumbricos vnc. j. lupinorum, vnc. s. absin- thii, drach. ii. cornu cerui vsti, drach. i. s. fiat puluis.

Pul. pro epithemate cordis.
Rec. florum buglossi, boraginis, melissæ, ana manip. s. fan- talorum omnium, rosarum rub. ana drach. u. doronici, been albi, & rubri, carabæ, ossis de corde cerui, ana scrupulos qua- tuor, corticum citri, semi. oxalidis, ligni aloes, caryoph. ana drach. i. s. etoci, scrup. s. marg. drach. s. moschi. gra. in. campho- ræ, gra. vi. fragmentorum lapil. omnium precolorum, dra- chm. i. coralli vtriusque, spodi, ana drach. semi. trita per se miscet.

Pul. cordialis ex iisdem, vel sic.
Rec. corallii vtriusque, sigilli Lemni veri, ana vnc. s. rafa- ræ eboris. cornu cerui, ana drach. ii. margar. drach. i. corian- dri præparati, spodi rosarum, ana scrup. u. s. oxalidis, fragmen- torum pretiosorum, ossis de corde cerui, ana drachm. semi. sacchari, vnc. iii. folia auri, & argenti, ana xxv. per se trita probe, serua.

Pul. violarum odorus.
Rec. rad. iridis. Florentinæ, lib. iij. maioranæ sicæ, quart. vnum, calami aromatici, vnc. iij. rosarum, violarum, ana vnc. v. caryophyl. vnc. i. & semi. moschi, drach. i.

E Pul. alexipharmacis ex cordialibus.
Ex bolo Armenicæ cum aceto præparata, semine rutæ, do- rosillo, carabæ, cardui benedicti semine, xyloaloe, serico cru- do, rad. tormentillæ, dictamno, tunico, scabiosa, croco, am- bra, moicho, pul. atamarg. fiat pul. vel cum syrup. de ri- bes opiata.

Puluis lect. ardios.

PVLVIS adtussim. Amygdalæ deglubitæ su- menda sunt, quod cortici astrictorij nonnihil inest; & migratus est palato cortex, sed quomodo in puluerem cum sacchari, & feniculi vncijs in summa tribus, amyg- dala vncia bina duci in puluerem possint, non video. Parum tamen intererit ad propositum curandum affe- ctum, qua sit consistencia. Qui medicinam diligenter faciunt, sercula ex amygdalis feniculi aqua, & sac- charo ad hunc ipsum affectum sirenium presidium expe- riuntur.

COST.

F DISTINCTIO DECIMA de Pilulis.

DECIMA distinctio est de pilulis. Pro introductione dicendorum aduerte, quod propter duas utilitates, & iu- ta- menta principaliter pilulæ fuerunt adiuuentæ. Et prima utilitas est propter earum displicentiam in sensu gustus. Secunda utilitas est, vt magis a remotis attrahant materias in eis contentas, maiorem moram in stomacho con- trahendo. Medicinæ autem liquidæ solutiua, quia cito descendunt de stomacho, paucā in ipso moram contrahunt, & ideo non sunt tantæ poren- tie in attrahendo, & soluendo humores, quā tum sunt pilulæ. Vltius notandum, quod vsus pilu- larum non est multum regularis, nec cōueniens in principio febrium, nec in principio febrium quietarum phlegmaticarum: nam communiter pilulæ componuntur ex medicinis simplicibus multæ acuitatis, & caliditatis: vnde ex earum cō- plexione inducunt inflammationem in corpori- bus occulte febribus: nec conueniunt in quietis phlegmaticis in principio, cum materia sit pat- ua, & occulta, & indigesta: tales autem pilulæ factæ ex medicinis fortiter solutiuis, quæ conueni- rent in processu talium febrium, & digesta ma- teria, in principio non conueniunt propter agi- tationem, & motionem in ea. Potiones autē pu- ta cum decoctione, & admixtione simplicium ad inuicem possunt remitti in ipsarum caliditate, si qua esset superflua in solutiuis componētibus ipsam, vnde prohibentur etiam in principio fe- brium acutarum, si medicina potabilis sit leniti- ua, vt facta ex cassia, vel manna cum leuissima dosi medicinæ solutiua admixtæ cum eis, vt cum mor- dico succo rosarum, verbi gratia, quæ medicina dicitur communiter minoratiua, cum qua com- pleta digestio in materia non est expectanda in ægritudinibus materialibus. Vltimo nota, quod pilulæ fortes, & solutiua, debilibus, & quibus vir- tus stomachi est deiecta, non sunt exhibendæ, quia in talibus, neque liquefiunt, neque ad actum re- ducuntur, anxietatem magnam in huiusmodi corporibus inducentes, & etiam multum exten- tuatis pilulæ paruum inferunt iuuamentum: im- mo potius in eis sunt prohibendæ.

CHR. Cur pilula in a. a. a.

GRAECI coccia, & catapotia vocant.

MAN.

COST.

Quum medicamenta omnis generis, vt in corpus no-
strum agant caloris nostri egeant opera, qui illorum
excit. calorem: quum etiam ex ijs, que duriore, densiore,
crassiori, lentiorique constant substantia minus facile il-
lus in se ipsa vim admittant, ob id etiam, que huiuscemo-
di sunt, cum seruis in ventriculo attenuantur, ac lique-
scunt, tum suas tardius exercent vires, ac eadem tamen
tarditatem actionis compensant efficacia, quod diuturnio-
rem in ventriculo moram trahentia suas qualitates, ma-
nifestas primum, tum de hinc obscuras altius imprimunt:
minori vero id molestia, quam que celerius agunt. Hinc
que in purgantium genere liquida sumuntur, ceteris pa-
ribus, solidis, ex his vero, que mollia sunt, aut tenuia, du-
ris, & compactis celerius agunt, contra vero in remotio-
res partes, & efficacius alijs, compacta dura, & solida
vires suas diffundunt. Huius generis postremi pilulae sunt,
quas Graeci catapotia vocant, de quib. sermone nunc insti-
tuti, sunt vero maxima ex parte purgante pilula facultate,
sepe in ijs alia aliqua immutandi, alterandi; vis coniu-
gatur, & quadam etiam praestare alios usus possunt, vt
que ad tussim, vel ad ventris fluxus quandoq; parantur.

M E S V E.

CATAPOTIA aromatica nobis inuenta
ventriculū, cerebrum, & sensoria humori-
bus crassis, putribus, pituitosis purgat, &
inde natū dolorē dissipat, ventriculū roborat, co-
ctionē eius iuuat. Rec. cinnamomi, cubebae, ligni
aloes, calami aromatici, macis, nucis moscharae,
cardamomi, caryophylli, asari, mastiches, schēnu
anthus, spicæ, carpobalsami, ana vnc. j. absinthii
ficci, rosarum, ana dr. v. terantur parum, coquan-
tur in aquæ libris ꝑ xii. ad duarum partium con-
sumptionē: fricentur tunc manibus, & colentur,
& exprimantur. Accipe aloes bonæ lib. i. lana sæ-
pe in scutella lapidea vitreata, cum aqua pluuiæ,
siccat: ipsi affunde decocti prædicti circiter lib.
ii. tere in sole: deinde ipsi aloes misce myrrhæ, ma-
stiches, ana dr. v. croci, dr. iiii. tere curiose, prædi-
cti decocti reliquū ipsi affunde, tere donec sic-
centur, fac catapotia ciceris magnitudine. Dan-
tura drac. ii. ad aur. ii. Interdum aloes tantum vn-
cias quatuor indimus. Interdum aloes lauanda a-
qua myrobalanorum, tunc ꝑ dantur drac. iiii. ad
drac. viii. coquantur autem in ea aqua, deinde sic-
cet, postremo lauanda aqua aromatum, vt dix-
imus, sunt enim salubria hæc catapotia.

CHRI.

PILVLAE alefanginæ, idest de aromatibus,
sunt multa securitatis, & habent iuamenta
multa: nam principaliter confortant virtutē di-
gestiuam stomachi desiccando materias putri-
das, & corruptas in eo, & illas euacuando, incitat
et appetitum, sed principaliter mundificant cere-
brum, & instrumenta sensuum ab humorib. fri-
gidis, viscosis, & crassis, vnde summe conueniūt
ad præseruanda corpora laxa, ne in agridudine
incidant, & possunt tales pilulæ continuari absq;
lesione ab his, quib. conueniunt, sicut pilulæ cō-
munes, & melius quæ ponuntur ex solo aloes,
myrrhæ, & croco: nam in eis nō ingreditur aliud
solutiuum, quam aloes, quod per ablationem in
sua potentia remittitur. Et istis pilulis magister
Marcellus utebatur quasi in omnib. passionibus
materialibus cerebri, & stomachis frigidis cum
admixture aliquali cholera. Et sunt tardæ solu-
tionis. Et dosis ipsarum esse potest vsque ad dra-

A ii. tamen communis vsus est vsque ad drach. i. &
maxime purificant neruos, & nucam.

ET quādoque exigit dispositio. Mihi potius augen-
da, quam minuēda videtur aloes. Pilularum dosis
dr. i. Multi nunc aloes lauāt cū aqua, in qua rheon
barbarum longo tpe maduit. Alii cum succo brassicæ.

MAN;

CATAPOTIA Graeci à καταπίω est medicamentum, qd
integrum deglutitur, vulgo pilula vocatum. a parua
pile figura, nullo angulo ventriculū laedentem, &
habili simul tangi multis ventriculi partibus. Fieri au-
tem catapotia possunt, tum ex prædictis omnib. ariti-
dotis, tum ex alijs mox declarandis. Purgantes vero
materiæ hac forma ferè concluduntur, vt facilius de-
uorentur, etiam saccharo, folijs auri, carne fructuum,
non autem pelle, vel alio quopiam simili intecta: vel
mora in ventriculo longiore diutius agant, a remotio-
ribusque in ipsum, & intestina humores vacuandos
atrahāt. Massa enim durior qualis est catapotiorum
agris a ventriculo comminuitur, ob idque tardius
agit: liquida vero contra confestim vacuant, & simul
vacuantur. Quæ horum in medio sunt, tempus ad a-
ctionem mediocriter quirit. Propterea quæ cito age-
re volumus catapotia, damus admodum mollia, &
parua: præcipue quib. imbecillus est ventriculi calor.

SYLV:

Catapotia diu seruanda ex aqua aliqua sola, aut succo
solo ne formaueris, quod citius siccat, vel situm cō-
trahant, nec vires simplicium cohibent, sed syrupis a-
ctionem catapotiorum iuuantibus, vel alio. & gluti-
noso, & iucundo humore. Catapotia sunt inuenta, vt
semel deuorentur (vnde, & nomen habent) ne suo sa-
pore ingrato linguam vitient, vtq; diuturna in ventri-
culo mora, a remotis etiam partibus, atrahant. Cum ve-
ro fere sint valentib. simplicib. composita, initio fe-
brium cruda adhuc materia nō sunt danda, quia mo-
uent, & agitant, nec vacuant. Vnde symptomata se-
quuntur a Gal. scripta aph. Concocta medicari: Neq;
danda sunt emaciatis, & ventriculum habentib. im-
becillum, vt a quo non sint dissoluenda, & in actum
reducenda, a quibus si sumpta sint cochlearia tria iu-
sculi multum calida sorbeātur. Si autem ob duritiem
non dissoluantur, vomitu reiciantur. Nisi quæ in his
sunt clementissima, & mollissima, & minime deuo-
rantur, qualia aromatica communia, mastichina, &
alia quædam, de quibus post. Catapotia Thomæ de
Garbo secreta his affinia ad affectus cerebri, spinæ,
neruorum contumaces, a materia frigida crassa, len-
ta, præsertim sub finem morborum. Cubebæ, nu-
cis moscharæ, cinnamomi, spicæ, anisi, carpobalsami,
schēnu anthus, mastiches, asari, caryophyllorum, ca-
laminthes, ana drachm. ii. turbit, colocynthidis, ana
drachm. iiii. myrobalanorum omnium, ana drach. ii.
agarici, senæ, ana drac. i. omnium cum succo mentæ.

καταπίω
vocat
catapotia
aut Man.

CATAPOTIA aromatica seu alefanginæ. COST.

Quædam hic digna sunt animaduersione, & primū,
quum inter cetera aloes vitia vnum sit sera eius actio,
eam lib. simpl. accelerari docet, aloes in decoctis aromata-
riorum tenuioris substantia, & acrioris enutrita, aroma-
ta vero eadem recenset, qua hoc loco, quædam tantum il-
lic prætermittens, vt xyloaloes, carpobalsamum, absin-
thium, rosam; & aliquid addens, vt crocum. Dubitatur
ergo primum, de collectionis eorum aromatum termino,
quem esse ait citato loco, ad tertias: hic vero quum aqua
lib. xij. ad parandum decoctum sumat, ad duarum par-
tium, & ex alia lectione, ad duarum tertiarum consum-
ptionem seruere iubet, magno, vt apparet, discrimine,
quum illic superesse velit decocti libras octo: hic lectio-
ne vna quatuor, alia decem. Sed est etiam, vt de aloes
dubites, eam enim hic prius pluuiæ aqua sapius abluit:
tum

flione. Et nota quod perfecta, & completa operatione earum, quæ cõmuniter fit quinque horis, quantitas cibi post assumenda debet esse minor, quam sine illa assumpta esset medicina, cuius oppositum mulieres, & generaliter ignorantes faciunt, præmissõ tñ lauatiuo, vt in reliquis solutiuis cõter sit. Rec. & hieræ, & c. intelligendũ est de hiera Gal. superius descripta, quæ est lauis, tardæ solutionis, quia solum ratione aloes est solutiuua materierũ cholericarum subtilium principaliter, & subsequenter materierum phlegmaticarum aquosarum. Trium myrobalanorũ citrinorum, scilicet, indorum, & chebulorum, ana dr. iij. agarici, dr. ii. qui principaliter soluit materias phlegmaticas contentas in pectore, & in cerebro, & in aliis mēbris neruosis. Turbith boni dra. x. qui euacuatius est phlegmatis: epithymi hortēsis, id est hortulani, quod euacuatiuum est humoris melancholici, anisi ana dr. ii. s. salis Indi dr. ii. absinthii, scammonē, scilicet correctæ, ana dr. iij. quæ principaliter est solutiuua humoris cholericici, & magnæ potentia, penidiarum de. iij. fac pilulas cum succo scariolæ, id est lactuæ syluestris, ad remittendũ aliqualem acuitatem, & superfluam caliditatem prædictorum solutiuiorũ, & dosis cõis est dr. i. vel dr. i. & s. licet ponat eius dosim esse drach. ii. verum huiusmodi dosis horum diernis temporibus esset superflua.

MAN. **STOMACHICÆ**, a stomacho debebant appellari. Quidam eas paratas habent, & certe viles sunt. Trium myrobalanorum, citrinarum scilicet, chebularum, & Indarum. Dosis eius est drach. ii. vel dra. i. s. Sed vicia etiam mediocriter purgat.

SYLV. **SVMVNTVR** ad drac. i. & s. tantum coctione vetriculi absoluta ad affectus pituitosos præfectim, sed etiam biliosos, & melancholicos. Floris quatuor post sume iuscũ lauatiuũ, & hora vna post prandē, sed parcius quin, & drac. vnica mediocriter purgant hiera picra Galeni, myrobalani flauæ, nigræ, cepulæ.

COST. **STOMATICA.** Licet scammonij vis effrenis myrobalanorum astringitioe, & penidiarum lentore corrigi hic aliquo pacto possit, quia tamen contra, & hieræ, & salis Indi non leuis acrimonia est, quæ augere illius violentiam possent, eos non improbo, qui scammonium præparatura hoc loco sumunt, non ipsi tamen consentio, qui pro scammonio absolute posito præparatum, id semper medicamentis misceri consulant. Neque autem, id obiecta quod aliqui, attendenda Mesue ipsius verba, qui quum præparato scammonio est opus, admonitos facit: sed posita ante oculos vjns ratione, spectandam reliquorum, quæ commiscetur naturam existimo, & nisi corua ope scammonij vicia abunde, corrigantur, vt audacter correctum scammonium vsurpes ad moueo.

M E S V E.

HR. **CATAPOTIA** Polycresta nobis inuenta, ob idque sic appellata, quod sint efficacia ad multos affectus capitis, ventriculi, hepatis, purgant enim ex his, & sensoris pituitam, & bilem vtramque: qua propter febribus antiquis, complexis, & inuicem complicatis commodant. Recip. myrobalanorum flauarum, rhabbari, ana drac. iij. succi eupatorii, succi absinthii, ana dra. ii. scammonij Antiocheni in pomo

A cocti † dra. v. cepularum, Indarum, agarici, colocyntidis, polypodii, ana dr. ii. turbith, aloes, ana † drac. vi. mastiches, rosarum, salis gemmae, epithymi, anisi, zingiberis, ana drac. i. electarii, rosarum q. s. ad comprehensionem. Fiant catapotia crassa. Da a dr. i. ad aur. i.

PILVLAË aggregatiuæ inuentione nostra. **CHRI.** Hic de pilulis aggregatiuis ponuntur tres descriptiones, sed ista prima vsitatur, & cõter habetur in vsu vbique, & dicuntur aggregatiuæ, quia iuuamenta multa aggregant soluendo vniuersaliter omnes materias, tam crassas, quam subtiles, tam calidas, quã frigidis: sed principaliter a prædominio sunt magis solutiua humorum cholericorum, & calidorum, quã phlegmaticorũ, & frigidorum, & ab omnib. mēbris vniuersaliter, & generaliter: sed principaliter ab hepate, & ab aliis membris nutritiuis, soluendo materias contentas in eis principaliter putridas, & vsus ipsarũ est in processu febrili de materia mixta per eius digestionem: & summe cõueniunt corporibus, quæ purgantur tempore veris, propter ipsorum præseruationem, quia mundificant, & solunt materias phlegmaticas, & cholericas in eis multiplicatas in toto corpore, sed maxime in stomacho, hepate, & aliis membris nutritiuis, solunt etiam equaliter humorem melancholicum: & tẽpus assumptionis est celebrata cibi digestionem scilicet per horam ante diem. Et dosis est drach. i.

Et hic vtiliter aduerte, quod pilulæ solutiuae quandoque quibusdã corporib. diu contrahunt moram in stomacho non dissolute, vnde ad actũ operationis non reducuntur, & hoc maxime contingit propter debilitatem caloris naturalis, & virtutis digestiuae in stomacho. vnde necessarium est in talibus, vt vsque ad tria cochlearia iuris pulli, vel alterius liquoris multum calidi, quantum in ore tolerari potest assumantur, & deglutiantur, vt alia acuta mediante caliditate liquefiant pilulæ: si autem hoc prouenerit non ex debilitate stomachi caliditatis, sed magis ex induratione, & petrificatione pilularũ, sic iuxta doctrinam principis potius debent vomitu expelli.

MAN. **I**NTER pilulas quibus vtitur hæ maxime excellent. Elect. rosa.) intellige non id, quod Nicolaus, sed quod ipsemet Mesues inter electaria sua scripsit.

SYLV. **H**VMORES tenues, & calidos potius, quam pituitosos, crassos, frigidos, vacuant a toto corpore, sed præcipue a dictis partibus. Datur cocta iam materia, & iam mixta in febribus heterogeneis inuicem complicatis. Sunt etiam salubria purgationi verna. Dantur hora vna ante diluculum. Omnium pilularũ, quibus vtitur, has maxime excellentes scribit Manardus. & quia tutiores, & efficaciores, per aggregatiuas absolute scriptas intelliguntur.

COST. **P**OLYCRESTA. Et si myrobalani fl. ni rhabbari, aloes, scammonium calidos, ac tenues humores præsertim ducunt, at & idem rhabbarum, & aloes, & scammonium præsertim coctum, vt alibi testimonio Tralliani dicebamus, & chebuli, & indi myrobalani, & agaricus, & colocyntidis, polypodium turbithum, & epithimum crassiores humores pituitosos omnia, aliqua etiam atros potenter educunt, vt propterea recte Mesue catapotia hæc pituitam, & vtramque bilem ducere, febribusque antiquis, quæ nimirum ex crassis frigidisque

† drach. iij.

† drach. vi.

† drac. viij.

T. mput. a. sum.

P. anis.

MAN.

SYLV.

COST.

MESVE DE PILVLIS

disque humoribus pendent, conferre scriptum relique- rit: Syluius autem non recte calidos potius, ac tenues, quam crassos, & frigidos euacuare dixerit. Sane autem, quod pilulas crassas fieri hic iubeat, non caret consilio, quo enim crassiores sunt, eo diuturniorem in ventriculo moram ducentes prestare eos vsus possunt, ad quos parantur: conferre, inquam affectibus capitis ventriculi, & iccoris, putribusque eductis humoribus antiquas, & complicatas febres oppugnare.

MESVE.

CATAPOTIA polychrestia maiora, pituitam crassam, lentam purgant, & inde natos affectus, colicum, arthriticum, ischiadem, podagram, ventris totius inflationem: praeter haec haemorrhoidas. Recip. bdellij, myrobalanorum nigrarum, emblicarum, ana drac. iiii. turbith boni, & electi dr. xiii. feminis apii, feniculi, anisi, carui, ameos, origani, rosarum, lepidii Indi, rutae agrestis, hermodactyl. salis Indi, mastiches, ammoniaci, ana drac. i. cinnamomi, cardamomi, acori, spicae, croci, casiae, ana drac. semis, sagapeni dr. iiii. colocynthi dr. iiii. penidiolorum alborum † dr. iiii. aloes dra. xv. commisce cum succo brassicae, manibus tuis oleo iasmeno inunctis.

† sole. vnc. ij. † drach. x.

MAN. HA non parantur. Si quis tamen parare voluerit, pro fataragi Indi accipiat, quod Diosc. vocat lepidion: & pro Harmel, intelligat speciem rutae syluestris, non cicutam vt multi. Casia. Intellige lignoa vocatam. i. cinnamomum vulgare.

COST. POLYCRESTA maiora. In hoc conficiendo medicamento inuigi sambucino oleo manus praecepit, vt arbitror, quo tractari manib. pastillus possit, ob ammoniacum, sagapenum, atque aloem glutinosiora. Pro sambucino autem quum iasmenum Syluius reposuerit, sambacium legisse videtur, est autem sambacium ex iesemini floribus, sambucinum ex floribus sambuci, quae licet diuersa admodum sint natura, quia tamen vtrunque ad frigidos expugnandos affectus vrile est, vtrum sumpseris, nihil puto interesse. Mesue tamen sambucinum dixerim intellexisse, cum in tractatu de oleis meminit.

MESVE.

CATAP. Polychrestia minora, pituitam, & bilem vtramque a ventriculo, & capite purgant, obstructions hepatis liberant, ipsumque, ac ventricululum roborant, febres antiquas, pruritus, vlcera (maligna) inuuant. Recipiunt myrobalanorum flauarum, nigrarum, emblicarum, ana † dra. iij. mastiches, anisi, succi eupatorii, absinthij, rosarum, ana dra. ij. rhabarbari dr. v. hierae picrae draç. xij. confice cum succo apii. Da dr. ii. cum aqua calida.

† drach. iij.

COST. POLYCRESTA minora. An arida haec, & nihil lentoris habentia aromata cogi, & epacta seruari possit, solo apii succo, & mastiches drachmis duabus, valde dubito. Tusi vt cohaereant aliquid addendum est, addito mellis rosacei soluentis momento non errabis.

MESVE.

CATAPOTIA ex eupatorio maiora, obstructionem hepatis liberant, & iterum inde ortum sanant, ac dolorem, & febres circuta repetentes. Recipiunt myrobalanorum flauarum, succi eupatorii, succi absinthij, ana dra. iiii. rhabarbari dr. iiii. & semis. mastiches dra. i. croci draç. semis. aloes dr. v. forma cum succo intybi. Datur dr. ii. cum fero lactis.

PILVLE eupatorii maiores, quidam magistraliter vtuntur eis, tamen communiter non sunt in vsu, & valent in soluendo materiam cholericam principaliter, aquosam, & subtilem, vnde conferunt icteritiae, & dolori hepatis, & oppressioni ipsius. Conferunt etiam ad febres periodicas, quae paroxysmaliter mouentur materia cholericam praedominante, & dosis est dra. i. s. cum aqua casei, vel sine ipsa. Pilulae arthreticae, id est, quae conueniunt ad dolores articulorum, quia euacuant materias contentas in illis, sicut in podagris, & principaliter sunt solutiuae materierum phlegmaticarum crassarum contentarum in iuncturis: sunt enim fortiter attractiuae, & a pluribus medicis habentur in vsu. Et tempus assumptionis earum est praemissa digestionem materiae, & dosis est vsque ad scrup. iiii. Cuius haec est descriptio. Recip. grana solis, diagridii, ebulli, & dentur de sero, si assumens eas non coenet, & noctes sint breues, vel post coenam pluribus tractatis horis.

ADDITIO.

Quod interpret hic pilularum arthreticarum expositionem prosequatur, indicium est in vetustis Mesue codicibus harum descriptionem non defuisse, vt deest in nostris.

MAioribus quidam vtuntur ad morbum argutum.

BILEM liquidam, & tenuem, & hos affectus inde natos sanant, draç. i. & setiam sine fero lactis.

DE eupat. maiora. Haec in hepatis obstructione opportunissima existimo eupatorii, absinthij, intybi nomine, quae illi visceri propria quadam natura amica creduntur. Verum quum, & haec ipsa, & reliqua quacunque in hoc medicamentum veniunt adstrictionis aliquid habeant, ne eius qualitatis manus relinquat in corpore vestigium, quam sit par, myrobalanos oleo, vt lib. simpl. admonet, inungere non erit importunum.

MESVE.

CATAPOTIA ex eupatorio minora idem potentia. Recipiunt myrobalanorum flauarum, rhabarbari, succi eupatorii, aloes, ana partes aequales, comprehendente aqua apii, vel intybi. Da drach. ii.

DE eupatorio minora. Minora haec sunt superiori- bus aromatum numero, at viribus maiora, vt quae ex simplicibus consistunt, quae singula purgandi vim habent.

ME.

M E S V E.

A

M E S V E.

CATAPOTIA ex rhabarbaro euacuant humores crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres antiquas, & ex aliis quoque humoribus, sanant, & hepatis dolorem, ac hydropem incipientem. Rec. rhabarbari dra. iii. succi glycyrrhizæ, succi absinthii, mastiches, ana drach. i. myrobalanorum flauarum † drac. iii. & semissem: feminis apii, foeniculi, drach. sem. trochiscorum diarhodon, drac. iii. & semissem, hieræ picræ drach. x. excipe aqua foeniculi. Da vespere drach. ii. cum sero lactis.

CATAPOTIA ex halicacabo a nobis inuenta, ad febres diurnas ex humoribus variis ortas, obstructionem hepatis soluant, & inde ortum dolorem, & incipientem hydropem. Recipe absinthii, & succi eius, & succi eupatorii, aloes, myrobalanorum flauarum, mastiches, croci, rhabarbari, cancamis loti, asari, anisi, † castæ, feminis fumaricæ, ana drac. ii. hieræ picræ dra. iii. confice cum aqua solani. Da a drach. i. ad aur. i. & semissem. Si autem tussis est cum febre, pone venarum glycyrrhizæ pondus dimid. ad omnia.

CHRI. **I**STAE pilulæ principaliter conferunt in omnibus febribus chronicis factis ab humoribus phlegmaticis, & cholericis, & principaliter soluent humores putridos cholericos admixtos cum phlegmate: vnde conueniunt hydropicis, aperiendo oppilationes hepatis, & aquam citrinam soluendo. Et dosis ipsarum est vsque ad drac. i. s. de mane aliis conditionibus obseruatis.

CHRI. **P**ILVLAE Alchechengis, a practicis magisterialiter habentur in vsu, sunt tamen vtilitatis, & efficacitatis quasi consimilis cum pilulis de rhabarbaro antedictis, conferunt enim soluendo materias crassas, & subtiles facientes febres chronicas, conferunt etiam dolori hepatis facto a materia pungitina, siue ventositate extendente, eleuata materia crassa phlegmatica. Conferunt etiam principio hydropicis soluendo aquam citrinam, & hepar confortando, & dosis est dr. i. s. Recip. raues. castæ. scilicet lignæ, hieræ picræ, solatri, quod idem est, quod alchechengi, & est frigidæ, & siccæ complexionis ultra secundum.

A D D I T I O.

Istæ pilulæ multum in vsu habentur, & quamuis Mesue habeat loco rhabarbari raueseni, quod idem est loco tamen pilularum de rhabarbaro non debemus vti pilulis de raueseni, nec contra, nam multum sunt ad inuicem differentes, & ad diuersas intentiones ordinatæ, igitur qui hoc faciunt, errant.

CHRI. **A**D D I T I O. He pilulæ interdum habentur in vsu, & sunt ex inuentione ipsius Mesue. Sed hic cadit dubitatio similis ei, quæ occurrit in diacurcuma, quia licet in his pilulis non ingrediatur alchechengi, dicuntur tamen pilulæ de alchechengi secundum quosdam a compositore, vel quod vitio scriptoris descriptio non est integra, vel potius, & melius, quia conficiuntur cum aqua solatri, quod est species alchechengi.

MAN. **H**IS vi ego consueui in fine notharum tertianarum in autumno, corroborando eas cum aliis, vt opportunum videtur, & da drachmas duas mane, vel drachmas, i. s.

MAN. **N**EC hæc sunt in communi vsu. Cassiam fistulâ. Intellige, vt supra, ligneam. Et si est tussis cum febre. Nota hanc mixtionem in tussi, quam potes in aliis quoque pilulis facere.

SYLV. **O**BSTRUCTIONES hepatis, aperiunt, & bilem, pituitamque putres præsertim purgant.

SYLV. **S**OLANVM id, cuius aqua, aut succo vult comprehendere, sunt qui putant esse halicacabum solani speciem, & inde nomen his impositum: alioqui halicacabum non recipere, nisi male halicacabum omissemus caularis, aut titulum corruptum pro alchindi, vel alio.

COST. **E**X rhabarbaro. Quam aromatum hic omnium pondus pendeat drachmas viginti quatuor, ex his autem, qua purgatrice vi prædita sunt non plures integras, & summas doses faciat, quam septem, rhabarbari enim drachma tres imbecillo etiam corpori vix pro duabus dosibus sunt, myrobalani drach. tres cum dimidia vix pro duabus, hieræ drachma decem vix pro tribus, dubitare licet, an assumpta catapotia hæc drachmarum duarum pondere lentos, putresque succos possunt euacuare. Vere autem eorum, qua ventriculo, mesaraicis venis, & intestinis hæret, præscripto pondere educere posse aliquid certum est, insigniter tamen expurgare corpus non poterunt. Neque vero eiusmodi insigni purgatione in propositis hic affertibus opus est, at moderata, ac potius repetita, qua sensim citra iecoris detrimentum inutilis est, & crassi succi expurgentur, quos si forte propinato ad mensuram maiorem medicamento educere tentaris, dum violento impetu vndique ad sese humores medicamentum trahit, humorum, præsertim tenuiorum sit attractio, qui si non expurgentur iecoris adaugentur, & si verò euacuentur, ad augendam eorum, qui superijunt crassitudinem, occasionem præbent.

COST. **D**E X halicacabo. Vesicarij solani, quod alchechengi vocant, si uelut aperiendo, detergendoque efficaciter esse norunt, qui ad rennum dolores experti sunt, recte ergo ad propositos hic affectus, qui ex obstructione ortum habent, huius solani aqua id est succo reliqua cogit, est autem hæc arum sumendus succus, vt quarum præcipue ea est vis aperiendi, qua etiam lentore suo ad cogenda reliqua sunt opportuna. Subdit autem ad postremum hic author, si coniuncta sit febre tussis, glycyrrhizæ venas addendas dimidio pondere omnium, quo loco quid per venas glycyrrhizæ velit, non constat, eius profecto stirpis medicinae nihil est præter radicem, vsui, radix vero præter medullam tota fibris, ac veluti venis contexta est crassioribus, an ergo neglecta medulla has fibras querit? Non facile dixerim, nam non minoris ea pars vsus est, quam alia. Fortasse ergo per venas glycyrrhizæ

duuntur hic rursus massiche, & ladanum ad dictorum medicamentorum frenandam violentiam, atque ad visera roboranda. Notandum hic rursus, quod (vt in agrogatis quoque nuncupatis antea) crassas fieri pilulas iubet, quo ducta in ventriculo diuturniori mora, a longinquis partibus cerebro neruis, atque articulis valentius trahant.

M E S V E.

CATAPOTIA ex sarcocolla alba sunt, pituitam vacuant, ob id pituitosis affectibus commodant. Recipiunt sarcocollae drach. iiii. turbitid achm. iiii. colocynthidos drach. i. & semissem, zingiberis tantundem, salis gemmae drach. i. dissolue sarcocollam in aqua rosata, hisque comprehendere.

MAN. **E**GO nunquam his vsus sum, nec vidi medicum B vtentem.

SYLV. **V**IOLENTER pituitam, crassam, & lentam trahunt, parum tuta vsu, nisi parua dosi in valentibus, & cum aliis mista: descripta sunt etiam in simpl. cap. de sarcocolla.

COST. **S**ARCOCOLLAE. Si sarcocolla, vt Mesue lib. simpl. testatur, ad crudam ex cerebro, neruis, articulis, thorace, pituitam educendam utilis est, non immerito ad senij affectus vsque adeo probatur. Duo tamen illi in sunt vitia, tarditatis, & imbecillitatis in agendo, quae corrigi docet Zingibere, ac cardamomo. Quare quod catapotia ex sarcocolla hoc loco posita. lib. simpl. Halyseni ascripta, violenter trahant (quod quidam auit) aliam habet causam, nempe non vllum sarcocolla vitium, sed potius (vt puto) omisiam colocynthidis castigationem, quae vim suam cobibentibus eget, qua excitare, & zingiber, & sil gemmeum potest. Itaque si quis trochiscis colocynthidis antea descriptis hic vsus fuerit, mitius euadet medicamentum. Aliquid tamen ad hoc in his desidero, quod ventriculi subuersionem, flatulentiamque a turbitido excitata dissoluat, quod licet zingiber aliquo modo praestet, si tamen in aqua rosacea, qua dissoluenda est sarcocolla, massiche aut caryophylli antea macerentur, fore arbitror, vt citra eam violentiam minus summa haec obeant catapotia, drach. i. pondere assumpta, quam tantopere nonnulli verentur, vt eorum vsus prorsus damnent.

M E S V E.

CATAPOTIA Foetida maiora, vacuant pituitam, crassam, crudam, ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, podagrae gonagrae, dolori spinae, & aliarum iuncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantiae albaras. Recipiunt sagapeni, ammoniaci, opopanax, bdellij, colocynthidis, rutae agrestis, aloes, epithymi, ana drach. v. hermodactylorum, f esulae, ana drach. ij. scammonij drach. iiii. cinnamomi, spicae, croci, castorii, ana drach. j. turbitid drach. iiii. zingiberis drach. j. & semissem, euphorbij drach. vnius partes duas, dissolue lachrymas aqua porri, & finge massam. Dabis drach. f duas.

MAN. **P**ILVLAE foetida: maiores potenter soluunt materias phlegmaticas crassas, & viscosas. vt

A de attrahunt, & soluunt materias contentas in iuncturis, in cerebro, & membris neruosis. Communis tamen vsus ipsarum, est in fine dictarum aegritudinum neruosarum, & maxime in paralyti, & in podagris longi temporis, & aegritudinibus similibus est communis vsus ipsarum, & dosis est drach. cum conditionibus obseruatis praedictis superius assumptis.

A D D I T I O.

Haec pilulae dicuntur foetidae, quia foetidos, & corruptos humores educunt; vel dicuntur foetidae, quia quaedam foetida ingrediuntur.

MAN. **H**ARME L.) Audi, vt supra, speciem rutae syluestris, Da drach. i. satis enim potentes sunt.

SYLV. **C**ATAPOTIA haec arthritica duranda, pituitam crassam, a cerebro, iuncturis, & partibus aliis remouet trahunt, vtenda potius in fine morborum pituitosorum, vt paralyti. Dantur drach. i. Foetida vocantur, quod castorium, rutam agrestem, & liquores graueolentes recipiant potius, quam quod putres humores vacuent.

COST. **F**OETIDAE maiores. Maximi profecto haec catapotia sunt vsus ad propositos affectus, praeter quos in excitandis quoque muliebribus mensibus, educendisque putribus earum partium succis praestare, quotidiano vsu docentur. Neque autem quia valentissimae sint, damnandus est Mesue ea pondere drachmarum duarum exhibens: id enim in robustiori corpore non excedit modum. Tu vero si castigatiora haec velis, sagapenum, ammoniacum, opopanax, reliquaque hic purgante vi praedita, antea correcta assumito, fietque, vt tutissime prescripto etiam a Mesue pondere, mediocri habitu, & vi praeditis corporibus possint exhiberi.

M E S V E.

CATAPOTIA Foetida minora idem polentia. Recipe sagapeni, ammoniaci, opopanax, bdellij, myrrhae, ana drach. v. turbitid, drachm. x. colocynthidos drach. vj. fiant vt priora. Da drachmas duas.

CHRI. **P**ILVLAE foetidae minores non sunt confortatae sicut praecedentes, ideo vsus earum non est sic conueniens sicut praecedentes, quia maioris periculi. & vsus earum est vsque ad scrup. ij. tamen in quibusdam robustis, & fortibus possunt exhiberi drach. j. aliis conditionibus obseruatis, &c.

MAN. Minus valida sunt prioribus.

SYLV. **Q**UOD paucioribus constant simplicibus, minora dicuntur, tamen minus tuta sunt, quam priora, quia minus correcta sunt simplicia: fortibus dari possunt a script, duobus, ad drach. i.

COST. **F**OETIDAE mino. Vtere hic quoque his simplicibus castigatis, & erunt tutissimi vsus, eo etiam pondere, quod praescribit Mesue in robusto corpore.

CATAPOTIA Sagapeni pituitam lentam purgant, ob id iuuant paralytin, spasmus dolorem iuncturarum, dorsii, podagram frigidam. Recipe sagapeni, ammoniaci, bdellij, opopanax, aloes, castorii, rutae agrestis, Mesue. Ec fuis.

COST.

MAN.

SYLV.

COST.

MAN.

COST.

MAN.

SYLV.

COST.

CHRI.

MESVE DE PILVLIS.

stis, ana drac. ii. colocynthidos, drac. iij. Fac mas-
sam cum aqua porri.

CHRI. **I**STAE pilulae, sunt principaliter solutiue
materierum phlegmaticarum crassarum, &
viscosarum a cerebro, & nucha, & alijs membris
neruosis: & conueniunt doloribus iucturaram,
& ad paralytum, & ad spasimum, praemissa tamen
digestione materierum, & dosis est ad dra. i. Tu-
tius tamen est ab eis abstinere, & uti pilulis foeti-
dis maioribus dictis superius. Pilulae cochiae com-
muniter non reperiuntur positae in antidot. Me-
sue, sed earum descriptio ponitur inferius in suo
de appropriatis ca. de cura sodae frigidae. Ponitur
et ipsarum descriptio consilio Almanforis ca. de
dolore capitis a materia frigida, & haec est descri-
ptio, quae coeter habetur in vsu, & sic vbique praeparatae
reperiuntur. Recipie pulueris hierae picrae Gal. dr. x. colocynthidis dr. iij. & tertiam partem
dr. i. scamoneae dra. ii. s. turbith, stoechados, ana
dr. v. confice cum succo absinthij, & dosis earum
coeter est dra. i. Ista pilulae efficaciam magna habent
in soluendo materias frigidas, phlegmaticas, in capite
contentas. vade summe conueniunt sodae, & dolori
capitis facto a materia frigida phlegmatica, & etiam
conferunt passionibus frigidis materialibus mem-
brorum neruolorum, & vsus earum esse debet post
digestionem.

MAN. Neque his vsus sum vnquam.

SYLV. **C**ATAPOTIA cochia pituitam a cerebro, &
alijs neruosis vacuant: ob id conferunt dolori ca-
pitis frigido seu pituitoso: sic a Mesue describuntur in
praxi: recipiunt pul. hierae picrae Galeni drac. x. colo-
cynthidos drac. iij. & etiam partem drac. i. scammo-
nij, drac. ii. & semissem: turbith, stoechados, ana drac.
v. cum succo absinthij forma: dantur drac. i. Adscri-
psimus his, quod vsu sint frequentia, Catapotia Gale-
ni ex aloe idem praestantia, recipiunt colocynthidos,
& succi absinthij, ana partem vnam. aloes, scammo-
nij, singulorum partes ii. mastichen Chiam, & bdellium.
ante etiam miscebat Gal. sed postea sustulit. Dat
vndecim ciceris magnitudine adolecenti bene habi-
to. Paulus autem lib. 7. medullae colocynthidos, aloes,
succu absinthij, singulas partes: scammonij partes ii.
miscet, ac fingit *κακκισ*. hoc est, granula erui magni-
tudine, datque vndecim: vulgo pilulae cochiae dicuntur.
Aliter Rasis, Gradi, Nicol. componunt. Galen. item
lib. 5. methodi ad varias excrementorum species pi-
lulas suas commendat ex aloe, scammonio. colocyn-
thide, agarico, bdellio, gummi Arabico, non adscrip-
ta singulorum mensura.

PITVITAM crassam, lentam, expulsionem para-
tam, a cerebro, spina, & alijs partibus neruosis po-
tenter educunt drachm. i. tutiora tamen sunt scru-
da maiora.

COST. **S**AGAPENI. Sperare ex his quoque licet ad fri-
gidos affectus propositos, non minorem, quam ex se-
tidis vsu, cum vero etiam non minus tutum si ex casti-
gatis simplicibus conficiantur.

MESVE.

CATAPOTIA Euphorbii, pituitam frigi-
dam, crudam, ad neruos fluentem vacuant,
ob id conferunt paralyfi. Recip. euphorbii,
colocynthidos, agarici, bdellii, sagapeni, ana dra.
ii. aloes drach. v. finge cum aqua porri. Dantur a
drac. semis. ad drac. i.

EISTAE pilulae raro habentur in vsu, licet praeparatae
reperiantur. Inducunt. n. violentiam ma-
gnam ex earum potentia, & acuitate in soluendo
phlegma frigidum, & viscosum, quod est causa
mollificationis, & paralyfis, vitandae sunt ergo,
nisi in casu magnae necessitatis, & in corporibus
robustis, & fortibus. & dosis ipsarum est a drach.
5. vsque ad drach. i. Euphorbium est gummi ca-
lidum, & siccum in quarto.

VALIDAE sunt in articularum affectibus a pi-
tuita factis.

NON vtenda nisi in necessitate magna, idque in
robustis.

EVPHORBII. Licet Mesue euphorbium ul-
tra trium siliquarum pondus non propinet: Dioscori-
des tamen ad drachmam integram progreditur. Quare
quum ex horum serie, quae ad haec conficienda catapotia
sumuntur, quaedam drachmarum duarum pondere tuto
sumantur, ut agaricus, quaedam trium, ut aloe, reliqua
vnius, ut colocynthis, & sagapenum: quando huc etiam
accedunt bdellij drachmae duae, quae praedictorum vim
retundunt, ut in his exhibendi minus simus metuculosi,
& excedere drachmam audeamus, suaderi videmur. At
non temere agendum. Quod hic magis verendum est, eu-
phorbium est. id tamen si vel oleo amygdalino, vel citro
castigatum sumatur: ad haec autem colocynthis, agari-
cum, sagapenum, aloe antea correctae veniant: tutissima
haec, & valentissima sunt futura ad frigidos affectus pro-
positos, in frigidis praesertim temporibus, & corporibus,
alioqui puellam noui, quae quum illi in collo tumesceret
ganglia, assumpto ad grana tria euphorbio, alius leuissi-
me, & citra euidentem noxam omnem, magno autem in
discutiendis ganglijs fructu subduceretur.

MESVE.

CATAP. ex Rhabarbaro alia ad hepatis,
& lienis obstructionem, & hydropem. Rec.
rhabarbari drac. vii. ammoniaci, sagapeni,
bdellii, ana drac. x. cancam, drac. viii. opopanacis
drac. iiii. thymelaeae, gummi, ana drach. iiii. tur-
bith drac. x. spicae, polij, aloes, ana drach. v. masti-
ches drac. ii. myrobalarum flauarum drac. x.
dissolue lachrymas vino, & forma. Dantur drac.
ii. cum aqua calci.

LICET Raued. idem sit quod rheon barbarum,
pilulae tamen haec longe efficaciores sunt, quam
quae de Rhabarbaro vocantur. Dosis tamen transeun-
dat drachmam.

CATAP. Imperialia his affinia, bilem, & pituitam
ex nutritorijs partibus vacuant. Rhabarbari vnc. i.
aloes vnc. ii. turbith, agarici, folliculorum senae, quin-
que myrobal. cinnamomi, amomi, cardamomi, ca-
ryophyllorum, zingib. macis, nucis moschatae, zedo-
ariae, cubebae, xyloaloes, croci, anisi, mastiches, spicae
nardi, mellis aerii, ana scrup. i. cum syrupo rosato, aut
violato.

EX rhabarbaro. Quum purgantium, quae huc re-
ferunt, summae doses sint serè vna supra quadragin-
ta, rhabarbari tres, ammoniaci, & sagapeni simul vi-
ginti, opopanacis quatuor, mezerei quatuor, turbithi
quinque, myrobalarum quinque: reliquorum vero,
quae non purgant drachmae triginta sex, profecto cur
supra drachmae vnius pondus offerre non licet, non ap-
paret. Namque dissolutis lachrymis vino, & colle-
ctis in pastillum vnum omnibus, ut collecta illa du-
supra

*Quod de pi-
lulae cochiae a-
gat hinc loco in
tempore de ist-
dem aliquot
fuisse a Mesue
scriptura ad-
monemur,
quod interce-
derit. Pilula
cochiae vsua-
le.*

CHRI.
MAN.
SYLV.
COST.
CHRI.
SYLV.
COST.
MAN.
SYLV.
COST.

Supra octoginta drachmas pendeant fore arbitror. atque A
ita ut uno hæc drachmarum duarum pondere sumi pos-
sint, ex Mesue instituto, præsertim cum sero, quo eorum
vis quodammodo diluitur.

M E S V E.

CATAPOTIA ex Thymelæa, serosum ex-
crementum valenter purgant, seu aquas. ob
id hydropem iuuant. Recipit foliorum † thyme-
lææ aceto infusorum, & siccatorum, dr. v. myro-
balanorum flauarum dr. iiii. cepularum, drac. iiii.
forma cum manna, & tamar Indis, aqua intybi
solutis.

PILVLAE de Mezereon, idest de laureola.
sunt conuenientes principaliter ad soluendum
aquam citrinam: vnde communiter ab omnib.
medicis dantur in cura hydropifis ascitis. Et do-
sis communiter est à dr. j. vsque ad scrup. iiii. ob-
seruatis conditionibus.

A D D I T I O.

Hæc descript. pilularum communiter in vsu
habetur. idem Mesue ca. de Mezereon hanc ean-
dem habet descript. Et dicuntur de Mezereon,
quia ingreditur plus de Mezereon, quam de alio
simplici. Christophorus de Honestis in præfenti
commento habet Mezereon, idest laurcolam,
quod falsum est, vt dictum est supra in confectio-
ne almezereon. Serapio in proprio Antidor. ha-
bet duas descript. pilu. de mezereon, quæ nõ sunt
eadem cum ista.

DANTVR à dr. j. ad scrup. quatuor in ascite. Vali-
de enim purgant aquas: tutius autem thabarba-
ro, aut catapotijs thabarbari miscentur.

EX Mezereo. Mezereon Mesue, vt lib. simplicium
in serie est lactescens plantarum, in qua non est
thymelæa: quid autem sit, adhuc nihil habemus certi. Si
tunc animus fuerit thymelæa pro illa vti, non improbo pro-
bat enim euentus est illam ipsam serosos humores eua-
cuare, quos in propositis affectibus euacuare opus est,
eorum autem gratia non adduntur hoc loco myrobalani,
vel manna, vel tamarindi, qui id humoris genus non edu-
cunt, sed ad iecoris robur, quod alioqui plantis huiuscemo-
di lac ferentibus, & acris lèdi solet.

M E S V E.

CATAPOTIA optica maiora, visum
roborant, & augent, excrementa va-
cuant, corpus sanum seruant sumptis
his, à cibo abstinere est necesse. Recip.
rosarum, violarum, absinthij, colocynthidis,
turbiti, cubebæ, calami aromatici, nucis mo-
sch. spicæ, epithymi, carpobalsami, xylobalsa-
mi, feseleos. sem. rutæ, schoenu anthus, asari, ma-
stiches, car yoph. cinnamomi, anisi, feniculi, apij,
casia, croci, macis, ana drach. ii. myrobalanorum
flauarum, cepularum, Indarum, belleric. embli.
rhabarbari, ana drach. iiii. agarici, senæ, ana dr. v.
euphragiae, drachm. sex, aloes pondus omnium.
comprehende succo foeniculi. Dantur à drach. ii.
ad drach. iiii.

DE istis pilulis ponuntur duæ descriptiones, & CHRI.
ista prima est illa, quæ communiter magis
habetur in vsu, & vbique magis præparata repe-
ritur. Summe conueniunt soluendo superfluita-
tes, maxime phlegmaticas contentas in cerebro,
& sunt conseruatiuæ virtutis visiuæ, & curatiuæ
ægritudinum oculorum, quæ fiunt à materia fri-
gida. Et vltra virtutem solutiua, quam habent,
sunt confortatiuæ prædictæ virtutis visiuæ, spiri-
tus visibiles multiplicando, & eos claros, & per-
uios faciendo. Et dosis est dr. j. s. Rec. sileris, scili-
cet montani, casie scilicet lignæ, & reliqua sunt
nota.

HAS ego roborare consueui, in pituita quidem e-
ducenda cum cochis, in bile cum aureis. Mino-
res magis respiciunt atram bilem, quàm maiores.

PITVITAM à cerebro, & oculis vacuant, ob id ocu-
lorum morbos inde natos curant: ad hæc visorum
spiritum roborant, augent, puriorem reddunt, sic vi-
sionem iuuant. Optica id est visoria, seu cum vulgo,
lucis inde dicta. Hæc roborat Mana. in pituita educa-
da cochis. in bile, aureis pilulis.

LVCIS maiora. Quod nunc Venetias fertur pro xy-
lobalsamo, sapore, odoreque non dissimile vero bal-
samo, quod apud me est, ego quidem libenter vtar, pro eo
tamè si quis violæ albæ radices Galeno substitutas malit,
non erunt hæc inutiles, neque alijs multis hoc loco sumptis
in aperiendo, & attenuando dissimiles. Euphragia au-
tem, cuius meminit, nunc vulgo est nota, licet Græcis in-
tacta, ad caliginem oculorum commendatur: quod tamen
intelligendum vbi is affectus frigidam causam sequatur,
calefacere enim & siccare obseruatur: sic Vinum à Villa
nouano paratum, inuicta in mustum euphragia multis con-
tulit: alijs non contulit, vbi præsertim ex spirituum inopia
vitium est: cum qua siccando absumendoque eorum ma-
teria, auxisse affectum obseruatum est.

M E S V E.

CATAPOTIA optica minora idem pol-
lentia. Rec. xylobalsami, carpobalsami,
ana dr. j. chelidonij, dr. v. rolarum viola-
rum, absinthij, euphragiae, ana dr. iiii. se-
næ, epithymi, myrobalanorum flauarum, cepul.
Ind. bellericarum, emblic. agarici, colocynthidos,
schoenu anthus, lycij, lapidis cyanei, ana dr. ii. &
sem. aloes, pondus omnium. finge cum succo
D feniculi, aut chelidonij.

PILVLAE lucis minores etiam præparantur,
& habentur in vsu, non tamè sicut prædictæ,
& in operatione quasi conueniunt cum illis. Et
dosis est sicut illarum, attamen istæ minores, sunt
plus solutiua materiae melancholica, quàm phleg-
matica, sed maiore magis soluit phlegma, & mi-
nus melancholiã, & cum hoc plus, vel magis sūt
confortatiuæ cerebri, & instrumentorum sensum.

MINORA hæc sunt vocata, quod pauciorib. con-
stant simplicibus, viribus enim valentiora sunt
prioribus: præsertim ad purgandum melancholiam
magis, quàm pituitam: cum illa contra pituitam po-
tentius purgent, quàm melancholiam.

LVCIS minores. Chelidoninm vsque adeo confer-
re oculis creditur, vt binundines pullis suis, quibus
Mesue. Ec ij ex-

MESVE DE PILVLIS

expuncti sint oculi eo restituere visum vulgata sit opinio, quod tamen neque experimentum probat, neque dicitur ratio, quum enim hac vehementer desiccat, quomodo effusum pungendo ex oculis humorem restituat? Non negarim tamen frigidis oculorum affectibus prodesse, ut tamen etiam privatam aliquam illi ipsi vim inesse non negem, qua oculis sit ex usu. Sanè autem quum Dioscoride admonente, & radix, & solia, & caulis, & planta tota usui sit, quàmnam hoc loco utaris parte, nihil inter est, chelidony tamen absolute nomine solia sunt sumenda. At vero quia hic etiam lycij meminit, pro ea nunc Venectias nigrae quadam afferuntur offa, non ijs tamen notis omnibus insignita, quas in probatissimo Dioscorides desiderat. In lycij autem etiam legitimi, si quando ad manus venerit, usu, suspicari licet, ne temere ad oculorum affectus illud ipsum absolute usurpetur; non enim id, sed quod spumofum in summo fluitat dum lycium coquitur, oculorum aut tædicia seruandum: reliquo in alijs utendum. At licet spuma lycij, non lycio sit ad oculos opus, ubi tamen legitimum occurrerit lycium, nouo sorte arteificio nouam spumam parare poterimus, si non equalent viribus legitima spumæ; nõ tamen dissimili facultate confuso enim lycio, & aqua diebus aliquot madefacto nobis quoque licebit ipsum coquere, & quod supernatavit spumofum colligere ad oculorum medicinam. Nunc autem, quando lycij spumam non habemus, in oculorum affectibus, in quibus astrictione sit opus, non negarim syluestrium prunorum, ligustivi, aut rhus succum fore ex usu, sed amurcam, quam vetustissimam, quæ olei (oculis natura aduersi) pinguitudine sit ex pers, cupreo vase, ut docet Dioscorides, ad mellis consistentiam cocta, maxime vterer, at si non astrictione, sed deterfione sit opus, hisce, ut quæ non detergant, synceris non vtar, sed cum saccharo albo commistis. At ubi assumendum est lycium, non etiam fors admoendum, dimissa amurca, in illius locum prunorum syluestrium, & rhus succum semper proponam, quamquam non satis video quid in oculorum affectibus assumptum lycium, aut reliqua hæc præstare possint, nisi forte lazzissime sumpta, dum tenuiores humores crassiores reddend, ne in superiores partes ferantur, efficiunt, conferre eo nomine existimemus.

MESVE.

CATAPOTIA stomachicæ cerebrum, & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, coctionem iuuant, appetentiam excitant. Recip. hieræ picæ drachm. x. trium myrobalan. absinthij, ana drachm. ij. mastiches, anisi, bellericarum, emblicarum, agarici, ana drachm. iij. & semissem, zingiberis drachm. ij. caryophyllorum, salis gemmæ, schœnu anthus, ana drach. j. turbith drach. xii. confice cum succo absinthij. Da drach. ii. vel iij.

CHRI. **P**ILVLAE stomachicæ stomachum, & digestionem confortant. & superius posita est descriptio pilularum stomachicarum, quæ communiter sunt in usu. verum hæc duæ descriptiones modicum differunt in virtute, & operationibus. Istæ enim purgando humores putridos, & corruptos contentos in stomacho ipsum stomachum confortant, virtutem digestiuam vigorando. Et conferunt agritudinibus frigidis cerebri materialibus. Et dosis communis earum est drachm.

E vna, licet possit dari drach. j. s. obseruatis conditionibus, & c.

POSSVNT dari tantum à drach. j. ad drach. i. & dimidiam, ut prædicta: nam corpora regiones frigidas habitantia, quia pituitosa, alba, mollia, minus valentia ferunt medicamenta: quàm corpora nigra sicca, dura, regiones calidas, ut Ægyptum, Æthiopiæ colentia. Gal. in li. c. ph. g. Catapota autem ex puluere solus hieræ picæ Gal. cum mello rosato, vel syrupo ros. vel alio formata idem possunt quod hiera ipsa, & ad drachm. ii. sumi possunt. Catapota Rufi ex aloes vnc. ii. croci, myrrhæ, ana vnc. i. cum vino albo aromatico, vel potius syrupo limonæ, vel succo citrei formanda, illis proxima sunt viribus. Pro croco autem ammoniacum thymiana miscet Paul. lib. 3. c. de petilentia ex Ruso. Sunt enim contra pestem salubria, præsertim additis vnc. ii. boli Armenicæ & aloes, si estas sit, lota, in aqua intybi, & rosarum. Nam ventriculum, intestina, melatæm, hepar, cerebrum purgant humore putri, bilioso, aut pituitoso. Dantur mane ieiunis. dr. ii.

STOMACHICA. Quum medicamentorum, quæ hic ad purgandum sumuntur, doses sint circiter decem, & octo, vniuersæ autem horum summa excepto succo absinthij, quo cogenda sunt, drachmas quinquaginta duas pendet, cur Syluius contra authoris insistentiam, hoc ipsum medicamentum exhibendi modum præscribat drachma tantum vnius: iam dimidia, non video. Quod si quis in suis tantum regionibus hoc consuleret illum dicit, in quibus frigidiora, & pituita opplet sunt corpora: et qui eiusmodi corpora valentiorum ferre purgationem, quam calidarum regionum incolas, & ratio docet, quia viribus superiores sunt, qui frigidas colunt regiones, quam qui calidas densato corpore, contractæque ad interiores partes calore, non autem foras copiosius effuso, & quia humores illis crassiores sunt, atque ad educendum inegiores. docet vero etiam experimentum, quando frigidarum eiusmodi regionum homines summi, & præcipitato hydrargyro largius sumpto non leduntur, et leduntur nostri. Quare in robustis corporibus cum caco-chymiam, seruatis reliquis, qua seruanda sunt, si ea, quam Mes. præscribit, aut certe paulo inferiori mensura hæc catapota exhibueris; nihil accessurum periculi existimarem.

MESVE.

CATAPOTIA stomachica alia idem pollentia. Recip. trium myrobalanorum, ana drachm. iij. rosarum, mastiches, ana drachm. ij. cardamomi, ligni aloes, santali citrini, cubebæ, caryophyllorum, schœnu anthus, nucis moschatæ, ana drach. ii. rhabarbari vnc. semissem, turbith drachm. vii. aloes pondus omnium, comprehendente omnia vno odoro.

NON sunt hæc superioribus multo inferiora, nisi forte in crassa pituita detrahenda sint illis minus valentia ob agarici defectum.

MESVE.

CATAPOTIA stomachica alia nobis inuenta, ventriculum, & caput expurgent, quouis tempore sumi possunt. Recip. turbith, drachm. x. mastiche, drach. iij. rosarum

CHRI.
AN.
SYLV.
COST.
COST.
COST.

rosarum drachm. iiii. aloes bonæ ad pondus omnium. comprehende succo absinthij.

ISTAE pilulæ sunt mundificatiuæ materiæ crassarum contentarum in stomacho, & in capite, soluendo principaliter materia phlegmaticas, corruptas, & maxime subtiles, & aquosas. Et sunt pilulæ satis domesticæ. Et earum dosis est vsque ad drach. i. s. cum conditionibus obseruatis.

PRIMAE pituitam purgant, & ventriculum roborant, secundæ bilem etiam purgant, tertiæ pituitam, quartæ inter omnes has sunt minus calidæ.

MATERIAM pituitosam, putrem, præcipue aquosam ex ventriculo, & cerebro vacuant à drach. i. ad drach. i. & semissem.

STOMACHICAE aliæ. Quod hic sumi posse ait **S**omni tempore difficile est: non enim constat, an omni anni tempore, an quauis diei hora: an quaque morbi aetate. Nullum profecto medicamentum omni tempore anni dari potest citra noxam: neque hoc ipsum, de quo egitur astutus caloribus impune exhibueris ob aloem, cuius calorem nihil hoc loco temperat præter rosas: non etiam à cibo ob turbithum, cuius vis est, ut ventriculum moleste subuertat: non videntur etiam in omni morbi tempore sine iniuria capi posse, quando humores adhuc crudiores educationi aduersantur. Caterum, habenda est sanè ratio, & constitutionis anni, & horæ, & aetatis morborum: at ubi ventriculus tantum, & caput sine obseruatione febris, alicuiusve morbi grauis expurgandum est, si calidioribus etiam anni temporibus, habito tamen minus astuosa horæ delectu, hæc ipsa catapotia exhibue is, non puto erraturum. Licet enim ea caliditatis alicuius imprimere ventriculo vestigium possint, non id tamen supra modum insigne, tum, ob rosarum (si reliqua spectes) accessionem, tum quod dum biliosos succos aloes nomine educunt, asserre aliud corpori vniuersa refrigerium possunt. Neque vero etiam caret hoc loco turbithum antidoto eius vitium castigante. mastiche enim & discutere status ab eo excitatos, & cum rosa maxima confirmare os ventriculi potest, illud autem obseruatum est, solidiora huius generis medicamenta, & ante, & post cibum non frustra sumi. Licet enim de non commiscendis cibo medicamentis disputatio sit grauis, tamen qui vnam ventriculi expurgationem, & alii deiectionem querunt, non falluntur expectatione, ac si etiam est in nostro corpore vis discretrix, quæ interdum Aueroes flatuit, commo-dat illa, & medicamento, & alimentis distributionem faciet, ut ne alterum alterius occursum laedatur, alioqui, quamuis attracticem partium naturam refugere alimentum medicamento vi imbutum verisimilem habet consuetudinem: non illam tamen cum alimenti indigentia, feriari credibile est, quin quod illi est opus, & quantum unquam utile est, ex pessimo quouis exurgat apparatus. At vero quum postremo, non omni morbi aetate hæc esse accommodata diserebatur: annuo, si ex vniuerso genere vniuerso, atque ex corporis habitu trabendi sint humores, colitione esse opus, at qui in ventriculo quippe in intestinis sunt, circa qua vis medicamenti magis viget: etiam non expectata colitione facile, atque impune educi quotidie obseruamus, ut propterea catapotia hæc omni tempore, & anni, & diei, & morbi (ita ut diximus) sumi posse nõ temere hic author admonuerit,

A qua deuorata sesqui drachmæ pondere vix ventrem trahendo excedunt. Quod si obijcias in longinquiores etiam partes eorum vim ferri, quando ad caput quoque expurgandum faciunt, admonente Mesue: consequentia id quadam fieri intelliges: dum enim prauis ventriculus succis expurgatur, ne ex ipso mali halitus efferantur in caput, etiam consequitur. Immo quum ex quacunque corporis parte fiat euacuatio, vniuersum corpus eiusdem euacuationis sit particeps, ita etiam expurgato ventre leui quouis medicamento, expurgari ipsum quoque caput, non est à ratione alienum.

M E S V E.

CATAPOTIA stomachica alia, caput, & ventriculum purgantia. Recip. aloes, drach. vj. mastiches, rosarum, ana drach. ii. compone cum succo solani.

HÆC ostendunt hieram picram Galeni tribus his simplicibus absolui posse, sed minus efficacem, ut ante docui.

STOMACHICAE aliæ. Solani succum ventriculi ardoribus vtilem scribit Dioscori. Quare catapotia hæc inutiles ventriculi succos præsertim biliosos cum refrigerio, aut certe cum temperie euacuare capta sunt. longe ab hiera Galeni diuerso vsu, quæ non modo pituitam quoque ob asarum ex ventriculo purgare potest: sed cum ventriculi ipsius calore; ita ut hisce tribus absolui Galeni picra non possit, ut ait Sylius.

M E S V E.

CATAPOTIA alia ex trochiscis colocynthidis, efficacia ad affectus cerebri, neruorum, & iuncturarum pituitosos. Recip. trochiscorum colocynthidos, drachm. x. salis gemmæ, drach. i. ladani, drachm. xii. olei rosarum q. s.

HÆC minus calidæ sunt, quàm quæ iuxta Hermetem superius sunt descriptæ.

ALHANDAL. Non incommode trochiscos colocynthidis cogit ladano, ut eius medicamenti vis effera ladani glutino quasi compedibus quibusdam coercetur. Sed est præterea ladanum pituitoso ventriculo commodum, quod calefacere, & desiccare potest. Sanè rosaceum quoque oleum hic exposcit, ad inungendum horum catapotiorum pastillum, ne areseat.

M E S V E.

CATAPOT. stomachica alia. Recipiunt myrobalanorum flauarum, aloes, turbith, ana drach. x. rosarum, spicæ, mastiches, drachm. ii. & s. anifi drach. i. semis, salis Indi, croci, ana drach. i. misce cum succo absinthij.

NON multum differunt ab his, quæ tertio loco supra sunt scriptæ.

Hęc ob myrobalanos flauas, bilem flauam leuiter vacuant.

STOMACHICAE aliæ. Non bilem modo flauam, ut ait Sylius, educere hæc poterunt propter citrinos Mesue. Ec ij myro-

MESVEDEPILVLIS.

myrobalanos: sed etiam pakkidam ob aloen, & eodem nomine serofam pituitam: ob turbitum autem, & sal Indum pituitam etiam crassiora.

MESVE.

CATAPOTIA ex Agarico, thoracem purgant pituita crassa, & putri. ob id antiqua tussi, & asthma conferunt. Recip. agarici, drachm. iij. radices ireos, prasij, ana drach. i. turbiti, drach. v. hieræ picræ, drachm. iiii. colocynthidos, sarcocollæ, ana drachm. ii. myrrhæ, drachm. i. misce cum sapa. Da drachm. ii.

CHRISTAE pilulae conueniunt in passionibus capitis, & pectoris, euacuando humores crassos, & adherentes, artrahunt etiam omnem materiam à iuncturis; vnde conferunt peripneumoniacis, asthmaticis, tussientibus, &c. Et dosis earum est scrup. iiii. Earum compositionem ingreditur radix ireos, faciens lilios caelestinos, & est calida, & sicca complexionis in tertio gradu, cuius succus summe confert hydropicis asciticis, soluit enim aqua citrinam in copia magna, & dosis eius est vsque ad drach. iiii. depuratus cum modico mellis, vel zucchari, spica, & cinamomo. Et dosis est drach. iiii. praedicti succi sic preparati cum drach. i. mellis, vel zucchari ad soluendum vsque ad iiii. asellas. Et de tali potione potest exhiberi semel in septimana, praesupposita semper virtutis constantia, & debet assumi ab actuali caliditate de mane, sicut alia potiones: & iam vidi solum cum hoc medicamine, & alio bono regimine in sex rebus non naturalibus plures hydropicos curatos esse.

MAN. HAEBIQUE confectae inueniuntur, & pectori sunt admodum vtilis. Auic. eas describit ca. de asthma, sed non apponit myrrham.

SYLV. TRAHUNT etiam à capite, & iuncturis, & peripneumoniacis etiam conferunt scrup. sine myrrha sunt Auic. c. de asthma.

COST. DE agarico. Si agaricum, turbitum, & colocynthida correcta in his conficiendis catapotijs sumpseris, ut minus molesta, ita etiam reddes vtiliora.

MESVE.

CATAP. ad febres biliosas, & morbos ex bile flaua, & sanguine natos. Recip. myrob. flauarum, & Indarum emblicarum, seminis fumaricæ, cassuthæ, ana drach. ii. foliorum ros. feminis citruli, rhabarbari, ana drachm. ii. (alij rhab. drachm. vi.) scammonij in cydonio cocti, drachm. i. & semissem, (alij drachm. ii. & semissem,) succi eupator. succi absinthij, ana drachm. ii. agarici drachm. ii. & semissem, hieræ picræ, drachm. viii. † mellis cum casia fistula, tamar Indis, & succo intybi misti q. s. Dantur à drach. ii. ad aur. ii.

MAN. NON est tutus earum vsus in febribus magnis,

AD febres cholericas. Quaecunque prauos humores ducunt, dum sanguinem excretis illis prauis puriorem reddunt, morbis itidem conferunt, qui à vitioso sunt sanguine procreati: at, qui à sanguinis absolute sunt redundantia, si ex euacuatione per medicamentum fructus aliquid sentiant, id per accidens est, nempe ut euacuationem illam perspiratus quoque vniuersi sanguinis sequitur, qui ad arcendam putredinem, labemque à sanguine momenti est multi. Atque hoc commune est omnium eorum, quae purgant privilegium, priuatum vero ad morbos à sanguine vsum sola venesectio proprie offert. ita ut quod hic auctor ait conferre catapotia hac ad morbos à sanguine, non satis assequar. non enim sanguinem hac educunt. Ac vero quum hic ad postremum mellis, casiae, tamarindorum, & succi endiuiae meminit, quibus cogenda sunt reliqua, quum vetusta versio habeat mellis, aggregationis casia fistula, tamarindorum, & succi endiuiae, hunc aliud mel quare non puto praeter melleum liquorem, qui ex casia, tamarindis, & succo endiuiae commistis prodit. Satisfacit profecto hac melligo sine melle ad cogenda reliqua, atque id sonare, ea videntur uerba, licet Sylius praeter caetera mel quoque exquirat.

MESVE.

CATAPOTIA Diarhodon, ventriculum firmant, coctionem iuuant, oris odorem commendant. Recipe trochiscorum diarhodon, absinthij, ana drachm. v. summitatum schœnu anthus, mastiches, ana drach. ii. salis Ind. drachm. i. aloes bonae pondus omnium, comprehendende aqua foliorum citri.

PILVLAE Diarhodon, sunt domesticae, & magne securitatis in soluendo phlegmaticam materiam subtilem, ac etiam materiam cholericam, virtute aloes, quae ingreditur compositionem ipsarum; cum hoc etiam sunt confortatiue virtutis digestiue stomachi desiccando putredines in eo contentas, & oris odorem bonum faciunt, & dosis est vsque ad drachm. i.

FAGILES admodum essent, sed non parantur.

PITVITAM, praesertim tenuem, & putrem à ventriculo vacuant, & vi aloes etiam bilem.

DIARHODON. Imbecillium hæc sunt virium purgando, quando praeter sal Indum, & aloen reliqua astringenti ferè sunt praedita facultate. Quare si quis purgandi nomine eis vsurus sit, licebit impune drach. etiam duarum transgredi pondus, namque aloes, quae aequalis cum reliquis simul omnibus ponderis esse debet, drachmas pendet quindecim, quae vix, ac ne vix quidem, doses sunt octo: addita autem Indi salis drachma vna doses sunt nouem. pendet vero excepta aqua citri foliorum, vniuersum compositum drachmas triginta, quo fit, ut robustio corpore drachma etiam ternæ innoxia sint futurae, mediocri autem bing: hoc vero dictum sit propter Honecium. Aqua foliorum citri si in promptu non sit stillatiua ex contusis citri folijs, & rosacea inspersis esse exprimenda. Ex ijs enim natura aridis vix succum trahes.

MESVE.

M E S V E.

CATAPOTIA ex Turbith aurea dicta, bilem, & pituitam citra molestia purgant, hepar, & ventriculum roborant, coctione iuuant. Recipiunt turbith boni drach. vii. aloes vnc. i. & semiss. mastiches, rosarum, ana drach. vi. myrobal. flauarum, drach. x. croci drach. iij. confice cum succo absinthij.

MAN. HIS patres nostri utebantur, & Turbithatas vocabant.

SYLV. NOMINE aurearum pilularum medicis veniunt, quae a Nicolao describuntur. Haec autem turbithicae his appellantur. Mesues sine zingibere parat, ut sint mitiores, & minus longe trahant: zingibere enim turbith actionis vim talem impartit.

COST. TURBITH. Ut citra molestiam haec purgent, correctam turbithum est sumendum, corrigitur autem reze zingibere, quod tum efficit, ut a remotioribus trahat partibus, tum ut diuissis strabus, quorum causa subverti ventriculus solet, minori cum molestia purgent, quod Syluij pace sit dictum, scribentis sine Zingibere forte has pilulas mitiores, & minus e longinquo tracturas.

M E S V E.

CATAP. ex Turbith alia idem potentia. Recip. turbith, myrobal. flauarum, aloes, ana drach. x. mastiches, rosarum, picæ, ana drach. ii. & semissem, anisi, ana drach. i. & semissem, croci drach. i. fiat massa, ut prius. Alii addant salis Indi, drach. ii.

COST. ALIAE. Haec addito sale Indo paulo valentius pituitam trahent, quam superiora, robustiori autem homini drachmæ duæ cum dimidia impune dabuntur.

M E S V E.

CATAP. ex lapide Cyaneo ad affectus melancholicos, & bile vsta natos. Recipe. lapidis cyanei loti, drach. vi. epithymi, poly podii, ana drach. viii. scammonii, ellebori nigri, salis Indi, ana drach. ii. & semissem, agarici drach. viii. caryophyll. anisi ana drach. m. iij. hieræ picæ, drach. xv. melle cum succo intybi. Da drach. ii. cum aqua calci.

CHRI. PILVLAE de lapide lazuli, maxime sunt in vtu, & sic vbiq; preparatae reperuntur. sunt solutivae humoris melancholici, & maxime aduisti, ideo conferunt lepra, caneros & quartanae facta a materia aduista, sunt enim magnæ securitatis, & facilliter soluunt, & dosis est vique ad dr. i.

MAN. SVNT fortiores quam Indæ in atræ bilis purgatione.

SYLV. CANCRO, elephantiasi, quartanae tuto & sine molestia purgando conferunt a drach. i. ad dr. iij. & semiss. atram bilem purgant valentius quam Indæ.

A EX lapide lazuli. Minus in his auderem, quam in superioribus exhibendis. eorum tamen drachmas binas, quas prescribit Mesue plenum corpus feret, praesertim cum sero, quod ea diluens, & ne diuturnam in ventriculo ducant moram efficiens, eorum quoque retundit vires, turus autem, & celerius, & in unum agatur, si velle preparatis lapide cyaneo, scammonio, nigro elleboro, & agarico usus fueris, ut certo non aduertente etiam scriptore, illi semper utendum existimo, qui sequendum Hippocratis praecipium sibi constituerit, curandi in cunctis, cito, & tuto.

M E S V E.

CATAPOTIA ex lapide Armeno, melancholicam, & bilem vitam multiplicem utramque clementer vacuant, ob id morbis inde natis conferunt. Recipiunt lapidis Armeni loti, & preparari, hieræ picæ, ana drach. v. epithymi, poly podii, ana drach. viii. scammonii in cydonio cocti, drach. m. iij. caryophyllorum, drach. ii. salis Indi, drach. i. & semissem, confice cum succo solani.

I STAE pilulae rarissime habentur in vtu, quia virtute conueniunt cum pilulis de lapide lazuli antedictis, sed sunt maioris violentiae, & potentiae in soluendo, & maxime materiam cholericam, licet etiam melancholicam aduistam, ingreditur enim earum compositionem scammonia, quæ est potentissima ad soluendum materiam cholericam.

NON parantur hæc, quoniam lapide Armeno caremus. Ab Alexandro describuntur, & summo opere commendantur. In variis tamen codicibus vario modo legitur earum compositio. In antiqua interpretatione hoc modo: Picæ, epithymi, agarici, scammonia ana scrup. iij. lapidis Armeni loti drach. iij. garyophyll. grana. xx. In alio exemplari legitur: Scammonia scrup. ij. lapidis Armeni scrup. iij. In alio legitur ana scrup. iij. Confice cum succo citri vel rhodomelite, dabisque scrup. ii. Mesue infra de soda melancholica accipit de alijs drach. iij. de scammonia drach. v. garyophyl. drach. i.

RARIVS vsurpantur, quam prædicta: quia impotentius purgant, licet clementius. Actuarius habet pro polypodio, agarici drach. iij. & ponderibus variat. Alexander picæ, epithymi, agarici, scammonij, ana scrup. iij. lapidis Armeni, loti, drach. iij. caryoph. grana. xx. in alio exemplari scammonij scrup. ii. lapidis Armeni scrup. iij. in alio, ana scrup. iij. Mesue in cephalalgia melancholica accipit aloes drach. iij. scammonij drach. v. caryophyl. drach. i.

EX lapide Armeno. Armenum lapidem si quis ea ratione prepararet, quam alias de cyaneo parando docuimus, hæc clementius educunt, eodem pondere (ut puto) quo superiora, quibus hæc inferiora sunt ellebori nigri, & agarici nomine, quo hæc ipsa carent, itemque ob hieiram, quam illa triplo ab illa maiorem sumunt.

M E S V E.

CATAPOTIA ad catarrhum, coryzam, tussim, alioque his succedentes affectus, recipiunt myrrha, drach. vi. thuris drach. v. opii, hyoscia-

MAN

SYLV

† agarici

CHRI

MAN

SYLV

COST

Pilul. ad emnes morbos ea tartia

COST.

MAN

SYLV

COST

CHRI

MAN

SYLV

COST

MESVE DE PILVLIS

hyosciami, ana drach. iiii. croci drach. i. & semissem, radicum linguae canis, drach. iiii. & semissem. forma massam. Da drach. semissem. ad drach. i.

ter sunt constrictinae, & curatiuae predicti fluxus, & vlcera, quae fiunt in intestino recto ex acuitate, & adustione praedictorum humorum. Et dosis est drach. i. s.

ADDITIO.

Notandum, circa istam receptam pilularum multi viri docti errauerunt, & praecipue circa vocabulum venera: na in presenti recepta multi, & falso scripserunt venarum, vbi debet scribi venerarum. Nam venera est conchula, quae asportatur de Sancto Iacobo a peregrinis, quae conchula maxime valet ad fluxum superfluum sanguinis per partes inferiores, vt vult Aui-cen. xxi. tertii c. de superfluo fluxu mestrurorum. Similiter Serapio in prima descript. pilularum de bdellio, habet venerarum adustarum, & sic praetens recepta ferè apud omnes reperitur mediosa, quo ad istud simplex venera, quia scribunt vena, siue venarum adustarum pro venerarum adustarum. Et ideo aduertant docti medici, & aromatarii, ne de caetero talem error-em manifestum committant.

MAN. HAS vocant aliqui alchaber, alii de cynoglossa, & magnam vim habet in tenuibus siccitatis destillationibus, sed non est eis temere vtendum, sicuti neque aliis stuporem inferentibus. Aliae in eundem vsum scribuntur ab ipsomet Mesue capite de catarrho, quas dicit esse Alexandri, quae non alia re differunt ab eis, quae describit Alexander, nisi quod iubet Mesue conficere eas cum succo cynoglossae, & Alex. cum aqua, in qua opium dissolutum sit.

SYLV. PILVLAE de cynoglossa aliis dicuntur: tenuem destillationem sicut sed parum tuta sunt, vt aliae stupefacientes. Alias ex Alex. in eundem vsum describit Mesues c. de catarrho, quas cum succo cynoglossae conficit: Alexander vero cum aqua, in qua opium sit dissolutum.

COST. AD omnes. Tutiora sunt Pauli Aeg. catapotia lib. 3. cap. 28. ex myrrha, styrace, opia, galbano aquo pondere commistis, quinque erorum magnitudine assumpta.

MESVE.

CATAP. ex Sagapeno, ad ischiadem, podagram, & reliquarum iuncturarum dolorem, ac etiam vteri. mensesque promouent. Recipiunt. sagapeni, ammoniaci, opopanax, bdellii, ana drach. ii. & semissem. seminis apii, ameos, ruta agrestis, anisi, ana drach. i. acori, & lepidii Indici, calaminthes, folii, centaury, polii, costi, salis gemmae, ana drach. semissem. aloes, drach. vi. colocynthidos, drach. v. fac massam. vt ere.

† Serapio.

MAN. SAGAPENON, vt inter simplicia scripsit Gal. non habet pro purgatorio, sicuti nec opopanax. Satragi. Vt supra lepidion. Harmel. Ruta syluestris.

COST. DE Sagapeno. Qua aperiendi, attenuandi, dissol- uendique facultate praedita sunt, in articulis morbis non solum non semper iuuant, sed dum nouam excitare attenuatorum humorum fluxionem possunt, frequenter ledunt: at ad succi tamen ex ijs partibus profun- dis educationem ijs est opus, quae & tenuium sint partium, & purgatorij, quo vsu sumus medicamenti vim in affe- ctas partes deducant: vt propterea non temere haec ad articulum morbos proponantur, licet attenuandi, secan- di, ac dissoluedi praedita facultate.

MESVE.

CATAPOTIA ex bdellio maiora ad fluxum haemorrhoidum, & vlcera in eis, & ad menses immodicos. Recipiunt bdellii, drach. xii. ameos, drach. iiii. cepularum, Ind. belleric. emblic. & pectinum vstorum, succini, an. drach. ii. & semissem. infunde bdellium & succo porri, & forma massam. Dantur a drach. ii. ad aur. ii.

† Concharu, alij auellana- rum, alij vena- riarum, id est radicem acori legunt. † vel decolla, vel distilla- ta aqua porri se- ctis & non transplata.

CHRI. ISTAE pilulae magistraliter sunt in vfu, quia conferunt ad superfluum fluxum haemorrhoidarum leuiter soluendo materiam melancholicam, quae fluit ad venas illas, & subsequen-

HVMORE melancholico, & vsto per intestina clementer his catapotis vacuato, derivatio fit ab haemorrhoidibus, & vlcibus intestini recti, quae vsti humores illi erodendo excitant: & ab immodica per vterum vacuatione, & vim retentivam hepatis, ac lienis imbecillam roborant.

EX bdellio maiora. Bdellium & Dioscoridi humores ex vtero detrahit, atque urinas molitur, & omnis profusus facultatis astringentis expert agnoscitur, ita vt dubitare liceat, quomodo haec catapotia cum tanta bdellii copia, accedente etiam nymphae, & succo porri, quibus aperiendi vis inest insignis, ad immoderatos tamen menses, atque ad haemorrhoidarum fluxus probe- tur. Fortasse autem dum haec urinas quoque cient, auertunt ab vtero humores, aut etiam non modo huc aperiendi facultas myrobolanis quatuor generum, pectini- bus vstis, & succino qui tum exsiccare, tum astringere valent, cohibetur: sed etiam horum ipsorum vis distor- uentium vi ad affectas partes deducitur. Pro vene- reis vstis, quas hic quaris, quodcumque concharum ge- nus exustarum sumpseris, lauare semper debet, ad ignem calorem auferendum. Licebit etiam carum loco, vel ebur, vel cerui cornu vstum, vel aliud eiusmodi quid- piam impune vsurpare.

MESVE.

CATAP. ex bdellio minora, idem potest- tia. Recipiunt myrobalarum cepularum, Indiarum, emblicarum, & belleric. ana drach. v. bdellii, drach. xv. Forma, vt prius.

BDELLII minores. Tum hic, tum in proxime superiuri myrobolani nullum artificium passi sumen- di sunt.

CHR

SYLV

COST.

SYLV

† Thallus

† Thallus

CHRI.

† Thallus

† Thallus

di sunt: asperior enim eorum substantia tum vsui est ubi astringentis ope egerimus, tum bdellij molitie abunde con-
rigitur.

M E S V E.

CATA P. de Bdellio alia nobis inuenta, idem polientia. Recipiunt myrob. nigrum, emblicarum, belleric. ana dr. v. bdellij dr. x. scorix ferri, feminis porri, ana drach. iiii. coralli vsti, tuccini, pectinum vitorum, ana dr. i. & margaritarum, dr. semis. Forma vt prius.

CHRI. **I**STAE pilulae sunt consimiles in virtute & modo operationis cum pilulis de bdellio maioribus. Et dosis earum est vsque ad dr. i. semis: sunt enim leuissima solutionis, & fluxus haemorrhoidarum contrictinae, sicut & supradictae, habent enim virtutem hepatis contentiuam, & splenis relaxatam, ac debilem confortare, & vigore, sicut & praedictae pilulae maiores.

SYLV. **O**MNES pilulae ex bdellio valent profusioni sanguinis ex ago, non autem his, quae caecas haemorrhoidas vocant. In maioribus, cortices auellanarum vstos, vel radicem aliquam stypticam vltam cape, pro venarum, seu pectinum. Vltimè ad fluorem immodicum sanguinis per sedem, vel vterum, vel os sunt efficacissima.

COST. **B**DELLII nostrae inuent. Vt est hoc medicamentum proxime descriptis omnibus imbecillius ad purgandum, ita Valentinus ad astringendum fluxum & desiccandum, ob ferri praesertim scoriam, de qua admirari licet, quomodo, quae in aperendis obstructionsibus efficacissima est, etiam in astringendi fluxibus valeat. Sed vt aperire obstructions detergente vi summa potest, ita fluxionibus prodesse exsiccando nihil mirum.

M E S V E.

CATAPOTIA ex colocynthide, ad affectus pituitosos, & melancholicos, vt alphas curatu difficiles, & iuncturarum dolores. Recipiunt colocynthidos drachm. vi. myrob. nigrarum, & siuarum, tagapeni, bdellii, sarcocollae, ana drach. v. aloes drachm. vii. melanthij, cymini, carmeni, origani persici, † nasturtii albi, salis geminae, absinthii Romani, ana drachm. i. infunde lacrymas † aque porri, & cum caeteris finge massam. Dantur a drach. i. ad aur. i.

CHRI. **I**STAE pilulae sunt magnae potentiae in soluendo materias crassas phlegmaticas vitcoias illas maxime attrahendo a membris remotis, & a iuncturis, & cerebro, aliis membris neruosis, & vius ipsarum est vitandus in quantum est possibile, propter ipsarum violentiam, quam naturae inferunt. Dosis tamen earum fortibus esset drach. i. parui ponderis. Si quis tamen vellet, posset eas admiscere cum pilulis debilibus in soluendo. Et nota quod talis sit admixtio diuersarum pilularum, aut propter diuersitatem humorum, in quibus tales materiae continentur, sicut exempli gratia, adiuuicem admiscetur aggregatae, & cochiae, quando materia est mixta de materia

A phlegmatica contenta in capite, & cholericam contenta in hepate, & sic aliae pilulae possunt ad inuicem confici secundum diuersitatem necessitatis.

HAE in vsu non sunt, eas tamen si quis parare voluerit, pro albo nasturtio thlaspi accipiat.

PITVITAM crassam, lentam a cerebro, & partibus omnibus neruosis potenter trahunt dr. i. in fortibus, parum tata sunt per se, cum aliis parua portione misceri possunt alius humorem vacuatis, & ab alia parte, si his scopis erit aliquando feruendum.

COLOCYNTHIDIS. Cuminum Carmenum seseli est. Quid autem sit nasturtium album, cuius quae meminit, non constat, suspicari licet ibi idem intelligi, quae nasturtium syluestre. seu cynocardamon vocatur Apuleio, quam Dioscorides habere ait folia, & radices nasturtio similia, florem autem estate lacteum proferre. Huius igitur semina, acris, & attenuandi praedita facultate qui hoc loco usurpavit, non puto erraturum, quauquam thlaspi magis probarim, cuius post nasturtium meminit Dioscor. Matthaeus profecto Siluaticus de nasturtio agens quoddam esse ait domesticum, quoddam agreste: de agresti autem agi eo capite quod proxime succedit, quo de thlaspi. Sed quomodo thlaspi nasturtij albi conueniat nomen, non patet. Sanè quum postremo loco Mesuae infundendas ait in succo porri lacrymas, & cum caeteris pastillum catapotiorum effingendum, an velit solo porri succo lacrymarum iam qualitatibus imbuto rem agi, an etiam ipsarum lacrymarum corpus sumi, non explicat. Sed lacrymas ipsasmet velle puto, vt in superioribus de sarcocolla & scridis, quibus lacrymas succo pomi dissolui iussit, ita vt infusionis nomine dissolutionem intelligat. Sic vero & in proxime praecedentibus, & sequentibus infusionis nomine dissolutionem quaerit.

M E S V E.

CATAPOTIA ex opopanace, ad paralytim, spasmus cynicum, gonagram, podagram, & aliorum articularum dolores, morbosque partium neruosarum frigidos. Recipiunt opopanacis, hermodactyli, tagapeni, bdellij, ammoniaci, colocynthidos, ana drachm. v. croci, castorij, myribae, zingiberis, piperis macropiperis, castae, myrobal. flauarum, belleric. emblic. ana dr. i. scammonij, dr. ii. turbiti, drachm. iiii. aloes, † drachm. xi. infundantur lacrymae aquae brassicae, & cum his fac massam. Dantur a drachm. j. ad aur. j. cum aqua chamæpityos.

PILVLAE de opopanace principaliter conueniunt in aegritudinibus frigidis cerebri, & iuncturarum ab eis soluendo materias phlegmaticas crassas, id est admixtas cum melancholicis. Et dosis est drachm. i. sunt etiam solutiuae materiarum cholericarum, licet a praedominio phlegmaticarum.

NEC haec in communi vsu sunt; efficaces tamen in articularum doloribus a pituita factis.

VACVANT a cerebro, neruosisque partibus pituitam crassam: sed etiam melancholiae, & bilem.

M E S V E D E P I L V L I S

COST. **O**POPANACIS. Myrobalani flavi ac scammonium ad biliosos tantum humores educendos proponuntur à Mefue lib. simpl. importune igitur hic ad affectus articuloꝝ frigidos permisceri cum alijs videntur. At scammonium correctum cotoneo pituitam quoque trahere in superioribus non semel admonimus. Sed cholagoga non temere hic addi censebit, qui meminert frigidos humores sponte sua ad fluxum ineptos, fluendi tamen momentum plerumque ex calidis sumere, calidosque non duces modo esse frigidorum, ut in remotas quasque corporis partes citissime inferantur, sed etiam ut acerbissimos excitent dolores: iure ergo ad frigidos quoque articuloꝝ, & neruorum morbos illa ipsa hic adduntur, quæ bilem aut horem fluxionis & doloris educunt: ubi ea quoque largius assumentur, quibus pituitosa, atque ea etiã crassior materia euacuetur.

E **M**A T E R I A M ex iuncturis biliosam præfertim vacuant, sed & pituitosam: ob id calidæ arthritidi conducunt, sed etiam frigidæ. **SYLV.**

DE herm. minima. Hermodactylos proxime ad frigidam podagram usurpabat, ut sit mirum, quo modo hic quoque ad calidam accersat, præsertim quando hic ipse author lib. simp. ad pituitam tantum crassam trahendam commendat. Sed valentia medicamentum phlegmogoga licet pituitam proprie, & primo educant, bilis tamen maxime tenuis, ut quæ non facile separari a pituita potest, aliquid simul trahunt. At misceri hermodactylos hic alia ratione existimo, nempe ut eius ope scammonium & reliqua eiuscemodi bilem quoque crassiorem educant, retinet enim eiuscemodi bilis plerumque plurimum pituitæ. **COST.**

M E S V E.

CA T A P O T I A ex Hermodactylis maiora, ad podagram, & dolores frigidos aliarum iuncturarum. Recipiunt hermodactylorum, aloes, myrobalanorum flauarum, turbitum, colocynthidos, bdellij, sagapeni, ana drachmas sex, castorij, sarcocollæ, euphorbij, opopanax, rutæ agreitis, apij, ana drachmas tres, croci, drachmam vnam, & semissem. Forma cum succo brassicæ.

F M E S V E.

CA T A P. ex hermodactylis à nobis descripta. Recipiunt hermodactylorum, aloes, ana drachmas quinque, myrobalanorum flauarum, turbitum ana drachmas quatuor, zingiberis, drach. ii. forma cum electario rosato. Da dr. duas.

CHRI. **I**STAE pilulæ dicuntur maiores ad differentiam minorum, eo quod plura simplicia habent maiores quam minores, tamen ambæ sunt in vsu, & similiter ex inuentione nostra.

DE herm. nostra. Erit hoc non vni modo, sed utriusque podagricæ intemperici commodum medicamentum. Corrigit hoc loco turbitum zingibere, quare nõ erit ut præparatum sumas. **COST.**

M E S V E.

MAN. **M**A I O R E S vbiq; minores in multis locis parantur, tertia nullibi **H A R M E L.** Accipe syluestrem rutam.

CA T A P O T I A Scbellia, obstructions ventriculi, hepatis, lienis sanant, & hydropem, materiamque vacuant. Recipiunt spicæ Indæ, drachmas quinque, spicæ Romanæ drachmas duas, rhabbari, agarici, epithymi, ana dr. tres, costi, massiches, chamedryos, amomi, ana drac. tres, croci drac. duas, mirtæ, cinnamomi, caryophyllo. ð, scicenu anthus, ana drachmam vnam, aloes drachmas decem, cum vino antiquo forma. Da drach. duas, cum vino. **CHRI.**

SYLV. **P**L V R I B V S constant simplicibus suntque composita magis: ob id maiora vocauit. Hæc, ut sequentia quædam, cathartico rosato Mefue excipiunt.

COST. **D**E hermodactylis maiores. Valenter & ex longinquis partibus trahuntur non pituitam modo, quæ præcipue trahunt, sed etiam bilem aloes, & myrobalanorum flauorum nomine, non temere autem ad frigidos articuloꝝ dolores misceri ea quoq; quæ bilem ducunt, antea admonimus.

ISTAE sunt vult. pilulæ, quæ hic ponuntur in antidot. Mef. & sunt utilitatis multæ securitatis, & efficacæ in aperiendo, & remouendo oppilationes hepatis, & splenis, ac stomachi, ac in soluendo aquositate hydropicorum, & omnem materiam melancholicam & phlegmaticam, cholericam contentam in prædictis membris. Et dosis est vsque ad scrupulos iiii. Rec. spicæ Indæ, idest nardi, spicæ romanæ, idest celticæ.

M E S V E.

CA T A P O T I A ex Hermodactylis minima, ad podagram calidam. Recipiunt hermodactylorum drachm. v. scammonij, drach. ii. & semissem, myrobalanorum flauarum, drach. iij. rosarum, dr. ij. aloes, dr. x. Forma cum cathartico rosato. Da drachmas duas. **W. ref. Mef. non de Ha. de succo ref. Nic.**

A D D I T I O.

CHRI. **P**I L V L A E de hermodactylis minores, principaliter conueniunt in soluendo materiam cholericam crassam contentam in iuncturis, & subsequenter phlegmaticâ, vnde conferunt principaliter podagræ calidæ. Et dosis est sicut supra dictarum.

VL T R A prædictas pilulas posita in antidot. Mef. describuntur aliqua pilulæ: quarum quædam à diuersis auctoribus ponuntur, & quædam solum magistrales, quæ multum, & generaliter habentur in vsu, & sic vbiq; præparatæ reperuntur. Et primo pilulæ communes, quæ à vulgaribus dicuntur sine custodia: quarum descriptio ponitur consilio Alman. cap. de præseruatione a Pestilentia. Rec. aloes drac. i. myrrhæ,

myrrha, croci ana drac. s. & cum vino albo subti-
li, & odorifero fiant pilulæ, & sunt principaliter
soluētēs materias subtiles cholericas, ac ēt phleg-
putridas, contentas in porositate stomachi, in
meseraicis, & in venis capillarib. hepatis, & sunt
desiccatiuæ humiditatum contentarū in stoma-
cho, & intestinis, vnde virtutes stomachi vigorā-
tur, vnde sequitur confortatio cerebri cum ali-
quali mundificatione humiditatum contentarū
in ipso. Sunt & maxime præseruatiuæ a pestilen-
tia, estiuo autē tpe tutius esset lauare aloë in aqua
endiuiæ, & prædictę descriptioni addere drac. i.
boli armeni. Et secūdū prædictā descrip. sunt mul-
tū præseruatiuæ ab egritudinibus, q̄ fieri possunt
à materia mixta, vnde vsus earū laudatur in cor-
porib. laxis aptis ad egritudines, Et ipsarum cōis-
dosifis est stomacho existente vacuo a cibo drac. i.
Pilulæ de fumo terræ. Hęc descriptio ponitur ab
Auc. lib. iiii. sen. v. cap. de cura scabiei, quartum
descriptio est hæc. Recip. myrobalanorum citri-
narum, chebul. Ind. ana dra. v. aloes succo citrini
drac. vii. diagridii dr. v. puluerizentur oīa prædicta
in scutella vitrea. incorporentur cum succo su-
miterræ, & permittantur exiccari per aliquot dies
in umbra, facto magdaleone ex ipsis, complete
exiccetur, & iterū in mortario fiat puluis, & ite-
rū in prædicta scutella cū tali succo incorporen-
tur. quib. complete exiccatis, iterum & tertio fiat
puluis, & cū tali succo incorporentur, & ad for-
mam pilularum postea reducantur. Et sunt solu-
tiuę humorum acutorū cholericorū, mordicati-
norū, phlegmatis falsi, & omnium humorū adu-
storum facientium pruritū, & scabiem, & dosifis
ipsarum est vique ad scrupulos quatuor, & vbi-
que præparantur. Pilulæ bechicæ, sub hoc titulo
ab aromataris præparantur, & ab omnib. medi-
cis generaliter habentur in vsu. Ipsæ. n. non sunt
soluatiuæ, sed conferunt tussis siccæ cum calidita-
te, & asperitate cannæ pulmonis & gutturis, illas
partes leniendo, & caliditatē remouendo, & solū
tenentur in ore, vt humiditas, quæ paulatim li-
quescit descendendo per meri leniat partes illas,
caliditatem remittendo, & formantur in forma
lupini crassi, licet denominentur pilulæ. Rec. suc-
ci liquiritiæ, zuechari electi, ana dra. x. amyli, tra-
gacanthi, amygd. dulcium mūdātā. ū. ana dra. vi.
Incorporentur prædicta cum mucilagine semi-
nis citoniorum, & fiant pilulę, & ponitur hæc de-
scriptio à Metue in suo de appropriatis cap. de cu-
ra tussis siccæ. Pilulæ de benedicta. Istæ sunt pilu-
læ magistrales quæ sub nomine pilularum repe-
riuntur: sed sumitur eius descriptio a benedicta
posita a Nicolao in suo antidot. quæ cum melle
construitur, & remoto melle accipiuntur sola a-
romata, & ex eis sunt pilulæ, quæ denominantur
de benedicta, quarū hæc est descriptio. Rec. tur-
bith, esula, zuechari, ana dra. x. diagridii, hermo-
daçyli, rosarum, ana dra. v. caryophyllorū, spicæ,
zingiberis, croci, saxifragiæ, macropiperis, amo-
mi, cardamomi, petroselinii, lithospermatis, salif-
gemmæ, galangæ, macis, carui, foeniculi, aspara-
gi, brusci, granorum salis, ana dr. i. incorporentur
prædicta aromata subtiliter puluerizata cum suc-
co foeniculi, & fiant pilulę, quarum dosifis est dr. i.
Et conferunt omnib. passionibus, quib. confert

A benedicta prædicta, assumpta in forma electarii, sed
plus attrahunt a remotis, quia maiorem moram
contrahunt in stomacho, & principaliter soluēt
materiam phlegmaticā cū cholera, habent. n. op-
pilationes omnium mēbroiū nutritiuorum aperi-
re, vnde summe conueniunt lapidi renū, & vesicæ,
& retentioni vrinæ, & dolorib. colicis & c. Pi-
lulæ de hiera picra Gal. Istæ pilulæ trahuntur ex
descriptione hieræ picræ Galeni posita à Nico-
lao in suo antidot. vbi sub noīe pilularum descri-
ptæ non reperiuntur, sed solū in forma electarii,
sed sunt reductę ad hæc formā pp maiorem de-
lectationē ipsas assumentū, & vt plus trahant à
remotis, & ipsarū descriptio est ista. Recipiūt cin-
namomi, croci, spicæ, squinanthi, assari, casia li-
gneæ, xyloaloes, carpobalsami, violarum, absin-
thij, epithymi, stoechados, agarici, rosarum, tur-
bith, colocynthidis, masticis, ana dr. i. scāmoneæ
correctæ, dra. ij. aloes hepatici ad pondus omnium.
Incorporentur oīa aromata subtiliter pulueriza-
ta, & fiant pilulę, quarū dosifis est vsq; ad drac. i. t
principaliter conferit passionib. capitis, nuchæ,
neruorum, & iuncturā ū, de materia mixta a præ-
dominio tū materiei phlegmaticæ. Pilulæ hieræ
Gal. harum descriptio habetur vii. Therapeu. c.
xij. non sub nomine pilularum, sed sub nomine
pulueris hieræ, qui puluis pp delectationem assu-
mentis ad formā pilularum reducitur. Et sic ge-
neraliter, & cōiter est vsus huius pulueris redu-
cti ad formam pilularū, quæ ab omnib. vocātur
pilulæ de hiera, quarum descriptio est. Recip. cin-
namomi, masticis, assari, spicæ, croci, xylobalsa-
mi, ana dr. i. aloes vne. i. fiant pilulæ cū vino albo
subtili, vel cum melle rosato colato. Et dosifis esse
potest vsq; ad dr. i. & s. vbi expedit. Et principaliter
conueniunt in passionib. stomachi de mate-
ria phlegmatica, & cholericā imbibita in eius po-
rositatibus, illā leuiter soluendo, & fortiter desic-
cando, virtutē digestiuam stomachi principaliter,
& maxime confortant. Pilulæ aliæ ex descri-
ptione puluerū hieræ posita a Gal. vj. de regim. sa-
nit. circa finem. Et ista descriptio proprie est illa,
quæ posita est superius a Mel. in præsentī antido-
tario, quā ipse describit sub nomine hieræ Gale.
& est talis. Rec. masticis, assari, spicæ, xylobalsa-
mi, croci, casia lingnæ, ana dra. i. aloes ad pondus
omnium, & fiant pilulæ. Pilulæ magistrales pro
Regib. inuentæ, nec reperitur a quo auctore sint
descriptæ. quarum descript. hæc est. Rec. amomi,
anisi, masticis, zingiberis, cardamomi, cinnamo-
mi, zedoariæ, macis, nucis muscatæ, caryophyllo-
rum, croci, cubebarum, ligni aloes, turbith, man-
næ, agarici, senæ, myrobalanorum omnium, ana
drac. i. rhabarbari vnc. iiii. aloes succottrini vncias
sex, tyrupi rosati quantum sufficit ad conficiendū
pilulas. Et dosifis est vsq; ad scrupulos iiii. & sunt
satis domesticæ in operādo, vel soluendo, & prin-
cipaliter materiā cholericā contentam in nu-
tritiuis, & cū hoc ēt aliquantulum mēbra deiecta cō-
fortando, & materiā phlegmaticā euacuando,
& c. Restat nunc videre de pilulis duab. magistra-
libus, quib. in secreto vtebatur Thomas de Gar-
bo. & primæ sunt pilulæ, quæ multum conferūt
passionib. cerebri, nuchæ, & neruorum, de mate-
ria crassa viscosa difficilis eradicationis, quarum
hęc

De hiera

Pil. de hiera
picra.Pilule pro
Regibus.

hęc

MESVE DE VNGVENTIS.

hæc est descriptio. Recip. cubeborum, nucis muschata, cinnamomi, spicæ, anisi, carpobalsami, schœnanthi, masticis, assari, caryophyllorum, calamenthi, ana drach. ii. turbith, colocynthydis, ana drac. iii. myrobalanorū omnium, ana dra. ij. agarici, senæ, ana dra. j. aloes hepatici ad pondus omnium, & cum succo mentæ, vel fœniculi, aut ambobus fiant; & dosis est dra. v. & dimidia, & sunt incolumes, & multæ securitatis, & valde conueniunt in sine agnitudinum chronicarum. Secundæ magistrales & secretæ quib. sæpe utebatur Rex Robertus, ad cuius instantiam Dinus fuit auctor, summe cōueniunt in passionib. oculorū & aurium, confortando visum & auditum, propter quas duas causas principaliter fuerunt inuenta, & principaliter euacuant materias diuersas phlegmaticas & choleticas, & melancholicas in capite contentas, quarum hæc est descriptio. Recipiunt rosarum, violarum, ablinthij, colocynthydis, turbith, cubebæ, clama:omatici, nucis muschata, spicæ nardi, epithymi, xylobalami, carpobalsami, fileris montani, seminis rutæ, schœnanthi, assari, masticis, caryophyllorum, anisi, fœniculi, seminis apii, cassiæ lignæ, macis, ana dr. ii. myrobalanorum omnium, ana dra. iij. rh. abarbari, senæ, ana dra. v. eufragiæ dr. viii. chelidonæ dr. v. lapidis lazuli dr. ii. s. aloes succo trini ad pondus omnium, & fiant pilulæ cum succo fœniculi. Et dosis est vsque ad scrup. iij.

MAN. PARARI assuerant, sed nullus ferè utebatur.

SYLV. MATERIAM hliosam, pituitosam, melancholicam ex dictis partib. obstructis vacuant. & aquas hydropicorum, ad scrup. iij. sumpta. ab inuētore Sabellia quidam dici opinantur. Hactenus Mesue catapota, præter quæ alia quædam vsurpamus, qualia sunt cõia omnibus dicta, ab Almanfore scripta e. de præcautione à peste: recipiunt autem aloes dr. i. myrrhæ, croci, ana dr. semissem cum vino tenui, odore, fac massam. Datur ventriculo vacuo ad dr. i. etiã ad consueta opera ituro: ob id sine custodia scilicet cubuli vulgo dicitur. Aestate autem aloë laquanda præstantiora fuerunt, si boli Armenicæ dr. i. acceperint. Vacuant, a ventriculo, melarxo, hepate, excrementa pituitosa, biliola, putria, & absumunt, partes quæ distas roborant: ob id à peste seruant, quia corpus siccat, vacuant, a putredine vindicant. Catapota ex fumaris Aue. ad scabiem. Recipiunt myrobalanorum si. i. iij. annu, ce. pu larum, lodacum, ana dr. v. aloes dra. v. j. sciamonij colli dr. v. puluerentur omnia, & cum succo fumaris comprehendatur: sicentur dies aliquot in ymbra, forma ossam, & omnino sicca, & iterum in mortario puluera, & iterum similit succo comprehendere, & sicca iterum puluera, succo comprehendere, & forma massam. Soluunt humores acres, biliosos pituitam salfam, & alios adustos, a quib. pruritus & scabies. Dantur ad scriptula quatuor. Catapota Bechica ad tussim siccam cū caliditate & asperitate faucium, & gotturis. Rec. succo glyzyr rhizæ, sacchari boni, ana dra. x. amyli, tragacanthi, amyguæ dulcium dep. laratum, ana drachmas sex, excipe mucagine seminis cydoniorū: fac catapota in ore tenendi. Fiant autē hodie forma trochiscorum, inter quos reperiuntur. Mesues sic describit in practica. e. de curatione tussis sicca. Fiant & ex benedicta, & item ex liera piera Galeni catapota, quæ à remotiorib. trahant: quam dū hæc melle excepta sumuntur forma molliore. Catapota masticina Petri de Ebano Conuiliatoris ventriculi, cerebrū, viscera, reliqua, oculos, vterū partib. humorib. purgant, & roborant: accipiunt autem masticis, dr. iij. agarici albi dr. iij. aloes dr. x. cum succo atheniense, vel syrup. Roehados, vel sapa formantur pro vno medici scopo. Catapota allereret dicta Aue. in cephalalgia. Accipiunt pul. liera pieræ Gal. v. j. masticis, myrob. e. i. rea tū, ana semuncia, aloes vnc. ij. cū syrup. Bechados formeantur.

COST. SEBELIAE. Imbecillime hoc purgat: ita quæ status hic pillulus drachmas ferè quadraginta quatuor pendat, excepto vino; vix quatuordecim sunt dosi.

E Licet igitur non modo scriptulos (vt aiunt) quatuor, sed etiam ternas drachmas exorbere: tutissime autem cum Mesue, binas.

DISTINCTIO VNDECIMA de Vnguentis, & Emplastris.

IN hac vndecima parte determinat de Vnguentis & Emplastis, quæ ab inuicem differunt. Nam ad compositionem vnguenti requiritur cera & oleum, in emplastris autem non est expediens semper ponere oleum: fuerit autem adiuuenta emplastra, ac etiam vnguenta, vt cum virtute ipsorum diutius perueverent in loco, super quem administrantur, sunt et quandoq; cerata, quæ ad duriorē, & solidiorē formam reducunt, quam vnguenta, vel emplastra.

VNGVENTI & Emplastri nomine, sed & cerati aliter antiqui, aliter neoterici vsi sūt. Illi enim vnguenta ea duntaxat vocabant, quæ ex odoratis rebus conficiebant, emplastra, quæ ex metallicis cerata, quæ ex oleo & cera. Neoterici vnguenti nomen ad antiquorum emplastra & cerata extenditur, cerata ea solum vocantes, quæ ita cuti hærent, vt vis auelli possint. sunt quæ ab hærendi vi à Gal. χηρόδα dicta sunt. Emplastra vero neoterici, quæ antiqui cataplastmata nominant.

CERATVM a cera dicitur, qua forma Græcis κεράτα vel κεράτια à cera & oleo: quib. cera miscetur, vt det materiã, quæ minus prompte defleat. Quod et Gal. inuebat lib. 4. san. tuen. cum succos non crassos, nec lentos ad cutim residentes digerit oleo sapsichino, præsertim hyeme & regione frigida, per se, vel cum cera & resina: præsertim cum super vinctum corpus manere diutius studeat: quod si liquidius vis, auge oleum, minue ceram, & alia corpus & materiã præbentia. Cum in ceratis scribitur ceræ q. s. oleum sit quadruplum ad ceram: vt si recipiat olei vnc. ii. milice ceræ vnc. s. Si vero scribatur ceræ parū, sit eius vi. aut viii. pars ad oleum, vt linimentum sit liquidum verus, quam ceratum: idque magis & minus pro medici scopis. Quo enim plus habet ceræ, eo solidiora sunt: quo minus, tanto liquidiora: nisi aut longa coctio, aut succorum largior mistio, ceræ modo duram reddat compositionem. Sit ob id liquidius ceratum, aut sicca multum, & multa sint miscenda.

MESVE.

CERATVM cælypatum Gal. emollit & digerit tumores duros hepatis, splenis, vteri, neatorum, iuncturarum, & aliarum partium, estque anodynum. Recip. ceræ flauæ vnc. iij. olei chamæmelini & irini, ana vnc. vi. masticis vnc. i. spicæ nardi dr. ii. & s. croci dr. i. & s. terebenthinæ vnc. i. resinæ vnc. semis. cypri drach. lxxx.

HYSSOPI ceratum descriptione Gal. ad hanc literam debet addi vnguentum hysso pi, idest in quo ingreditur hysopus humida, & sub aliis nominibus præparata reperiuntur, & communiter ista vnguenta, in quibus ingreditur hysopus humida, conueniunt ad durities & nodositates in splene; & hepate factas materia dura melancholica; habent etiam virtutem resolutiuam, virtute hysopi humidæ, quæ est calidæ, & humidæ complexionis in primo, licet humiditas si in hoc caliditate. Alia enã quæ ingreditur

CHRI.

MAN.

MAN.

SYLV.

COST.

SYLV.

CHRI.

MAN.

COST.

diuntur compositionem istorum vnguent. de-
nominatorum ab hyssopo humida, & a cera co-
nveniunt ad eandem intentiones, & ad alias, quæ
ponuntur in litera. Debent autem ista vnguenta
si cum eis fiat fricatio super aliquod membrū,
administrari ante assumptionem cibi, vna hora,
bis innouando in die, & sub actuali caliditate, &
maxime temporibus frigidis. & licet non fricen-
tur, sed super petiam extendantur & ponantur
ad membrum, melius est cum obseruatione præ-
dictarum conditionum.

MAN. OESYPVM vocant Græci, neutro vel masculi-
no genere, pingue illud quod ouium lanis adhe-
ret. **TEREBINTHI.** Vera hæcenus caruimus: sed
eius loco imperiti accipiebant lariceam resinam, quæ
Venetiis adhuc largatum, quasi laricatum vocant. Cæ-
pit vera nuper adportari ex Rhodo, sed cocta.

SYLV. CERATVM quod ex œsypo fit. notum omnibus
medicamentum lib. 4. meth. Vfus cerati eius, &
similium rectus fuerit, siue parti affricetur, siue tela ex-
ceptum imponatur per horam vnam ante partus: &
calidum sit hyeme, æstate tepidum, tamen id in vsu
non est Paulo aliter œsypum colligit Diosc. lib. 2.

COST. CEROTVM œsypus. Oesypati cerati huius, ubi
meminerit Galenus, non obseruauit. Vsum, quem pol-
licetur Mesue emolliendi, præstat, olei, œsypi, atque ce-
riam cera nomine, & mastiches, & terebinthina: spica
autem, & crocum, penetrationem dant emollientibus.
concoquendi etiam adiuvant vim, ac præterea adstrin-
gendi facultate robur dant partibus: alioqui emollien-
ti potestati contraria est astringens, quæ densando duri-
tiem infert.

MESVE.

OESYPVS vero sic extrahitur: lanæ
ouium succidæ libræ circiter lx. aqua
calida horis octo mergitur, semel fer-
uescunt, exprimuntur: colatum reli-
quum igni lento in vase stannato percoquitur
semper ad mellis fluxilis crassitiem, fundum mo-
uendo lata rudicula lignea, ne vratur.

CHRI. OPERATIO hyssopi humida idest mo-
dus secundum quem extrahitur prædicta
vntuositas, seu pinguedo a lanis, &c. hæc hyssop-
us humida per se ipsam administrata, est medi-
cina sedatiua dolorum in membris neruosis, fa-
ctorum a causa frigida, & ab humore melanco-
lico: lenit enim & mollificat omnem duritiem,
vñus tamen eius est, vt plurimum admixta alijs
medicinis.

MAN. ALIUM modum colligendi, non magnopere ta-
men ab hoc diuersum habes a Diosc. lib. 2.

COST. OESYPI. Oesypi conficiendi rationem prosequi-
tur pluribus Dioscor. cui probatissimum album est.
quare vulgatum atatis nostra atrum ignis proditum eo
conficiendo violentiam; quam veritus Mesue continen-
ter agendum ait, ne vratur.

MESVE.

CERATVM œsypi ex Philagrio eadē ^{Hyssopi cer.}
potens. croci drac. v. bdellij, mastiches, ^{Phil.}
ammoniacy, aloes, stircis liquidi, ana
† drach. vii. ceræ flauæ. lib. i. terebinth. † ^{Al. dr. viij.}
† vnc. i. & semiss. medullæ cruris vaccini, adipis
anseris, ana drac. xv. œsypi lib. i. & s. olei nardini.
q. f. Bdellium, ammoniacum, aloë dissoluatur in
aqua, in qua scœnugræcum, & chamæmelum
sint macerata, & cum aliis misceantur in vngu-
tum. Post Philagrium addiderunt succi scillæ
vncias tres, sepi vitulini drach. xv. thuris vnciam
vnam, & in alio rectius ceræ quartaria tria.

EST fortius quam primum, & magis potens ad e-
mollendum, quare idoneum est ad tollendas eas
durities quæ a morbo Gallico fiunt, adiectis etiam
interdum quibusdam potentioribus, & magna cogē-
te necessitate, cinnabari.

POTENTIVS est priore ad emolliendas durities
ex morbo Hispanico, etiam valentioribus quibus-
dam interdum adiectis, & si necesse est etiam vulgari
cinnabrio, quod argento viuo & sulphure simul vñus
constat.

OESYPVS cer. Philagrij. Est hoc longe poten-
tius superiori tum ammoniaci gratia quod solum
duriore emolliuit, & discutit tumores, tum bdellij &
scœnugræci accessione. Sed & styrax liquidus ad emol-
liendum facit, id quod anseris quoque adeps potest,
dum altius subit, nardinum vero oleum non alte modo
penetrat, sed etiam concoquit & discutit, chamæme-
lum autem discutit, & concoquit, & leui astrictione ro-
bur partibus conciliat, suspecta hic fortasse alicui sit a-
loe siccandi, astringendique vi prædita, sed eadem con-
coquit, partibusque astringendo aliquod præbet robur,
vt etiam thus si quis addiderit. Scilla autem dum al-
tissime subit, attenuandi & discutiendi vi strenua pro-
ficat, valentissimum ergo est hoc ad emolliendum. Sed
quando styracis liquidi hic meminit, quid hic ipse sit non
dum constat, admiranda certe cum eius tanta copia at-
que vsu incertitia, factitium aliquid esse certum est, non
esse tamen myrrhæ staten odor prodit & sapor esse au-
tem aliquid styracis, præter nomen quod adhuc seruat,
etiam odor videtur indicare, an autem sit styracis sta-
tæ aliqua, exemplo statæ myrrhæ suspicari licet, in-
clinat tamen animus, vt styracis scolecites materiem
sed liquidiorē esse existimem, ceram aut adipem alias,
vt ait Diosc. odoribus imbutam cum styrace in sole su-
bigebant, & per laxa cribri foramina in frigidam a-
quam exprimebant: sic quidem styracis veri odorem odo-
re mentiebantur, consistentiā soliditate: glebæ speciem
transfusione per cribrum: illum vero scolecitem, id est,
vermicularem vocabant a figura vermiculi, quam a cri-
bro contraherat, ad eum igitur modum ex cera adipeut
(addita tamē maiori olei aut adipis liquidioris copia) odo-
ribus varijs imbuta styracē quoque subigi. fierique hunc
liquorem quem vulgo styracem liquidum vocant, valde
suspicio, ceram enim prodit lentor, adipem, aut oleum
pinguis, & insiciens manus materia, styracem, atque aro-
mata alia confusus ex styrace, atque alijs odor.

MESVE DE VNGVENTIS

MESVE.

CERATVM œsypatum ex Paulo idē pollens. Recip. ammoniaci dr. x. bdellii drach. v. † styracis (liquidi, vel myrrhæ factis) drachm. iij. croci sexsiquidrach. aloes, mastiches, thuris, ana drac. ii. & dimid. cerę † drach. iij. sepi. & medullę vituli, ana drachmas duas, çsypi drachmas quadraginta, olei irini quantum iussit.

MAN. APVD Paulum hanc compositionem non legi, sed aliam longe diuersam. Sigie Styracem ego potius caperem, licet aliqui myrrham intelligant, quę facte dicitur.

SYLV. APVD Paul. lib. 7. alia huic multum diuersa legitur cerati huius descriptio.

COST. OESYP. Pauli. Pro liquido styraces, ut vertit Sylu. vetus interpret arabicam vocem reliquerat (sigia) qua Psidiam Græcorum, id est, probatissimum ex Psidia styracem intellexisse Arabes puto. Ita quidem glebam styracis hoc loco sumerem, præsertim si hoc Pauli est medicamentum (quod in eo tamen nondum inueni) nam liquido styrace vsos fuisse Græcos uisum obseruaui. Myrrhæ autem staccem, quam Sylu styraci substituit, non improbo. Sed vix, ac ne vix quidem, staccē ad nos fertur, styrax autem passim in officinis prostat.

MESVE.

VNGVENTVM diaphœnicon vlcera cruenta, fistulosa, pituitæ iactæ, maligna, & dysepulotica glutinat, herpetas, tumores pestilentes, & qui ex humoribus variis constant, sanat. Recip. adipi ceruini, & vitulini antiqui, mudi & colati, ana lib. i. & dimid. chalciteos vnc. iij. olei antiqui & lithargyri puri, ana lib. iij. chalcitis, & lithargyros leuissime trita & creta cribro tenuissimo, post oleo paulatim affuso simul terantur. addito deinde adipe igni lento coquatur semper mouendo palmæ ramis recens factis, & excoariatis, quorum extremum vbi contactu medicamenti, & ignis siccius euaserit, nouos substitue, iniectis etiam tum ipsi vnguento legmentis recentibus ramorum virentium. †

MAN. ADIPIS zirbi. Aliqui legunt cerui. Calchotar, Calcanthi nunc accipitur, quod vitriolum vocant, quia & ex his multa deperdita sunt nostrorum ignauia. Auic. habet hoc loco chalcadis, quod significat chalcitum: sicuti & Galenus primo lib. de compositione medicamentorum secundum genera: ex cuius lectione multa potes castigare, quæ hic perperam leguntur. Vbi scribitur, Ignis autem sicut primæ: legendum est, Ignis autem sit prunæ.

SYLV. VNGVENTVM id Galeni est emplastrum *καλκίτιος* descriptum lib. i. comp. ph. g. Recipit axungie porci vetustę à membranis per liquationem, & colationem purgatę lib. ii. olei veteris & lithargyri triti & creti, ana lib. ii. chalcitidos leuigatę vnc. iij. misce in mortario omnia paulatim. Post coque in cacabo, & moue statim ab initio rudicula tanquam spatha ex ramo maufculo & recentissimo palmæ, qui patte, qua emplastrum tangit, vbi acuit, mox præ

cidendus est, aut parte opposita moueatur, aut ramus sufficiatur, vbi cerati crassitiem assecutum fuerit, iniice fragmenta excorticata germinum palmæ tenerorum, vt horum succus in medicamento maneat: coque donec digitos non inquinet: nunc vinum, nunc acetum additur pro varijs scopis. Omnium præstantissimum, si quis parare recte, & parato probe vti scierit. In quos affectus autem valeat, & quo vtendi modo huic illi affectui proficit, abunde ex Galeno initio emplastrorum docemus. Eo quotidie vtimur emplastri forma, quando oleo nunc myrteo, nunc alio, nunc succo plantaginis, brassicę, aut alio mollimus pro scopis varijs. Palmæ autem ramorum, & germinum (a quibus *φαιναρδία* Gal. & diaphœnicon bis, & palmeum toties Mesue dicitur,) penuria, quercum, aut prunum, aut cydonium, aut sorbum, aut lotum, aut mespilum substituo. Vides quantum à Gal. describerit Mesues, scilicet ceruino & vitulino adipe pro suillo, cuius pondus his duobus æquat. cetera consentit.

DIAPHOENICON. Discrepat a Galeno ceruinaum & vitulinum adipem pro suillo sumens, & lib. v. vni pondus adiiciens. Ceterum, suillum quidem pingue omnium ferme aliorum humidissimum est, vicevibus autem sicciora utilliora esse etiam constat, quo fit, ut non temere suilli pinguis loco ceruini hic & vitulinum adipem suillo potestate siccius deligat, non perperam tamen Galenus suillum proponit, ut quod paratu facilius in materiam ferē eiusmodi medicamentorum uenit, præsertim autem uetustum, quod minus humidum euasit. Itaque aliud pinguis genus non temere hic Mes. proponit. Est uero etiam adeps omnis porcina axungia solidior; quare ad debitam unguento comparandam consistentiam recte densioris huius materia plus quam fluxilis axungie usurpatur.

MESVE.

VNGVENTVM diaphœnicon, Arabum descriptione, vlcera dysepulota & cacœthea carne implet, & cicatrice tegit, fistulas & caneros curat, & ossa humida glutinat. Recipiunt foliorum leucocij lutei, saluie, oxytriphylli † acori, ana libram vnam: tere accurate, affunde olei rosati, aut myrtei, adipis antiqui ex epiplo vituli liquando & colando purgati, ana libras duas, & dimidam: in vase lapideo macerentur dies nouem, tunc myrrhæ, aloes ana aureis nouem, sarcocollæ aureis septem tritis & cretis adde succi plantaginis longę aut vini albi in (quo herbarum prædictarum, ana vncię quatuor costę fuerint.) quantum iussit ad ea dissoluendū. per mitte dies sex. Deinde herbas cum oleo & adipe bis feruefac. cola, & exprime oleum & adipe huius expressi libras quatuor, & dimid. lithargyri puri leuissime triti lib. tres, † chalciteos vncias quatuor coque, vt prius, & moue ramo palmeo, & semel feruefac vsquedum color medicamenti mutetur, tunc ab igne sublaturum continenter moueatur, donec parum frigeat, tunc coque muccaginem myrrhæ, aloes, sarcocollæ in vino albo, vel succo plantaginis longę: & paulatim affundas prædictæ mistioni, pistilloq; ferreo omnia moue, donec probe misceantur, & perfice coctionem, vt in priore. Addunt quidam arnoglossæ, præsertim longę, libram vnam.

CHEIRI.)

MESVE DE VNGVENTIS

cias sex, vini albi boni quantum sufficit, coque igni lento ad spissitudinem. Quod si vlceri caro supercreuerit, adde vnguenti chalciteos vnciam dimidiam.

MAN. QUIDAM chirurgi hoc vtuntur in antiquis vlceribus addito vitriolo. Valet etiam fistulis.

SYLV. HÆCLinamenta in vlcus mittenda obliui possunt: sunt & empl. duo diaphænicon Mesue: Hoc ad antiqua vlcera, & fistulas quidam chirurgi vtuntur, addita chalciti.

COST. NICODEMI. Licet despumatum hoc loco mel velit, vt quod detractis sordibus minus mordicat; si tamen crudum ipsum, & impurum vino hic proposito incoquendum statim commiseris, & ubi seuerè caperit sordes, spumamque detraxeris, tum proposita quoque aromata addideris, coquenda ad consistentiam, vt maiori compendio, ita non diuerso fructu, vt existimo, res fiet. Vinum autem album non sumit temere, vt quad altius quam nigrum in vlceratas partes subit, & si enim album eo nomine vlceribus minus commodum est, auctore Galeno libr. de fract. Hipp. com. 3. quod tenue est, & in vlceratas partes penetrans dolorem parit; quin tamen in putridis, callosisque vlceribus mordacium etiam medicamentorum vis infirmior sit, atq; hic generosum ad eiusmodi vlcera remedium proponatur, recte album nigro præfertur, alioqui non tam ægrî sensus quam fructus à pio etiam medico est spectandus.

MESVE.

VNGVENTVM alterum eiusdem. Recip. myrrhæ, aloes, ana drachmas nouem, vini albi quantum sufficit: tritis tenuissime vinum paulatim affande semper miscendo vsque ad mellis crassitudinem. vt ere. Addunt nonnulli chalciteos sesquidrachmam, olei mirtini, & vini portione pauca, vicissim miscent.

MAN. HOC ceu liquidiore possunt in eodem vsu tingi linamenta quæ intra vlcus dantur.

COST. NICODEMI alterum. Mitius hoc præcedenti est, & mollioribus corporibus aptius, tum ob sarcocollam, quæ hic deest, cuius est vt acrimonia excedat, tum ob chalcanthi ipsius quoq; acerrimi largiorem illic quam hic mensuram. Nulla autem hic collione est opus, quando myrrha, atque aloë in tenuissimum puluerem redactæ affuso vino etiam frigido per minima facile commiscentur: quod non æque facile sit, si melle excipiantur, quod nimirum attenuante calore habet opus. Vinum vero hic quoque superioris exemplo album sumendum, neque chalcanthum addendum nisi supercreuerit caro.

MESVE.

VNGVENTVM magnum craseos vlcerum maligna putrida, fistulosa, sordida, & carne mortua purgat, carne implet, glutinat, & cicatrice tegit. Recipit autem ammoniaci vnciam vnâ, bdellij, thuris masculi, aristolochiæ, sarcocollæ ana drachm. quinque, myrrhæ, galbani, ana vnciam dimidiam, lithargyri dr. xv. aloes, opopanacis, ana drachmas

duas, & semissem, ferruginis drachmas tres, resinæ drachmas quatuordecim, ceræ albæ vncias duas, olei quantum sufficit. ammoniaci & bdellium aceto soluenda, lithargyros tereda, & cum oleo coquenda, donec liquefiat. Tunc depone ab igni, & dum modice refrigerit, misce ammoniacum, & bdellium aceto soluta, redde igni, coque ad iustam crassitiem, tuncque reliqua permisce.

VNGVENTVM craseos magnum sub isto nomine non est in vsu, sed quia conformitatem, & virtutem in descriptione sua, & modo operationis habet cum vnguento apostolorum posito quinto cano. ab Auic. tractatu vndecimo, quod vnguentum apostolorum est multum in vsu. Cuius hæc est descriptio. Recipe ceræ albæ, resinæ pini, ana drachmas quatuordecim, ammoniaci drachmas quatuor, opopanacis drachmas duas, floris eris drachm. tres, aristolochiæ longæ, thuris ana drachm. sex, myrrhæ, galbani ana dr. iij. bdellij drachmas sex, lithargyri dr. ix. infundatur bdellium in aceto vini. & fiat hoc vnguentum cum duabus libris olei hoc modo puluerizando, & gummi dissoluatur. & fiat vnguentum, licet vtilitates & iuuamenta, vt iam dictum est, sint conformia huic dicto craseos.

ADDITIO.

Istud vnguentum in hoc tempore non est in vsu sub isto nomine, verum secundum chirurgicos nostros quia conformitatem, & virtutem in descriptione sua, & modo operationis habet cum vnguento apostolorum descripto in quinto cano. ab Auic. tractatu nono, ideo nunc habetur in vsu sub nomine vnguenti apostolorum. Petrus de Argilata capitulo de medicinis mundificatiuis, vel absterfiuis habet vnguentum apostolorum mundificatiuum, & est descriptio Auic. & in fine huius descriptionis ait, & si bulliat vsque ad iracrationem, vocat ipsum Mesue craseos. & Margister Antonius de Ianua, vocat ipsum gratiam Dei. quia vere rectificat vlcera maligna, & sic istud vnguentum magnam habet conformitatem cum vnguento apostolorum Auic.

VIM habet molliendi, mundandi, & glutinandi. Paruum vero maiorem vim habet in carne glutinanda.

DESCRIPTIONI huic prope est eadem vnguenti apostolorum descriptio apud Auic. quinto canone. Rec. enim terebinthina, ceræ albæ, resinæ, ammoniaci, ana dr. xv. opopanacis, ferruginis, ana drachm. aristolochiæ longæ, thuris masculi, bdellij, ana dr. vi. myrrhæ galbani, ana dr. iij. lithargyri dr. ix. Ammoniacum, & bdellium & galbanum aceto soluta coque in olei libris æstate duabus, hyeme tribus: ab hac enim cogitur: ab illa liquefit: quo nomine à chirurgicis hodie vsurpatur. Idem gratiam Dei ob facultatem eius mirificam vocat Antonius de Ianua. Petro vero de Argilata à Mesue dicit craseos vocari, dum coquendo ad iustam crassitiem ceu quædam quandam petuenerit, molli, terget, glutinat.

CRASEOS magnum. Non in curandis tantum differt ob ammoniacum, reliquaq; lachrymæ genera, quæ recipit, in emolliendis durioribus vetustioribusq; callis fistulis, ac

lis, ac tumoribus, quæ vlcera curatiõni obfistunt. Est vero hic, ut de Syluis admiremur, qui loco floris æris hoc loco expetiti æruginem reponit, quamuis non negem, posse alterum pro altero frequenter sumi, ut quæ eiusdem ferè sunt facultatis.

MESVE.

VNGVENTVM craseos paruum vlcera tamquam noua terget, carne implet, glutinat, cicatrice claudit. Recipit aristolochiæ, ireos, sanguinis draconis, ammoniaci, sarcocollæ, ana vnciam dimid. lithargyri leuigatæ vncias quinque, coque lithargyrum cum olei libra vna donec liquefiat, tunc cætera, ut diximus, misce.

SYLV. HOC Paruum mollit, terget glutinat: sarcoticum B magis est quam magnum.

COST. CRASEOS paruum. Hoc præcedenti imbecillius est, & mollioribus corporibus aptius sanguinem draconis inter cætera proponit. pro quo quum arabes apud Serap. syderitidis Achilleæ succum sumat: alij vulgatum ex bolo armena, atque alijs nescio quibus factum usurpent: afferatur præterea eo nomine pulcherrima & pictoribus expetita lacryma, hoc loco non aliud quam ex Aralum more, syderitidis Achilleæ succum existimari.

MESVE.

VNGVENTVM cyclamini magnum, relatum ad Alexandrum, illitum itomacho, vomitu purgat: hypogastro autem iniunctum, aluū deiicit, ob id hydropicos, mire iuuat, ferofum excrementum large vacuando; vermes quoque necat, & educit. Adhibetur nõ potentibus, fumere medicamentum purgans. Recipit succi cyclamini lib. iij. succi cucumeris agrestis lib. vnam, olei irini libras duas, butyri vaccini libram vnam, pulpæ colocynthidos vncias quatuor, polypod. vncias sex, euphorbij vnciam dimidiã, sicca hæc tria, tere, & macera dies octo succis & oleis in vase vitreo angustis oris bene obstructo. Post semel seruesac, cola: deinde adde sagapeni aureos quinque, mirrhæ aureos duos prius autem duo hæc aceto dissoluantur, quanto est opus. coque mouendo ad succorum prope consumptionem. Tunc adde ceræ vnc. quinque, fellis vaccini aureos quinq; seruesac simul donec cerâ liquatur. Tunc insperge paulatim puluerem huc scammonij, aloes, mezerei, colocynthidos, turbiti, ana aur. v. euphorbij, aur. ij. salis gemmæ aur. ij. piperis longi, zingiberis, chamæmeli, ana aur. duos. misce diligenter.

CHRI. VNGVENTVM Arthanitæ magnū, id est de pane porcino à quibusdam barbitonforibus multum habetur in vsu. sed ab expertis & peritis eius vsus non laudatur. virtus autem eius, est quia, si ipso vngantur venter, ilia, & partes suminis, lenit naturam, & facit fluxum ventris propter acutas & fortes medicinas solutiuas, quæ ingrediuntur eius compositionem. Vnde transit per poros ad interiora vsque ad intestina, vnde

A virtus ipsarū solutiua, stimulat expulsiuam virtutem intestinorum & aliorum nutritiuorum membrorum. Et si stomachus tali vnguento vngatur, prouocat vomitum, si materia est apra per superius euacuari. Recipe cucumeris asinini. calidæ est, & sicca complexionis in quarto.

VIDI magnam vtilitatem sequutam ex hoc in aqua intercute. **MAN.**

VEHEMENS est, parumque tutum, nisi in robusto corpore, aut hydropico. Illud enim ob vnum robur medicamēti vehementia cõtemnet: hoc ferofum multo in ventre excremento obrundet, eique vacuato vtilitatem afferet non mediocrem. Eisdem vires Gal. cyclamino soli tribuit, ut parum opus esse videatur tanta turba medicamentorum etiam valentissime purgantium. Parua eius portio misceri potest clysteribus apoplecticorum. Lienem efficaciter minuit. Sunt qui succū ebulli addunt. Quo loco Alexander Trallianus (quem hic ut alibi passim Mesues citare videtur) nondum comperi. Alexander autem Benedictus Hermolai seculo vixit, ne quis eum putet citare quenquã. 16. c. multa eius generis exomphalica recenset cathartica. In simp. c. arthanitæ bis aliter describit.

CYCLAMEN magnum. Medicamentorum que non ventri modo, sed etiam volis manum ac pedum illita purgandi vim habent, mentio est etiam Paulo, Actio, Orbasio, Aetuario, nostra etate pilas quoque parant nonnulli, quæ naribus admota tum vomitu, tum aluo deducunt. Si eiusmodi omnia, quæ in ventriculum strenue subuertunt, tum obuios quosque humores promiscue educunt, tum vbi ex alio atque ex venoso genere trahendi sunt humores, parum proficiunt, prudentiores medici semper euitabunt. Porro autem, quam gressis cucumeris succum quarit, an succum fructuum, ex quo elaterium, an radice succum sumas, non explicat, & vterque sane vsurpari ad eadem solet, licet efficacius fructuum succus. Sed quando hic libram vnam præscribit eius succi, profecto ut tantum eius succi ex fructibus etiam multis colligere difficile est, quantum sit satis, ita eo longe violentius medicamentum redderetur, quo fit, ut contra radice quærendum hoc loco succum existimen.

MESVE.

VNGVENTVM cyclamini paruum, splenis tumores etiam schirrhotos dissoluit, & strumas. Recip. succi cyclamini, succi glutinosi ex radice silicis extracti, succi ebulli, ana vnc. ix. succi summitatum tamaricis vncias duas, olei irini lib. ij. cecyphi drac. v. ammoniaci, bdellij, ana drach. j. & semissem, aceti quantum sufficit, ceræ flauæ vnc. vi. corticum radice capparis vnciam vnam & semissem, spicæ nardi vnciam semissem. Fiat ut prius.

VNGVENTVM Arthanitæ paruum, nec ab expertis, nec a presumptuosis habetur in vsu, nec est tantæ potentia, ut præcedens. **CHRI.**

ADDITIO.

Istud vnguentum de Arthanita paruum nõ est in vsu. verū sunt ex hominibus qui faciūt vnum pro alio, quia, in isto pauciora sunt simplicia, sed Mesue. Ff iij non

MESVE DE VNGVENTIS

non recte faciunt. habet textus hic camelis, sed E
textus est corruptus. quia melius diceretur cha-
mæactis, quod est ebulus. cescant: post coque, cola, serua vitreo vase.

MAN. **M**AGNAM vim habet in liene minuendo. Et
(succo cauenizich.) In capite de Hartanita, ubi
etiam describitur hoc vnguentum, non ponitur hæc
res, vel aliquid eius loco. Nec bene, præterquam di-
uinando, inueniri potest, quid sit. nisi forte legendum
sit carmezich. quo fructus tamarisci intelligitur. In
quibusdam codicibus legitur chamæactes, & placet
ea lectio.

COST. **C**YCLAMEN paruum. Emollit hoc superiori
magis. & ob id tutius usurpatur. quanquam per-
turbare hoc quoque ventrem insigniter potest ob cycla-
mini, atque ebuli succum: Quum autem ebuli foliorum
succus qui assumptus strenue purgat, non importuna hic
admittatur cum cyclaminis succo expurgante, non ex
folijs tamen, sed ex radice succum hoc loco expeti existi-
mo, ut qui non purgandi modo, sed strenue quoque emol-
liendi vim habet. in quem usum hoc conficitur medica-
mentum.

MESVE.

VNGVENTVM † ex panno lineo He-
benzezar mirabile ad vlcera maligna,
fistulosa, carne implenda. Recip. opo-
panacis vnciam vnam, rasuræ panni
linei tenuis, puri, antiqui vnciam semissem, & vi-
ni, mellis, & olei rosati, vel myrtini, ana vnc. v. li-
thargyri, aloes, sarcocollæ, myrthæ, an. dr. duas,
& dimidiam. tere paulatim, affundendo nunc vi-
num, nunc mel, nunc oleum. Adduntur quan-
doque † chalciteos drach. duæ.

MAN. **P**ANNI linei soli vim habent exiccandi vlcera, ita
ut cum his quidam curent vlcera recentia, addi-
tus tamen quibusdam cautionibus.

SYLV. **P**ANNVS lineus per se vlcera siccat, ut etiam que-
dam vlcera recentia glutinet. Pro parte vnciam
scripsi, & pro parte tertiæ vnciæ drach. duas & dimid.
& pro quarta drach. duas.

COST. **V**NGVENTVM ex panno lineo. *Lineus pan-
nus aut seorsum in puluerem redigendus est, aut
affuso paulatim vino diutius in mortario contundendus,
ut in eiusdem generis materiam euadat, qualis ad scri-
ptoriam hanc cartam conficiendam vsurpatur. Tum
deinceps, ubi alia quoque arida in puluerem fuerint du-
cta, & opopanax vino fuerit dissolutus, linei panni ma-
teria contusa ijs addenda, et affundendum sensim oleum,
ac vinum, omniaque pistillo ducenda ad vnguenti confi-
cientiam. quod admonere volumus, ne quis existimet
lineum pannum cum oleo, ac melle posse teri. qui enim
id tentarunt elusi sunt, lineo panno pistilli iectum ob olei,
ac mellis lenitatem refugiente.*

MESVE.

VNGVENTVM † ex cantharidibus,
causticum, phænigmon, & vesicas ex-
citat, vlcera, alphas, pannos, lenti-
gines, cutis maculas delet. Recipit † a-
tharidum recentium drachm. x. axungia por-

HOC vnguento chirurgici nostri vtuntur sub
nomine ruptorij de cātharidibus. & dicunt
quod Alhariel sunt cantharides. infra apparebit
vna alia descriptio sub nomine vnguenti de can-
tharidibus, sed non erit eadem cum ista.

TARANEL. Intellige vel cantharides, vel cam-
pas, vel pityocampas, vel buprestes.

POSSIS pro taranahel, seu alhariel, ut quidam
legunt (quos cantharidas interpretamur) cam-
pas, pityocampas, vel buprestes miscere.

EX Cantharidibus. An cantharidas totas sumi
velit, an partes, (de qua re in horum vsu animalium
non conuenit inter medicos) non explicat. sed parum
refert, ubi admouenda tantum sunt foris; quanquā ubi
etiam sint assumenda, ex Gal. totas eas sumere licebit.
harum vsu, quocumque modo, & cuiusque parti cor-
poris admoueris, vrinæ vias tentari obseruatum est: ita
ut quibus capiti fuerant ex fermento admota, molestis-
simam vrinæ ardorem excitarint: de rassa nimirum ve-
sica cute occulta vi & proprietate. quare qui aliquan-
do gonorrhææ vesicæ, aut pudendorum vllam vnquam
molestiam passi sunt, in his, ut à cantharide omnibus ab-
stineant modis, suadebo.

MESVE.

VNGVENTVM Rosatum phlegmo-
nes, erysipelata, herpetas sedat, cepha-
lalgiam calidam, & ventriculi ac hepa-
tis intemperiem calidam mitigat. sic
fit. Axungia porci probe lauetur nouies aqua
calente, & toties frigida, deinde teratur cum
ea portio æqualis rosarum rubrarum recent-
ium, quæ marcescant cum ea dies septem, fun-
deigni lento, cola, rursus tantundem rosarum
recentium cum ea tere, quæ dies etiam septem
cum ea marcescant. funde vt prius, & cola. tunc
affunde succi rosarum dimidium. olei amygdal-
dulcium partes sex. coq; igni lento ad succi con-
sumptionem. reponc. Si inter coquendum iniij-
cias parum opii in aqua rosarum soluti, valen-
tius fit. præsertim ad insomniæ leuamen.

DOCEt Dioscor. odorare adipem, ex quo modo
hæc manarunt, sicuti, & vocata pomata si adda-
tur opium, erunt efficacia in doloribus mitigandis, &
somo prouocando.

EODEM modo ex violis & nymphææ flore, &
alijs vel frigidis, vel calidis, vel etiam odoris fieri
potest. Hæc componendi ratio ex Dioscoride profes-
ta videtur dicente adipem odorandos. Nō enim ad-
ipes per se, sed ijs odoribus imbutos intellexit. Cum
enim temperatus sit adipes, & inodorus ad continen-
da calida, frigida, odora, est aptissimum, vt oleum
balaninum Galen. Opium stupefaciēdo dolores pla-
cat, somnumque studium, & grauem refrigeran-
do, & velut spiritus animales glaciando facit. Id vn-
guentum est præstantissimum sine opio. Id n. addi
potest, ubi eius vrendi necessitas inciderit. nisi forte
maius coctione, & tpe vires eius frāgere. Tūc n. dimi-
dio cōpositū in coquete opii aq. rosata solutū possis.
Adeps

M E S V E.

Adeps membranis ante est exaete purgatus. Mallem ad colandum liquare in vase duplici, quam igni lento. Oleum omphacium, aut rosarum miscueris opio, amygdalino magis refrigerabit: minus prompte altius intro vi sua permeabit.

VNGVENTVM rosatum. Parant hoc pharmacopœi Veneti diligentissime, odorem, candorem omni studio illi comparantes. Sed quando ad inflammationes hoc ipsum est institutum, si cui esset animus maiorem ipsi refrigerandi vim acquirere, imò elegantissime, & in regum usus parare, axungia postquam sepius aqua calida abluta, aut etiam in ea multa cocta, & conato odore fuerit spoliata, rosaceam aquam frigidam fontane loco affundet, & nona quotidie affusa aqua continenter per dies plures spatia lignea agitabit: interdum etiam coquet. Rosa postea effusa aqua adhuc immatura, ex calyce, quoniam hiare tantum coeperint, carpit: quin & aliarum rosarum vagues marmoreo, & candido mortario velocissime conuulsi, (ubi enim lente agitur nigrescunt.) axungie commiscendi cum rosis, Tum post dies, ut hic iubet, septem aut plures, hæc axungia, & rosarum materia in vitreo vase posita liquanda est: illique per eolum setaceum transfusa, noua rosa, atque vniuersa eodem modo conuulsa, ut diximus injicienda. At vero octava rursus die liquata, & percolata eadem materia pro rosis affundendus rosarum, & vnguium pari diligentia delectorum, & celeriter confusorum expressus succus: addendumque deinceps oleum amygdalarum, quod ex instrata rosa amygdalis, ut alibi docuimus, sit extractum: commiscendaque omnia, & in duplici vase ad succi absorptionem coquenda. Vnguentum profecto rosaceum si quis hac parauerit ratione, & maioris ad refrigerium usus, & odoris suauitate præstantius parabit.

M E S V E.

VNGVENTVM violatum idem pollet, præterea pleuritidi, & thoracis inflammationi prodest. fit vt rosatum.

SYL. **I**D ad vires prædicti adiecit, quod violæ tota sua substantia sint pulmonaciæ, & thoracis, vt inde composita conserua violarum, syrupus violatus, & mel, & saccharum violatum, & id genus alia.

COST. **V**NGVENTVM violatum. Ad vnguentum violaceum conficiendum si quis violarum foliola sumat, vt in parando saccharo sumenda proposuimus, erit hoc & odore suauius, & viribus vulgari non inferius. At quæ foris tantum admouenda sunt, in his minus sepe satisfaciunt studium grauioribus rebus adhibendum.

MAN. **H**OC quoque est valde efficax ad somnum, & ad arcendos dolores.

SYL. **C**APITA papaueris matura, & recentia sumantur potius quam siccata, vt humiditate frigida agant, non sola propemodum frigiditate, vt in Diacodio prius ex Galeno, & alijs docuimus.

COST. **V**NGVENTVM papaueris. Papaueris capita hoc loco, recentia quidem, at non tamen, vt Syluius consulit, matura, imò immatura potius, & adhuc læte turgentia, sumenda putat, vt quæ efficaciam maiorem hoc reddent medicamentum.

VNGVENTVM Basilicon magnum, vlcera & phlegmone carentia, præsertim partium neruolarum, terget, carne implet. Recip. ceræ albæ, resinæ pini, sepi vaccini, & picis naualis, thuris, myrrhæ ana, olei. q. f. In alio ceræ vnc. vi. picis, vnc. iii. aliorum, ana vnc. i. & s.

[†] Vnde in quibus est calefactio.

[†] picis glutinis alimbat.

VNGVENTVM Basilicon magnum secundum hanc descript. vbique ab omnibus habetur in vsu, & præparatum reperitur, & est conueniens vulneribus consolidandis neruorum maxime, & capitis, cum quibus non coniungitur mala complexio calida. Est enim conueniens mundificatiuum vlcibus ad ipsa consolidanda.

QVOMODO valet vulneribus: in quibus est calefactio, cum sit calidum? Puto deesse negationem, & legendum, non est calefactio, & sic etiam scripsit Auic. Basilicon Pauli recipit ceram Colophoniam, picem, adipem taurinum, æqualia.

ALIJ etiam terebinthinam addunt vulneribus glutinandis efficacissimam, alij etiam ichthyocolam, sed cum caleat id medicamentum (vt ex simplicium temperatura, & modo perspicuum est) legendum in Mesue censuimus cum Christophoro, & Manardo, quibus non est calor: præsertim cum Auic. can. v. sic etiam scripserit: & Serapio in suo antidot. quæ nuius vtriusque descript. binæ ab hac non nihil varient.

COST. **V**NGVENTVM basilicon. Quam hoc vnguentum ex veteri versione probet Mesue ad vulnera, in quibus est calefactio: licet vulnus recens, vlcus autem vetustum communi vsu intelligatur, generatim tamen ad vetusta æque ac recentia conducere hoc ipsum potest. quare non male Syluius pro vulneribus, communis significationis nomen reposuit, qua dicitur & de vulneribus vlcus, non tamen e contrario. At quum ex Manardo idem Syluius negatiue legendum putat, & vtile hoc esse tantum putat, ubi non est coniuncta vlcere caliditas, contra quam vetus interpret legat, hoc non caret dubitatione. quando basilicon minus, de quo hic proxime ager, quod ex ceræ, resinæ, picis, & olei pari portione conficitur, Galenus 4. 5. & 13. met. ad inflammationem exiguam, & ad mouendum pus vtile existimat. Atqui eadem in hoc magnum veniunt: præterea vero vaccinum sepium frigidum in suo genere temperamento, si Galeno credimus, seminarum pingue frigidius esse quam marium, accedunt etiam thus, & myrrha, quæ picæ ac resinæ calore non sunt superiora: vt neque etiam pix naualis, quæ pro glutine alimbat reponunt. Itaque Mesuen huius medicamenti vsu ad vlcera cum leni inflammatione Galeni exemplo proponere, non est à ratione prorsus alienum. neque inconsulto negatio addenda est, ubi constanter vetus versio affirmat.

M E S V E.

VNGVENTVM Basilicon. Rec. resinæ, picis, ceræ ana, olei q. f.

VNGVENTVM Basilicon minus, & est vnguentum citrinum. præcedens autem est nigri coloris. sub hac descript. præparatur vbique. Est ma-

COST.

Est ma-

M E S V E D E V N G V E N T I S

Est magis conueniens in principio vlcerum neruoſorum, & eſt virtute ſua minoris calefactionis, abſterſionis, & conſolidationis, quam magnum immediate dictum.

SYLV. **I**DEM pollet, quod præcedens, ſed imbecillius, nã minus calet, terget, glutinat, quam magnum: ob id recentibus capitis, & neruoſarum partiũ vulneribus, & vlceribus fuerit aptius: ſtauum eſt colore, magnum nigricat. Baſilicon tetrapharmacum Pauli recipit ceram, reſinam, colophoniam, picem, adipem taurinũ, æqualia. Galenus ſolum reſinam, nõ addita colophonia: adipem taurinum, aut vitulinum. Celfus: Cuius loco Meſues, & Guido Cauliacus oleũ miſcent, quantum eſt neceſſarium. Vnguentum id Baſilicõ Galeno tetrapharmacum, & Paulo dicitur: calfacit, humectat, dolorem ſedat. Pus mouet, vt abunde Gal. docet lib. 45. & 13. meth. & initio. lib. 3. comp. ph. p. Cum quo idem eſt Macedonicum ſolo thure, quod præterea recipit æquale, diuerſum lib. 13. meth.

COST. **V**NGVENTVM baſilicum minus. Hoc tetrapharmacum eſt Galeni, ſuperiori. vt puto, nibilo frigidius, ſortasſe autem aliquanto calidius, quod vacino ſæpe caret, quo aliorum calor in præcedenti temperabatur.

M E S V E.

CERATVM ſantalinum phlegmonas, & intemperaturas omnes calidas ventriculi, hepatis, & partium aliarum potentiffime extinguit. Recip. roſarum drachmas xij. ſantalorum rubrorum drachmas decem, ſantali albi, & citrini, ana drach. vj. boli Armenicæ drach. viij. ſpodij drach. iiii. caphuræ drachm. ii. cera albe drach. xxx. olei roſati lib. i. miſce. cera & oleo ſi lauentur, ſit preſtantius.

MAN. **S**ATIS ſuſpicor ne multum vergat ad calidum, ſi quidem Sandali calidi eſſe videntur, vt ſupra dictum eſt, & camphora. Spodij. Sumunt moderatim pro ſpodio antiſpodium ex ambuſtis cannis. quod certe vel calidum abſolure eſt, vel partes multas calidas habet, Auicenna etiam teſte.

SYLV. **V**SV frequentis. eſt hoc ceratum apud quosdam nomine vnguenti, minus tamen refrigerat, quã titulo pollicetur. opinor, quod quæ pro ſantalibus miſcentur, ligna ſunt calida, & caphura, & ſpodium parũ frigeant: mirum ni etiam caleant, quod vtrumque multas partes calidas habeat, & illa ſit arte ſuppoſita. ſunt qui id vt ſequens ceratum Gal. refrigerans parant, liquando ſcilicet ceram cum oleo in vaſe duplici: deinde vbi refrigeratum eſt, aqua frigida manibus, aut rudicula diu agitant: poſtea dictos pulueres miſcent.

COST. **C**ERATVM ſantal. Santalum refrigerare, vt alias quoque dicebamus, potius, quam calefacere quotidiana docet obſeruatio. ſpodium vero maxime ſi poſt reſtionem eboris lauetur, refrigerare etiam conſtat. Caphuræ vero ſi modo calida eſt, parum omnino poſſunt drachmae duæ, cum reliquorum, quæ hic ſumuntur, mole: quæ libras circiter duas pendunt: imò eadem, dum penetrationem frigida facultatis adiunat, ex uſu eſt ad refrigerium, quare hoc medicamentum vim refrigerandi obtinere, conſentaneum eſt rationi. id quod quidem vt perpetuo non præſtet; eorum ſæpe incuria facit qui ægris inferniunt: quorum eſſet ceratum interdum detrabere, & priuſquam nouum inducant parti, prioris ſordes cutim obſtruentes ſpongia ex aqua calida detergere. ſæpe etiam cerati ipſius ſoliditas in cauſa eſt, cui cum inſignis quoque inſit vis deſiccandi, dum

entem eius humorem abſumendo, denſat. interiorum humorum, vaporumque prohibet perſpirationem. Quamobrem non damnandus eſt huius ad refrigerium uſus, ſed potius corrigendum, quod illi aliena febrè culpa vitium accidit. corrigi autem hoc poſterius poterit, aſſuſo liberalius oleo, & liuimenti potius, quam cerati conſiſtẽtia, illi ipſi comparata.

M E S V E.

CERATVM Galeni valentius refrigeras, febris ardentibus, & cephalalgia calenti, & cum pulſu dolorifico ſaluberrimum fit ex cera albæ vncia vna, olei roſati ex omphacino facti vnc. iij. & aquæ fontis frigidae q. ſad multum diuque lauandum, & ſubigendum ceratum, quod tandem ex aceto albo pauco, claro, ſimiliter ſubigendum eſt.

FULTIMVM in inſtigatione. Vltimum intelligendum non in gradu, ſeu ordine, ſed in modica, & abique noxa inſtigatione. Galenus dicit ſimpliſſimum inter inſtigationia, & humectantia, & eo utebatur in eryſipilate, & phlegmonis pudendorũ ab initio. Cera albæ. Pontica optima abluta. Olei roſati vnc. quatuor) vel tres. Oleum omphacinum. Optimum eſt autem exacte tenuium partium, vt Sabinũ. Aquæ fontium) Galenus, miſceantur, & ſimul liquentur in vaſe duplici, & fiat humidum ceratum. Inſtigatione cerato inſpergatur tantum aquæ frigida paulatim in mortario, quantum poteſt ſuſcipere, vt molliſſi cetor. Satis autem inſtigationis ceratum vbi primum fuerint mediocriter coagulata. inſundens totum vaſ in aquam frigidiffimam. Cum aceto albo. Si miſcearis parum aceti ſatis tenuis, & ſplendidi, magis humidum, & frigidum facies pharmacũ. Nec debes pharmacum tandiu dimittere ſupra corpus donec caliat, ſed continuo mutare, quod pauci hoc tempore aduertunt. Vide Gal. 10. Meth.

CERATVM album ſæpe dicitur quibuſdam vnguentum: ſiat autem omnino in vaſe duplici, & ſit recens. Eo Gal. eryſipelata, & phlegmonas pudendorum initio mitigabat, & ſic parabat lib. 10. meth. Medicamentum omnium, quæ humectant, & refrigerant ſimpl. quo etiam ad eryſipelata, & phlegmonas pudendorum vtor initio priuſquam depaſcens aliqua putredo appareat. Cera optimæ albæ Ponticæ, vel ex Atticis extractæ ſauis, elotæ vnc. j. olei omphacini, id eſt crudi citra ſalem; tenuis (quale Sabinum eſt) vnc. iij. vel vnc. iij. vt humidũ ſit ceratum: cum vti voles, liqua in vaſe duplici: deinde cum modice coiuuit, refrigerando, mittendo vaſ in quo eſt ceratum in aquam frigidiffimam, cum admodum erit refrigeratum miſce in mortario paulatim tantum aquæ frigidiffimæ, quantum in ſe molliendo poterit accipere: cui ſi addas aceti admodum tenuis, & clari, & albi paululum, magis refrigerans, & humectans medicam. efficies, hæc. lib. 10. meth. De hoc Galen. lib. 10. meth. 10. & lib. 1. ſimpl. c. 6. & lib. 6. ſanit. tuen. vbi aceti vice, ſubigendo manibus diu in mortario, miſcet ſuccum ſempervini, ſolani, coryledonis, pſyllij, polygoni, tribuli, portulacæ, lactucæ, & ſimilium. Id autem ceratũ vbi incaleuit, tollendum eſt, nam calfacium recalcificat. Ego inter duas telas extenſum in temperaturis partium calidis tepidum applico: hora poſt dimidia aufero. aliquandiu poſt parti reddo, ſi opus eſt. quotidie autem nouum nouæ telæ impono, priore nimis ſiccato. Sic enim dum libet, tollitur & redditur, nec pars inuncta ægro tedium adfert.

CERATVM Galeni. Huiusmodi medicamentum omnia vbi incaleuerit, accenſo ex quo conſicitur pingui, obſtructis eorum lentore meatibus, ac prohibito

libito perspiratiu. magis calefaciunt. remedium est, vt il-
lita eo vnguento parti lincum pannum frigida aqua siue
fontana, siue rosaceo, & aceto imbutu, atque expressum
admoneas: tum paulo post, deterfa parte spongia ex tepen-
te aqua, nouum inducas medicamentum.

M E S V E.

VNGVENTVM ex bdellio, epilepsiam,
paralyfin, spasmus, ceteros neruo-
rum affectus frigidos, ac scirrhus
iuuat. Recipiunt bdellij drach. vi. † eu-
phorbij, sagapeni, ana drach. iij. castorij, drac. iij.
cerae, drachm. xv. olei † iasmini, aut leuicij lutei,
dr. x. bdellium, & sagapenum dissoluantur aqua
rutae agrestis, cetera cum aqua calida † vniantur,
& fiat vnguentum.

CHRI. VNGVENTVM de bdellio confert disposi-
tionibus frigidis neruorum, & duritiei ipso-
rum. vnde iuuat in spasmio longi temporis, & pa-
ralysi, & similibus dispositionibus. Et nota quod
vius cuiuslibet vnguenti, & emplastri in disposi-
tionibus materialibus, debet esse praemissa eua-
cuatione. Rec. camphora. alia litera exterior di-
cit castorei, & est melior. sambucini. idest de ges-
simino, quod est calida, & humidę cõplexionis,
aut olei de cheyri. idest de viola Saracenicā, vel ru-
bea, calida, & sicca.

MAN. VVALIDVM certe est hoc, & potens ad discutien-
dum, & emolliendum.

SYLV. ID vnguentum potenter mollit, ac digerit, vt etiam
spasmus iam diuturnum, & neruorum, iunctura-
rumque tophos, ac nodos dissipet: multis ob id in vsu
est creberrimo.

COST. VNGVENTVM ex bdellio. Vbi bdellium, &
sagapenum aqua rutae dissoluenda docuit, cetera,
euphorbium inquam, castoreum, ceram, & oleum, cum
aqua linienda esse dicit. quo loco quia quid per (linire) in-
telligat, non apparet, Syluius vnienda esse interpretatur.
Sed quomodo aqua calida vnire hoc licebit? refugit enim
aqua ceram, & oleum. Profecto haec commiscendi vide-
tur ratio, vt cera oleo primum omnium addatur: tum his
bdellium, ac sagapenum, iam antea ex aqua rutę dissolu-
ta adijciantur: demumque his accedant euphorbium,
& castoreum in puluerem redacta. Hęc igitur vbi pra-
stiteris, vult fortasse omnia hęc in vnā veluti massam
collecta, in aqua calida manibus tractari, id quod non
modo ad exactam harum rerum omnium misionem, sed
etiam ad immoderati coloris temperiem plurimum con-
ducit. Fortasse etiam oleo iam tum cera eliquato, addi-
tisque tum lacrymis iam antea dissolutis, tum euphorbio,
& castoreo, vt olla, in qua hęc fuerint, in altero ser-
uentis aqua vase, idest in duplici vase exacte coquantur,
iubet. hoc vero qui praestiterit, si mentem ille fortasse
scriptoris huius non assequitur, non tamen erraturum
confido. Fortasse etiam si lectionem veterem sequamur,
quum iubet, vt cetera in aqua liniantur, de euphorbio,
& castoreo intelligit. hęc vero vt mitigandę eorum acri-
monię gratia, in aqua calida macerari consulat, & ex
arte postea tritis, quae terenda sunt, & commistis vnguen-
tum conficiatur.

M E S V E.

ALTERVM idem pollens. Recipit ca-
storij drachmas duas, pirethri, euphor-
bij, staphidos agriae, zingiberis, sinapis
ana † vnc. s. succi (radicum) asphodeli, † dr. iij.
& rutae agrestis, ana vncias quatuor, cum succis
omnia † vniantur. deinde coquantur cum ce-
rae vncijs quinque, olei rosati vncijs triginta ad
succorum consumptionem colentur, repona-
tur.

PPOTENTIVS est hoc, quam praecedens. Cauendum **MAN.**
tamen, ne discussa tenui materia residuum indure-
feat. Rhodinum tamen eius vim minuit.

BVNGVENTVM valens similiter. Cetera, vt **COST.**
praecedens, in conuulsione, paralyfi, neruorumque
frigidis affectibus praestare hoc ipsum posse concedo. at
non emolliet neruosarum partium scirrhus, quam vim su-
periori conciliant lachryma bdellij & sagapeni: imo for-
tasse, dum attenuandi vim strenue exercet, tenuiorum-
que humorum dissipationem facit, crassis, contumaciorum
comparat crassitudinem. Quo fit, vt articulorum tophis
inimicissimum hoc ipsum existimem, quum contra supe-
rius ipsis vtile fore non diffidam.

M E S V E.

VNGVENTVM Philagrios, spasmus,
& paralyfin iuuat. Recipit cerae, vncias
tres, caespyi, succi rutae agrestis, ana vn-
cias duas, euphorbij, piperis, ammoniaci, cro-
ci, thuris, castorij, † terebinthinae, opopana-
cis, ana drachm. ii. † styracis liquidi drachm. ii.
& s.

GLVLTINIS alimbac) idest terminthi. Sigie. Vel sty-
racis liquide, vel purioris myrrhae, sed primu ma-
gis hoc loco probo. **MAN.**

HIC pro olibani voce vulgi ex Graeco, tum articu-
lo, tum nomine confarcinata, idest, thuris, quida
legunt olei balsami. Pro styrace liquido, idest, myrrha
stacte, poni potest myrrha purior, si inuenitur. **SYL.**

VNGVENTVM Philagrij. Quum sigiam hic **COST.**
reliquis addit, neque styracem liquidum, cum Syl-
ui, neque myrrham cum Manardo substituere: sed sty-
racis lachrymam Arab. absoluto sigia nomine intellectu
qua discutiendo, atque emolliendo non est hoc loco impor-
tuna.

M E S V E.

VNGVENTVM aureum vulnera certo, &
salubriter glutinat. recipit cerae flauae vnc.
sex, & olei boni lib. ii. & semissem, tere-
binthinae vnc. ii. resinae pineae, & colophonie, ana
vnc. j. & dimidiam, thuris, mastiches, ana vnc. j.
croci. dr. j.

VNGVENTVM aureum, habet virtutem **CHRI.**
confimilem cum vnguento basilicon maio-
ri, sed est maioris calefactionis, et est coloris rubei
propter cinaprum.

ADDI-

† al. euphor-
bij. dr. j.

† Sambucini.

MAN.

SYLV.

COST.

M E S V E D E V N G V E N T I S

A D D I T I O.

Istud vnguentum dicitur aureum, quia optimum & excellentius est inter vnguenta, sicut aurum inter alia metalla. Gilbertus Anglicus in capitulo de cura arthreticæ habet vnam aliam descriptionem vnguenti auri.

MAN. RESINAE colophonice. Vel totum simul coniunctim pro vna re intellige, vel per resinam, pineam, per colophoniam, eam quæ ex Colophone adfertur.

SYLV. ID vnguentum ab auri pretio, & colore: est enim præstantissimum. Miror quosdam colorem hunc illi cinnabrio vulgari tribuere, cum illud non recipiat. Resinæ colophonice, pro vna re legi potest coniunctim, vel pro duabus resinis scilicet pinea, & colophonice, quæ ex colophone Asia minoris vrbe efferebatur.

COST. AVREVM. Resina absoluto nomine veteres velle videntur terebinthinam, quasi inter resinas omnes principem. Sed quando meminit etiam terebinthinam, recte pingam Manardus sumit. qui colophoniam pro ea sumunt, non etiam errant, quamvis colophoniam non resinam, sed picem, quia solidior est, communis sit vsus nuncupandi.

M E S V E.

VNGVENTVM ex cerusa sanat ambusta, erysipelata, scabiem siccam, & vlcera calida (vt quæ bilis vltæ, & pituita falsa excitauit.) Recipit cerusæ, lithargyri, ana vnc. vi. plûbi vlti, scorizæ argenti, ana vnc. dimidiam, mastiches, thuris, ana drachm. ii. & dimidiam, olei rosati, aceti albi, ana quantum sufficit. tritis omnibus in mortario, affande paulatim nunc oleum nunc acerum, semper mouendo, donec pinguescant (velut nutrita.) Si argento viuo eget affectus, eius adde drach. v. & etiam si opus est, æruginis drach. duas.

† drach.

Si et indiget puritâ habens argenti viui dr. v. adde.

CHRI. VNGVENTVM de cerusa sub ista descriptione non est in vsu, sed vnguentum quod vulgariter dicitur album ab omnibus. cuius hæc est descriptio. Rec. cerusæ vnc. ii. olei rosati quantum sufficit, & fiat vnguentum in mortario, quidam addunt modicum aceti, & est conueniens, et quiddam addunt etiam vnc. j. lithargyri, & est etiam conueniens. qualitercumque præparetur, primum quod est sine aceto, & lithargyrio, est sine mordicatione, & maxime si cerusa primo fuerit abluta cum aqua rosata, & est conueniens quibuscunque malis complexionibus calidis factis à caliditate solis, vel strictura calciamenti, vel à frictione superflua cum calefactione mala, & cum aliquali excoriatione, sicut etiam sæpe contingit membro virili post coitum cum scæda muliere. Secunda descriptio cui additur modicum aceti, & conueniret talibus dispositionibus, nõ tamen multum profundis, nec in membris neruosis. Et descriptio tertia est maioris deficcationis cum eisdem virtutibus in frigidando, & vlcera consolidando, & sigillatim cum quibus coniungitur excessus malæ complexionis.

A D D I T I O.

Istud vnguentum est in vsu, solum sub nomine vnguenti de cerusa ad phlegma salsum, sed

Equando medicus ordinat vnguentum de cerusa simpliciter, intelligitur vnum aliud, quod nunc cõter ab aromatarijs dispensatur sub nomine emplastri de cerusa, & fit ex oleo rosato, & cerusa partibus æqualibus assumptis, bulliando simul ad invicem vique ad reductionem pastæ, ex qua fiunt magdaleones.

MAN. MERDASENGI. Id est, lithargyri. Scorizæ argenti. Spurcicia in omni metallo sic vocatur, sed argentea vocatur helycina à Diosc. Argenti viui. Vbi argentum viuum tractas, caue ne principalia membra eius vim præsentiant: Ziniar. Id est, æris æruginem.

SYLV. HOC vnguentum est rarum vsu: in eius locum receptum est vnguentum hoc album, seu potius emplastrum de cerusa. Cerusæ lotæ vnc. ii. olei ros. q. s. Fiat vnguentum in mortario crudum. Alii & olei ros. portionem æqualem coquunt ad emplastri consistentiam. Valentiùs fit, sed mordax, pauco addito aceto. Sunt qui siccantius reddunt, etiam lithargyri adiectis vnciis iii. & caphuræ dr. ij. & albuminibus duorum ouorum, & aceto pauco. Intemperiem calidam sedat, vlcera & excoriationes à calore solis.

COST. EX cerusa. Terenda seorsum, & metallica, & lachryma metallica vero non omnia. cerusa enim setaeco traicitur, sed qua metallica teruntur, non simul, sed seorsum singula terenda sunt. plumbum vero vltimum in cote etiam laugandum est, affuso ad igneam vim temperandam, atque ad tenuissimam illi comparandam substantiam, aceto. Si hydrargyron addendum sit, vt misceri possit reliquis, me etiam tacente, extinguendum esse antea, satis constat. extinguitur vero id tum varijs modis, tum cum salua succo, aut aceto accerrimo diutius in mortario agitatum.

M E S V E.

VNGVENTVM fericinum vtile ad vlcera putrida, excoriationem, vltionem, sic fit. ad de vnguento cerusæ prædicto ferici dr. j. & s. aloes, myrrhæ, ana vnc. s.

CHRI. ISTVD vnguentum raro in vsu habetur, & dicitur syricinum, quia cum vnguento de cerusa supra scripto adduntur syrici dr. j. & dimidiam aloes, myrrhæ, ana dr. iii.

MAN. HOC neminem vidi vrentem, validum tamen putato, atque longe validius, si sericum vrentetur.

COST. VSV rarum est, tametsi efficax sit, efficacius futurum, si sericum vltum pro crudo acceperit.

SYRICINVM. Pro syrico sericum intelligunt Manardus, et Sylvius, quod etiam vltum magis probant. forte tamen minus vulgatum, id est cerusam vltam antho intelligit, quam syricon, & sandzica Græci, Arabes sarchon, & syrengi appellant.

M E S V E.

VNGVENTVM Aegyptiacum magnum, vlcera antiqua, & fistulas terget, carne mortua, & putredine expurgat. Recipit æruginis aur. v. mellis aureos quatuordecim, aceti acerrimi, aur. vii. coque igni ad iustam crassitiem. Addunt aliqui thuris masculi triti, aur. ij. & dimidiam.

VNGVEN-

CHRI. VNGVENTVM Aegyptiacū magnū, sepe & multum habetur in vsu, ac preparatur: & est coloris rubci, ne ab infirmis cognoscatur propter colorem floris aris, qui est viridis. terrenū enim multum ex vnguento viridi. quod est compositum ex flore aris, qui color remanet in ipso, quia non decoquitur: sed flos aris cum decoquitur, colorem rubeum acquirit. & ideo hoc est rubeum. quia flos aris decoquitur. & est fortissima deficcationis, & corrodit carnē additam malam, & mūdificat vlcera mala sordida à superfua sanie. Istud vnguentum aegyptiacum, quod fit absque oleo, est maioris deficcationis, & absterfionis, quam viride, sed viride est maioris corrosionis, non obtante, quod componitur cum oleo, quia ipsū plus ingreditur de viridi aris. Est etiam magis penetratiuum ratione olei, quod ingreditur ad partes vlceris.

MAN. Hoc in frequenti vsu est vulnerarijs medicis, solētque vnguentum de melle appellare. Floris aris.) sunt veluti milij squamæ sponte ab are cadentes, quā panes aris aqua refrigerantur.

SYLV. Id vnguentum vsu admodum frequēs, valentissime saniem siccāt, sordem deterget, carnem absumit, praesertim si oleo caret, ac viride sit ob crudam æruginem. Si vero cocta, simul est, rubrū sit, & moderatus vnguent. nec agros terret: praesertim si oleum acceperit, quāquā crudum cū hoc non sit mitius. Nā æruginem recipit largiorem, cui oleum in partes penitiores aditum parat: vide melius ex ærugine vlt. l. 2. c. ph. g. Diuersū ab Aegyptijs, & fuscis emplastris in sine lib. 3. c. ph. g. describitur. & ab Aegyptia fabas Aegyptias recipiente lib. 3. comp. ph. Ex Gal. tamen lib. 7. meth. & lib. 2. c. ph. g. de viridibus emplastris sumptum est.

COST. AEGYPTIACVM magrū. *Aruginem hic pro aris flore sumit Syluius, quā quamuis eadem praedita facultate, eam tamen non querit author, & acius etiam mordet. Benignius medicamentum hoc redāunt, qui es vltum, vulgo feretrum hispanum substitunt, ut minus mordax, detergendo autem, & siccando praestantissimum.*

M E S V E.

VNGVENTVM Tripharmacum sarcoticum, & epuloticum. Lithargyros laeuissimemetritus, oleo vicissim, & aceto paulatim affusus in mortario, mouetur ad iustam crassitiam.

MAN. Hoc quoque frequentissimum est, & vocant expertum. TRITI sicut alcohol.) Id est, subtilissime. Gal. primo libro de medic. comp. secundum genera, hoc dupliciter parari docet: per hydrelæon videlicet, & oxeleon. Addit, & tertium per œnelæon. Docet quoque ibidem vsum crudi lithargyri.

SYLV. VNGVENTVM de lithargyro, & emplastrū tripharmacum Gallis vulgo dicitur. Gal lib. 2. cap. ph. g. facit cum hydreleo, & oxelæo, & œnelæo docetque ibidem vsum crudi lithargyri. Alij lithargyri nunc crudi, nunc aqua rosarum lori, vnc. iij. aceti vnc. i. & dimidiam: olei rosati q. s. terunt in mortario sine cera, ut vnguentū de cerusa. Vtrumque coquendo etiam fit cum pauca cera, ut solidius, & tenacius euadat, sed minus tunc refrigerat. Prodest scabiei, & cutis vlceribus, ut unguētū cerusae primum. Vtrumque triphar. Mesue est in vsu: illud expertum: hoc coctum quidam uocant.

A TRIPHARMACVM. Hoc, dum confluentes ad **COST.** vulneratam partem humores refrigerando reprimat, & qui fluxere tenuiores siccāt, & sordes deterget, gignenda carnis, & cutis praesidium est. at ubi cauum sit vlcus ob eandem refrigerandi, & reprimendi facultatē, id infirmius efficit.

M E S V E.

VEL Lithargyri, † aceti ana vnciam vnam, ^{† Triti sicut alcohol.} olei vncias duas, coque igni lento, ad crassitiam.

CHRI. VNGVENTVM tripharmacum, sub hoc nomine non est in vsu, sed sub nomine vnguenti de lithargyrio vsitatur, & confert vlceribus, cum quibus coniungitur mala cōplexio calida. confert scabiei vlcerosae, & generaliter omnibus dispositionibus, quibus confert primum vnguentum de cerusa dictum superius, & maxime si lithargyrium lauetur cum aqua rosata, cuius hæc est descriptio. Rec. lithargyri triti sicut alcohol, vncias iij. aceti vnc. s. olei rosati quantū sufficit. Fiat vnguentū in mortario absque cera, sicut vnguentum de cerusa dictū superius. Fit etiam quandoque vnguentum de cerusa, & oleo rosato per decoctionem, ut acquirat soliditatē maiore, adhaerentiam aliqualem ad membrum, cui applicatur, sed tunc non est tantæ in frigidationis, & maxime, quia in eo debet addi modicum ceræ. Et similiter potest fieri vnguentum de lithargyrio, oleo rosato, & modico ceræ eadem intentiones, de adhaerentia ad membrum, & ipsius soliditate cum predictis virtutibus, non tamen cum simili in frigidatione, sicut si fiat in mortario.

HOC coctum uocant, & in eundem usum habent **MAN.** prioris splenio superpositum.

TRIPHARMACVM aliud. Est hoc superiori **COST.** magis sarcoticū, minus vero epuloticum, quod tum olei, & illius etiam veteris, largius affusi, tum decoctionis gratia minus refrigerat, ac densat cutim.

M E S V E.

VNGVENTVM Pforicum Alexandri, ^{Alph. african.} sporam, id est, scabiem sanat, impetiginem à pituita salta, cutis asperitatem, & alia cutis vitia terget. Recipit cerusæ, lithargyri pforici, aloes, croci, cadmiæ argentariæ, argenti viui extincti, ana portionem æqualem cum oleo oleandri, & aceto q. s. Fiat sicut vnguentum de cerusa.

CHRI. ISTVD vnguentum non est in vsu. Auic. in ij. can. de ipso facit cap. sub nomine sarcoticum, & dicit, quod est medicina ad scabiem facta ex lithargyrio, calcadis id est vitriolo viridi, & aceto. vnam tamen aliam descriptionem ponit hic Mesue.

MAN. RELATVM ad Alexandrum.) Pro Climia. Cadmia intelligenda, de qua Dioscorides. Per alfericon intellige pforicon, de quo statim. Oleū de oleandro.) Nerion uocatur à Dioscoride, fosandrium à Latinis, ut ipsemet dicit: alij rhododendron.

OLEAR-

M E S V E D E V N G V E N T I S

SYLV. **O**LEANDER Diosc. dicitur nerion, alijs rhododendron. Latinis fosandrium Psoricum Diosc. fit ex chalciteos partibus duabus, cadmia parte vna, tritus cum aceto. Gal. autem ex chalciteos partibus duabus, lithargyri parte vna. Mesue vero aliter.

COST. **P**SORICVM Alexandri. Oleandri foliorum succus ab Auicenna ad scabiem, & asperitatem cutis probatur. Ex eodem ergo succo, vel folijs in oleo decoctis oleum parabis hoc loco expetitur. Quod valere hoc vnguentum, ait in veteri versione ad phlegma crassum, non temeraria coniectura Sylius vertit pituitam salsam: quando ex eo genere humoris impetigo seorsum oritur. fortasse tamen pituitam crassam auctor posuit, eius nominemobiles illos intelligens nodos, qui gummi nomine nuncupati passim ex eius pituita genere, licet accedente interdum atro humore, oriuntur. quos hydrargyro, quod in hoc vnguentum traducit, dissolui saepe obseruamus.

M E S V E.

PSORICVM medicamen compositum ad fistulas, cancos, scabiem siccam, lepram, carnis putridae incrementum. Recipit lithargyri albi, chalcanthi, ana partem. j. æruginis partem dimidiam, terantur die vno in sole æstiuo cum aceto acerrimo paulatim affundendo. Deinde in vase vitreo probe obstructo condantur sub fimo diebus xl.

visus interpretatio.

Confectio alphefiricon, quod est medicamen compositum ad fistulas, & cancrum, & malum mortuum, & delet additionem carnis putridæ, & sanat scabiem siccam. Recip. lithargyri albi, chalcanthi, ana partem. j. floris æris partem dimidiam. terantur cum aceto vehementer forti in sole tempore æstiuo ferè per diem vnum, semper autem modicum addendo acetum. Deinde ponatur in vase vitreo, & stringatur os eius, & sepiatur in fimo diebus xl. Deinde administratur.

CHRI. **H**ANC confectionem vt iam dictum est describit Auic. in v. cano. cui tamen addit Mesue florem æris.

MAN. **P**SORICON. Græce dicitur, & secundum Dioscoridem recipit chalciteos p. 2. cadmia p. 1. & teruntur cum aceto. Iuxta Galen. chalcitis partes duas, lithargyri vnam.

COST. **P**SORICVM. Valentissimum est hoc profecto ad affectus propositos, sed insigni mordacitate, & doloris diuturnitate, quo partes affici molestissimum. quare vtilius commisto cum proxime descripto vnguento, quam seorsum vteris.

M E S V E.

VNGVENTVM vlcera sanans antiqua, dysepulotica. Rec. aloes, myrrhæ, ana partes æquales. tere cum succo absinthij, chelidonij, plantaginis, ad mellis consistentiam. ex linamento adhibe.

CHRI. **I**STA confectio non habetur in vsu. & dicitur confectio vnguenti. similier & præcedes, quia

fit sine oleo, & cera, sed reducitur ad spissitudinem vnguenti cum succis, vel alio liquore.

Hoc nullibi vidi parari, putarim tamen non inutile.

HOc sine oleo, & cera fit: in vsu non est tamen est efficax, & paratu facile. Efficacius multo reddit Meius ca. de aloes, si paucus sanguis draconis miscetur.

VNGVENTVM ad vlcera. Chelidonij radix acrior detergendo, ac siccando reliquis eius be partibus validior. quare si huius succum sumseris, efficacius reddes medicamentum.

M E S V E.

HYSSOPI ceratum diateffaron, descriptione Democriti, valet ad mollificationem omnis duritici, & nodo sitatis, quæ sunt in membris, & apostemata dura, & duritiem iuncturarum, & dolorem hepatis, & splenis, renum, matricum, & vetricæ. Recip. ceræ citrinæ, terebinthinæ, ana dr. xii. olei irini vncias iiii. hyssopi humidæ ꝑ vnc. ii. Et ex eis fiat vnguentum. & administratur.

ISTO ceroto diateffaron vtuntur nonnulli sub nomine ceroti de hyssopo humida, & dicitur diateffaron, vt iam dictum est de theriaca diateffaron à quatuor rebus, ex quibus componitur. Ioan. Anglicus in cap. de dolore iuncturarum in cura guttæ melancholicæ habet vnam aliam descriptionem.

HOc facilius parari potest, quam huius generis alia, nec erit minus vtile.

HYSSOPI ceratum diateffaron. Emollire, & concoquere maxime potest, ob idque dolori visceris non inutile est, cuius ex crassiori, crudiorique materia sit ortus. Sed & irini olei nomine discutere status potest, si ex ijs proueniat dolor.

M E S V E.

CERATVM Gal. stomachicum, ventriculum, & hepar roborat, horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat. Recip. rosarum, mastices, ana dr. xx. foliorum siccorum absinthij dr. xv. spicæ nardi drac. x. trita tenuiss. ceræ vnc. iiii. olei rosati lib. vnam, & semissem. liquentur hæc igni, & aqua rosarum diu lauentur. iterum liquentur & lauentur vino veteri, & austero, & succo cydoniorum, & aceto pauco, post misceantur reliqua, & fiat ceratum.

ISTVD cerorum apud nonnullos habetur in vsu, cui si addatur parum galliæ alefanginæ inuenitur in ipso virtus mirabilis ad confortandum stomachum.

QVOMODO in aqua rosarum, si Galeni tempore non fuerint inuentæ nostræ hæ aquæ, potest decoctum intelligere. Cerorum tamē Gal. quo assidue vtebatur, describitur ab eo lib. 8. de comp. medic. secundum loca, & à Paulo hoc modo. Ceræ albæ vnc. j. vel

vel estate drach.vii. aloes, mastiches drac.i. olei omphacini, vel nardini, quantum sufficit. Si vero pluri egent styssi, adde omphacii drach.i. aut absinthii, & tertium cum his hypocystidos, & cœnanthes, & rhu, id est, sumachi succum.

CERATVM hoc stomachicum apud Galen. non dum legi: sed id est, quo assidue vtor, inquit Galen. initio lib. 8. c. ph. p. & lib. 8. metho. & post eum Paulus: recipit autem vnguenti nardini optimi, cere ponticę amarę, vel alterius ponticę, vel tyrrhenicę (q̄ alba est abluione,) vel alterius odore, & pinguis, sed lotę, ana vnc. Romanam vnam, seu drac. viii. esta te vero cere tantum, drach. vii. liqua in vase duplici: refrigerato deinde, & raso adde aloes, mastiches, pulueris mollissimi, ana drach. i. vel paulo amplius, non tamen ultra sesquidrac. Quod si maiore est astrictio- ne opus, cum scilicet tanta est imbecillitas, vt ne cibũ quidem continere possit, auge mastichen ad sesqui- drac. vel adde omphacii tantũ dem, vel absinthii suc- cum, vel vtrumque, & præter hæc interdum hypocy- sthidem, & cœnanthem, id est, vitium syluestrium ger- men cum floribus, & succum rhois. Sed dum ceratũ conficis, hæc miscenda ante aloes, mastichen, tuncq; cere, & nardini vnguenti pondus pro reliquorum portione augendum vt si quatuor ex aliis drac. colli- gantur, cerati nardini vnc. sint iiii. cere quidem dua, vng. nardini etiam dua, præstantius fiet, si spicati un- guenti, vel foliati sumptuosorum Romę medicamen- torum aliquid addas. Potes etiã loco nardini masti- chinum, uel melinum optimum, & recens miscere. Quod si uentriculus intus utitur, ita, ut affectus phleg- monę similis in eo consistere uideatur, fiat ceratum ex oleo melino cum cœnanthe, uel hypocysthide, uel balauftis, uel *pholix*, id est palmularũ carne, & aliis, quæ uentriculum refrigerare, & firmare sunt idonea. Ad rem uero presentem cõmodissimum semper de- liges, intentus dictis scopis. Mese autem in suo, pro aloes rosas, folia uero absinthii, pro succo, spicam nar- di cum oleo rosato pro unguento nardino ponit, ho- rum tamen dosi, ut mastiches immodica. Potest tamẽ parari ad robur stomachi in febribus, aut ipsius phleg- mone. Quod ex Gal. citat Nicolaus, emplastri for- mam habet, & simplicia permulta non esse Galeni acute declarant.

CERATVM Galeni stomachicum. *Oleum ro- saceum, & rosaceam aquam ad calidarum intem- perierum refrigerium usurpamus, quin, & cotoneorum quoque succus refrigerat, admirandum ergo, quod huiusce generis medicamenta in hunc traducat locum, ubi frigi- da intemperie uentriculi præsidium pollicetur. Sed oleũ rosaceum temperata est facultatis tum olei gratia, tum etiam rosarum, in quibus calida aliqua sunt partes, præ- terea uero absinthium, mastiche, spica, & uinum uetus calefaciendo prodesse possunt. Non hæc tamen si frigidior sit intemperies, sunt satis. Sed & nardinum, & spicatum oleum, & alia eiusmodi in presentem rē addi possunt.*

M E S V E.

CERATVM diapente, spasmodum, & ner- uorum, iuncturarumq; tumores du- ros, & nodosos lenit, accipit cere flauę vnc. iij. † styrcis liquididrach. ij. tere- binthinę vnc. j. † mucaginis ichthyocollę, vel gummi hederę, olei irini quantum sufficit.

ISTVD cerotum est in vsu, sed non multum. Quid per gluten zanach intelligatur, ignora- tur, nonnulli tamen moderni dicunt, quod est colla piscium, alii uero aliud: de eo tamen cer- tius dicitur infra in emplastro magno diachylõ.

HOC formam habebit ceroti recentiorum, si exi- guum quid addatur irini olei; si plus, cerotum fiet antiquorum. (Sigiz.) Id est styrcis, vt superius di- ctum est Glutinis zanaham.) Forte gummi hederę.

RARISS. vsu. Ceratum erit hoc veterum, si plus olei accipias: & recentiorum, si minus.

DIAPENTE. Mucaginem, seu glutẽ Zanach, Syl- nius ichthyocollam, vel gummi hederę vertit, a- lij mucum cochlearum intelligunt, quo loco ex hederę fortasse gummi, quod inter psilothrę a Diosc. reponitur, & exurentis facultatis agnoscitur, sperare aliquid in conuulsione liceat cum reliquis discussorijs, & emollien- tibus: at ichthyocollam, vel cochlearum mucum, quem ad conuulsionem, ad nodosq; ac neruorum, & articulo- rum tumores duros præstare vsu possit, non assequor. Quam uero etiam consulto ichthyocollę substituatur aliquis gummi hederę contraria prorsus natura? Nobis quid ea significet uox, non satis constat, eius tamen loco ammo- niacum hoc loco substituere, aut etiam viscum quercini- num, quod ea Arabica dictio quibusdam sonat, hoc enim tum molliendo, tum coquendo, & ex alto foras extraben- do conferre in his affectibus, aliquid potest.

M E S V E.

CERATVM Alexandri uentriculum, & v̄trem reliquum inferiorem roborat, ab hisq; duritiem dissipat. Rec. comarũ absinthij, thuris, ana drac. x. ammoni- aci, styrcis calamitę, ana drach. xij. spicę nardi drachmas tres, cere vncias quatuor, olei chamæ- melini quãtum sufficit. Ammoniacum, & thuris vino horis vigintiquatuor macerentur, oleum, & cera liquentur igni, reliqua trita, & creta insper- gantur.

Cerotum Alexandrinum optimum, stoma- chum cõfortat, & membra nutritionis, & aufert duritiem ipsorum, bonum, & expertum. Recipe cimaram absinthij, olibani, ana drachmas decẽ, ammoniaci, styrcis calamitę, ana drachmas duodecim, spicę drachm. iij. & cere drachmas quatuor, olei chamæmillę quãtum sufficit † oly- banum, & ammoniacum in vino sufficienti per diem, & noctem infunde, absinthium autem, & spicam tere, & cribra, oleum uero, & ceram sol- ue super ignem, & cum eis reliqua misce.

ISTVD cerotum apud Mediolanenses mul- tum habetur in vsu, multũ uile est ad ea, quæ in textu scribuntur.

STORACIS calamitę.) Styrcem calamiten vo- cat Galenus eum, qui intra calamos ferebatur, nũc desijt ferri, sed loco eius habemus sicum uocatum.

MEDIOLANI in vsu est frequenti, dignũ quod etiam alibi vsurpetur. Cera ex oleo liquata, am- moniacum uino vigintiquatuor horis maceratum, & ad mellis crassitiem coctum, per se miscetur: deinde pul. tenuis. adduntur. Quod si styrcis, & thus pin- gaia, & mollia sunt, etiam dissoluenda.

ALEXANDRI. Quum absinthij comarum hic pro- ponit, non aliud quam fructus osum cum semine cau- lem sumerem. Quum uero ammoniacum, styrcem, Mesue. Gg thus

MAN.

SYLV.

COST.

CHRI.

MAN.

COST.

COST.

CHRI.

MAN.

CHRI.

MESVE DE VNGVENTIS

thus in debita vini mensura infundi iubet, vix tantum est sumendum vini, quantum ad eadem post macerationem dissolnenda sit satis.

M E S V E.

ALTERVM eiusdem valenter scyrrhos dissipat, articulorum, & neruorum omnium dolores, & affectus diuturnos a frigido natos, & contractiones, & paralyfin, & torturam. Recipit castorij, euphorbij, piperis longi, & nigri, ana vnc. j. ammoniaci, opopanacis, ana vnc. j. & semiss. medullæ cruris cerui, & vaccæ, ana vnc. j. terebinthinæ vncias vj. styracis liquidi vnc. i. adipis gallinæ, & anatis, & anferis, & porci, ana vnc. j. & dimidiam, ceræ lib. i. olei veteris, nardini, irini, laurini, chamæmelini, leucon lutei, ol. naphthici, ana vnc. octo, olei balsami, vnc. quatuor, vini veteris quantum sufficit ad macerandum medicamenta sicca. Efficacius fit, si addas œsypi vnciam iiii.

MAN. Hoc si bene paretur valde idoneum erit ad duros tumores, & præcipue Gallicos, articulorumque dolores. De naphtha habes apud Dioscoridem capite de asphalto.

SYLV. EST efficacis & magno successu in vsum venit ad dissipandum tumores duros, & articulorum dolores præcipue a lue Hispanica.

COST. ALTERVM eiusdem. Sperare profecto ad propositos neruorum affectus frigidos plurimum ex hoc licet, nō conficietur autem sine magna opera, & sumptu. Oleum naphthicum vere petroleum non est, pro eo tamen petroleum non temere usurpetur. Pro balsami oleo illud fumus licet, quod ad huius operis calcem oleum phosphorum vocatur, alioqui vncias veri balsami quater nas vix reperire est apud Reges.

M E S V E.

CERATVM Andromachi, ventriculum frigidum roborat, ne excrementa aliarum partium tam prompte recipiat, affectus neruorum, & iuncturarum frigidus, vt duritiem, dolores, tumores dissoluit, si digeri sunt habiles, aut coquit, & suppurat, si maturari possunt. Recip. styracis vnc. semissem, mastiches vnc. i. & semissem, folii, spicæ nardi, ana drac. iij. & semissem, euphorbij, drac. iij. cinnamomi, dra. vi. ceræ albæ, drach. xv. olei balanini, vnc. viii. olei balsami, dr. xv. Fiat ceratum.

MAN. OLEI de been) Id est, balaninum, vt supra, nec paratur, nec parari recte potest.

COST. ANDROMACHI. Quum folium hic præscribit, non ego sanè damnem, qui folium Venetijs vulgatum sumat; sed spicæ potius tantundem usurparem, quousque odore, saporeque præstantius adductum fuerit folium. Si ventriculi gratia hoc parari medicamentum iuberem, pro oleo balsami, spicatum, odorum, aut expressum ex moschata nuce oleum assumerem.

M E S V E.

EMPLASTRVM diachylon, scyrrhos hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium, ipsas etiam chæradas, & durities reliquas emollit, & iuuat. Recipit muccaginis, seminis scyrrhi, seminis lini, raued, althææ, ana lib. i. lithargyrum plumbo, & scoria purgati, tenuissime triti, lib. i. & dimid. olei antiqui clari lib. iiii. Lithargyrum, & oleum, diu, & multum in mortario lapideo pistillo ferreo subigantur, & misceantur, post igni lento coque, spatha semper agitando, donec liquetur lithargyrum, & crassificat. Exime igni, paulatim frigeat, postea his saccos per se parum coctos affunde, permisce, & recoque igni ad iustam crassitiem. Valentius resoluit, & maturat, si addatur pulvis ireos, magis item anodynnon, si muccago meliloti præsertim seminis accesserit. Præstantius quoque fiet, si loco olei communis irinum, & chamæmelinum acceperit.

ISTVD empiastrum similitudinem habet cū vnguentis, nisi quod est solidioris substantiæ, & est multum in vsum, & eius vsus est conueniens ad dissoluendum apostemata dura, & melancholica propter mucilagines ingredientis, & sape post apertionem furunculorum, & similitum apostematum approximatur ad leniendum duritiem quæ remanet in eis, & habet virtutem consolidatiuam vlcerum, quæ sunt cum nodositate, & duritie, propter lithargyrum, quod ingreditur ipsius compositionem, vtilitatem etiam facit ad dissoluendum scrophulas, &c.

A D D I T I O.

Et fit istud empiastrum interdum cum additionibus, vt cum puluere ireos, addendo scilicet vnciam vnã, pul. ireos pro vna lib. massæ empiastri, & hoc ad maiores affectus ipsius empiastri communiter tamen in vsum est sine additionibus Auicenn. in v. can. & Haly. x. practicæ, & Serapio in proprio antidotario, describunt hoc empiastrum in forma vnguenti, quo etiam multi moderni sub dicta forma vtuntur, communiter tamen est in vsum magis sub forma empiastri quam sub vnguenti.

DIACHYLON dici debet, sicuti, & quæ sequuntur à succis, quæ recipiunt, quas mucilagines recentiores vocant. Istud est Auicennæ ferme ad litteram. Describitur, & a Galen. iuxta Democritum, sed oleum sedecuplum est ad lithargyrum tempore hycemis, ætate scyrrhi, lithargyri ad althæam duplum. Paulus scribit aliud empiastrum diachylon, hoc modo. Lithargyri, lib. 6. olei ætate lib. 7. hycemis 8. seminis scyrrhi græci 2. semis, seminis althææ lib. 1. bulliant semina scyrrhi græci, & althææ in xestis viginti aquæ, donec remaneant libræ iij. post misceas oleum bulliantque, donec cessent asspullæ, deinde inspergens lithargyrum, coque lento igne. In Galen. legitur sextarios octo aquæ. Diachylon inuentum a Menecrate recipit. Lithargyri aurei lib. ij. axungia antiquæ libras iij. olei antiqui lib. xv. addit aliquando lib. j. radice althææ.

E. P. 7. 2. 1. 1.

M E S V E D E V N G V E N T I S

die igni lento, coque ad crassitudinem, calidissimam cola (nam mox à frigore concreuit, ac durefcit,) eius lib. iiii. immitte cacabo, calfac, rursus cola; lithargyri tenuissime tritum misce, continenter moue: igni lento percoque, donec digitos adhaeso non inquinet: sublato ab igne cacabo ceram, & resinam inicies, & vbi digitos non contaminabit, tunc pilæ infundito, rudicula mollito. Sed in componendi modo olei mentio non fit.

COST. **DIACHYLON** magnum. Est hoc profecto viribus emolliendi, & discutendi strenuum, vere magnum. Ichthyocolla autem, quam pro glutine zanach; ut in superioribus, ita hic quoque Sylius reponit, ut quæ nullum alium opportunum prestare hic usum potest, quæ glutinis: omitti potest, & eius loco sumi visum, aut querenum, aut etiam quod Orientale vocant, ex myxis, quæ sebesten nuncupant, confectum, caloris enim moderati nomine utrumque ad coquendum vtrumque opportunum est; substantiæ vero mollitie ad emolliendum.

M E S V E.

EMPLASTRUM diachylon paruum, tumores calidos digerit, & maturat. Recipit lithargyri vnc. sex, olei veteris eliri libram vnâ, muccaginis feminis hyoscyami sescunciam, muccaginis feminis lini, & radicis maluæ, ana vncias duas. Fiat vt primum.

CHRI. **ISTVD** vnguentum sine emplastrum habetur in vsu descriptione primi diachylon, & habet eandem virtutes, & operationes.

MAN. **HOC** minus calidum.

SYLV. **EST** frequentissimum vsu, & efficacissimū ad mulcendam intemperiem calidam, quod per se psyllium, & hyoscyamus præstant, & siccandum, digerendumque, quod cætera simplicia præstant.

COST. **DIACHYLON** paruum. Dissolui tumores, ac discutiti non nisi calidis possunt medicamentis, quo fit, vt dubitare hic liceat, quomodo hoc ex psyllij, hyoscyami, & maluæ mucce confectum, tumores discutere aptum sit, consentur enim frigida hæc stirpes. Cæterum, vt horum succus molli sua substantia emolliendi vim habet; ita addito feminis lini succo, imo psyllij causa, cuius medulla, aliquorum opinione, tertio ordine calida est, valde potest discutere, accedente præsertim vetusto oleo tenuiori substantia prædito, & ad discutendum non infirmo. Discutere ergo, ac dissoluere tumores hoc potest medicamentum. Sed alio præterea nomine calidis inflammationibus esse vsui potest, vitio quidem repellendo hyoscyami, & maluæ nomine, in augmento vero, & flatu nonnihil coquendo, temperato enim quodammodo calore est, ex frigidis, ac calidis confectum rebus, usam vero temporibus dolorem sedando, siue id fiat, quodam veluti stupore inducto parti: siue, quia eo oblita cutis a sedendi violentiam minus sentiat. Porro hyoscyami succum colliges ex sicco semine affusa, quum tunditur aqua, & expresso ad Dioscoridæ institutum, quamuis, & radicem, & totam plane herbam istem præditam viribus traduce in vsu inflammationum liceat, feminis defectu, foliorum profecto tenerorum succo axungia commisto magnos interdum plenitudinis dolores sedatos ipsi obseruauimus.

M E S V E.

EMPLASTRUM de baccis lauri ventriculi, intestinorum, hepatis, renum, vesicæ, vteri, & partium aliarum dolorem a flatibus, aut intemperie frigida ortum placat. Recipit autem thuris, masticæ, myrris, ana vnc. j. baccarum lauri, vncias ii. cyperi, colliana vnc. dim. mellis colati quantum ad ea comprehendenda sufficit. Si autem cyperi sescunciam misceas, & sterco capræ, aut vaccæ ficcæ ad pondus omnium, ad hydropem fit mirabile.

EMPLASTRUM de granis: id est baccis lauri, est in vsu, & vbique præparatur. Ipsum enim confert ad omnes dolores factos ex frigiditate, & ventositate, & proprie confert dolori stomachi, & vesicæ, vteri, matricis, & renum, siue approximetur ab extra, siue per clysteria, vnde multum confert doloribus colicis, eleuatis ventositatibus a materia crassa phlegmatica, & in talibus eo multum vitior, ponendo de eo vnciam j. in clysteri carminatio ventositatis vsq; ad vnc. j. semis, ipsius cum aliis, quæ expediunt. Rec. mellis calidi, id est liquefacti quantum sufficit ad aggregandum, id est conficiendum in panno, id est in per panno. Et nota, quod est mirabile ad hydropisim si in triplici proportione ponatur plus de cypetis, quam sit proportio ipsorum nunc dicta, & ponatur de stercore sicco caprarum, aut vaccarum, ad pondus omnium addendo de mele quantum expedit ad formam emplastri, & est mirabile approximatam super ventrem ad ascitem, & tympanitem.

INVENITVR mirabile ad Hydropisim.) Erit quoque ad multa alia vtile, præcipuè ad inflationes discutendas.

IN colico dolore a flatu, & pituita salubriter calidâ ventri imponitur vacuat plenitudine, & clytere quoque inicitur vnc. j. ad sescunciam, cum cæteris eodem pertinentibus, inflationem quamuis, id est a flatu tensionem, & tumorem eadem ratione iuuat. Mel calidum, id est, liquatum, alij legunt percolatum, ipsumque largius addendum est si sterco misces, quantum scilicet omnibus capiendis erit satis: In usu est, ubique, sed usu frequentius est electarium de baccis lauri, ex foliorum rutæ siccorum drac. x. feminis ameos, cari, daucti, melanthij, cumini, lybistici, baccarum lauri, piperis nigri, & longi, amygdal. amararum, origani, acori, castorei, ana dr. ii. opopanacis, drach. iiii. sagapeni, drac. iiii. quæ trita mele cocto, ad pondus omnium excipiuntur. Diuersum ab his malagma dicitur, id est ex baccis lauri, nitro rubro, ammoniaco, cera resina, picea, pice, brutia.

DE baccis lauri. Mel crudum si intus assumitur stultus excitat, eo autem plures, & crassiores, quo impurius fuerit, at ad motum sonis, idem crudum, quia acrius est, concoquendo potest stultus discutere (ob id enim liuores illitum tollit,) & quia impurum est, ob commistias cere reliquias magis, quam coctum emollire. Crudum ergo hoc loco in hac lectionis varietate, & non percolatum, vt sumas, suadeo: calidum tamen, ut cum alijs exactius permisceatur. Quod autem hic stercois capri, bubulæ ad hydropem meminit, confirmatur veterum Græcorum testimonia illud ipsum ad eundem assectum cum aceto commendantur, bubulum autem nominamus nos, qui ad dolores varios, & podagricos, & colicos est.

CHR.

MAN. SYLV.

COST.

MAN.

SYLV.

COST.

MAN.

SYLV.

eos ex oleo terra interfirorum, rosaceo, chamamelinoue A
pro varietate casarum feliciter vsurparint.

M E S V E.

EMPLASTRVM ventriculorum, & hepar calfaciens, & roborans. Rec. ligni aloes, absinthij, gummi arabici, mastiches, cyperi, costi, zingiberis, ana vnc. semissem: calami aromatici, thuris, aloes, ana drachm. iiii. caryophyllorum, macis, nucis moschatae, galliae moschatae, cinnamomi, spicae nardi, schœnuanthus, ana dr. j. & semissem, excipe miua aromatica, & tempore vtendi, cum panno intenderis, suffices ligno aloes.

MAN. CAVENDVM ætate, & in temperatura biliosa.

SYLV. **I**N vsu crebro non est: tamen fuerit efficacissimum in ventriculi, & hepatis intemperie frigida, aere præsertim frigido. Nam calidis natura, & ætate est nocentissimum: Alij eius loco vtuntur cerato stomachico prius descripto, alij aliã nescio, quam sequuntur descriptionem.

COST. **E**MPLASTRVM stomachum, & hepar. Si hæc aromata sola mixta excipiantur, vt author scribit, herere parti cui apponitur emplastrum non potest, propterea non temere alij cerebinthina, alij picis nonibilib, ac cerea adijciunt.

M E S V E.

EMPLASTRVM de gallia, ventrem totum inferiorem roborat adstringendo, & calfaciendo, quare henterias, diarrhæas, dysenterias iuuat à causa frigida productas. Recipit autem galliæ moschatae, schœnuanthus, drachmam vnam, & semis, ramich, rhois, acaciæ, hypocyllidos, ladani, gallarum non perforatarum, calami aromatici, rosarum, & seminis earum, santalorum alborum, & rubrorum, mastiches, xyloaloes, caryophyllorum, spicae nardi, thuris, costi, myrrhæ, cyperi, absinthij, ana drachm. ii. terantur accurate omnia, deinde panis biscocti, drac. iiii. dactyli sicci xii. horis 24. macerentur in succi foliorum myrti, & lauri, & aquæ rosarum, & vini austeri, ana vnc. i. & dimid. Hæc leuiga, & excipe miua aromata vnc. iiii. vel iiii. & additis gummi arabici assati, drach. vii. coquantur igni lento ad mellis crassitudinem. Quibus in mortario diu permisce puluerem prædictum, donec totum fiat viscosum tempore vtendi sufficit ligno aloes panno illitum.

MAN. **D**vo hæc de Gallia nuncupata efficaciter adstringerent, simul, & roborarent, si recte pararentur. Tortellarum de seni.) Id est panis bis cocti.

SYLV. **R**ARVM vsu præterquam in Gallia, vbi repertum quibusdam videtur, & inde vocatum, alijs aut à trochisci galliæ moschatae quos recipit. Ramich compositio quædam est in trochiscos reducta. Si succum foliorum mentæ pro myrti, vt quidam codices habent, misceas, calidius non multo minus adstringens medicamentum euadet. Lenigare autem, vt Græci dicunt, est sicca in puluerem tenuissimam: humida autem cu

riose terere, & frangere, qualia hic male interpretes terere iubet tanquam in puluerem. Nam in puluerem abire non possunt, nisi siccata, aut largæ siccorum copia permitta.

DE Gallia. Quid velit, cum in veteri versione meminit succi foliorum myrti humidi, & foliorum lauri, non constat. Si enim recentia folia intelligit, atqui, ipso etiam tacente, nonne quisque non trahi ex aridis rebus succum, sed reuocandum est in memoriam, quod in tract. de succis antea docuit, succum ex rebus, quoque elici proprio humore spoliatis, sed in alieno tamen liquore maceratis. Id in myrto quoque, & lauro fieri potest, quorum propterea proprium hic succum videtur querere, vt qui astringendi, siccandiq; vim habet non instrenuã, quam ex ipsa aqua vinoue maceratis expressus succus non habet. At si hoc velit Mesue adeo tamen arida hæc ipsa sunt folia etiam recentia, vt vix ex ipsis solis nisi tenerioribus, & germinibus aliquid exprimi possit, ob id veteres, autore Dioscoride, asperso vino, aut cælesti aqua exprimebant. Tu ex recentibus contusis destillatione succum elicies, sed non pari tamen in astringendo, & deficcando facultate. Quare si extractum ex solis folijs succum non habueris, ad seruandas huius medicamenti vires myrti folijs contusis myrti eiusdem stillatitiam affundes aquam, & laurinis lauri, tum vero expresso ex ijs succo vteris. Quod ad calcem laminae meminit, corium intellige, cui induendum est emplastrum.

M E S V E.

EMPLASRVM alterum de gallia ad affectus eosdem, sed à causa calida profectos. Recipit galliæ, ramich, foliorum, & seminis rosarum, rhois, santali albi, & rubri, spodi, sanguinis draconis, electri, balauftii, capitum granatorum, hypocythidos, acaciæ, corticum mandragoræ, ana drach. ii. caphuræ, drachm. semissem; tere omnia tenuiter: ad hæc polentæ, baccarum myrti, gummi arabici, assati, tenuissime tritorum, ana vnc. dimidiam, macera in succi vuarum agrestium vnc. vna, succi capreolorum vitis agrestis vnc. ii. succi extremitatum myrti, & aceti, ana vnc. iiii. quibus adde miua acidæ vnc. ii. vel iiii. & coque igni lento ad glutinosam crassitiem. Tunc pulueres prædictos his diligenter misce. Ex hoc portio alluta illita tempore vtendi sufficit xyloaloe.

D SAVICH.) Latine polenta, Græce.

MAN.

RARRISIMVM hic vsu est, quod opinor in his regionibus frigidis, & victu non modo largiore, sed etiam ob cæli inclementiam crudiore vtentibus, venter, intemperie frigida fere laboret, haud fere calida, qua ratione hyeme pituitam in nobis augeri ex Hippocratis placito demonstrat Galeno lib. de nat. hum. etiam si ventres, vt hyeme, sic in regione frigida sint calido innato calidissimi. Tamen ob componendi magnam difficultatem ad artis suæ specimen candidatis: persæpe ipsum archipharmacum imperant.

SYLV.

ALIVD de Gallia. Gallia magna hic sumenda ad eosdem ferè vsus commendata, ad quos hoc ipsum emplastrum proponitur. Per capita granatorum citinas Mesue. Gg 3 intelli.

COST.

M E S V E D E V N G V E N T I S

intelligerem, nisi balauſtiorum quoque meminisset: quare acini detracta carne proponi videntur omnibus eius stirpis partibus in asfringendo valentiores. Succus extremitatum myrrhę humide, male in veteri versione legitur pro myrti recentis summis germinibus Myrti grana sunt, non baccę, vt Syluius vertit, sed duriora semina, quę insunt baccis, alioqui baccę in tenuissimum puluerem, vt iubet, vix ducentur.

M E S V E.

EMPLASTRVM relatum ad Andromachum podagram, gonagram, ischiadę, & reliquos articulorum dolores antiquos, ac eorum tumores, & laterum: schirrumq; splenis, & hydropem iuuat. Recipit autem sepiarictum, picis, ana drac. xvij. gummi pini vnc. viii. sandarachę, auripigmenti, aluminis scissilis, calcis viuę, ana dr. iiii. ammoniaci vnc. ii. ammoniacum super ignem dissoluatur vino rubro, eique adde olei libras ii. & reliqua probe puluerata.

MAN. **I**N doloribus gallicis est valde efficax. Auripigmenti (rubei.) Diosc. sandarachę. Et citrini.) Id est arsenici naturalis, non factitij: nunc auripigmentum vocat primum: secundum non facile inuenias. Iameni.) Id est, quod Gręci schiston, Latini scissum, vulgo plumacium, vel de pluma.

SYLV. **A**VIC. v. can. idem describitur, Auripigmentum rubrum est sandaraca Diosc. & Gal. rarum. Citrinum vero speciatim auripigmentum, seu arsenicum naturale, non factitium. Arsenicũ album addit Auic. In doloribus à luc Hispanica est efficax.

COST. **A**D Andromachum. Legitimum aurumpigmentum, & sandaracham in eadem saepe gleba videre est, eiusdem vtrumque facultatis censet Dioscor. ita vt si eorum alterum non inueniatur, vt Manardus scribit, substituere alterum liceat. Temperatur hoc loco sandarachę auripigmenti, & calcis viuę violentia, qua exurere solent, sepo maxime hircino, & oleo, tum vero etiam pice, atque ammoniaco, licet enim calefacere hæc quoque ipsa, & ruborem parti inducere soleant, qua tamen minus calida sunt addita excellenter calidis tanquam frigida de eorum calore remittunt.

M E S V E.

EMPLASTRVM alterum Andromachi causticum. Recip. aquę ardentis (quę est aqua saponis) lib. iiii. feminis oryzaę, & frumenti excorticati, ana vncias vii. macera in vase vitreo bene obstructo, donec granis dissolutis totum fiat muscolum: serua, sed diebus singulis ligneo baculo moue, & obtura: exceptum cor tice auellanę, vel arundinis, vel cera pertusa, & parti admotum, tribus horis, aut eo plus, cauterij vice vicerat, & vrit.

MAN. **V**ICEM habet cauterij, sicuti, & alia permulta per chymicam artem inuenta. Tribus horis.) Cautę agat medicus, vbi admouet huiuscemodi vrentia, crebroque locum inspiciat. Vidi ego quandoque ex minore quam trium horarum mora, difficillima facta vlcera, cum patientis damno, & agentis verecundia,

E**I**N causticorum vsu partis natura diligenter expendenda est, ne altius, aut latius, quã opus est, vis cauterij recepta, vel effusa, illeſas partes, aut sensu exquisito præditas, aut vasa magna attingat. Expende item præter cauterij vires, etiam carnis habitudinem. Nam dura, densa, sensu obtuso, prædita, qualis fere fossoribus, nautis, agricolis, baiulis inest, valentiora fere potest: contraria etiam miuoribus valde offenditur in corporibus delicatis, candidis, mollibus, qualia puerorum, spadonum, mulierum, & quorundam viro- rum. Medicamenta verò caustica, quę solida sunt, vt ex calce viuã, & fœce vini vsa, vt agunt tardius, tamē agunt diutius, si longa actione est opus: & minus pro- pte diffuunt. Aqua ardēs hodie fit alumine, sale petraę, chalciti destillatis, vt ars chymistarum docet: alii alia miscent.

Triticum, & oryza putredine acrimoniã acquirũt, seu essentię tenuitatem, sed cum sint mitiora aquę ar- dentis vehementiam nonnihil obtundunt. Hęc n. si legitima, est etiã laminas tenues auri, argenti, & alio- rum metallorum paucis diebus in calcem deurendo dissoluit.

ALTERVM Andromachi causticum. *Cum tam larga ardentis aqua mensura, quę proponitur, valde suspicor, ne liquidiori, ac minime consistenti substantia euadat medicamentum, ac propterea, ne in caustici nuncupati vsu commode venire non possit. Eius robur ex proposita ardenti aqua præsertim pendet cuius vim triticum quoque, & oryza in lentum sui ipsorum corpus excipiunt, & prope partem cui apponuntur conseruant integram, & eque aduentitio suo calore veluti fermentata addiuuant. Aqua autem ardentis nomine, ea absolute intelligitur, quę ex vino destillato elicitur: vitę aquam vocant, hic saponariam quarit, alia etiam ex alumine, chalcanto, nitro factitio, cõficitur, ad argentum aurumque à rebus alijs separandum, ipsa quoque in mali moris vlcibus non sine fructu vsurpata.*

M E S V E.

EMPLASTRVM sinapinum Democriti ad podagram, gonagram, ischiadem, ipsamq; arthritidem ostocopon, hemicraniam, obliuionem, lethargum, si à causa frigida proficiuntur. Sinapi cum aceto tritum diu miscendum, cum æquali portione ficuum pinguium aqua calente horis 24. maceratarum, & ita expressarum, vt nihil in hic humoris sit reliquum. Si valentius vis, duplum sinapi misceto: si imbecillius, etiam triplum ficuum. Admotum parti, tollatur priusquam viceret, nisi etiam vicerandi est necessitas, vt materia profundior foras trahatur, & vacuetur. Penuria sinapis, stercus caprinum pridie aceto maceratum (quod etiam ad hydropem, & splenis duritiem: & dolorem est efficax.) Adduntur interdum stercus columborum agrestium, enulę radis, semen nasturtij, bacca lauri. Tuncque non solum hydropi, & tumori splenis confert, sed etiam reliquorum viscerum affectibus frigidis, & flatulentis.

EMPLASTRVM sinapisimum descriptionem Democriti non est in vsu: tamen esset conueniens, maxime in passionibus de materia frigida phlegmatica in profunditate contenta, sicut in ischiatica passione, & hoc in declinatione.

SINAPISMI creber apud antiquos vsus, ad mat- Siam longioribus in affectibus extrorsum euocandam.

dam. Ad venam sciaticā, &c.) Archigenes in vetustis fere omnib. Sit sinapis pars vna, & ficuū alia.) Si medici eges sinapismo: si imbecilli, pone ficuū p. 2. sinapis partem. Syriacū, & Egyptū sinapi præfert Paulus. Schibale.) Caprinū videlicet sterus, sunt expeditiores sinapi, proprie autem sunt ischia ditorū. In corporibus boni sensus, & quorū in cute languor nō est, panis, loco sicuum congrue apponitur. Fimo colūbarum agrestium.) Hoc se crebro vsum ait Aetius: apponitur autem stomacho, & ventri in lōgis eorum affectionibus. Valer præcipue ischiadicis, & podagricis, et omni mēbro resolutō, vel refrigerato, in lethargicis, et alijs desipientijs. Valet et secundū Paulum epilepsia, vertigini, mania, si capiti apponatur: sin thoraci, asthmati, orthopnœæ, tussi antiquæ, catarrho antiquo: si vtriq̄ue capiti videlicet, & pectori. Sinapi ante aceto infusum, vt quidā faciunt, debilius facit sinapismum: vbi abstuleris, ablue: & si dolor sit magnus, & bullæ, appone cum linteo succum maluæ, vel senugræci, & post rosaceum cerorum cum cerusa. In resolutis qui non sentiunt, crebro detergere, & respicere oportet, ne immodice agas.

Adiorum materia: idque quo est vetustius, eo præstantius. Fermenti, & mellis portio æqualis: visci querni pars sexta: ammoniaci in qua senugræci, aut lacte arboris mori, & pauca sæce olei veteris dissoluti pars octaua misceatur: sitque emplastrum, spinas, & surculos extrahens, ac etiam ossa fracti cranij, meningibus infixata etiam profundius.

FAVFEL Auellana inda, uel alia res indica, de qua Simon Genuensis. Sief memithe.) Glaciū à Grecis uocatur. Et rumpit apostemata.) Tumores præter naturā qui discuti nequeunt, ad suppurationē ducit. Dubeleth. Eos. f. qui iam suppurati, rumpit. Baurach.) Nitrum, naturale tamen, non factitium. Pau. ad rumpenda apostemata. Fermenti, axungia vnc. v. salis vnc. iij. resina vini vnc. iij. ceræ vnc. iiii. aphronitri vnc. j. ammoniaci vnc. ii. mellis vnc. vi. saponis vnc. ii. quod efficax certe est in his, qui ferrum pauent.

HORVM effectorum partem plurimam fermentum per se efficit, vt etiam spicula ex ossibus euellat: valentius autem hæc præstat: mistis his, quæ vel calorem eius remittunt, vel intendunt, aliaque facultates. Ad rumpendos autem abscessus, id est phlegmonas suppuratas, vel etiam abscessuum genus alterum, in his, qui ferrum metuunt, aut quibus ferrum non est tutum, ob neruos, aut vasa insignia propinqua, vel isto vti potes, vel eo quod Paulus scribit ex fermento, axungia, sale, resina, pice, cera, aphronitro, ammoniaco, melle, sapone.

EX fermento. Fermentum contrarijs qualitibus præditum acoris cuiusdam frigidi, & caloris ex putredine orti particeps moderate calidum euasit, est autem tenuium partium, licet cum lentore summo, quare citra morsum, quæ in imis sunt partibus, extrahit, & digerit, proptereaque recte pro multorum medicamentorum materia vsurpatur, quæ aculeos, & fractorum ossium squamas ex alto euocant, qualia hunc in locum veniunt nonnulla. Inter hæc præcipuum est viscum quercinum ad humores etiam crassiores foras ducendos, diffundendos, ad digerendos commendatum, quo nomine liberatis multitudine humorum corporis meatibus, facilem quoque parare ossium squamis exitum potest. Sed & ammoniacum dum emollit in halitus humores discutit, & putrem carnem exedit, ad extrahenda infixa facilem viam parat, quod & senugræci decoctum facit, lac etiam mori, quod hic substituitur senugræco, quum acre sit, attenuat, & calore cuti inducto foras vocat, cuius locum qui lac ficus vsurpant, inconsulto agunt, quum id, licet vi foras trahendi præditum, exulcerando tamen sit molestum. Additur etiam amurca, quam decoctam ex oleo omphacino ad mellis consistentiam, dentes extrahere testatur Dioscorides.

M E S V E.

VEL fermenti pars vna: succi mentæ, & absinthij, ana pars dimidia: aceti, aut succi vuarum agrestium, aut extremitatum vitis, aut cydoniorū pars quarta: macis, caryophyllorum, ligni aloes, mastiches, spicæ, foliorū rosarū, absinthij sicci pars octaua dr. i. misce, igni coque in emplastrum, quod ventriculum, & hepar admodum aperte iuuat.

VEL fermenti pars. Quæ intemperies partium corrigunt, hæc ijs dem robur asserre dicuntur quum imbe.

EFFICAX fuerit hic sinapismus, & *sinapismus*, id est rubrificatio in affectibus pituitosis, & profundis, vt ischiade, iam tamen declinante. Cum enim poterat attrahant, non modo ex parte, sed ad partem periculosa sunt hæc remedia in corpore plethorico, aut cacochymo. ante exquisitam vacationem. Eiusmodi remedium per sinapi, thapsiam, vel eius loco semen nasturtij in vetustis, & frigidis, & profundis, & contumacibus affectibus, frequens est vsus apud Gal. in methodo, & li. comp. ph. p. Stercore columbarum agrestium etiam in ventris affectibus longis crebro se vsum ait Aetius. Efficax idem est paralyti, lethargicis, & porosis affectibus, epilepsia, vertigini, mania, capiti admotum: asthmati, orthopnœæ, tussi antiquæ, catarrho antiquo, thoraci. Valentius multo vlcera sinapi tritum, & per se admotum, vt Gal. docet lib. 3. temper. quam aceto fractum obtusum. Ablato autem sinapismo, partem ablue, si dolet multum ob ampullas, cremorem, vel succum maluæ, vel senugræci ex linteo impone, superdato splenio ex cerato rosaceo cum cerusa. In paralyticis aut, quia non sentiunt, crebro pars tergennda, & obseruandum sinapismi effectum, ne plus quam oporteat, in partem agat.

SINAPINVM. Ficus arida temperato calore concoquunt, & discutiunt, siccitate autem detergunt, tenuium partium sunt, vt altius eorum vis, præcipue acriorum, subeat, quo nomine ad excitandas in cute bullas sponte sua ineptæ sunt, præsertim aqua macerata, fuerit tamen in spasms vsurpata veteribus, vt materia, qua ob eorum lentorem sinapi commode exciperetur, quas propterea in aqua decoquebant, vt molliori, & liquidiori consistentia essent ad ipsum sinapi excipiendum aptiores. Sinapi autem aceto macerabant, non ad augendam acrimoniam gratia, quando maceratum languidius euadit, sed ad sinapi penetrationem, quæ res, & si dubitatione non caret, quod acutum acerrimum si calens parti alicui molliori admoueat, calorem ruboremque illi inducit, rationi tamen non dissentis: minus enim acre additum acriori eius hebetat vires, vere ergo sinapismum fortius reddit sinapi non maceratum, nisi forte aceto aut vino destillato maceretur, quod veteres non norunt.

M E S V E.

EMPLASTRVM ex fermento descriptum à Democrito. Fermentum est multorum emplastrorum, & aliorum insignium reme-

SYLV.

COST.

COST.

imbe.

M E S V E D E V N G V E N T I S

imbecillitas intemperiem sequatur. De igitur hoc ex ijs conficitur, quorum alia calida alia frigida sunt, ita inter calfacientia, & refrigerantia est quiddam medium, & ut utranque intemperiem calidam, frigidamque ventriculi, ac iecoris corrigat est aptum; humidam autem maxime oppugnat, quod ex ijs constat, quae omnia desiccant: eadem vero etiam astringunt, quo nomine laxato ob superfluum humorem visceri densando conducet.

M E S V E.

VEL fermenti adhuc acidi pars vna, succi intybi, aut solani, aut vuarum agrestium, aut cacuminū vitis, & aceti, ana pars dimidia, farinae hordei pars tertia: trium fantalorum, foliorum rosarum, spodij, fau fel (id est auellanae Indicae) † trochisci diaglaucii, boli Armeni, ana pars sexta. succi portulacae, & muccaginis psyllij, quantum ad comprehendenda haec sufficit. Emplastrum id hepatis, & aliorum viscerum phlegmonas mire compescit.

† Sief. memi-
th.

COST. **V**EL fermenti adhuc acidi. Hoc astringendo in signi cum refrigerio visceribus confert laxis, & calida intemperie affectis. Pro faufel, quod adhuc ignoratur, aut recens coriandrum, ut Syl. aut tantundem santali alicuius substituerem, licet rursus santalorum omnium genera hic proponat. Pro sief memithe, quod est glaucium Graecorum, qui succum plantaginis ponet, eiusdem ad refrigerandum, & astringendum facultatis, non puto erraturum.

M E S V E.

VEL fermenti, mellis, olei, lactis muliebri, vitelli ouorum pares portiones: coquit, & maturat phlegmonas, abscessusque rumpit. His si bdellium, & hordei farina miscetur, spinas extrahit: idque valentius, si his dissoluta galbani pars dimidia iungatur. Valentius item facit † nitri naturalis sexta pars, stercoris columbini, & gallinacei, ana pars quarta.

† Sief. memi-
th.

COST. **V**EL fermenti mellis. Posunt haec, & calore quo praedicta sunt temperato collioni tumorum conferre, & lenta, emplasticaque substantia, qua cutis meatus ocludunt, in tumida parte putredinem excitare, atque tumoris disrumptionem moliri. Quod si bdellium quoque, & chalbanum emollientis, & coquentis utrumque facultatis, ac propterea hordeum licet frigidum, glutinosa tamen, & obsistente substantia praeditum addideris, facilius quidem ad pus tumor deducetur, parte autem ob puris euacuationem laxata, etiam aculeos parti infixos extrahere paruo negotio poteris, minori autem addito nitro, ac columbino, & gallinaceo stercore, ut subdit, quod haec cutim attenuando, & exulcerando, licet violentius, infixis parti corporibus laxiorem exitum parant.

M E S V E.

VEL fermentum ex aceto, & sale coctum, hepatis, & lienis affectibus multis est saluberrimum. Nam ficuum, ammoniaci, bdellij,

portio aequalis, fermenti, praesertim aceto dissoluti, pars dimidia: foliorum rutae, & fructus tamaricis, & nitri, ana pars quarta, simul bene mista, lienis tumorem admodum mire dissipant.

VEL fermentum ex aceto. Vere hoc in lienis tumoribus si aliud quidpiam praestantissimum est, neque immerito. Primum quidem acetum licet frigidis partibus multis praeditum, non expers tamen est putridi caloris, tenuissima autem substantia gratia, qua praestat, ammoniaci ac bdellij emollientem, & concoquentem, & discutientem vim in duriores partes quam penitissime inferre potentissimum est, accedente etiam fermento, cuius vis est foras, quae alte insident euocandi, & accedente sale, quod fermento tenuiorem, minusque lentam substantiam dum comparat, eius facultatis adiuvat penetrationem. Sed, & rutae folia discutunt, & tamaricis, fructus lienes duriores absunt, tum vi qua incidunt, & detergunt, tum astringente, quae confirmato liene laxiori, ne aliunde quoque inutiles succos excipiat, efficiunt.

COST.

M E S V E.

QUOD si excrementa viscerum siccanda sunt, fermentum sulphur, sal, cinis sarmentorum vitis mista, & admota id praestabunt: idque valentius, asphaltum addito: valentissime autem euphorbio. Haec Democritus, & praeterea non pauca de facultate fermenti veteribus expertissima, quae omnia narrare prolixum fuerit.

QUOD si. Hoc, & hydropicis, et edematosis partibus magni esse usus potest discutiendo, & siccando, praecipue addito asphaltum, & maxime euphorbio, cuius quia certum non praescribit pondus, quod euphorbium ignea violentia exurit, meminisse oportet.

COST.

M E S V E.

EMPLASTRUM filij Zachariae, iunctorum topbos, ac nodos duros molit, dissoluit, & crassa, lentaque, pulmonis, & thoracis excrementa expectorari magis habilia reddit. Recipit cerae flavae, medullae cruris vaccae, adipis anatis, & gallinae, muccaginis seminis lini † pares portiones: olei lini quantum sufficit: valentius facit addita muccago althaeae, & scenogræci † pari portione, & oleum leucij lutei loco olei lini, vel cum eo. Efficacius quoque reddes, si cespium, & † ichthyocollae muccaginem addideris.

† An. vna
† Partes
† Sief. memi-
th.

EMOLLIT, sed non est valde potens, nisi omnia addantur, quae hic scribuntur. Glutini zanahan, intellige, ut supra.

MAN.

ID emplastrum ad scirrhus omnes partium omnium emolliēdos mirabile, si omnia haec acceperit. Nam prius est imbecillius, praetertim si multa est durities, & corpus durum, ac densum.

SYL.

FI.

COST.

CHR.

FILII Zachariae. *Ut propositum hoc loco medicamentum efficacius reddatur, mucum addi iubet ex althea, & fenugraeco. Atqui, quum exprimatur mucus ex althea tum radice tum semine, utrum horum sumendum sit, non explicat. Verum, licet utrumque notare offendi hoc loco possit, ex radicibus tamen, ut sumas casusulo, quum mucus althea, absolute proponitur, eiusmodi enim succo magis affluunt radices, & tepido calore seminibus sunt superiores. Caterum est hic ut mireris, quomodo propositum emplastrum ad propositos affectus, ad articulorum inquam nodos, atque ad crassa thoracis excrementa efficacius reddi hic author asserat, addito althea succo, quem, quando refrigerantis non obscure facultatis esse in Serapione legitur, obscurare potius aliorum leuentium, atque emollientium vim posse probabile est. At non solum althea, sed una etiam fenugraeci succum, ac praeterea oleum leucioij pro oleo lini substitutum efficacius reddere medicamentum scribit, ut propterea si forte althea succus seorsum minus est ad haec praestanda aptus, cum alijs tamen sit aptus, sed est tamen tota althea plura Galeno digerendique laxandique, atque idem phlegmasas difficiles concoquendi vi praedita, quos usus si plane frigidus esset temperamento, non praestaret. Quod si obviat altheam, quo nomine calidis inflammationibus adiumento est, eo censeri frigidam. At crudum cum succum parti appositum refrigerare facile concesserim, celtum tamen praesertim cum oleo lini, vel leucioij, non esse frigidum, contendam, frigidior enim eius vim praeter hic olei commissa genera, ignis moderatur, non reprimat ergo althea hoc loco, aliorum vim, quae emolliunt ac d. s. utunt, sed tum emplastica vi in seipsam quodammodo aliorum vim excipiens, & diutius conseruans, tum molli sua ac leni substantia est illis adiumento. Porro illud hic repetam pro glutine Zanach non conuenire, ichtyocollam, sed quercinum aut myxinum potius vis cum.*

M E S V E.

EMPLASTRVM diaphoenicon ventriculi, & hepar firmat, ob id lienteriam, & dysenteriam hepaticam adiuuat. Dactyli sicci, xl. panis biscocti drachm. v. bido macerentur vino odoro, post cum dactylis tere permultum, carnis cydoniorum in vino coctorum vnc. j. deinde misce ceratum ex cera vnc. ij. & olei rotati, & nardini, ana vnc. iij. factum, tundendoque in mortario permisce. Postremo mastiches, thuris, absinthij Romani sicci, ana dr. ij. & semis, aloes, macis, calamiaromatici, spicae nardi, myrrhae, acaciae, galliae, ramich, ana drach. j. ladani drach. ij. tundendo iterum perfecte misceantur. Utendi tempore suffiatur xyloaloe, priusquam parti admoueat. Satius autem fuerit mastichen, & ladanum cerae, & oleis prius miscere: postea, ut dictum est, emplastrum facere.

CHRISTUM diaphoenicon confortatiuum stomachi, & hepatis est multae excellentiae. De ipso tamen ponitur duae descriptiones, quarum haec est prima, quae est temperata, attinens alicui caliditati, secunda vero est attinens frigiditati. Et virtus huius primi diaphoeniconis est principaliter confortare stomachum, & hepar, & alia nutritiua relaxata, & debilitata virtute digestiua, ac etiam contentiua, vnde confert fluxui cibali,

& hepatico, & in praedictis dispositionibus communiter est usus eius. Et nota, quod Thomas aliter praeparabat hoc emplastrum, nihil tamen de nouo addendo, vel diminuendo, sed solum pondera diuersificando, ideo sic glossabitur. Rec. cerae citrinae vnc. ij. alias, vnc. viij. olei rosati, olei nardini, ana vnc. iij. alias li. i. dactylorum siccorum numero. xl. vel xli. tortellarum de sceni id est panis biscocti, vel assati drach. v. alias drach. xx. deinde duobus diebus in vino odorifero fundantur. Et, Recip. carniū cytoniorum non complete decoctorum in vino pontico drachm. viij. alias drach. lxxx. & tere cum dactylis contritione vltima, & misceantur cum croco, & contundantur in mortario donec aggregentur, deinde supra sparge mastices, olibani, absinthij romani sicci, ana drach. j. semis. alias drachmas nouem, ligni aloes, macis, myrrhae, aloes, spicae, acaciae, gallae quercus, ramich, & est compositio ex gallis, & passulis calami aromatici, ana drach. j. alias drach. ij. & iterum conterantur donec misceatur, deinde extende super pecia, & suffumiga cum xyloaloe, & postea pone super stomacho, & visceribus secundum exigentiam dispositionis curandae, & de melioribus operationibus est, ut mastix, & ladanum cum cera, & oleis misceantur, & sic cum ceteris fiat emplastrum. Et quia aliquando reseruat, expedit, ut mollicetur cum oleo de sicca, vel de mastice, vel cytonioum secundum exigentiam dispositionis curandae.

CALIDIVS est, quam id, quod sequitur, & ideo antiqui nostri vocabant calidum. **THOMAS** de Garbo cydonia in vino austero infra modum cocta miscet, & gallam quercus, non galliam. Si autem seruatum duruerit, molliendum oleo de spica, vel mastichino, vel cydoniorum, pro morbi natura. *Επιπρασος φάρακας δια χαλιτίου Galeni, ab his maxime diuersum est, ut diximus in vnguentis.*

DIAPHOENICON. Dactylos, ut etiam in superioribus quibusdam, siccos deligit, ut qui pinguis, & mollibus astringendo praeualeant. Hos vero, quum vino cum biscocto pane maceratos, vnaque cotoneorum carnem, ut conteras iubet, non tamen, ut simul omnia conteras suadeo, difficile enim teres. Sed contusis antea seorsum cum pane dactylis, cotonea confundes, haec vero semicocta fere ut quidam consulerit, etiam sumerem, ut quae astringant magis, vinum autem quod ea ipsa coquenda sunt, odorum author quaerit, nimirum tale quod tenuiori sua substantia, astringentem huius medicamenti vim visceribus inferat, id quod vinum odore infirmum praesertim austerum non praestat. Itaque non eos quidem improbo, qui austerum vinum sumunt gratia astringentis; sed ut odoratum sumant suadeo, tale autem esset maluatium austerum.

M E S V E.

EMPLASTRVM diaphoenicon Alexandri, ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa suscipiat, roborat, coctionem iuuat: ob haec vomitum, choleram morbum, lienteriam, dysenteriam hepaticam, iuuat. Recipit dactylorum maturitati propinquorum † vnc. v. panis biscocti vnc. i. carnis cydoniorum in vino auste-

COST.
COST.
COST.
MAN.
SYLV.
COST.
COST.
MAN.
SYLV.
† sine assibus.
IO

COST.
COST.
COST.
MAN.
SYLV.

M E S V E D E V N G V E N T I S

ro coctorum vnciam vnam, & dimid. styracis E
(massiches)ladani, ana t semunciam: acaciae. om
phacij, florum labrusca, rosarum, santalorum ci
treorum, myrrhe, xyloaloes, ramich, ana t semu
etiam: cere vncias quatuor, olei rosati vnciam xv.
vini anseri quantum sufficit ad infundendum
infundenda. Suffi xyloaloe vtendi tempore.

CHRI. **E**MPLASTRVM diaphoenicon descriptio-
ne Alexandri, hec est secunda descriptio atti
nens frigiditati, qua vbiq; preparatur, & est in
vsu, & est magis conueniens diarrhoea, quam
praecedens, qui est fluxus maxime cholericus: &
est conueniens dysenteria, & fluxui hepatico,
qua fit debilitate virtutis digestiua, & contenti-
ua hepatis, & intestinorum, confert etiam ad su-
perfluum fluxum, vel vomitum, & colyricam
passionem, & ad malitiam digestiouis.

MAN. **H**OC vocabant nostri patres frigidum. Alistim-
bre.) Id est, concoctionis.

SYLV. **E**MPL. hoc, & sequens in Alexandro Tralliano
non lego, sed li. iiii. in podagra, emplastrum pha-
nicinum ex palmularum vnc. x. coquendo dissolutis
in olei vncijs octo estate: hyeme vndecim.

COST. **D**'APHOENICON Alexandri. Omphacium
densatum hoc loco expetit, cum aridis rebus enu-
merans, alioqui quaterna eius liquidi drachma parui
esse vsus possunt. Oenanthen quoque, id est labrusca flo-
res ob eandem rationem aridos assumes.

M E S V E.

EMPLASTRVM Alexandri ex allijs,
ventriculi, & reliquorum viscerum affe-
ctus a flatu, aut pituita cruda, crassa, &
lenta natos, abscessumque ventriculi, &
hydropem incipientem iuuat. Accipit spicarum
allij mundatarum vncias tres, & dimidiam, sty-
racis, bdellij, aloes, ana vncias tres, terebinthinae
vnc. iij. axungiae porcinae recentis, adipis anseris,
ana vncias quinque, massiches, thuris, ana drach-
mam vnam, & dimid. euphorbij t vnc. j. & dim.
croci vnciam dimidiam, cere flauae vnc. xij. olei
nardini, & vini odoriferi quantum sufficit.

MAN. **H**OC vim habet discutiendi, simul, & molliendi.

SYLV. **E**MOLLIT, ac discutit, estque anodynum: coctio-
nem adiuuat. roborat partes praesertim frigida
intempere laborantes.

COST. **A**LEXANDRI ex allijs. Alij ea est vis pro-
fertim crudi, vt caustici medicamenti sit loco.
Proximis ab hinc mensibus obseruauimus, qui mulier-
cula suasu ad quartanam, secundo digni annularis veri-
usque internodio allij crudi integram spicam vinculo ar-
de alligarat, acriter doluisse excitata vesica, quae non solum
ma tantum cuticula, sed ipsamet crassior cutis a subiectis
partibus absisteret. Crudum autem an coctum hic sit su-
mendium, quum non scribat, crudum puto velle, vt quod
efficacius.

M E S V E.

EMPLASTRVM Aristarchi, ventricu-
li, & aliorum viscerum intemperiem frigi-
dam, flatus, humorem frigidu, & inde na-
tos affectus, hydropem, inflationem, lateru ten-
sionem, dolorificam corrigit. Recipit cere flauae
vnciam vnam, terebinthinae vncias sex, axungiae
porcinae recentis, adipis anseris, medullae cruris
vacca, ana vncias quatuor, bdellij, myrrhae, thur-
is, styracis, popanacis, aloes, massiches, ana vnc-
iam vnam, & dimid. ammoniaci vncias tres, co-
lophoniae t vnc. vii. aluminis vnciam vnam, spi-
cae nardi drachmas sex, folii calami aromatici, eu-
phorbij, baccarum lauri, ana drach. vii. olei bal-
sami libram vnam: olei nardini, & vini odorife-
ri. q. s.

EMPLASTRVM relatum ad Aristarchum
est multum in vsu, & vbiq; preparatum re-
peritur, & est conueniens ad calefaciendum sto-
machum hepar, & omnia alia membra nutriti-
ua, & ad subtiliandum, & resoluendum materias
phlegmaticas crassas in eis contentas, & ventosi-
tates, quae in his continentur. Et confert ad hy-
dropisim tympanitem. Est etiam sedatiuum dor-
lorum, qui sunt a praedictis causis, vium tamen
eius est post digestionem talium humorum, &
earum aliqualem euacuationem. Conuenit etiam
stomacho debilitato ex defectu, & resolutione ca-
lidi naturalis in virtute digestiua superaddita ma-
la complexionem frigida. Et nota, quod loco olei
balsami, fumimus oleum de spica, colophoniae,
G id est picis graecae.

HOC efficaciam maiorem habet, quam id quod
praecessit, in molliendo, & discutiendo.

INTERPRES Mesae multis in vsu id affirmat, co-
cta iam materia, & magna ex parte vacuata. Me-
diolanensibus scilicet. Nam Ticini, quae vrbis est uici-
na, vsu est rarius. Hic proferus inusitatum est, quan-
quam sit ad molliendum, & digerendum, quam pre-
cedens ualentius.

ARISTARCHI. Plura hic desensoria sunt
medicamenta, quam in superiori, at si euphorbij se-
sunctem superferis in superiori: si item allij, crociq; in
discutiendo vim expendis, quae in illo large recipiuntur,
hoc illo ipso non multo efficacius consebit.

M E S V E.

EMPLASTRVM Oribasii ad tumor-
es etiam duos hepatis, lienis, cheradas.
Recip. lithargyri vnciam dimid. cere un-
ciam vnam, resinae vncias quinque, am-
moniaci vncias tres, ladani vncias duas, aristolo-
chia, thuris, galbani, castuthae, ana vnciam vnam,
et dimid. aloes vnciam vnam, olei antiqui, et aceti
scyllitici quantum sufficit.

Recip. lithargyri vncias quatuor, cere vnc.
octo, resinae vncias quinque, ammoniaci drach-
mas tres, confice vncias duas, aristolochiae vnciam
vnam, et dimidiam, aloes vnc. i. thuris masculi,
cuscutae, galbani, ana drachmas duodecim, olei
antiqui, et aceti scyllitici quantum sufficit. Con-
fice sicut diximus.

CON-

MAN. CONFICE.) Id est, Iadani, Cuscutæ.) Vel error hic est, vel non est Oribasij: siquidem eius tempore Cuscutæ vox ignorabatur. Emplastrum Oribasij aliud. Si cum aceto scillitico componatur, maiorem vim habet molliendi: sic cum succo apij, discutiendi.

SYLV. ORIBASII esse non videtur, quod eius tempore cassuthæ vox fuerit ignorata: aut error subest.

COST. ORIBASII. Si cassuta, ut ait Serapio, ex planta cui adhaeret, vires varias sumit, ea hic sumenda erit, non que in pratis passim, aut alibi (nam, & in visis pendere obseruauimus) sed que linum vincit.

M E S V E.

EMPLASTRUM alterum Oribasij idem pollens. Rec. ammoniaci in aceto scillino duos dies macerati vnc. duas, laeuiga per se: postea terecum cerato, & ceræ flauæ vnc. ij. olei chamæmelini, & irini, ana vnc. iiii. croci drachmis quinque. Si pro aceto scillite succum apij habeat, spinæ ex linteolo impositum, rigori febrili confert.

QUIA hic succus digerit potentius, acetum scilicet magis incidit, tenuat, molliat, vtrumque in vsu esse desijt.

ORIBASII alterum. Ammoniacum scillino aceto biduo macerari iubet; tum vero conteritur, ut fiat sicut puluis, intelligendum hoc, ut diligentissime ex aceto scillino dissoluitur, sic & in emplastro ex galia superioris quadam humida conterenda scribit, ut sint sicut puluis, admonens ea esse ad summam tenuitatem redigenda. Acetum autem scillinum, quod in emolliente hoc proponitur medicamento, tantum abest ut molliat, ut potius acrimonia, qua vehementer incidit, & discutit, molles partes absumpto humore quo madescunt, adiuuat, dum insigniter dissecat, atque attenuando ammoniacum, & emollientibus reliquis ut altius eorum vis subeat, vim præbet. Neque vero, quod ait Manardus, & ex eo Syluius, quia apij succus potentius quam acetum scillinum digerat, propterea ad rigorem in febre, emplastrum hoc ut non ex aceto, sed ex apij succo paratur, admonet, longo enim intervallo in digerendo scillinum acetum apij succo præuolere quotidiano docemur experimento, quo crassissimam pituitam incidi, attenuari, & discuti huius aceti vsu obseruamus, quod apij succus non præstat, neruorum igitur gratia a spinali medulla scillinum acetum interdicitur, quod neruis acetum omne solet esse aduersissimum.

M E S V E.

EMPLASTRUM de meliloto, molli duritiam omnem ventriculi, hepatis, lienis, viscerum, & reliquorum. Recipiunt meliloti vncias sex, florum chamæmeli, comæ absinthii, sampsiuchi, scœnugræci, baccarum lauri, radicis althææ, ana drachmas tres, seminis apij, ameos, cardamomi, ireos, cyperi, spicæ nardi, casia, ana f sesquidrachman, ammoniaci drachmas decem, styracis, bdellii, ana drachmas quinque, terebenthinæ, vnciam vnam, & dimidiam, ficus pingues duodecim, sepi caprini, resinæ, ana vncias duas, & dimidiam, ceræ vncias sex, olei sampsiuchini, & olei de spica quantum sufficit, aquæ, cui incocta sunt scœnugræcum, chamæmelum,

melilotus, quanta erit satis exquisita aliorum infusione.

EMPLASTRUM de meliloto sub hac descriptione, vbi que reperitur, & eius principalis virtus, & operatio est ad mollicandam, & ad leniendum omnem duritiem, quæ est in stomacho, & hepate, & in splenè, & aliis nutritiuis: vnde confert tensionibus hypocondriorum, quæ fiunt a ventositate reclusa: Est enim primum attingens alicui caliditati, & non superflua, & est resolutiuum, anodynum, & sedatiuum dolorum, nec accedit ad gradum caliditatis, ad quem accedit emplastrum relatum ad Aristarchum, & ideo ab istis tanquam a leuioribus in prædictis passionibus est inchoandum.

CHRI.

VERA meliloto caremus ex qua si componeretur longe excellentius esset. Sed nec cum vulgari paratum viribus caret: discutit enim, emollit, & inflationem aufert. Paul. το δὲ μελιλωτὸν croci, nardi celticæ, cyperi, cardamomi, mirrhæ, ana drach. ij. meliloti lib. j. ceræ lib. iij. terebenthinæ lib. j. cyprini olei lib. iij. gleucini lib. ii. bdellii vncias sex. Aliqui, & cypheos vncias duas, vini quantum sufficit. Galen. lib. viii. de comp. med. secundum genera, addit ammoniacum, & acetum, & in ponderibus differt.

MAN.

CLEMENTIVS emollit, & resoluit flatum, & alias materias ex ventriculo, hypocôdriis, & partibus aliis, quam emp. Aristarchi ob id est ab eo incipiendum, siue lenire dolorem, siue tensum laxare, siue plenius discutere tibi est propositum. Id vbi que vsu est frequentiss. Diuersum ab hoc malagma Asclepiadis est δὲ μελιλωτὸν apud Gal. Nardi Gallicæ, cyperi, myrrhæ, ana drach. x. ameos, cardamomi, croci, terebenthinæ, ana dr. viii. meliloti, ammoniaci, ana drac. xl. cypheos sacra drac. xv. ceræ mina vna: vini odoriferi hemina vna, ad stomachicos, hepaticos viscerum dolores. Aliud Andromachi δὲ μελιλωτὸν ibidem Paulo post, huic simile habet Paulus, sed ammoniaco, & aceto caret, ponderibusque variat. Vera melilotus desideratur Manardo. Radicis althææ substantia miscetur, non mucago. Ficus teruntur cum decoctione ista, & collantur. Bdellium, & ammoniacum, ut styrax, possunt puluerari, vel decoctionis istius vnc. ii. dissolui, colari, coqui ad aquæ consumptionem. Huic decocto formatas in offas parumper immittere solent. Olei vnc. dimid. sufficit ad comprehendenda, sed durius mox, & friabile euadit. Vidi factum cum duabus olei vncias molliculum, & tenerum sed adhuc fragile. Vidi etiã ex vnc. vi. admodum flexile, & ductile. Si primum sequaris modum, vtendi tempore oleo est molliendum. Omnes tñ modi pro variis scopis sunt optimi, vt Gal.

SYLV.

Lib. 8. c. 14. p. 6. vide totum.

EX meliloto. Est hoc vsus ad propositos affectus miri. Sed adeo obscure, ne dicam confuse, proponitur, ut mirum non sit, quum vbi que locorum paratur, diuersis tamen vbi que modis parari, quæ res, ne eundem vbi que euentum spectemus, etiam efficit. Ceterum, si neglecto ordine, quo hæc à suo authore scribitur, distinguatur singula, recte, ut puto reparabitur. Quæ huius emplastrum materia sunt alia infundenda, alia dissoluenda, alia terenda, alia sunt eliquanda. Infundi debent melilotus, & scœnum græcum. horum enim semina (quæ absolute scœnigræci, & meliloti nomine sumenda sunt) dura, & lenta sunt substantia, quæ vt ex arte eorum seruatis viribus contundi possint, macerari prius debent. Infundenda item est althæa rad. x, quæ si teratur, vt aliquibus placet, succi, & lentoris illius expers, qui ad emolliendum quaeritur, nullo fructu vsurpatur. Infundi item arida ficus debent, vt molliores reddita maceratione facilius terantur,

COST.

MESVE DE VNGVENTIS

vantur, vix enim sine humore contres: neque, quod ali- qui profitentur, per setaceum cum extero earum corio transfundes, quod ipsum quoque sumi debet, ut eius len- tore maiore, quam in interna ipsarum carne, ad reliqua togenda sit adiumento. Quum igitur hac infundi debeat, materia paranda est infusionis, ea vero postremo loco pro- ponitur ab huius medicamenti authore, est autem deco- ctum fenigraci, meliloti, & chamameli, hoc ergo prius parandum, puta fenigraci, & meliloti singulorum vncia vna aut sesuncia, & florum chamameli vncijs duabus, in aqua fontis sesquialtera decoctis ad tertias. In expressi igitur decocti huius parte vna meliloti ac fenigraci se- mina primo loco proposita seorsum: in alia radix althee, in alia ficus macerarem quousque intumeant, mollia tunc sunt omnia, quare vbi superfluum humorem leuiter ex- presseris, contusa iam apta contundens, contusa vero te- nuacia atque ad parandum emplastrum iam apta habes. Sane autem, quem ex his maceratis antea expresseras succum ad ammoniaci, ac bdellij dissolutionem traduces, simulque, vel etiam seorsum eadem succi parte dissolues, si yracem, nisi malis eum resina dissolueri, dissolutas au- tem hoc pacto lachrymas cum predicta meliloti ac fenig- raci itemque althee, & ficuum materia, diligenti con- tusione, & tractatione commiscebis, ut in vnum quasi corpus ducantur, cum quo deinceps oleum tum spiritatum, tum samplicinum, sepum resinas, & ceram seorsum arte eliquata, & commista, diligenter confundes. Vbi autem hec ipsa materia exacte fuerit commista, tunc reliquarum verum paratus iam puluis, & setaceo colo transfusus illi aspergendus est sensim, & diligenter dum adhuc ea calet permiscendus. Ita quidem si quis meliloti emplastrum parauerit, ut hortatu nostro parauit Paulus Romanus diligentiss. pharmacopeus ad Struthij insignia. Venetijs, consistentiam illud ipsum debitam, & mediocriter tena- cem adipiscetur, que neque situm contrahet, neque tam prompte e corporis parte, cui apponitur abisset, quo vi- tio hoc emplastrum egrotis esse molestum solet.

MESVE.

MISTVRA vulnera sanans. Recip. caryophyllatae, radicum martemissae, pimpinellae, chamemeli, pentaphyl- li, foliorum violae (nigrae) herbae ven- ti, caulis rubri, cannabis summitatum rubi, ana ma. vnam, rubiae, pondus horum omnium: coque omnia vino ad dimidii consumptionem, cola, cum mellis tertia parte recoque. rursus cola, & serua.

CHRI. ANTIQVI codices non habent haec mix- turam, neque vnguenta, quae sequuntur, sed hic finem faciant emplastrorum, & vnguen- torum, tamen haec mixtura, siue sit ex intentio- ne Mesve, siue alterius saepe in usu habetur ad in- tentionem in textu scriptam.

MAN. CARYOPHYLLATA herba est nunc vulgo nota, nescientibus tamen quo nomine apud antiquos vocaretur. Dubitari aliquando an esset rhodiata: sic ab ea sententia in toto recessi. Herbae veteris. Si legi- tur vitri parietariam intellige: si ventri, coryledon, que & cymbalaria. Caulis tenerarum rubri. Si omnia haec simul legantur, brassicae rubrae caules intellige: si seorsum, duas res accipe brassicam, videlicet, & rubi. Commendatur in hoc casu utrumque brassicae uide- licet, & praecipue rubra, & rubus. Nescio tamen quo casu haec mixtura in hunc locum irrepserit, si quidem

potus est, non emplastrum. Ad eius exemplum formati- tur infinita pene eius generis potiones, ad vulnera no- ua, & antiqua summe utiles, quas ego non semel ex- pertus sum, curasque enim solis eis pessima, & despe- rata ulcera. Vnguenta duo palmae non valde differunt a duobus, quae supra diaphanicon uocata sunt. Et lo- co palmae, ego quandoque accepi ramum quercus, pa- rari feci, atque vtile admodum inueni. In primo cu- stoditur proportio ipsius Galeni, libro primo de medi- camentorum compositione secundum genera.

HANC mixturam vetusti Mesue codices non ha- bent, ut nec quae sequuntur tria vnguenta, duo palmae, & tertium ad scabiem. Neque emplastrum est, sed potio, cuius exemplo, aliae coquantur, quae vulne- ra recentia, & etiam pessima, ac desperata ulcera sole- sanant. Caryophyllata nostra, esse videtur leucocium veterum. Coryledon, herba venti vulgo dicitur: alijs legitur herba vitri, id est, parietaria. Brassica rubra commendatur in id: vel lege caulis, rubi, ut brassica, & rubus intelligantur.

MISTVRA ad vulnera. Potest hoc etiam foris in pulueremque redigantur, & melle misce linamentis inducantur. Caryophyllatae sumenda est radix praecipua totius planta pars. Arthemisia radix raro in medicina usurpatur, licet secunda speciei radix plurimum com- mendetur a Dioscoride. Pro herba venti helxinen potius quam coryledonem sumam, quae exiccando, & detergen- do conserue ulceribus multum potest, quod coryledon non aequo potest.

MESVE.

VNGVENTVM palmeum ad vulnera cruenta, tumores pestilentes, & exitu- ras, vltia, rupra, contusa, & inde nata ec- chymomata. Recipit olei veteris, ly- thargirij, ana libras tres, axungiae veteris purgatae a membranis, & sale libras duas, chalciteos vnc. iij. liquatis igni axungia, & oleo, in vase sanato, asperge lythargyrum, & chalcitin, mouendo con- tinenter tribus palmae ramis recetibus: & coque ad iustam crassitudinem, injecto ipsi inter coque- dum ramo palmae vno recenti minutim coctio.

ISTVD vnguentum non est in usu sub isto nomi- ne, verum est in usu apud chirurgicos sub no- mine vnguenti de colcotar, & vocat Anic. & Se- tapio in proprio antidot. vnguentum de calcadis.

VNGVENTVM ab vngedi modo vocatum est, quia partibus affectis inunctum, & illi diu- tius ob crassitatem, & lentorem haeret, quam oleum, tamen sunt proxima: ob id laurinum, vel oleum, vel vnguentum maus nominare, bis lib. i. ph. p. in alo- peccia, & vnguentum oleumve melinum, &c. tamen oleum rosatum ab vnguento rosato separat lib. 3. sim- pl. c. vlt. Nam oleum rosaceum est, cui odoramen- ta non sunt injecta. Cui autem odoramentorum ali- quid injectum est, non oleum, sed vnguentum co- gnominant: haec Gal. Vnguentum tamen etiam cum cerato magnam habere affinitatem docet Gal. lib. 4. san. tuen. Quodcuque (inquit) oleum, cui medica- menta alia, ut beatae albae radix, & similia incocta vi- res, & qualitatem suam tradiderint, vnguentum fiet, si in id, ut loco melius haereat, inieceris, vel cerat solus

folius partem quartam, vel etiam resine partem duodecimam, vel strobilinam, pineam, abietinam, terebinthinam, aut humidam pini resinam, aut eam, que in fictilibus habetur, aut *gourolu*; id est fraxam.

COST.

PALMEVM. Non puto vas stanno illitum omnino hic esse opus, licet stanno illitum Syluius verterit, et cum ad curanda ulcera nihil affert detrimenti. Sed prior interpret vulgaris sequutus loquendi modum stagnatum vertit pro olla absolute, que siue sit, siue non sit stanno illita, parum quidem interest, magis tamen nobis probatur non illita.

MESVE

VEL lithargyri aurei, libras tres, adipis porci purgatae sale, (& membranis) † vncias quinque, † chalciteos viridis vncias quatuor, cum ramis palmæ, vel cannæ radice moueantur.

SYLV.

EST idem cum Galeni emplastro diachalciteos.

COST.

PALMEVM alterum. Syluius chalcitum viridem querens legitimum chalcitidem nouisse de facie non videtur. In id erroris est lapsus per tinacia vertendi pro chalcantuo chalcitidem. Chalcitidem qui videtur, rufum videtur, chalcitantum autem probatissimum est viride.

MESVE

VNGVENTVM ad scabiem expertum axungie vnc. quinque, olei laurini, argenti viui, cerae puræ, † mastiches, thuris albi, ana vnc. duas, salis communis vnc. viij. succi plantaginis, & fumarie quantum sufficit. Ceram, & axungiam noua membranis purgatam, & oleum laurinum cum succis coque simul in vase stanno, donec liquefiant: sic adde pol. salis, mastiches, & thuris, cum percoctum erit, & ab igne ablatum, adde argentum viuum salua extinctum, & pauco olei laurini spatula diu misce. † illinitur vespere ad dies octo.

COST.

CHRI.

VNGVENTVM expertum ad scabiem secundum hanc descriptionem non est in usu.

Post prædicta emplastra, & vnguenta, videndum est de quibusdam vnguentis magistralibus conferentibus ad diuersas dispositiones, & primo ad scabiem humidam, cum qua coniunguntur escara, & crusta sicca per totum corpus.

Cuius hæc est descriptio. Recipit terebenthinae lotæ cum aqua rosata vnc. ii. terræ chamæli dr. iij. cerulae vnc. lithargyri vnc. i. semis. pinguedinis porci recentis vnc. iij. Fiat vnguentum in mortario absque cera cum oleo rosato quantum sufficit, & aceto in parua quantitate. Et si cum prædicta scabie coniungitur pruritus intensus, addantur sibi succi plantaginis vncie tres. Est. n. conueniens prædictum vnguentum in scabie facta ab humore cholericico acuto mordacituo, vel ab aliis humoribus adustis, & falsis. Et si scabies est set plus humida, atque emanaret virulentia multa, addendum esset prædicto vnguento succi lapatii vnc. ii. sulphuris vnc. i. & fiat vnguentum, vt supra dictum est. Ista et vnguenta diuersificari debent, & possunt secundum diuersas ætates, dispositiones, & rpa. Est & aliud vnguentum magistrale conueniens, & expertum ad rupturam, seu herniam intestinalem. Est enim consolidati-

Auum didymi dilatati, per quem intestina descendunt ad oscheum, seu bursam testiculorum. Cuius est hæc descriptio. Recip. picis naualis, aloes succotrini, mumie (& est liquor qui emanat a corporibus mortuorum sepulcorum cum aromatibus odoriferis) sarcocollæ, ana dr. iij. myrtæ, terebinthinæ, lapidis hæmatitis, mastice, thuris, ana drach. ii. boli armeni, sanguinis draconis, ana dra. vj. lithargyri, colophonie id est picis græcæ, ammoniaci, gaibani, ana dra. ii. cere rubæ, & citrine, gallarum, charabæ, glutinis picis, visci quercini, gypsi, ana dr. vj. aristolochie longæ, & rotundæ, ana dr. iij. balaustrarum, psidie id est corticuna malignanati, aluminis, scilicet scagliole, ana dr. i. acacie dr. iij. sepi hircini drac. i. semis. consolidæ maioris, & minoris, & mediæ, ana dr. ii. cupularum glandium dr. iij. sanguinis humani, recentis vnc. vj. omnia ista incorporantur in aqua, in qua pellicula arietina cum tota lana succida sit, per decoctionem liquefacta, pili etiam leporis contriti in multa quantitate apponantur, gummi vero primo dissoluantur, & cera postea agitentur cum spatula, & pulueres prædicti incorporantur cum eis, & vsui referentur. Vnguentum ad tempora frontem, & nares, ad somnum prouocandum, cuius habetur descriptio ab Auic. prima quarti, & prima tertij c. de soda, & est. Rec. olei de papauere, olei nenufarini, ana vnc. semis. opij, casie lignee, croci, ana scrup. i. fiat mixtura ad inuicem abij. cera, & fiat inunctio de sero, quando vadit dormitum. Vnguentum valens in passionibus frigidis stomachi, & doloribus eius factis à ventositate debilitata virtute digestiua stomachi. Rec. oleorum absinthij, nardini, mastichini, abluto. cum vino albo subtili odorifero, ana vnc. i. rosarum, corallorum, caryophyllorum, cinnamomi, ligni aloes, macis, mentæ, schoenanthi, ana dr. i. misce, & fiat vnguentum cum modico cera. Vnguentum ad extinguendum supercalefactionem renum. Rec. oleorum rosati, & violati, ana vnciam vnam, sandalorum alborum, & rubeorum, ana dra. i. rosarum, corallorum, sem. endiuie, portulacæ, ana dr. semis. succi semper viuae, lactucæ, lactis caprini, ana vnc. semis. aceti, & cerae modicum, & fiat vnguentum. Vnguentum valens in declinatione ischiaticæ post euacuationes. Recip. olei rutæ, vulpini, costini, laurini, ana vnciam vnam, mucilaginis scœnugraci, & seminis lini, succi rutæ, & succi agni casti, calamenti, ana vnc. semis. bdellij, ammoniaci mollificati in aceto, ana drachm. iij. castorei, dra. ii. semis. laudani, drac. ii. pinguedinis pulli drachmas tres, baccarum lauri, cymini, pulegij, asari, ana drachmas duas, euphorbij, drach. i. picis naualis, drac. semis. sulphuris viui, drac. iij. fiat vnguentum. Vnguentum ad interficiendum vermes, & educendum eos, quod est multum in usu, præmissio tamen clysteri ex lacte caprino, aqua hordei, & puluere zuchari: si ex ipso totus venter inungatur. Rec. olei de absinthio, de amygdalis amaris, ana vnciam vnam, succi foliorum persici, & matricarie, ana vnciam semis. rosarum, corallorum, farine lupinorum, cornu cerui adusti, ana vnciam vnam, aloes succotrini, drachmas duas, quidam addunt de felle taurino drachmas duas, & modicum aceti, & cera quantum

Semini prouocatum.

Vnc. ad ista mabo.

Ad ista.

Contra vermes.

Mesue. H h lllj.

MESVE DE OLEIS

sufficit, & fiat unguentum, hoc tamen non conueniret in acute febrientibus, sed hoc unguentum conueniret in tali casu. Recip. olei citoniorum, de absinthio, ana vnc. i. feminis plantaginis, portulacæ, & endiuix, rosarum, corallorum, cornu cerui vsti, farinæ lupinorum, ana drac. i. aloes, suc cotrini, drac. ii. ceræ. q. s. & fiat unguentum, in unguentum præmissio clysteri.

MAN. **POTENS** est. Sed caue ne ob argentum viuum attingat prope membra principalia, addeque matichen.

SYLV. **SUSPECTVM** est ob argentum viuum, præsertim prope partes principes: hoc si sustuleris, tutum erit, neque inefficax. Unguentum citreum.

Recip. chrysocollæ vnc. ii. caphuræ dr. i. corallij albi vnc. i. femisamenti dulcis vnc. i. vmbilici marini, tragacathi, amyli, ana dr. iij. marmoris, crystalli, anthallis, dētalis, oliban albi, nitri, ana dr. iij. ierfæ, serpētariæ vnc. i. cerusæ vnc. sex, tragacantho, & vmbilico marino simul tritis, cetera deinde cum his terantur, cernantur panno tenuissimo, axungia porci recētis sine sale lib. i. semis, & sepi caprini vnc. i. semis, & axungie gallinæ vnc. i. simul in vase duplici liquatis, & colatis, addantur semper monendo radica pul. prædicti, præterquam chrysocolla, & caphura tunc addenda, cum omnia simul feruebunt: quando ab igne tollenda, & semper agitanda, donec refrigerint. In vna li. pul. sint libræ octo axungie colatæ, & succus acidus duorum, aut plurium citreorum malorum. Unguenta hæc si lassitudinē tollunt, *μυζοκάρω*, & interdum absolute *αίωμα*, vocantur Gal. lib. 4. san. tuen. quale hoc illi est celebre. Acopū ex abietis semine ad coquendum, aut per halitum digerendū succos in carne, & tota corporis mole congestos, crudos, vel acres ad omnē lassitudinē, vel spontaneā, vel alia ratione contractam. Abietis feminis exacte maturi (quale Septēbri mense in Italia colligitur) contusū, vt citius oleum suauis, & qualitate inficiat, modum italicum quolibet anni t. p. (nihil. n. in ea re est discriminis) iniice in olei relaxantis (quale in Italia est Sabinum, alibi vetus) heminas Italicas, seu lib. v. & xx. maceretur dies minimum. xl. vel potius tres, quatuor, & etiam multo plures menses. Tunc semē expressum abice, oleum linteum percola. Et vt pote iam parcioris misce ceræ lib. iij. resinæ abietinæ, resinæ pineæ, ana vnc. iij. vel harum desiderio, terebinthinæ. Coques vero comodius in vase duplici, aut igni lento prunarū non multarum. Acopum seu myracopum *δέντρον αβιγίνης* v. *αβύς*, ex populi nigri floribus, ad eadem efficac. Ex floribus populi adhuc cōnuentibus, sed modice tritis, modus Italicus immittitur in libris. xv. aut xx. olei Sabini, aut alterius tenuis citra adstrictionem, moue quotidie, potissimum cum sol feruebit, & in domo calida reponere, celerius ita vis, & qualitas populi in oleum migrabit. Post duos, aut ternos menses floribus expressis, & abietis, oleum habes digerens per halitum sine morfu vllō, nō minus quam abietinum. Addere potes cerā, & resinam quantam abietino. Si vero oleum expressum est crassius, & qui eo vsurus est, liquidiore medicamento delectatur, quinta vel et sexta ceræ pars suffecerit. Si vero feminis abietis, & florū populi macerationem expectare nō potes, oleum cum feminibus vel florib. contulis mistum iniice in aquæ vel vini (si affectus adest podagricus vel articularis) partē quartam, vel quintam, ne iniecta torreantur, aut oleū vitionem odore referat. Percoque igni lento, donec aqua, aut vinum totum coquendo vaneat. Quidam curiosius id parantes in vase duplici coquunt. Succos non crassos, nec lentos in cute, & carne residentes dissipat, vt oleum, chamemeli, anethi, rorismariini per se, vel cum cera, & resina.

COST. **AD** Scabiem. Irrepsit hoc cum superiorib. tribus hunc in locum, vt bene notarunt alij. Probatur hoc ipsum ad scabiem, cuius quum variæ sint causæ, vt hoc illi quæ ex Venerea lue est, & cōtumaciter inhaeret, efficaciter prodesse videtur, ita si altam habeat causam, imo, & si eandem, libenter eo abstinere ob hydrargyrum, quo qui paulo frequentius aut liberalius vsi sunt, & in animæ incidisse factorem obseruauit, & ex cariosis eorum ossibus hydrargyrum extrahi non semel vidi.

DISTINCTIO DVODECIMA est de oleis.

MESVE.

OLEVM multis fit modis, nunc expressione, nunc impressione, cum materiæ in ipso maceratæ, aut incoctæ qualitatem suam, & vires in ipso relinquunt, nunc resolutione, cum materiæ heterogeneæ in corpore conclusæ, & velut concretæ, vi caloris separantur, opera præcipue chymistarum, de quo genere, quantum licet, agemus: plura autē si audire cupis, chymistas præceptores tibi adhibe, & cum illis versare. Primum autem dicam oleorum, quæ per expressionem fiunt, naturam, & facultatem, extrahendi modum, postea de cæteris, si per Dei gratiam mihi vita dabitur.

OLEVM dum absolute legis, oliuarum intellige: & nouum, quod etiam vim rerū in eo madentium facile suscipit, & ita secundum genus a Mesue scriptum constituit. Tertium inter omnia efficacissimum, pauci norunt elicere, sed hi tantum quia artem chymicam vocatam callent. Hi enim sunt de quibus Mesue dicit, quod vires, quæ sunt in concreto, id est, in composito occultæ, manifestas faciunt. Hos chymistas scilicet, monet vt consulamus. Primum, & secundum genus omnes parare sciunt.

INTER admouenda medicamenta composita, simplicissima, & vsu frequentissimum est oleum simplex, & compositum, ex eoque, & aliis quibusdam ferè reliqua constant unguenta, cerata, emplastra. Oleum maxime proprie succos est pinguis ex oliuis tritis expressus, vel immaturis, quod omphacinon ob id, & omotribes, id est, æcerbum, & crudum est appellatum, idemque refrigerans, & altringens est: vel maturis, quod oleum commune dicitur: ac vtrunque, vel insulsum est, vel fassum, & illotum, vel lotum, idque ad fassum tollendum, vel vt fiat albius, vel morius expers. Vtrunque item, vel recens est, vel antiquatum, & ex hoc, vel illo agro, vt Sabino prope Romam laxat, tenue est, præsertim vetustum. Quæ olei communis differentia diligenter sunt obseruanda, vt medicamentorum ex his compositio iustior fiat: nam facultatibus secundum has differentias multum variant, ac composita quibus miscentur, plurimum immutant. Has igitur oleorum differentias, præsertim omphacinum, & commune, recens, & vetus, domi serua (nam insulsum lotionem, cum libet, prompte reddideris) vt cum postulat vsus medici opinionem nunquam frustreris. Oleum secundum loco abusiue succos est oleaginus, & fluxilis ex quibusdam tritis, cum fructibus, tum feminibus, vt nucibus regis, auellanis, moscharis, amygdalis vtrisque, nuce Indica, anacardis, balano myrseica, nucleo persicorum, præcocium, cerasorum, prunorum, pitlaciorum, throbolorum, napi, sinapis, cannabis, lini, ricini, flaphidos agræ, cnicus, citri, arancij, pomorum, pyrorum, cucumeris, cucurbitæ, melonis, citreoli, & alijs prope infinitis pinguem in nucleo ipso, vel semine, ceu medullam sortitis. De quorum quibusdam post agatur. Non enim sunt omnia hæc in vsu. Huius generis proximum est balsamelgon, & petrelæon, vt post audies. Illa duo genera sunt simplicia, nec illis educendis ac exprimendis aliud misceri consuevit, præterquam quod auxiliū aquæ quibusdam extrahendis miscetur, vt alijs oleum commune paucum. Est his affine genus tertium, quod est humor quidam oleaginus ignis vehementia extractus; humido etiam substantiatis tæpe mistus, idque opera chymistarum inuentum, siue id oleum in capite illum sursum tollant, siue in vas subiectum mox defluat, quale ex liquoribus, succis multis, gummis, resinis, cera, melle, lignis resinosis per multos educitur. Quartum genus oleorum est omnino compositum ex simplicibus in oleo communi, vel alio maceratis, in solatis, incoctis, quod genus quia latissime patet de eo nobis pluribus est agendū, nō modo propter huius multitudinē, sed v-

COST.

MAN.

SYLV.

tiam quoque in multis componendi rationem, quæ est prope modum vnica cuique prædictorum generum. Adde, quod oleum philosophorum, & alia quædam mixta sunt, & in tertium simul, & quartum genus incidunt. De primo genere tanquam omnibus perspicuo nihil dicemus: de tertio paucam quædam hodie consueta, de secundo, & quarto dicendum nobis est, quantum rei propositæ scopus exigit.

COST. **O**LEI vox proprie de expresso ex olea succo dicitur, transfertur tamen id nomen ad succum omnem pinguem, qui substantia oleum referat. Est ergo oleum hoc modo sumptum multiplex, tum naturale, tum artificiosum. Naturale arbores quedam fundunt, ut balsamum, cuius arboris si vel casu vel consilio findatur, cortex sponte certis temporibus erumpit pinguis succus olei speciem representans, sic ex abiete succus oleo similis effluit, vulgo lachryma abietis nuncupatur, idem cum resina: sed tenuior. Natura etiam ex saxis alicubi locorum oleum prodit, ut oleum petreæ. At artificio multis fit modis, ut quidem Mef. hic ait, tribus; per expressionem, per impressionem, per resolutionem, quibus addere etiam licet per impressionem, & expressionem simul. Porro expressione elicitur ex plantarum maxime fructibus, tum arborum, tum etiam minorum, vulgatum est, quomodo ex olea, ex amygdalarum, nucum, & unguentaria glandis nucleis prematur. Premebatur vero alias quoque ex unguentaria ipsius glandis summo cortice, nunc ex aurantij, & citrij, mali cute. Sed ex herbarum multarum seminibus quotidie exprimitur, ut ex lini, napi, sinapi, & ricini semine: interdum ex plantarum quoque lachrymis premendo elicitur, ut ex myrrha non vetusta, tandemque ex animalium etiam fructibus oleum exprimitur, ut ex vitellis oui.

At vero insueta sunt, quæ impressione olei generatim quotidie parantur: iniectis in oleum vulgare stirpibus, earumve partibus, aut fructibus aridis, aut recentibus, integris, aut confusis, tum maceratis, tum in coctis igne, sole, fimo, aut calce. Fieri tertio possunt impressione, & expressione multa olei genera: elegantissimo sane modo, & non secus fructuoso quam superioribus, si enim nucleis amygdalarum, vel unguentaria glandis cortice expurgatis odoratum aliquid commiscueris, atque aliquot post dies confusos nucleos expresseris, oleum prodibit proprium coactis rei odorem præferens, sic infusata rosas, violas, ieremino, cinnamomo, caryophyllis, amygdala, oleum eandem rerum odorem, vimque retinens reddunt. Fit quarto oleum per resolutionem, id est per separationem (citra expressionem eius, quod pingue est a non pingui, hoc vero duobus in vniuersum fit modis, aut per ultimam resolutionem, aut per non ultimam: ultimam voco, quum prorsum corrumpitur res, ut nihil super sit exterioris faciei, qua distingui ab alijs solet rebus. Sic quæ exuruntur, quorum solus superest cinis, ultimam passam resolutionem videntur. Oportet igitur per resolutionem non ultimam varijs elicitur modis, interdum coquendo: sic autem quæ res multo pingui succo scætant, ut strobili, & amygdala, si confusa aqua ut ferueant diutius committantur; vbi ignis oleosus, pinguisque omnis succus a reliqua substantia separatur, qui superfuitat aqua, ita balsamum occidentale ex Coaconax ramis paratur; collecto eo, quod aqua supernatat, pingui; colligendi autem modos est, vel pluma, vbi refrixerit detrahendo, vel effusa pingui illa decoctionis aqua in vas, in cuius imo exiguum sit foramen, vbi enim refrixerit, aperto forami-

ne sensim aqua effluit oleo superfuitate, quod vbi effluxisse aquam senseris, repones, eleganter etiam coniecta olei, & aqua materia in peluum, vbi refrixerit, lanea lingua vteris, sic enim hac vniuersam aquam sensim eliciente solus oleosus succus relinquitur in pelui. Porro alia resolutione seu separatio fit per destillationem vocatam, hæc vero tribus modis, aut per ascensum, aut per descensum, aut per ascensum, & descensum simul. Per ascensum quidem vulgata per cucurbitam destillatione, qua etiam aqua elici solet, sic ex terebinthina, cera, imo ex aridis quoque rebus, ut aniso, caryophyllis, nuce moschata, oleis trahes, quin etiam ex humectis, & quantum sensus agnoscat, minime pinguis rebus hoc pacto elicitur, nam ex rosas ex laudula floribus, atque ex recenti quoque feniculi herba oleum cum aqua ascendisse obseruauimus, & superfuitans ipsum collegimus. Sed, & alia est ratio oleum per ascensum colligendi, quam sequuntur, qui ex sulphure oleum eliciunt, accenso enim in ollula sulphure, in vitream campanam (ut vocant) seu (quod est elegantius) in capitellum vitreum, quo etiam ad eliciendas aquas videntur, digitorum circiter quaternum intervallo suprapositum crassiores sulphuris halitus excipiuntur, exceptiq; in oleosum liquorem coacti effluunt. Sed rursum ea quoque destillatio quedam est per ascensum, qua caphura succum Iulius Constantinus medicus egregie elicit. Primum autem vasculum lateritium paratur, repletis, ut in veterum lebetis, parietibus; & planis prosum labris digitorum circiter quaternum altitudine. Tum præterea vitrea in promptu est cucurbita paulo maioris, quam id vasculum ambitus, ut ipsum apposite circueat, recta autem, ac dodrantis ferè longitudine, & supra parte fornicata; exiguè in summa fornice relicto spiraculo, ut ne nimio calidiorum vaporum concursu disrumpatur. Itaque posita in priori vasculo contrita caphura istique vasculo, tum superposita cucurbita, tum superpositis paucis aliquot accensis carbonibus in paropside, crassi paulo post vapores ex caphura vi ignis excitantur, qui angustiore exitum per exiguum spiraculum habentes, in parietes cucurbitæ impacti, candidi eiusdem butyri instar illis hærent, eo igitur liquore, vbi parietes cucurbitæ obductos videris, aliam eiusmodi cucurbitam priore detracta impones, & rursum aliam, quousque vaporum aliquid ex caphura excitetur, pluma deinceps is succus densato oleo similis deraditur, & in opportunos usus seruetur. Ita quidem quomodo varijs modis oleum per ascensum elicitur, apparet. At per descensum duplici in vniuersum ratione elicitur, nempe, aut frigoris vi, aut caloris, frigoris quidem vi, aut certe sine opera caloris, quo pacto myrrha intra oui albumen conclusa, appenso frigido in loco, albumine, per eius rimas oleum sensim defluit. Extrahitur etiam oleum per descensum vi caloris, huius vero, vel ignei, vel solaris, solaris inquam quia ex floribus rosmarini, ac sclareæ in vitrea phiala soli expositis pinguem, atque oleosum succum effluxisse vidimus. Igne vero caloris opera descendit oleum eo artificio, de quo ad huius tractationis calcem Mef. vbi de oleo iuniperi agit, de qua tamen re, quando post Mef. suen naturæ studiosi longa exercitatione faciliorem inierunt rationem, non committam, quin hoc loco in medica artis gratiam, aliqua afferam, quæ neque cuius hæc artem proficenti patent, neque elegantia, & fructu carent. Primum itaque binæ filliles ollæ, ita construuntur, ut altera alteram recipiat, minoris autem ima pars crebris pertunditur foraminibus, utraque autem intus vitrea cuncta diligenter obducitur, in maiori minor, ita collocatur, ut hæc ab illius fundo ternum digitorum

Mefus.

H h ij

inter-

M E S V E D E O L E I S

interuallo distet, quod facile efficitur si vel eius labrum maioris olla labro insideat, vel filo ferreo per utranque traiecto suslineatur, tum vero destillationis materia in interiori olla reposita, & utriusque ore suo operculo diligentissime ocluso, in fovea collocantur, aggesta circum terra, & conculcata, ignisque operculo ex durioris materia carbone, lignisque superdatur, cuius vi post horas aliquot ex minori in maiorem ollam liquor exillat oleosus, est vero is fumoso quidem odore molestissimus, ex quacunque etiam fragrantissima re elicias, at si extractum, in ampla olla ex multa aqua calida diutius tractaris, aut etiam mutata subinde aqua non semel, ut ferueat, effeceris, minus molestum reddes, neque tamen de eius viribus nimium detrahes. Sane hac elegantior est ratio extrahendi olei per descensum, qua sequitur. Fictilis olla ex crassioribus sit parietibus, relicto in parietis parte vna foramine, quod amplitudine cucurbitae illius vitreae, collo apte respondeat, in qua destillationis materia ponenda est, erit autem cucurbita recurua, quam retortam vocant, traducto ergo per id ollae foramen cucurbitae collo, & reliquo eiusdem corpore in olla apposite collocato, ac puriori cinere aut, sabulo circumquaque ad quaternos digitos, obruto, summum ollae perculum iunges, inducto luto, & vbi operculum, & vbi cucurbitae collum committitur, diligenter, ut non expiret, superaccenditur tunc operculo ignis, continenterque folle agitur, quousque ex cucurbitae collo extra ollam porrecto extillare oleum coeperit, moderatius tunc agendum, sed continuata opera: excepta non eodem vase materia destillante, prius enim tenuior pars, & ignei nidoris minus, plus autem virium retinens effluit, qua seorsum est seruanda, agitata vero post modum aut incoquenda, ut supra dicebam, ex multa aqua, si fumosi nidoris plus quam par sit, visa fuerit retinere. Hac ea destillandi est ratio, quam partim per ascensum, partim per descensum esse dicebam, ascensus quidem est, ut sursum ad cucurbitae conuexum vi ignis oleum trahitur, descensus autem, ut per decliniorum colli partem sponte labitur. Sane autem quod ad eam destillationem pertinet, quam per vltimam resolutionem fieri dicebamus, fieri hoc pacto ex rebus quibusque oleum potest, qua exuri, & verti in cineres possunt. Ac prius quidem ex quouis cinere affusa feruenti aqua lixiuium paratur, tum vero puriores eius partes lanea lingua extrahuntur, & extracta igni aut soli committuntur, ut caloris vi humor omnis absumatur. Sic quidem quod superest sal esse inuenies. Habet autem sal omne, Aristotelis etiam testimonio, pinguis, atque oleosi nonnihil, hoc igitur si volueris pingue, ipsum in frigido ac humido loco sal reponito, liquecet enim, liquori vero superfluitabit oleum, quod pluma deorsum conseruabis. Sed de varijs consiciendi olei modis, quae ad medicum pertinere negotium possunt, haec satis.

M E S V E.

L E V M de amygdalis dulcibus, asperitatem gutturis, pulmonis, & partium caeterarum etiam externarum lenit, duritiemque omnem ac siccitatem iuncturarum, & partium aliarum emendat: od id impinguar, heclicis confert, semen quoque auget, ardoriquae vuluae, &

virinae iniectionum commodat. Fit autem hoc modo: Amygdalae dulces cortice lignoso, & cute membranosa purgatae, plurimum teruntur, in offas coguntur, horis circiter quinque loco calido continentur, vel in vase duplici hora vna coquantur, aut sub calente arena, aut cinere, sacco inuolutae, & pannis aliquandiu fouentur, postea rursus teruntur, & sacco conclusae torculari exprimuntur. Vel tritae amygdalae in vase commodo maza subiguntur in aere calido, pauca calida identidem attusa. Hisque modis oleum exprimes largius torculari, quod asere inferno sit cauato, & decliuo versus emissarium: superno autem pro concauitatis magnitudine, & forma gibboso, ut vndique ceu sigillo quodam amygdalae aequaliter exprimantur.

P Rec. ex amygdalis mundatis ab utroque cortice quantitatem quam volueris, & tere contritione vltima, & fac pastones ex eis: & dimitte in loco calido per spacium sicut horarum. v. Deinde iterum tere, & pone in zaynari, & stringantur, & exprimantur, & emanabit oleum. Si autem in vase duplici sicut per horae spacium coxeris, deinde impresseris in zaynari, emanabit abundantius. At si amygdalis tritis sacculos impleueris, & sub cinere calido, aut arena calida inter pannos sepelieris, & postea expresseris, abundabit oleum. Modus operationis alius est, malaxentur in tina, sicut pasta malaxatur, & sit domus, in qua malaxantur calida, & fundatur desuper aqua calida parum, & stet pila decliuo vbi emanat oleum: & dum sic expresseris, abundabit, zaynari autem planta inferior sit habens concauitatem, & munitorium in parte decliuo, & inferiori parte sit globus iuxta formam capacitatis concauitatis, ut sigillet omni hora ambitu vacui, hic ergo erit modus formae eius.

I S T V D est primum oleum, quod fit ex expressione temperatae complexionis in caliditate, in humiditate autem transit primum gradum, est multum in vsu propter eius utilitates, lenit, & humectat asperitates malae complexionis siccae, principaliter gutturis, et pulmonis linitum ab extra, et per os assumptum paulatim lambendum. Sed operatio eius principaliter est ad leniendum partes pectoris, vnde confert tussi siccae, si ex ipso partes extrinsecae vbi coltae situantur, liniantur, confert etiam iuncturis exiccatis, ut podagricis euenit, quando nodositates fiunt in eis. et summe confert heclicis, et consumptis, si spondyles dorsis, partes pectinis vngantur ex eo, et maxime si cum ipso fiat permixtio olei violacei stante febre heclica, et alia de adustis humoribus corpus consumentibus.

P A V L V S quidem contundens uncias duas amygdalarum, ponit in sextario vno olei dulcis, & coquit in duplici vase. Fit autem ex amaris non ex dulcibus, etiam secundum Paulum Aeginetam. Quidam metopion dicunt, ait Dioscorides, de eo tamen loquens, quod fit ex amaris: nam de hoc non scribit. Modus operationis alius. Modus hic similis est ei quae docet Dioscorus.

SYLV

Amigdam
Pisifalida

lib. 5. f. 100.

lib. 5. f. 100.
lib. 11. m.

CHR.

MAN.

Dioscorides. Et fundatur desuper aqua calida.) Dioscorides pro octo sextarijs amygdalarum, addit cotylas duas aquæ, & dimittit per semihoram: factaque matore attritione iterum, apponit cotylam aquæ Zaynari.) Torcular intellige.

SYLV.

I D oleum ex amygdalis dulcibus iure optimo primū omnium à M sue describitur, quod sit tam alimentum (nutrimentum, n. solis dulcibus lib. 4. simpl. c. 9.) quam medicamentum ad multa efficac, blandissimum, vsu frequentissimo cōsuetissimum, gratissimum, & velut quidam typus aliorum oleorū generis eiusdem. Ab eo igitur tanquam notissimo, & vtilissimo rectissime inceptum. A speritas gutturis, & pulmonis vna est insita, & ex partis essentia profecta, bronchijs enim, quæ sigmoides sunt cartilagine, constat tota hæc arteria, unde signa, id est, aspera cognominatur, Græcis eam, ab arteria læui ita separantibus. Cum vero eadem intus sit læuis admodum, sanis hominibus, ob membranæ cartilagineas illas, & ipsarū ligamenta vtraque integritatis naturam, interdum aspera fit, ac inæqualis, siue rugosa fiat ob siccitatem, siue eius superficiem humor aliquis largior quam pro ipsius natura insideat, & ibi inæqualiter affigatur, & siccat, unde tussis, rauicitas, & sæpe est spirandi magna difficultas, interdum ægre curabilis: præsertim dum, vt cucumæ terreū excrementū accreuit, & cenophoro sordes crassa, sic ei pituita tandem agnata tenacius inhaeret. Hanc aut secundam asperitatem, quæ sola est præter naturam, oleum amygdal. dulcium sanat. Nam humectat siccitatem, (vt oleum coc in ferro rubiginem omnium maxime emollit.) & suo lentore siccationi nouæ multum resistit: præterea inæqualitatem explet, quò succus portulacæ glutinosus in hæmodia: sed paulatim id velut lambendo est deglutendū, non statim deuorandum, vt paulatim eius substantia portio in asperam arteriam deceret, non eam modo, quæ collo anteriori sita est: sed, quæ eius portio ramosis propagibus pulmonum insitantiā totam, cum duobus alijs vasorum generibus, intertextit, quas pulmonum nomine videtur Mesues intellexisse: quamuis pulmonum quoque essentiam æqualem magis, & mollem, mediocri lentore reddat, etiā circa nutritionem, quò pinguis frictio cutem, ob id recte addit, corrigere asperitatem partium aliarum etiam externarū. Nam hæc in re oleo cōi non fuerit inferius, mirum ni est superius, ob essentia tenuitatem, quæ videtur cōe oleum vincere. Ob quam, non ob solam saporis gratiam, hodie, & coelicis, & nephriticis potui datur ad vnc. vnam cum vias aromaticos, aut similes rescencia, aut vnc. ij. Pleuritidi, & alijs thoracis affectibus, prope omnibus, iuuatur, & collo vteri, vel dolenti, vel siccori, quam vt extendi facile possit, quantum adfectui pariendo satis esse possit. Quibus igitur cutis est asperior ob excrementorum ad eam expulsiōem naturā, vel ob siccitatem, quæ atrophiam, ætati, vicerū intemperie calidæ, & siccantium vsui superuenit, his oleū id saluberrimum est. Quam eius facultatem doctæ mulieres, cutim hoc oleo erugant. Duritiemque omnem emendat, cum. n. modice digerat, quia temperate calidum est, durum tensione, seu repletionem mollit, vacuata per resolutionem eius materiam parte aliqua. Cum vero sit moderatè calidum, vt dixi, est purum concretione à frigido excitata mollit, fasa, & colliquata ea materia, quam trigus coagulauerat. Cum denique humectet etiā secundo gradu, vt est postea fufius docebo, durum siccitate, (quod maxime proprie durum appellatur) mollit, ac humiditate delibutum tractabile reddit. Ob hæc iuncturis podagricorum, & nodis arthriticorum molliendis salubriter illinitur. Siccitatem partium ex atrophiam, & iuncturarum è ex itinere multo, aut labore, illitum corrigit et potentius, quā oleum cōe: præterquam si quod essentia est admodū tenuis, quale Gal. vbiq; Sabinum prædicat. Adhibendum vero cōfectione molli, aut molli, & duræ, vt multa, & pauca medietate, quæ poros rarefaciat, & corpus calidum reddat, ob id paratius ad oleum id tenendum, & attrahendum, quod plane coriorum concinnatores declarant. Corium. n. crenatis alluulis, & falcatis melleis, & flamma rarefaciant, mox oleo, & adipe calido largiter imbuunt. Quod autem eam siccitatem superum id oleum corrigit, plantanum est, quia alimentū est. Omne. n. actu nutrites, corpus calfacit, & humectat. Nec solum corpori humidum dat alimentum, sed etiam mediocriter diuturnum, ob mediocrem illum lentorem, qualis in cremore psillana, & oleo cōi. Quæ. n. cum lentore coniunctam habent essentia crassitatem, vt suilla, diuturnius alimentum corpori exhibent, quam quæ lenta sunt modice simul essentia tenuioris. Impinguat vero non solum quia plenius nutrit, sed quia substantiam corpori tribuit parum igneam, & acream, quæ multum habilis est per tunicas vasorum exha-

lare, & in adipem concrefcere partium spermaticarum contractu. Rationes alix, & causæ obesitatis huc afferri possunt ex lib. 7. san. tuendæ, & lib. 14. metho. & lib. 2. temperamentorum. Nec solū adipem gignere, sed et carnem, natum est id oleum, quia ob dulcedinem prompte ab hepate trahitur, & in sanguinem bonum mutatur, quo partes omnes abunde nutriantur. Hæc addidi, ne putes tantum corpus externum impinguare, si illinatur. Nam id corpus ab alio est pingue, non proprie, & in sua essentia. Hæctis, & aliter cōsumptis, hæc de causa est saluberrimum. Cum. n. his facultates omnes non solæ naturales sint imbecillæ, male coquunt, nisi alimentum coctū, & distributū est facile: quale est id oleū ob essentia tenuitatem coqui paratissimum. & distribui, quāquam distributionis celeritatem hepar intrēdar ob eius dulcedinē. Adde, quod et alimentum dat corpori, quod aliquando furori febrilis in hæctico caloris resistat, vt cremor psillana. Ad hæc cum calore sit temperatum, omnem intemperiem corrigit, & cum humidum sit ad secundum ordinem, hæctis febribus est saluberrimum, non modo sumptum, sed etiā cum oleo violaceo mediocrem illum calorem obtundente, illitum spinæ. Semen auget, vt omne alimentum modice calidum, & humidū, præsertim si plenius alatur: quæ omnia huic oleo inesse ante ostendimus: & fortasse etiam semen promouebit, præsertim ex recentibus amygdalis aliorum fructuum recentium modo, semicocta humiditate abundantibus, quæ ob cruditatem, & lentorem esse non nihil flatulentam, nihil miri est: sed flatuum vim exiguam facile frangit vinum aromaticum, ne sumptum colicos dolores, aut nephriticis flatibus, à se excitatis geminet. Ardorē vteri, & vesicæ etiam hodie vulgus appellat, cum menses, aut muliebri profluuium, aut vrinam, calore, frigore, acrimonia, morisque alio quouis partes, quibus continentur, aut per quas vacuantur, lacerant, & tandem vlcérant, quam affectionem Gallorum vulgus eadē ratione coctionem vocat, sibi que aliquam partem coquere ait cum materijs mordacibus, aut alia vlcerante causa lacessitis. Tales affectus adfunt cacochymis mulieribus, & viris ex putri pituita, & sæpe ex calculo, etiam ex pure, ex arenulis, ex adusto in hepate, & venis, vel renibus, lotio. Affectionem hanc oleum hoc tollit sumptum, sed imbecillius, quia in partibus, quas permeat, alteratur, & multis alijs miscetur: potentius autem iniectum in vterum quidem *μετρίως* in vesicam vero fistula znea, vel potius, vt nunc, argentea, quam vulgus ob id *σφύγγα* appellat. Lenit porro ardorem hunc quatenus, & *σπινθηρική*, est (quod multis alijs qualitate insigni carentibus, & aliam vehementem obtundentibus est commune,) & *σπινθηρική*, meatus ipsos tanquam quodā rectorio illinens, ne corpus attingat: humor ille mordax. Quæ etiam causa in disenterijs multum mordacibus, & dolorificis, & cremores, & muccagines, & butyrum, id genus alia glutinosa inijcimus: sed etiam crassæ essentia potius, ne corrumpantur facile. Quæ in capacitatem intestinorum prompte inijciuntur, in meatum vteri vrinarium ob angustiam, & obliquitatem geminam, & viæ longitudinem (quæ iniectionis impetum frangit, & frustratur) inijci non possunt, cum etiam tenuia ægre inijciuntur, nisi siphunculo in meatum alius immisso excipiantur, & velut deducantur. Quod meatus latera in se concidunt, & a sphinctere arctius vndique cōstringitur, quo tempore vrinam non reiidit. Ob id liquidissimum inijciendum, & tepidum, & meatu vrinario per balneum, vel alium quandam forum dilatato, adiuvante, vt dixi, argentea, vel znea fistula prius meatu immiffa. Mediam inter hæc duo naturam collam vteri obtinet, si rectitudinem, & capacitatem intestini recti, obliquitatem vero, & angustiam meatus vrinarijs in vijs spectas, nam meatus colli vteri, omnium trium est breuissimus. Quod si in meatum mulieris vrinarium eadem affectio incidere, ratio eius eadem prope habenda est, quæ & vteri, nisi quod graciliore est opus tubo. Hæc vero de corruptis intelligenda sunt: quando nec virgines his vitijs sunt obnoxie, præsertim fluxui muliebri, nisi quæ religioni monasticæ addictæ ex vita sedentaria, & magna parte ociosa pituitam putrem, largam, huius mali causam frequentiorē collegerunt. Hæc de facultatibus olei amygdalarum dulcium dicenda putauit, vt tanquam iter indicarem ei, qui in cæteris eius medicamentis idē præstare voluerit, statutus enim cætera leuiter, & velut canis e Nilo attingere, locoque tantum indicare, ex quibus possit qui voluerit, rem ipsam pro dignitate interpretari. Depellat amygdalas, vt purius, & sincerius sit oleum, & largius. Terit curioso eadem, vt intus merfa humiditas promptius in apertum profertur possit: vt autem copiosius exprimat, ca. facit. Nam vt vetuitate nuces, & nupiosius exprimat, ca. facit. Nam vt vetuitate nuces, & nupiosius exprimat, ca. facit.

Lib. 1. feb. cap. 2.

Lib. 5. simp. c. 20. & 22.

Antiqua in scriptura

Lib. 5. simp.

Lib. 3. & 7. de vitijs, & lib. 11. met.

HR.

AN.

M E S V E D E O L E I S

olei omnes oleosi magis à calore nativo percocti euadunt, sic etiam ignis, vel Solis calore semicrudæ humiditatis coctio acceleratur: aut saltem eo calore tenuata, liquata, fluxilisque magis reddita, foras tracta oleosa humiditas promptius, & largius exprimitur: quantoque hic calor est valentior (modo oleum vrendo non absumat) tanto expeditius. Ob id in vase duplici, & sub calente arena, aut cinere hora vna calefuisse satis est: in aere autem calido, quinque horis est opus. Porro calefiunt amygdalæ vase duplici, impositæ scilicet postquam trita sunt, vase vitreo, in vas aliud aquam calentem continens insidentem, ne ignis, aut aquæ contactu, & missione oleum vicietur. Sacculo autem, vel stamine vulgari, & panis inuoluuntur, & eadem ratione, & ne his materijs amygdalæ co-spurcentur, et per sacculi innanos poros facile ob tenuitatem incidentibus. Sed in vase duplici calefuisse fuerit satis, quod hoc modo empyreuma, hoc est, vel ignis substantia, vel qualitas amygdalis minus misceri possit, & vitrum residuam ex amygdalis calfactis succum non ebibat, ut sacculus panis, arena, cineres, bibula omnia. Adde quod postis tutius calorem intendere in vase duplici, quam cineribus, aut arenis, calore sicco magis vrentibus, & consumentibus. Postremo vituper vitrum, & aquam corpora diaphanea coniectare potes, quando satis incaluerunt, & oleosa sunt reddita: quod indicium conuolutis, & sepulcra in cinere, & arena amygdalis habere non potes, nisi recluseris. Neque tunc in ossas velut panes quosdam cogere oportet, sed mox a mortario, ut triteq sunt in vitrum transferuntur: In aere autem calido mora longior non modo rufat purgatas, & tritas amygdalas, sed etiam odoris gratiam, & saporis nonnihil dissipat: nisi etiam vitreo vase per calidum aerem calente includatur, tunc enim præstantius fuerit: sed cum plerumque sit opus celeritate nec hodie paratur potabile id oleum, nisi in affectum potentem, & urgentem, tot horarum indocijs frui non licet. Multo minus aqua paulatim affusa largior hic succus, & fluxilis magis est reddendus, cum hoc modo compositum sit, & verius hydroleum, quam syncerum oleum. Ob id vase duplici calfaciendum potius est, quam igni ipso, quam aere, quam affusa calente aqua. Qui modus hodie magis in vsu, licet minus diu coquant, opinor, ob præcipuam necessitatis occasionem: qua etiam sit, ut amygdalas etiam non depellatas, sed electas, & recentes mox terant: deinde quarta horæ parte, aut etiam minus diu in vase duplici calfaciant: post exprimunt, ex lib. f. amygdalarum vna vnciam olei purissimi, aut sextantes tres, huc dr. sex. quod si magna recalcias, vnciam alteram extrahas. Sunt qui ut properent magis, tritas in farina frigida, sed parcius, & ingratius, tostatisq; substantiam redolens oleum exprimunt. Alij mola trusatili per candelarios exprimunt, sed ignobile, quale ex nucibus, lino spermo, & similibus. Exprimit autem Mesue torculari interne cauo, superne gibberoso, ut exquisitè, & æqualiter amygdalæ sacculo cannabino, vel stamine vulgari concluso comprimantur: quò in articulis omnib. cauitas est, & ei æqualis ois oppositi condylus, ut motio sit exquisita, non ob angustiam impedita, aut ob laxitatem incerta, & errabunda. Cum tamen id torcular vndique amygdalis contiguum viam non det emananti oleo liberam, cauitatè totam occupante partim amygdalarum mole, partim gibba asseris superioris parte, mihi non admodum probatur. Rectius fuerit asserem supernum oisno æqualem, & planum esse, & infernum: sed huc ambitu cucinato sensim cauari, ut in hunc velut canalem oleum vndique distillat, & inde ob insitam grauitatem in emissarium parte declinat maxime excavatum. Qualia sunt nobis vsuaria torcularia. Quauis hodie adhuc Mesue torcular multis in vsu esse video, et ex ferro albo infernam cauitatem imitantibus, cum vel olea exprimunt, vel capos, & perdecas assas, vel triticum ad condimenta, vel alia. Torcularis tamen plani, & caui meminit Mesue in oleo laurino. Vtroque tamen torculari expeditum magis hodie est præsum libros colligantium: ob id vsu iam frequentissimò ligna. n. sunt duo quadrata, ferè sagina, aut tiliacea, longitudine tritubitali, crassitie palmi, in extremis cochleatum pertusa, traueris per hos cochlearum velut capreolos, & cincinnos clauiculis insertis, quæ ferro tortæ ligna illa dum adducunt, quod in medio est, valenter premunt, dum abducunt, compressa liberant. Amygdalas igitur probe tritas sacculo cannabino nouo, aut stamine vulgari calfacto inuolutas assicula etiam calfacta vtrinque munita, post dicto prælo tradunt, contrahunt prælum, & firmant, exprimuntque in vas subiectum oleum aere quantum licet candidissimo, ut prope igne luculentum, vel si assas est, in sole. Sacculo autem opus est, ne amygdalæ distillant, ac distillant: quò dum prælo vinaris solos vuarum aquos abiectionis pedi-

culis euulsos sunt pressuri, aut tela noua includunt, aut festulas lectatim intersternunt. Tela enim cannabina noua firmitate fili facile amygdalas cohibet, prælique violentiæ resistit, minusque est bibula, & adhuc hac minus flamen vulgare, ob pili caprini, quo contextitur, soliditatem. Vtrumque autem cum sit rarum, per nexuum interualla oleo viam præbet, substantiæ amygdalarum viam negat. Sunt qui horum loco etiam cilicio vtuntur ex seta equina coexto, quod prædictis non cesserit, nisi quod propter panni huius crassitiem amygdalæ minus sentiunt vim præli, & oleum multum in magnis huius panni inanitatib. pigrum cessat. Prædicti vero panni tenues prælorum violentiam interceptant quidem, sed noncludunt, ac per medium breuius amygdalis recipi permittunt. Quod si depellare amygdalas libet, cultello potius, quàm aqua, vel calida, vel frigida effeceris, ne ob aquæ missionem oleum largius, sed aquosius, & ingratius reddant. Adde, quod calida virum aliquid dissipat. Non probo eos, qui frigendo pellem adurunt, postea rudi sacculo confricant, & depellant, quod partim vrant, partim dissipet earum succum nobis expectitum. Ex his iam expressis, magma in panem coactum sub cineribus coctum panis loco esse possit. Quod autem oleum amygdalarum dulcissimum quotidie vendunt officina ad latus partium dolentium, sit ex integris amygdalis, & magna ex parte ob vetustatem magis oleosis, ijsque mola trusatili, aut tractili contusis, & cilicio inclusis, & per candelarios expressis, cuneo valentius adacto: quo etiam ex nucibus exprimitur. Ob id etiam oleum nucum redolet ab his expressum, oleum amygdal. dulcissimum, & amararum. Hæc de modo extrahendi oleum ex dulcibus amygdalis fufus sum persequutus, quod is sit vtilissimus, & huic oleo, cuius alij ex nucibus, vel seminibus extrahendo, de quo postea paucis cum Mesue est agendum, si prius adiecero huius olei compositionem parum diuersam Græcis autoribus fieri. Quæ exemplum nobis in rem præsentem commodare non parum poterunt, & Mesue lucè non mediocrem conferre. Semodius ex amygdalis dulcibus, vel amaris repurgatis, & siccatis, pistillo ligneo in pila leniter tunditur in ossas, & aqua feruefactæ sextarius adijcitur: vbi vero hora dimidia humorem hauserit, vehemētius, quàm antea tunditur: mox tabellis premitur, & quod digitis tergentibus hæserit, concha digitis affricata excipitur. Pressis nucibus his, rursus aquæ hemina inspergitur, quam vbi ebiberint, similiter exprimuntur, singulas heminas reddunt singuli modij. Pistillo ligneo, non ferreo terendas obseruat in mortario autem æreo terimus interdum, & lapideo. Vides præterea aquam affundi, quæ succum illum liquidiorum reddat, & paratiorem ad exprimendum. Sed id imbecillius multo fuerit, etiam si postea oleum aquæ innatans colligas. Nam sic mistum est aquæ, ut ab ea omnino abfolui non queat, qualiter dum aquæ lauando oleum si immodice agitur, omnino misceri scribit Gal. Satius fortasse fuerit, si largius oleum expetis, oleum commune tritis amygdalis miscere, quam aquam. Id quod in plerisque parum oleaginis ob naturam, vel siccitatem facere cogimur. Verbofius de oleo amygd. dulcium egimus, non modo propter dictas prius causas, sed etiam quod eius componendi modus multis sequitur est commentis, & qui modi oleo amygdalarum amararum ab alijs traduntur, hos Mesue ferè oleo amygdalarum dulcium tribuit. Paulus enim amygdalarum vnc. ij. in olei dulcis sextario vno ponit, & coquit in vase duplici, & Dioscorid. sextarijs amygdalarum octo addit cotylas duas aquæ, & semihoram diuittit: deinde attritione facta maiore cotylam aquæ iterum mittit, idque oleum ex amygd. amaris scilicet, vtile Diolc. ad vteri dolores, præfocaciones, euerfiones, asthmata, calculos, agre meientes, nephriticos, adhibet: ut nos hodie ex dulcib. expressim, & recens potius damus in colico dolore, & nephritico ad vnc. j. cum vnc. j. semis, aut vnc. ij. vini albi.

OLEVM de amygdalis dul. Oleum, quod ex amygdalis vulgo premitur, & sumidi odoris nonnihil, & sæculentæ substantiæ plurimum retinet, ingratiusque propterea est ijs, qui sunt assumpturi, tu purius, & gratius tum odore, tum sapore habebis, si non calefactas amygdalas presseris, & parcius quidem hoc pacto, quam ex calfactis oleum exprimitur: at licebit calefactas secundo prælo subijcere, & quod reliquum erit extrahere, sordidius illud quidem, & deterius, sed ad externos tantum corporum vsus non inutile.

ME-

CHR
MAN
SYLV

COST.

M E S V E.

OLEVM ex amygdalis amaris, obstructa aperit, flatus resoluit, & dissipat, etiam in aurium tinnitu, & tono auditum efficiente obtusum: asperitates lenit, neruorum dolorem mulcet, duritiem mollit, panū faciei delet. Extrahitur, vt oleum ex amygdalis dulcibus præcedens.

CHRI. **O**LEVM de amygdalis amaris in caliditate ascendit ad primum gradum cum virtute humectatiua, & aliquantulum deficcatiua propter amaritudinem, quæ est in ipsis: & ideo est aperituum oppilationum omnium, ventositatum carminatiuum, subtilitatum, & resolutiuum: vnde confert dolori aurium a materia frigida, vel a ventositate, & confert surditati, & sibilo resoluendo ventositatem, & oppilationes remouendo: & confert asperitati faciei remouendo lentigines in facie, & confert doloribus neruorum factis a causa frigida, sed vsus eius principalis est ad dolores aurium præmissa aliquantulum euacuatione, vt conuenit in ægritudine qualibet materiali.

MAN. **D**IOSCORIDES. Facit ad vteri dolores præfocationes, euerfiones, & inflammationes, cephalalgia, nephriticas, difficulter mingentibus, & calculosis, asthmaticis, lienosis: rugas, & ephelidas faciei cum melle, & lilij radice, cyprino, vel rhodino ceroto emendat, &c.

SYLV. **A**dhibet vero Dioscor. ad vteri affectus, dolorem, præfocationem, euerfionem, & nephriticos, difficulter metentes, calculosos, asthmaticos, lienosos, rugas, & ephelidas faciei, quas panū nomine interpretatur Mesue videtur intelligere, aut lentigines faciei, quas etiam idem oleum tergendo delet. Calidum igitur cum sit ad primum ordinem, ac humido, & sicco temperatum, & amarum, nullam peculiarem habere facultatem videtur, sed amarum omnibus communem, calidum, incidendi, tenuandi, digerendi, potenter terfaciendi, incidendi, tenuandi, digerendi, potenter terfaciendi, nullum animal nutriendi, sed contra potius euecandi, præsertim lumbricos. Quibus facultatibus ea præstat, quæ ipsi Mesues rectissime tribuit. Nam tenuando, & tergendo obstructions expedit, flatus, vel in auribus frigidis natos, vel aliunde in ipsas ruentes, calore suo, & tenuandi vi, ac digerendi dissipat, auditumque ab his flatibus per aures tinnientibus difficilem, meliorem reddit, asperitates vero lenit, tergendo humorem inæqualitatis causam. Neruosi generis frigidus affectus, & ab his dolores calore tenuante, & digerente sanat, ac durum tensione mollit, & cōcretionem, minimum iuuat durum siccitate. Ipsidem rationibus, sumpsum, & iniectum frigidis vteri, & aliarum partium affectibus prodest, tenuando quoque, ac tergendo calculosis, & asthmaticis, crassam pituitam incidendo, tenuando, tergendo, & si a sola intemperie frigida est asthma, calfaciendo mire iuuat, linctum si recens est, & bonum, & thoraci, illitum, præsertim toto corpore prius vacuato, si vacuatione egere videbitur.

COST. **E**X amygdalis amaris. In Amygdalarum amararum penuria persicorum nucleos alicubi usurpant sapore consimiles, & odore, quod non improbo, quando etiam facultate non sunt dissimiles.

M E S V E.

OLEVM ^{regiis} idest, ex nucibus Regiis flatus etiam crassos dissipat, tumores discutit, neruis attritis, vel punctis præsertim cum calce lota confert, scabiem emarginat. Fit vt oleum amygdalinum.

A **O**LEI huius virtus est sicut olei de amygdal. **CHRI.** dulcibus, nisi quod in eo sunt quædam partes acutæ, nitrosæ, & salis mordicatiuæ, nam quandoque nuces comestæ vlcérant partes gingiuarum linguæ, & palati, qua propter aliquantulum tendit versus complexionem calidam, & siccam, licet siccitas prædominetur.

^{Regiis} eandem vim habet balanino, de quo inferius Dioscor.

Oleosum, quod parte vesca nucum præsertim ventositatum facile exprimitur, tenuium est partium: per halitum digerit, siccatur sine morfu. Ob id neutra, idest neruorum puncturas, & vulnera quædam eo sanant, gangrenas quoque, carbunculos, ægyptas sunt qui eodem percurant, quod vltis earum nucleis tribuit Diosc. Si vero ex recentibus est nucibus expressum, etiam subadstringit, & semicoctæ humiditatis adhuc aliquid retinet, quæ in viridibus fructibus erat plurima. ^{Regiis} oleum vim habet eandem, quam balanino. Docte igitur, & ex Galeni sententia scribit, Mesues flatus discutere calore. tenuitate essentiæ, vi resolutrice, id quod experientia quotidiana probamus in dolore colico in flatibus. Nam iniectum cum vino generoso, aut sumptum potenter flatus discutit, & dolore sensu liberat. Eadem ratione illitum, tumores discutit. Vi autem digerente, & siccante sine morfu puncturas neruorum, & attritum, & scabiem sanat, id quod vt potentius præstet, calcem lotam miscet, quæ siccatur sine morfu, & digerit. & cum ambo tenuis sint essentiæ, in vlcus totum permeat, non hæret in aditu modo astringentium, & emplasticorum, quæ facultates siccantes sine morfu, & digerentes, quantum profint puncto neruo, docet Gal lib. 6. metho. & lib. 3. c. ph. g. & quo tempore vtilis.

NUCVM. *Qui frigidioribus temporibus per frigidiores regiones iter faciunt, aut niuosa incolunt loca, aduersus frigoris iniurias, lancis tum calceis, tum mannicis oleo ex regijs nucibus, aut ex semine lini imbutis sese muniunt, auribus etiam, ac summo naso eodem illitis non frustrata diligentia, aut labore.*

M E S V E.

OLEVM ex auellanis nucibus, dolores neruorum, & arthriticos sedat. Fit vt præcedentia. **CHRI.** **O**LEI de auellanis complexio est calida verius secundum gradum cum aliquantulum siccitate, hoc scribit. Ratis in proprio antidot. quod valet contra venenum, & morsus reptilium.

NON valde differt ab oleo nucum. Bibitur autem **MAN.** vtiliter in articularibus morbis.

CVM ^{regiis} idest, nux tenuis pontica auellana & Prænestina quoque a locis vbi luxuriat dicta, sit terræ magis, & frigida substantiæ, quam Regia: tamen non nihil caloris habet, quo resoluit estque anodyna, & sua sicca substantia humoris arthritici portionem absumit. Nec credas Mesue interpreti hoc calidum secundo gradu affirmanti, caryinum autem primo, in quo siccum esse possit, hoc a substantia salis, & nitrosa, illud a terrea cruda. Addit Ratis in suo Antidotario, contra venenum, & morsus serpentum valere. Quam facultatem nucibus. Regis tribuunt Diosc. in nucibus, & Gal. lib. de euechymia, & cacochymia. Bibi quoque vtiliter in articularibus morbis addit Man.

DE Auellanis. *Quo pacto oleum ex auellanis epotum neruorum, & articularum dolori conferre possit, quod Manardus scribit, non facile video, nisi enim frequentius, copiosiusque sumendum, quis existimet, non potest eius vis in neruos atque articulos usque ferri. Quod si, quo nomine mollire potest, eo etiam articulis, & neruis ex vsu id oleum esse aliquis dicat: atqui non erit hoc tam huius, quam amygdalini, & caryini priuilegium.*

MAN.

SYLV.

COST.

CHRI.

MAN.

SYLV.

COST.

M E S V E D E O L E I S

legimus, quod tamen de ijs silentio Mes. praterijt, imo emollientium vsum dum laxas reddunt partes, ijs ip-
sis nervis atque articulis inutilem esse plane constat.
Adde quod si vere, ut Auenennas scribit, auellang bilē
gignunt, ad auctam iri ex earum oleo bilis copiam neces-
se est, cum insigni nervorum, & articularum imbecillū
detrimento, inutiles quosque succos praesertim tenues,
quales biliosi sunt, prompte excipientium. Non igitur
epotum, sed illitum ijs partibus vtile fore hoc oleum: &
in Manardi scriptura (facili admodū lapsu) pro (linitur)
(bibitur) a librario fuisse repositum existimo.

M E S V E.

OLEVM ex chrysomelis, aurium, hæmor-
rhoidum dolorem sedat, tumores prædi-
ctarum partium, & vulnerū digerit, linguæ im-
pedimentum corrigit.

CHRI. **O**LEVM ex chrysomelis conueniens omni-
bus dispositionibus, quibus conuenit oleū
de amygdalis amaris: verum est maioris mordi-
cationis, & apertionis, ac etiam resolutionis, &
etiam principaliter confert ad aperiendum hæ-
morrhoidas siccas, vnde est sedatiuum dolorum
euenientium in partibus illis.

MAN. Sic vocant, quæ Græci armeniaca, & Latini præco-
cia: ex quorum nucleis hoc oleū paratur, qui sunt
& amari sicut amygdalarum, nec viribus multum ab
illis euariant.

SYLV. **O**leum ex nucleis malorum aureorum (quæ etiā
Armeniaca & præcocia dicuntur, suntque gene-
ris persicorum) mordet, aperit, resoluit potentius, quā
oleum amygdalarum amararum: ob id hæmorrhoi-
das siccas aperit, & vacuatione facta dolorem lenit
praesertim, quod ex eorum amaro nucleo extrahitur.
Nam ex dulci est imbecillius. Resoluta item materia
in auribus, & alijs partibus tumefactis collecta, mite-
scit dolor, modo fluxionis initium nō sit, nec corpus,
ac caput pleni. Vulneribus autem praesertim magnis,
aut in parte sensu exacto prædita, vt nervo, super-
nenire tumores, & phlegmonas abūde docet Gal. lib.
6. met. & lib. 3. c. ph. gen. & Aph. 2. lib. 5. Conuulsio ex
vulnere lethalis est. Linguæ autem impedimentum
regulū, id est balbutiē a multo humore natam, in-
telligere videtur Mesue, quam in oleum, & ortui ner-
uorum septimæ coniugationis linguam mouentium,
& ipsius faucibus foris illitum, & ore rententum, in-
cidit, tenuat, terget.

COST. **E**X Chrysomelis. Quam armeniaci mali nuclei alij
dulces alij amari sint, vtriusnam olei facultates ex-
primat, ex dulcibusne, an ex amaris confecti, non satis
constat. Sunt autem generatim, atque (vt suspicor) na-
tura dulces: amarorem vero, quem aliqui habent, arte
ex insitione in persico serē contrahunt, quare absoluta
chrysomeli nucleo:um mentione dulces, & intelligi, &
in vsum duci oportere consentaneum videtur rationi.
Horum vero oleum non facile concedam (quod aiunt)
praestare illi, quod ex amaris amygdalis, ad detergen-
dum, atque aperiendum, neque hæmorrhoidum vena-
rum dolori eo nomine conferre, quod eas aperiant: ni-
hil enim tale hætenus, sed dolorem sedari ex huius o-
lei vsum obseruauimus, quod anodyna facultate, tempera-
to inquam calore, leniendo, molliendo, laxando, leniter,
sensimque discutendo efficere verisimile est. Lingua
autem impedimentum qualenam hoc oleum soluat, an
ex superfluo humore genitum, quæ balbutiē causa
est: an ex ariditate, quæ ex febribus linguam, faucesque

arefacientibus accidit, non facile statutum est, ad prio-
rē profectio causam, oleum quoque ex amygdalis amaris
facit: ad posteriorem, ex dulcibus: proptereaque hoc non
erit olei ex armeniaci mali nucleis privilegium. Ceterū
fortasse est armeniaci nuclei oleum vtriusque facultatis
amygdalini vtriusque particeps, & quasi medium quod-
dam: ob idque vtriusque impedimenti praesidium, quare
& absolute, particulatim ad linguæ impedimenta com-
mendatur, ad quæ non commendatur amygdalinum.

M E S V E.

OLEVM de persicis obstructions aperit,
aurium, & sedis ab hæmorrhoidibus
dolores, ac tumores sanat, vermes ne-
cat. Fit vt prædicta.

Oleum de persicis oppilationes aperit, & con-
fert dolori auris, & occidit vermes in eis, & lini-
tur summe calidum, & necat vermes vulnerum,
& cōfert dolori, ani, & hæmorrhoidarū, & tumo-
ribus earum, & operatio eius est sicut diximus.

OLEVM persicorum secundum Rasim in
antidot. valet hemicranæ, & apostemati-
bus aurium, mirabiliter etiā valet in fissuris ani,
& apostematibus.

Valet etiam, & potum, & inunctum in renem af-
fectibus, vermesque, & interficit, & educit.

Oleum ex nucleis persicorum, quod amari sint,
idem pollet quod oleum ex amygdalis amaris:
facultate scilicet amaris omnibus communi præditū,
calfaciendi, tenuandi, incidendi, digerendi. Quo fit,
vt amarorum omnium more tollat obstructions ven-
narum mesaraicarum, hepatis, lienis, renū, sumptū
sed etiam ad motum, vt nuclei ipsi esu, vel potu ex vino
sumpti. Aurium dolores omnes a materia lenit, ip-
sius per resolutionem vacuatione, quo scilicet tempore
digerentibus vtendum est, cum cessauit fluxio, &
corpus atque adeo caput est purum. Si vero sint ab
intemperie calida sicca dolores, per se exacerbant, cō-
trarias intemperaturas corrigit. Idem iudicium de se-
de ab hæmorrhoidibus dolente, modo inflammatio,
& ea incipiens, vel augetur, aut vigens nō absit. Ri-
mis etiam sedis mederi docet Rasim in antidotario, &
cephalgie: quam scilicet causæ dictis similes excita-
runt, quomodo oleum ex vrendis nucibus exudans
rimas labiorum, & manuum sanat. Tumores omnes
digerit vbi fluxio constitit, nec adeo crassa, lenta, im-
pacta est materia. Frigidus praesentis iuuat, quā ca-
lidos. Amara omnia sumpta, & admota lumbricos, &
vermes reliquos necat, & educere totius substantiæ
contrarietate demonstrat Gal. lib. sim. pl. non solum,
H quod nullum animal plane amaris nutriatur.

DE persicis. Oleum omne, vt actu humidum est, ita
eo nomine fouere putredinem potest, & vermes,
quorum ortus est ex putredine seruari potius, quam ne-
care, contra autem, vt pingue est, insectis omnibus ad-
uersatur, eorum meatibus densatis, innatoque eorum ca-
lore, ob occlusam olei lentore perspirationem extincto.
Si accedat amaror, promptius necantur, tum insueto sa-
pore, tum detergente, & desiccante facultate, sordidū
& humidiorum succum putredinis causam oppugnante.
Quod si præterea caliditas actu insignis accesserit,
non modo calidiori illa intemperie, quæ innato vermium
temperamento prorsus contraria est, necantur, sed præ-
terea, dum calor ille præter naturam tepidus: cuius ope-
ortum habent, quæ ex putredine sunt a violento calo-
re superatur, & effectrix putredinis causa expugnatur,
& sic-

& siccitate, quæ insignem calorem comitatur, cum calore in putrescentem rem impressa, altera putredinis causa humiditas aufertur, recte ergo Mesue oleum persicorum ad vermes vulnerum commendat, et consulto, ut summe calidum adhibeatur, monet, hoc non est à Syluio obseruatum, qui absolute vermes necare, in sua reliquit versione.

MESVE.

OLEVM balaninum terget, expurgat, obstructa liberat, auri iniectum, tinnitui, surditati, dolori, confert: strumas hepatis, & lienis scyrrhum mollit, & digerit: affectibus frigidis neruorum, & iuncturarum, spasmis, arthritidi medetur: alphas, lentigines, varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua cutis fædæ vitia corrigit: si alium potu soluit, sed stomacho aduerfatur. Fit ut amygdalinum.

MAN. **B**ALANINVM dictū, ventrē purgat. Surditatis. Diof. cum adipe anferis: sed stomachum lædit. Cicerum valet achoribus, scabiei, phlegmonæ, sedi, clauso vtero, cicatricibus, dolori, auris vermibus, & aquosis humoribus, per os sumptum.

SYLV. **B**ALANVS myrepfica, idest vnguentaria dicitur, quod vnguentarij vrantur eius carnis succo plane inodoro, ob id apto ad odorem omnium recipiendū, ut insipida cucurbita omnibus saporibus, coloris expers cornea, & aqua suscipiendis coloribus. Expresso autem succo reliquæ terrestres, ac duræ, sunt amaræ, & stipant: ionthos, lentes, ephelin, prurium, psoram, & subastringentes: ob id incidunt, tergent, contrahunt, lepram, achoras, exanthemata sanant: lienem, & iecur duratum liquant cum farina lolij, erui, vel alia siccante admota. Carnis de. cum melicrato pota est vomitoria, & sæpe largiter per aluū subducit. Viscera omnia, C maxime hepar, & lienem ex oxycrato pota expurgat, cicatricibus, decorem affert. Id oleum siue succus nucū ex nucleo huius balani frequenter hodie exprimitur. Oleum balaninum maculas repurgat, lentigines, varos, & cicatrices nigras, alium soluit, stomacho aduerfatur: contra aurium dolorem, sonos, & tinnitus auxilio est cum anferino adipe instillatum.

COST. **B**ALANINVM. Nunc ex vnguentariae nucis nucleo tantum, alias etiam ex summo cortice ad medicos usus parabatur, Theophrasti, & Plinij obseruatione, de qua re nos in lib. simp. Mes. satis.

MESVE.

OLEVM Latinis ricininum, flatus crassos dissipat, pituitam crassam, & lentam tenuat, incidit, & dolenti ab his ventriculo, tenuibus intestinis, colo confert: hydroperem iuuat potum, clystere iniectum, vel illitum.

MAN. **G**RÆCI cicinum vocant. Valet achoribus, & scabiei, sedis inflammationibus, vteri euerfionibus, & occlusionibus, fædis cicatricibus, atque aurium doloribus.

SYLV. **A**CHORAS, aurium dolores, scabiem, fædas cicatrices, sedis phlegmonas, vteri euerfiones, & occlusiones iuuat. Auicenna quinto canone, addit lentigines, & panos delere.

COST. **C**ICINVM. In lucernarum hodie usum, magno pronentū traditum fuisse hoc oleum Brissauolus auauit, Quod autem ad hydroperem epotum commenda-

atur, respondet eius historia, qua lib. simp. Mesue ducere serofos humores notauit. Sed violentū admodum quum sit hoc seminis genus, quibus binis assumptis immoderatissimam purgationem, cum grauium symptomatum concursu subsecutam obseruauimus: ob id si cui propinandi olei sit consilium, quādo qua mensura dandum sit non docet, caute agendum est, sensimque eius exploranda est in corporibus non imbecillibus efficacia.

MESVE.

OLEVM de cnico, obstructa liberat, tergetque: ob id ictero, dolenti à materia frigida, ventriculo, colo, thoraci, pulmone confert, hisque partibus expurgatis, vocem claram reddit.

DIOSC. cnicelzum vocat: valereq; idem, dicit, MAN. quod cocci gnidij, sed esse imbecillius.

HVIC Diof. tribuit vires olei ex cocco gnidio purgato, & taso, sed imbecilliores, hoc est, alium potu purgandi.

CNICI. Icteric causa est bilis, quam educi cnico nullo aserit, quid ergo ad affectum hunc cnici oleum probat? Sed licet à bile auriginosa affectus fiat, nō ex bilis tamen semper copia, sed ex meatuum, per quos in vesicam felle in bilis recipitur, obstructione sæpe citra copiam ortum habet, quæ obstructio si ex lenta fiat pituita, commode hoc detergente, pituitamque ex proprietate deducente medicamento aufertur.

MESVE.

OLEVM ex nucē Indica dolori neruorum confert, thoracem, & pulmonem lenit, & inde claram vocem facit, impinguat etiam, & sperma auget.

HVIVS non meminerunt Græci. Valere MAN. nunc creditur conceptui.

ID oleum Græcis indictum, conceptui valere creditur. Hodie ad feminis incrementum ferè vsurpatur.

EX nucē Ind. Indæ nucis soli meminere Arabes, tum Rosis, tum Auicennæ tum Serapio, eius historia etate nostra notior. Oleum, refert Garcias ex ea, tum recenti, tum arida premi, ex arida, magna copia, & limpidissimum, ad lucernas cibosque condiendos utile, imo & ad neruorum contr. Et onem, doloresque articulo-

rum: ex recenti vero, affusa illi contusa aqua, & post expressionem ea collecta, quod aqua supernat, oleum enim colligi utile ad ventrem prauis succis expurgandum. Subdit etiam frequenti experientia obseruatum nucis Indæ fructus, si in cibum veniat, vermes procreare. Ex quibus etiam illud constare falsos esse Auicennam, & Serapionem, tum quod id oleum recens licet butyro succi bonitate præstet, non aque tamen emollire, ut alterum scribunt: imo alium cohibere ex M. saurugie Serap. refert, tum quod illud ipsum oleum quum vetustatem sensit, vermes necare Serap. aserit. Hac ferè Garcias, quæ non satisfaciunt. Ac primum, quum ex recentibus hisce nucibus exprimi oleum, ait affusa

M E S V E D E O L E I S

affusa aqua suspectum est, quod ex amygdalis, ac regijs nucibus recentibus, non oleum, sed lacteus succus exprimitur, ob idque nostri quasi expectantes, ut superfluo aquoso humore assumpto oleosus earum succus concoquatur, permittunt, ut arefcant, prius quam subijciant praelo, quomodo ergo nuce Inda adhuc recēti expressa oleum emanet, non satis assequor, id vero etiam minus, quod illi recenti affundi aquam extrahendi olei gratia aserit, cur enim id non efficiant potius, quum plus isto exaruerint, durioresque euaserint? ne Arabum vero historia, quum ijs non consentit, quasi negantis recens id oleum alium subducere, confundit rem Garcias, non enim de alno, sed de ventriculo verba illi faciunt, quem minus emolliri, & quasi subverti aiunt eo recenti oleo, quam butyro. Quod autem Serapio, id oleum cohibere alium scribat, nō id quidem ex propria, sed ex Mesaurugie refert sententia, an autem recte id scribatur, consulenda experientia est, vera huius controuersiae index, cuius compositionem, quam Garcias quaerens dicit, non diffidere, quod nux ipsa alium cohibeat, oleum autem laxet, non tamen affert: quando de ipsomet oleo, non de nuce verba sunt Serapionis. Quale vero, id de lumbricis diffidium sit affirmante Serapione oleum ex ea nuce vetustum vermes necare, asserente autem Garcia eius nucis usum in eibis illos gignere, facile appare; alter de nuce, & ea recenti, qualis ad cibum opportuna est, verba facit, de vetusto eius oleo alter, nucis autem corpus densum, & concoctu difficile in imbecillo ventriculo minus probe concoqui, proptereaque lumbricorum materiam suppeditare verisimile est, praesertim quum recens est, & dulcis: secus enim, quum vetusta, & adepta ex aetate acrimoniam: tum enim esui minus apta est, & in eius vortāe copia minus erroris committitur: tum etiam acris saporis causa, minus idoneam ad procreandos lumbricos praestare materiam potest nuxum vero etiam oleum, siue ex vetusta nuce extractum fuerit, siue ex recenti expressum vetustatem senserit, non carere acrimonia, & eius nomine lumbricis infectum esse, non est à ratione alienum. Itaque nullam id discordiam hoc loco habet, quod Garcias proponit. Porro de Indae nucis oleo, illud praetermittendum non est, quod ait Serapio, quum vetustum euaserit, status discutere, lumbricumque, ac genuum dolores mulcere, addit etiam quod serē, & Auicenna sanguinis venarum sedis remedium esse, tum illitum, tum cum oleo nucleorū persici epotum, si vtrumque ad drachmā vnius, aut sesquidrachmā pondus confundatur.

M E S V E.

OLEVM de cerasis arthritico dolori mire confert, terget, ac expurgat: ob id calculum à renibus, et vesica expellit: panos, lentigines, et caetera cutis foedae vitia delet.

MAN. **M**IRABILE esse dicitur in renum doloribus, et calculo.

SYLV. **I**D oleum vires habet aliorum ex nucleis, aut seminibus amaris expressorum, qualia sunt persicorum, amygdalarum, amararum, chrysomelorum.

COST. **D**E cerasis. Calculi dura, & aspera substantia est, quam quae emolliunt, attenuant, & detergant, sola calculo laborantibus conferre possunt, quae enim citra-

emolliem attenuat nihil quicquam possunt, siccant enim, quae eius sunt generis, tum calculum, tum meatum, in quo is continetur, ac ut minus facile calculus excernatur, efficiunt. Sic opportunum huic affectui auxilium asferre ex olei generibus, quae haecenus relata sunt, multa possunt, quae ut olea sunt, emolliunt: ut vero acrimoniae aut amaroris nonnihil retinent, attenuant, & detergant. Tale etiam cerasorum oleum est, quod non modo, quia terget, ac expurgat (quae verba Syluius addit ab autore non addita) sed etiam, quia emollit atque tenuat, prodesse his affectibus potest. Porro ad hoc parandum oleum, nuclei cerasorum, quae amarenae vocantur, maxime sunt sumendi, ut quibus amaror, acrimoniaque in sit maior.

M E S V E.

OLEVM ex nucleis cerasi syluestris eadem praestat, sed efficacius.

QVIDAM dicunt esse cerasum syluestrem: Conficienda utraque ex nucleis.

CERASI syluestris. Sunt, & hic amarenarum nucleis sumendi, ex his minima, & nigerrima quaedam praestantissima aliarum videntur, siue saporem, siue odorem expendas, conduuntur harum nuclei saccharo alieni locorum ad renum calculos.

M E S V E.

OLEVM ex feminibus citri, et arancij, dolori arthritico, et succedenti tumori confert, lapidem renum, et vesicae expellit. Fit ut praedicta.

Oleum de granis citri, et citrangulorum, confert dolori arthritico, et tumoribus superuenientibus, et sunt lelinge, et expellit lapidem renum, et vesicae. Et eius operatio est sicut diximus.

VALET in pestilentia, & vermes interficit potum, & inunctum.

IDE M est in pestilentia alexiterium, & lumbricos necat potum, & illitum.

EX semine citri, et citranguli. Oleum non ex citri, & aurantij tantum semine exprimi potest, sed etiam ex summo cortice. Auic. oleum citri, paralytici quidem nervorum conferre scribit: at non omne, sed id tantum, quod ex fructus cortice paratur, in quo discrepare a Mesue videtur, id quod ex semine fit ad arthriticos affectus usurpante. Ceterum vere, & semen, & cortex, ut etiam notat Auic. dissolucendi facultate praedita sunt, quae nomine vtriusque partis oleum ad effectus nervorum frigidus esse ex usu potest discutiendos, quod autem admonit Auicennas, ut ex solo fiat cortice, non rejicere, semina, sed acidam partem existimo, quam proximis verbis subdit, nervis esse aduersam. Fortasse etiam carnem cortici coniunctam non admittit, ut ne frigidam suam vim oleo impartiat.

M E S V E.

OLEVM ex pistacijs, et strobilis, hepatis et renum doloris potenter lenit: hepar impinguat,

guat, sperma auget potum, sed stomacho nocet. A
Fit vt prædicta.

CHRI. **O**LEVM de fisticis secundum Rasim valet
tussi, & dolori pectoris, & hepatis, & frigida
complexioni.

MAN. **P**ISTACIA Græci vocant. Stomacho tamen no-
cet. Hoc non credo.

FORTE oleagina substantia, quod oleis omni-
bus, & pinguis est commune, tota tamen sua
substantia stomacho amicum videtur vsi quotidiano.
Addit Rasim tulliam, & thoracis dolorem mitigare,
& intemperiem frigidam emendare.

COST. **D**E pistacijs. Pistacia ventriculo esse aduersa, vt
Mesue ait, fuisse aliquorum Galeni tempore opi-
niouem ex ipsius Galeni verbis colligitur assenti se-
cundo de alimen. sac. affirmare se non audere, accidere
ventriculo insigne vllum, aut damnum, aut commodum.
Aucennas contra eorum sententiam stomacho esse vti-
le disputat argumento amaroris, & ostrictionis, quarum
est particeps. At vero, & si ipsummet pistacium assum-
ptum vile sit ventriculo, vt ait Auic. eius tamen oleum
eidem molestum esse non admirabitur, qui pinguis ipsu sub-
uerrere ventriculum meminerit, quãquam enim hoc non
tam peculiare huius, quam commune omnium olei ge-
nerum, non temere aliquis contendet, at si ad pingue va-
rij saporis accesserint, præsertim ingrati, qualis ama-
rus est, accedente vna ostrictione, & acrimonia, quarum
aliquantulum particeps pistacium videtur, fieri facile
potest, vt dum pingue ipsum non subsidens, sed in os ven-
triculi conuersum acrimonia quoque, amarore, & astric-
tione id vario modo officit, priuato etiam incommodo
sit molestum, præter id quod afferre pinguis generatim
solent. Sane autem oleum, de quo hic agitur, aduersus
scorpionum, venenatorumque aliorum animalium icus
mirifici esse vsus, notarunt Serapio, & Auicennas.

M E S V E.

OLEVM laurinum ad partium omnium
cerebri, neruorum, articularum, vtri-
culi, coli, hepatis, lienis, renum, vteri,
affectus frigidos, & dolorem his succe-
dentem. Sic fit. Baccæ lauri maturæ, & recentes
teruntur in pila, ex aqua in lebece coquantur in
vas subiectum, quod aquæ supernatans oleum
colligitur. Affusa calente aqua iterum terantur,
& exprimantur torculari cauato, colligatur o-
leum, & reponatur.

CHRI. **O**LEVM laurinum, quod per expressionem
fit, conuenit ad inungendum nucham,
spondiles, & partes mollificatas in paralyticis.

MAN. **D**APHNINON Confert neruis lætis. Omnibus
etiam eorum affectibus. Dioscorides ei vim tri-
bit calefactoriam, apertoriam, mollificatiuam, solu-
tiuam dolorum, horroribus, qui sunt in febribus, au-
ris dolori, catarrhis. Porum fit ex granis ipsis puris: cõ-
mixtum accipit tantundẽ oliuarum maturarum. Cõ-
fert dolori stomachi, & dolori colico, & renum. A
frigiditate scilicet factis, & inflatione.

SYLV. **I**D oleum est calidum, essentia tenuis, aperit, mol-
lit, discutit, ob hæc intemperaturam omnem frigi-

dam solam, & cum pituita, vel flatib. sanat, & ab his
colo dolenti clystere infusum, mire prodest, vt spinæ
dorsi illitum, paralyti, & horrore febrili, tum omnibus
neruorum vitijs, algoribus, lassitudinibus, catarrhis,
aurium doloribus, renum frigidis affectibus. Alij par-
te æquali oliuarum maturarum mista, & ambobus
simul tritis, oleum laurinum exprimunt, sed imbecil-
lius: aliter mistis alijs componi docet. Dioscor. Sim-
plex vtilius idem censet, & quo recentius, & viridius
colore, amarissimum est, & acre. Ex Gallia Narbo-
nensi vrbibus, vt commune, aduchitur, vnguento si-
milibus, quam oleo.

LAURINVM. Duplicis torcularis meminit pla-
COST.

ni, & cauitati vero etiam antea vbi de amygdalis.
Et quidem, quum primum exprimenda sunt lauri bacca,
quia vberiori affluunt succo, planum torcular satisfacere
videtur, quo non aque excessa sit expressio, at vbi secun-
do, aut tertio, quando iam succi sunt inopes, cauo esse opus
dicas, vt compressis ipsis vndique, & ab excipientis la-
cus lateribus, & a tuberosa descendens trabis parte,
quicquid inest succi exprimatur. Caterum vsus poste-
rioris non probat Sylius, nec iniuria, quod quum tota ca-
uitas occupetur partim ab exprimenda rei mole, partim
a tumida superioris trabis parte, libera emanati oleo via
præcludatur. Nobis vero etiam in priori, vt vulgo con-
struitur, esse aliquid videtur, quod damnes, quum enim
expressa materia succus vndique effluat, nisi decliue sit
in aliquam partem prælum, colligi succus exacte non po-
test, si vero etiam versus emissarium sit decliue; at suc-
cus tamen ex sublimi illa parte, quæ emissario e diametro
respondet, ex compressa materia affluens, in eandem re-
sultat, & rursus excipitur materiam. Sed vtrique leui for-
tasse negocio, ita consolemus, plano quidem si eius alucum
continua, & recurua ambient labra, idemque alucis in
medio sublimis, sit decliue ad labra, sic enim premente
ad medium prælo, succus expressa materia in labra quo-
quo versus inclinans, in vnum, aut alterum emissarium
deriuari, & colligi facile potest. At si cauo torculari vti
velis, quod vndique materiam comprimens effica-
cius exprimit, tunc alucum, quo superior veltis excipitur,
ita parabis, vt quasi cucurbita medica angustiori sit ore,
quod veltis magnitudini apte respondeat, sed parte infra
os magis excavata, ita vt ore amplius fundum remaneat.
Sic enim ex emissario parte vna, aut altera facto, quod
exprimitur facile colliges, eo cuitato incommodo, quod
Sylius obijcit. Aut etiam torcular, ita parabis, vt lacus
excipiens supra cauitatem eam in qua descendens veltis
pari prorsus ambitu excipit, labrum, & quasi gradum
elatiorem habeat latioris ambitus, in quem succus exci-
piatur, habeat vero cauitas suum emissarium, quo si quid
in eam partem fluit, excipiat: & superior, quoque gra-
dus limbo circumdatus suum emissarium habeat. Hinc igitur
prælo, quod in plano, ac in neutram partem decliui lo-
co collocandum est, vbi prementia materia cannabinò, vt
fieri solet, sacculo inclusa subijcitur, pressa vndeque
velte violento materia succus effluit, qui si per inferiorem
partem aditus non patet, in elatiorem gradum sublata, ac
regesta, & eius gradus limbo detenta, in constructumque
aliquod in limbo emissarium recepta, subiecto vase ali-
quo colligetur.

M E S V E.

OLEVM ex baccis viridibus terebinthi, vul-
nera glutinat, ipsa mo, tetano, duritie neruo-
rum cõfert, ob hæc multis emplastris miscetur.

Id est, fructibus Terebinthi.

MI- MAN.

CHRI.
MAN.
COST.
MAN.
SYLV.
COST.
MAN.
SYLV.
COST.

MESVEDEOLEIS

SYLV. MIRVM est Dioscoridi hoc refrigerare, & astringere cum calidum sit, re uera modice adstringens. Fit ut laurinum.

COST. EX baccis terebinthi. Terebinthi folia, semen, & corticem astringentis quidem esse facultatis testatur Dioscor. at frigidum esse temperamento, quod ait Sylvius, non video Dioscoridem scripsisse, imo fructus ille palam proficitur excalfacere, & urinam, ventremque mouere, & ad phalangij morsum facere ex vino.

MESVE

OLEVM lentiscinum ex baccis lentisci, stomachum, partes neruofas, iuncturas laxas, & musculos roborat: fit ut laurinum.

MAN. PRO stincho credo legendum schino. Est autem lentiscus. Ex cuius fructu fieri oleum docet Dioscorides: sanareque scabiem iumentorum, & canum, sistere sudorem, misceri pessis, acopis, & his que ad lepram communiter profunt. Conueniunt tamen remedia Mesue potius mastichino.

SYLV. SCABIEM iumentorum, & canum sanat: pessis, acopis lepraram medicamentis est uilissimum, sudores cohibet. Inepte scincus pro schino legitur. Nam e scinco oleum si fiat, compositum est, neque horum aliquid praestaret.

Oleum mastichinum e mastiche, gummi lentisci recente trita exprimitur, mediocriter calfacit, adstringit, emollit: ad omnia uulnra, vitia efficax, stomachi prominentem duritiem, coeliacorum, dysentericorum cruciatus leuat: faciem emaculat, & colorem nitidum facit optimum. Myrteum e baccis myrti nigre syluestris, aut satiuæ maturis bene tritis ex aqua coctis similiter exprimitur Diosc. uero succum ex folijs myrti alterutris molliissimis tuis expressum cum oleo omphacino coquit, uel cu oleo, & aqua: deinde quod supernatat oleum cocha colligi iubet: adstringit, siccat: ob id eploticum est, achoras sanat, & sedis rimas, sudores compescit. Potentius est, & compositius, si malicorium, cupressum, cyperu, iuncum odoratum cum Diosc. recipiat. Efficacius est amarum, oleosum, uiride, translucens, oliens myrtum, Myrteum aliud est Mesue in tertio genere.

COST. LENTISCI. Tota lentisci planta, & fructus astringendo est efficax, atque ad id ipsum Diosc. oleum ex semine prodesse ait, quod oleum nunc quidem non paratur, sed paratur elegantissimum ex eiusdem lachryma destillatione, usus ad ulcera neruofaru partiu miri, uisitatissimum uero est officinis ex mastiche in oleo infusa.

MESVE

BASAMALAEON, idest, oleum balsami plantæ cubitalis, aut bicubitalis, rotæ agrestis similis: cortice cuius partem orientem spectante scarificato, & uulnerato lachrymæ pingues destillant: ipsius scilicet balsami pinguedo. Alij plantæ huius surculos uere ineunte in pila terunt, in aqua coquunt, torculari exprimunt, oleuque balsami uocant. Sunt, qui surculos tritos in oleo ueteri dies quadraginta insolant, in uase duplici coquunt, exprimunt, surculos novos tritos immittunt, secundo, & tertio colant, & recondunt.

CHRI. OLEVM balsami, quod p emanationem colligitur in partibus orientalibus, cõplexione est calida cum uirtute aliquantulum humectatiua. Et subtiliatium, & lenituum duritierum: & maxime cõfert ad subulandum, & remouendum ve-

stigia turpia, & cicatrices, quæ remanent post cõsolidata ulcera. Est etiam penetratium ualde ad partes profundas: & confert omni malæ complexioni frigida, & doloribus neruorum, & iuncturarum, & permixtum cu aliis medicinis portat uirtutes illatum ad membra intrinseca, & remota, unde permiscetur, & summe confert cum medicinis urinam prouocantibus, assumptum p os, uel inunctum ab extra in partibus renum pedinis, & colli, & uesicæ. Et nota, quod uerum oleum balsami colligitur tempore ueris, cum planra eius scinditur, & exinde emanat, & sic collectum est in parua quantitate. Alio modo accipiuntur folia, & semē huius plantæ, & per xl. dies in sole infunduntur in oleo oliuæ, deinde fit expressio talis olei, & tale in magna quantitate ibi preparatur, sed non est tantæ uirtutis, quantæ est primum.

LONGITVDINE vnus cubiti, similis rutæ agre. (Ltis) Dioscorides, magnitudine leucioj, folio rutæ simili, albiore. Scalpellatio. Dioscorides, cu uingibus ferreis, diebus canicularibus. Et quandoque ego in oleo antiquo madere facio lignum, & fructu balsami integram diem, extrahique deinde per chymicam artem oleum, & adseruau ceu opon balsami ad multiplices usus. Modum tamē a Mesue ultimo scriptum ualde etiam probo.

OLEO ueteri die vno maceretur xylobalsamū, & carpobalsamum recentissima: post arte chymifica oleum extrahatur, fuerit non ignobile, xylobalsamum recens in oleo ueteri diebus quadraginta insolatur, uase duplici coquatur. Vires huius olei ab omnibus tam laudati a Mesue taceri mirum est, calfacit enim, humectat, tenuat, digerit, terget, glutinat. Glutinandi hæc facultas ueteribus indola facit ipsum hodie preciosum. Cætera ex Galen. in simpl. docui, notæ huius in Diosc. opobalsamo. Id rarissimum, & ob id preciosissimum. Quapropter Petrus de Ebano, Guilielmus Platearius, Bartholomæus Montagnanus, oleu balsami composuerunt, uiribus uero balsamo nihil cessurum. Alij, folia, & semen, & lignum huius plantæ oleo insolant dies quadraginta, exprimunt, & seruant, sed uiribus opobalsamo id multo inferius.

BALSAMI. Balsamini olei nomine nunc ex occidente te offertur liquor ex Goaconax arboris ramis, ea arte paratus, quam posteriori loco hic docet Mesues de quo supra. At legitimum opobalsamum uix in regibus est manibus. Quare habeo ego perpetuas gratias Iosepho Parpalliono Nouariensi medico nobilitate, doctrina, & moribus insigni, a quo ex Memphi post aliquot annorum peregrinationem nobis restituro, eius olei aliquantulum accepi, quod omnibus numeris legitimum esse balsamum pro certo habeo.

MESVE

OLEVM sesaminum impinguat, semina auget, asperam arteriam lenit, & uocē ob id claram reddit, multorum præterea oleorum aliorum est materia: extrahitur, ut amygdalinum, nisi quod prius semen sesami excorticatum sic est. Id semen ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irrigetur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madefiat: siccetur, modice assetur, sacco aspero multum, diuque confricando excorticetur, corticibus expurgetur, moietur in farinam, oleum exprimitur, ut ex amygdalis. Ex eodem semine, non excorticato, sed assato, & mollito in farinam, oleum quoque extrahitur, ut prius.

Vox

Oleum de sein et alio schino.

Duplex est baccis recentibus. Et maturis oleum in costis. Et alterum medicamentum est in colan.

Oleum de balsamo.

M A
SYLV
COST
MAN
CHR
MA
SYLV
COST
CHR
MA

MAN. **V**OX barbara altachine est, credo deberet fieri veluti panes, vel quod non fiat perfecta molitura. Sesaminon, ait Paulus, fit contusis, & expressis, vel insperfis aqua calida, sesami granis.

SYLV. **I**D semen, quod agros emaciat, in Italia feri desijt, ob eiusque penuriam oleum sesaminum desideratur, cuius loco amygdalarum dulcium oleum substituitur: oleum id clarum candidum, & vsu cum cibis delicatissimum.

COST. **SESAMINVM.** Sesamum ex Alexandria Aegypti affertur, quod terra commissum, & enatum domi saepe est excultum. eo Etruria hyeme ad offas passim vritur.

M E S V E.

OLEVM lini, spasmo, duritiei neruorū, & iuncturarum, hæmorrhoidibus, sedis phlegmonis, & rimis confert, ac dolori pulsatorio. Fit vt oleum sesami, femine tamen non excorticato.

CHRI. **O**leum de femine lini habet similitudinem in complexionem, & modo operationis cum oleo de chamamilla, & de anetho, & est anodynum, & sedatiuum dolorum in neruis.

A D D I T I O.

Oleum de femine lini est in vsu, & est duplex, vnum quod solum fit ex femine ipsius, & hoc dicitur oleum lino sum purum, quod aptum est eius, aliud fit, cum aqua tamen non multum, & illud dicitur lino sum compositum: hoc lucernæ aptum est.

MAN. **V**BIQUE preparatur, quia videlicet ad alios vsus, quam medicinæ accommodatur. Quidam dederunt pleuriticis, nec sine vtilitate.

SYLV. **F**IT vt oleum sesami sed lini semen non excorticatur: neruorum dolores sedat, viribus proximum est oleo chamamelino, quibusdam in vsu est vice olei communis. Quidam pleuriticis oleum lini dederunt linctui, aut potui, non sine vtilitate. Paratur hodie à candelarijs, & olearijs molitoribus, non à pharmacopolis. In moletrinis quoque aquaticis pauca aqua affusa extrahitur ad vsum lucernarum.

COST. **L**INI. Convulsiones balneo ex hoc oleo non semel curauimus. pleuritidas nostri eo ad vncias sex exhibitio sepe oppugnant.

M E S V E.

OLEVM papauerinum impinguat, asperam arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & insomniæ fit vt oleum ex femine lini.

CHRI. **O**lei de granis papaueris principalis operatio est ad somnum prouocandum, quando causa vigiliarū est mala cōplexio calida cū ascensione vaporum acuto: iū ad caput, si ex ipso inungantur tempora, nares, aures, & tota frons.

MAN. **E**T (sahare.) Id est vigiliæ. Hoc aliquando vidi paratum, sed ex lactucæ femine nullibi. Vtrumque tamen vtile putauerim, & introsum, & extrosam, in

A somno ciendo, & doloribus, præcipue qui cum morfu sunt, mitigandis.

AFEBRIVM enim vapore calido sicco vigilias tollit, somnumque frigiditate, & humiditate cōciliat, fronti, auribus, naribus, temporibus linitum. Compositum autem oleum papaueris post scribendum est vsitatus. Hyosciaminum oleum ex femine albo hyosciami recente, sicco, calida aqua sparso, insolato, trito, à Diosco. exprimitur ad aurium dolores, pessis etiam si misceatur, ad emolliendum vtile.

PAPAVERINVM. Hos vsus præstat si sit recens. at si rancorem contraxerit, asperam arteriam exasperat. neque febribus confert, neque insomniæ. Vt extenuata corpora pinguescant supra quoque puluerem ex oriza, cicere, papauere, & alijs quibusdam parabat.

M E S V E.

OLEVM ex femine lactucæ idem pollet, quod papauerinum, & eodem fit modo.

OLEVM de femine lactucæ non est in vsu, magistraliter tamen conueniret ad remouendum malas complexionem calidas.

LACTVCAE. Si lactucæ oleum ea omnia præstat, quæ papauerinum, atque adeo macilentos quoque pingues reddit, dubitabis quomodo extinguat semen, quod eadem, quæ pinguescunt augere solent. At hæc ipsa, quæ pinguescunt etiam refrigerant. quare non dicuntur semen extingueri, quia absumant, sed quia frigidius ipsum reddant.

M E S V E.

OLEVM ex femine cucurbitæ, cucumeris, melonis, citreoli, phlegmonis viscerum, & ab his febribus ardentibus confert, vrinæ ardorem valde mitigat. Posunt ex singulis horum per se extrahi, vel pluribus, vel omnibus simul, excorticatis tamen seminibus, sesami feminum. Ex pluribus alijs, tum seminibus, tum fructuū nucleis, & fructibus, olea eodem modo exprimi possunt, quæ vires eorum ex quibus separantur, retinent, & à nobis omittuntur.

QVALE est raphaninum, melanthinum, sinapium, cannabinum, staphidis agricæ. Quæ etiam fieri possunt seminibus ipsis tritis, & coctis cum oleo, & cum succo aliquo vires eorum augente, vel si est opus, remittente, vel saltem fouente, & oleis adustionem, ac feminis prohibente.

SEMINE Cucurbitæ. Ardentes febres pingui somni re facile irritantur, eo quod pingue est caloris intemperantia facile accenso, & in bilem conuerso. Ob id succum ex affusa his ipsis contusis seminibus aqua expressum neglecto oleo prudentiores medici exhibent. Oleo vero eius seminis ad illitus vtuntur.

M E S V E.

FIVNT & olea per impressionem, quæ ipsis oleis velut habili cuidam materiæ aliorum medicamentorum virtutem à sua ipsorum forma proficiscentem inserit, quomodo sigillum formam suam materiæ cuiuspiam ad eam suscipiendam habili.

Mesue.

Ii

bili

SYLV.

COST.

CHRI.

COST.

SYLV.

COST.

M E S V E D E O L E I S

bili imprimi. Hæ autem varijs fiunt modis, quos E Deo adiutore tradituri sumus.

CHRI. **A**VIC. in v. cano. describit oleum de cucurbita, quod non fit eo modo quo fit istud. Rasis tamen in proprio antidot. describit hoc oleum de semine cucurbitæ, & aliorum trium seminum frigidorum.

MAN. **I**VSSI hæc parari pro lotij ardore mitigando. Ex multis alijs. Vt ex semine hyosciami, raphani, melanthij, sinapis, cannabis. Fiunt autem olea per.) Secunda pars, vbi alius modus docetur faciendi olea, ab initio à Mesue propositus. Paulus appellat hæc olea *μυζώδη*, id est, vnguentaria, quorum quædam dicit simplicia, quædam composita.

SYLV. **O**LEORVM genus tertium facultatem recipit vnam ex incoctis sibi varijs simplicibus: propterea id iam est compositum, nō amplius, vt priora duo genera, simplex. id Paulo *μυζώδη*, id est, vnguentariū dicitur. est illi simplex, id est parum medicamento- sum, & paucis mistum: alterum compositum, & medicamento- sum.

M E S V E.

OLEVM rosatum completum roborat, resoluit commode, lenit, & sedat, fitq; ex oliuis maturis, & folijs rosarū completarum: rude vero inflammationes extinguit, roborat, cogit, densat, fluxiones sistit, & materiarum per corpus fluxum cohibet, dysenterias potu insigniter iuuat, & fit ex oliuis im- maturis, & folijs rosarum nondum apertarum. Hoc autem modo fit. Folia rosarum rubrarum recentium trita quantitate sufficienti oleo ex oli- uis, vel sesamino recenti, & aqua fontana aliquo- ties loto, macera in vase vitreo obrurato, diebus vij. insola. coque tribus horis in vase duplici. Ex- pressis folijs, & abiectis. noua immitte: in sola ite- rum dies vij. coque, vt prius tertio idem fiat. De- inde aquæ infusionis rosarum dictæ in syrupis, quantum est oleum, misce, opercula, insola dies xl. post excola, iterum diu insola.

MAN. **F**OLIA rosarum. Exungulata. Quantitatem suf- ficientem. Græci determinant quantitatem, sed puto modum Arabum meliorē. Paulus sic constituit. Rosarum rubearum exungulatarum, per diem vnam naturalem exiccatarum vnc. iiii. olei omphacini sex- tarium vnum: obtura diligenter vas, ne expiret, expo- ne soli per xl. dies, reponetque non super pavimento, sed tabula. Alij non soli exponunt, sed in puteo ponunt: alij fodiant sub terra xl. dies.

SYLV. **P**RIMA olei rosati compositio multis est in vsu: Pa- rissisibus autem compositio Nicolai in ipsius an- tidotario dicenda. Paulus rosarum rubr. exungulata- rum vnc. iiii. olei omphacini sexta. immitit vasi oper- culato, ne expiret: dies xl. insolat, super tabulam repo- nit: alij non insolant, sed puteo imponunt: alij terræ infodiunt dies xl. Tres vnguentū rosacei compositio- nes Diosc. Rosas quidam integris folijs, alij exungu- latis, alij etiam forticibus incisis, alij tritis oleo impo- sitas igni coquunt, colant, seruant. alij dies quadragin- ta insolat in vase vitreo operculato, sine coctione: in- solatus etiam in vase duplici præstantior. Oleū ro- satum veteres nominare consueuerunt, quod absque odoramentis paratum est: quorum si aliquid huic in- ditum fuerit, non oleum, sed vnguentum rosaceum

nominant, in sine lib. 2. simpl. Oleum rosatum opti- mum conficitur ex rosis solis, sine frondibus, quæ plu- rimæ oleo omphacino sine sale, parato plenius im- buantur, & infundantur. Vere, aut ineunte ætate. Post annum autem vetus est, ac inutile: Id oleum vim quandam repellentem habet, & mitigatoriam, & di- scussoriam. sed repellit, coquit, digerit omnia hæc me- diocriter. Huic oleo quidam spissamenta adijciunt, vt id diutius sit odoratum. Oleū rosatum audio fieri odo- ratissimum putrefactis mense vno rosis sub fimo in vase bene operculato. Eadem ratione ex mastiche vulgari, & rosis incarnatis, & moschatis, & similibus fieri posse confido odoratis sine vllius olei mistione.

OLEVM rosatum. *Rosa varia inest pro varijs* COST.
eius partibus facultas, tum concoquendi, & diffi- pandi, quæ calidis eius partibus insidet: tum refrigeran- di, & astringendi, quæ frigidis. calidæ eius partes sunt odoratiores, frigidæ inodora. Itaque etsi in parando oleo, tum completo, tum omphacino ex rosis, quibusdam rosarum partibus vtaris Mes. non explicat, quasi nihil intersit: animaduerso tamen vsu, cuius gratia paratur completum, quod coquendi, attenuandi, & laxandi gra- tia conficitur: ex rosis non modo, vt ait Mes. maturis, sed etiam quibus ressecti sint vngues, parandum esset, quod recte admonet Manardus. At omphacinum in quo astringendi vis queritur, non ex rosis modo immat- uris, sed aut integris, aut ex solis vnguibz rosarum es- set parandum. quamobrem non assequor, quo consilio Paulus in omphacinum oleum abscissis vnguibz rosas iniiciat, quando astringendi vis maior vnguibz inest, quam reliquis partibus rosarum. Nos contra, licet odo- ris gratia totam rosam in omphacino oleo, immaturam tamen, sumi probemus. si tamen aliarum præterea rosarū vngues pari diligentia contusi commisceantur, maioris vsus fore hoc ipsum ad refrigerandum, & cohibendas fluxiones existimamus. Sane autem, quum Mesue om- phacinum oleum epotum ad dysenteriam vehementer commendat, nisi quam recentissimum illud sit, præter- quam quod ventriculo fastidium parit, & pinguis nomine, quod vlcerebus molestum est, affectum adan- get, inutile etiam redditur acrimoniam illi per ætatem conquisita.

M E S V E.

ALITER quoque paratur magis resol- uens ex succi rosarum, & aquæ infu- sionis rosarum prædictæ, ana parte vna: olei loti, & parati, vt dixi, partibus tri- bus: foliorum rosarum contularum quantitate sufficienti: hæc omnia in vase vitreo insola, vt di- ctum est, post coque. folia rosarum permuta, in- sola, vt diximus de permutando succo, & aqua infusionis rosarum, idque bis fiat. Postremo oleum solum cum succo rosarum, & aqua infu- sionis earum, in vase vitreo insola dies xl.

ALITER. quum ultimo loco oleum solum cum COST.
succo, & infuso rosarum, vt soli exponas iubet, percolatum vult: vt exponas. idcirco autem sordes abij- cit rosarum, ne terrena substantia, qua præstant, astring- endi, & refrigerandi vis augeatur, coctioni, & resolu- tioni aduersa, quas adiuuat calor. ob idque soli diutius exponit. Porro autem post diutinam insolationem aquosi aliquid succi superesse cum oleo solet. quod si olei con- seruationi incommodum fore suspicaberis, licebit lingua lanea separare.

M E.

M E S V E.

VEL amygdalas dulces purgatas, curio-
se tritas folijs rosarum tuis misce in
offas, quas in aere calido horis viginti-
quatuor serua. tere, & continenter in
mortario, affusa pauca aqua infusionis rosarum
calente: tandem torculari exprime oleum, vasi
vitreo impositum opercula, & insola.

Quarto modo, cum scilicet excorticato sit,
qualiter cum amygdalis. sed rudi rosato, aptiores
sunt amygdalæ: completo autem sesamo.

CHRI. **SEQVITVR** de oleis, quæ fiunt per impressio-
nem, & virtutem receptam ex admixtione re-
rum extrinsecarum. & primum est oleum rosa-
rum, confortatiuum membrorum, in quibus est
mala complexio calida, illam remittendo, & ali-
qualiter materiam resoluendo, si dependet ab ea.
est enim oleum rosatum ratione rosarum aliqua-
liter repercussiuum, & ratione olei virtutem ha-
bet resolutiuam. Componitur autem tribus mo-
dis, vt superius dictum est in descriptione diamu-
sci dulcis, quare ibi recurre. & aduerte, quod solum
primus modus est ille, qui habetur in vsu, & qui
preparatus reperitur. Quidam antiqui oleum la-
uant cum aqua fontis, vel cum alijs aquis frigi-
dis destillatis, vt plus reducant ipsum ad comple-
xionem frigidam.

A D D I T I O.

Istud oleum apud nos est multum in vsu, se-
cundum autem Mesue est oleum rosatum com-
pletum. ipse enim Mesue docet ipsum facere mul-
tis modis, sed primus modus est ille, qui apud ali-
quos in vsu habetur: tamen communiter prepara-
tur secundum modum Nicolai, quem descri-
bit in antidotario.

COST. **AMYGDALINVM.** Similem parandi olei ra-
tionem supra proponebamus, vbi assumendum sit,
non autem foris usurpandum. Ad omphacinum autem
oleum conficiendum non presertim amygdalinum alijs olei
generibus, vt forte quis existimet. Sed si forte desit oleum
oliuarum, ex amygdalino oleo potius, quam ex sesamino
parandum monet. quum enim sesaminum potius leniat,
quam quod ex oliuis, astrictioni aduersum est, quam ex
omphacino oleo exquirimus; quum contra sesaminum
amygdalino calidius (est enim acriusculum) ad comple-
tum sit vtilius. semper igitur oleum immatura oliua ad
omphacinum sumes. quod si forte desit, maturum ex eo-
dem olei genere potius, quam amygdalinum deliges. id
rursus si desit, amygdalinum magis, quam sesaminum.
Quod si vbi immaturum oliua oleum desit, oleum ex myr-
ri baccis expressum habeas, vt ceteri præter missis hoc ip-
sorum, suadebo.

M E S V E.

Oleum chamæmelinum, genus omne ner-
uorum roborat fluxionesque inhibet vi-
sua modice adstringenti, moderate resoluit: ob
id dolores sedat. Fit vt oleum rosatum, sed ex oleo
matturo, aut sesamino, vt dixi extracto.

A **O**LEVM chamæmelinum est benedictum **CHRI.**
propter eius multas vtilitates, nam est con-
ueniens resolutiuum, sedatiuum dolorum, prohi-
bitiuum materierum propter aliqualem stypticita-
tem; & confortat neruos alteros à frigiditate. con-
fert doloribus iuncturarum, & dolori colico facto
à ventositate, & communiter est conueniens in
principio dictarum dispositionum: quia tempe-
rata est complexionis, non ascendens primū gra-
dum caliditatis, cum aliquali humiditate, & leui
desiccatione: vnde ponitur inter medicinas ano-
dynas temperatas, declinans ad caliditatem.

A D D I T I O.

Istud oleum est in vsu, sed eius modus apud mo-
dernos non est idem, vt docet Mesue. verum est,
quod facit ipsum sicut dictum est de oleo rosa-
to. Ioan. Anglicus cap. de dolore iuncturarum ait.
Item in gutta valet oleum chamæmillæ, in quo
coquantur flores hiacynthi crescentis in campis.
& vocat istud oleum hiacynthi.

PROHIBET febres, vt Gal. testatur. Propter sty-
pticitatem. Galenus ei vim laxandi, non adstringen-
di, adscribit. Paulus sumit florum absque albo, per
naturalem diem siccatorum vncias duas, pro sextario
vno Italico, & tergit vas linteum simplici, vt transpiret,
& exponit soli per quadraginta dies. post, bene obtu-
rato vase reponit. Vbi non habes flores virides, potes
facere ex siccis, & coquere in vase duplici, sed erit de-
bilis. **MAN.**

PAVLVVS florum sine albis folijs recentium, sicca-
torum viginti quatuor horis vnc. ii. sextario Italico
imponit, vas tegit linteum simplici, vt transpiret, & qua-
draginta diebus insolat, post bene obturat, vase repo-
nit: ex siccis folijs in vase duplici coctis est imbecillius.
Calidum temperate ad primum tantum gradum ver-
git, humido sicco temperatum. Inuito colici, arthriti-
ci, & aliorum dolorum est præstantissimum, quia pa-
rum repellit, & modice digerit, cum valenter digeren-
tia plus nouæ materiæ in partem alliciant, quam vete-
ris inaniant. Si tamē vehemens est fluxionis impetus,
adstringente magis opus est. Vires laxandi tantum,
quibus febres prohibet, non etiam adstringendi Gal.
ei tribuit. **SYLV.**

Chamæmelinum. Maioris est ad discutendum,
quam adstringendum efficacia. Ad diuabiles autem vim
adstringendi contusione florum, ea ipsa vi, qua terrenis par-
tibus altius insidet, sese foras exerente. **COST.**

M E S V E.

OLEVM violarum, intemperiem calidam
extinguit. ob id phlegmonas omnes re-
mittit, ac inde pleuriticos iuuat, asperita-
tem arteriæ, & pulmonis, & thoracis lenit. quo
modo rosatum: sed ex oleo viridi, vel amygdali-
no, vel sesamino.

OLEVM violatum est frigida, & humida **CHRI.**
complexionis, & multum habetur in vsu.
Est enim conueniens iuncturarum ab extra
malis complexionibus calidis, quæ non dependent
à materia: sed vsus eius est communiter ad vn-
gendum renes, & hepar calefactos, si secum ad-
miscetur modicum aceti, & succi lactuæ, &
sandalorum alborum, & cum modico cereæ
fiat vnguentum: vnde sicut oleum rosatum con-
uenit in malis complexionibus calidis depen-
dentibus à materia cum aliquali sua stypticitate.
Mesue. li ij ita

MESVE DE OLEIS

ita violatum absque stypticitate cum aliquali virtute lenitiua, & aperitiua habet virtutē maiorem in infrigidando, & per consequens est conueniens ad alterandam malam complexionem calidam a materia non dependentem. vnde maxime est conueniens, & sic communiter est in vsu cū clysteribus lenitiuis, & hoc quando quaritur alteratio malæ complexionis calidæ febrilis.

MAN. **T**ATON vocat Paulus, conficique dicit vel ex purpureis, vel ex croceis, vel leucoio. Et modus operationis, vt rosati: non tamen tam dia in sole morari debet, secundum Paulum, sed dies tantum decem: mutandaque dicit ter violas, exacteque claudendum vas, ne transpiret, addendasque demum siccas violas.

SYLV. **O**LEVM ^{inter} id est, ex floribus violæ nigre vulgo Martia, frigidum humidum, tenuis essentia, lenit, & modice aperit: clystere infusum ardorem febrilium mire sedat. Quibuidam placet hoc admodum esse tantum phlogosi, & intemperaturæ calidæ soli: vt rosatum intemperaturæ calidæ cum humorum affluxu. Hepatis, & renum caliditate mire sedat cum aceto pauco succo lactuæ, santalo albo, & cera exigua. Si oleum viride est, omphacinon, seu ex oliuis im maturis expressum, vt videri potest (tale n. vel aliud lotum frigidis oleis conuenit) amygdalinum, vel sesaminum abluione in aqua refrigerante vires olei omphacini accipiāt. Paulo fit hoc oleum ex violis purpureis, vel croceis, vel leucoio, insolat autem exacte opercula to vase, ne transpiret, tantum dies decem, violis interea ter mutatis, additque demum violas siccas.

COST. **V**iolaceum. Licet omphacinum oleum refrigeranti violarum facultati adiumento esse possit, leniendi tamen vim extenuat astringendo, recte igitur amygdalinum oleum recens vsu pabit, sed & sesaminum lenitate commodum est, nisi calore refrigeratricem potestatem extenuet. Itaque si hoc sis vsurus, vt recte admonet Syluius, refrigerante aliqua aqua sepius elotum sumes.

MESVE.

† **O**LEVM anethinum digerit, ob id dolores sedat, & confert rigori febrili, spinae, & partibus neuosis inunctum accessionis initio, phlegmonas, & scirrhus resouit, somnum item conciliat, & cephalalgiam mitigat. Fit vt oleum chamæmelinum.

CHRI. **O**leum anethinum est anodynum, & est in vsu, & similitudinem habet in virtute, & operatione cū oleo chamæmelino, & in his adinvicem admiscentur, & non solum conueniunt si membra extrinseca ex his inungantur, sed etiam in clysterijs administrata.

ADDITIO.

Modus eius apud modernos est accipiantur flores anethi, & ponatur cum oleo, & exponatur soli per xl. dies deinde vt ere vbi oportet.

MAN. **E**ST sedatiuum dolorum.) Dioscorides articulo- rum. Diosc. pro lib. viij. & vnc. ix. olei. ponit florum lib. xi. vnc. viij. exponit soli diem vnum, deinde exprimit, & reponit. Ego non video quo pacto olei illa mensura tot florum sit capax, præsertim quum Paulus accipiat comæ siccitatem per vnum diem vnc. i. pro sextario. Resouit apostemata.) Moll. ficat. & reserat vterum, inquit Diosc. Modus operationis.) Potest parari cum aneto sicco.

SYLV. **F**LORES anethi forcipe exacti ex oleo dulci dies xl. insolantur. Paulus comæ florum anethi vno die siccata vnc. j. sextario olei imponit. Diosc. anethi comæ lib. ii. & vnc. viij. in lib. viij. olei, & vnc. ix. vno die insolat, post exprimit, & reponit. Nam magna in hoc mensura florum hoc tempusculo satis virium suarum oleo impertit: articulo- rum dolores Dioscoridi sedat, vtrumque mollescit, & reserat.

Oleum anethinum, ex anetho maturo, & viridi in vase duplici coctum, succos nec crassos, nec lentos in cute, & carne residentes digerit. In vase duplici autem coquendum id, & Sycionium, & chamæmelinum et docet Gal. lib. 12. meth. Anethū in oleo coctum, oleum facit anethinum digerens, dolorem sedans, somnum concilians, crudos, & incoctos tumores coquens. Est enim temperiem propinquum pus mouētib, & coquentibus medicamentis, nisi quatenus illi est paulo calidius, & tenuius, ob idque digerens. Viride autem capiendum, quia humidius, minus calidum, & ob id magis concoquit, & somnum conciliat sed minus digerit. In oleum relaxans nō adstringens, præcipue, antiquum, immitte anethi, quod videbitur satis: mox vbi in vase duplici tantisper calesceris, dum mediocriter vim herbæ imbibere, exprime & reponere.

COST. **A**nethinum. Quomodo anethinum oleum calida, & sicca temperie præditum somnum conciliet, quem conciliare frigida, & humida solent, non satis constat. Si enim id efficit, vt anodynum, inutisique illius sacci concoctorum, & discussorium, qui tumores exasperat, atque hoc commune est anethi, & anodynis omnibus, neque anetho tanquam ei peculiare tribuendum est. Quod etiam ad scirrhus commendatur, non tam sua discutendi vi id præstat, quam olei facultate emolliente, quod etiam alijs multis est commune. Quod si quis fortasse recentes anethi flores sumendos dicat, vt qui sue illius humiditatis vi, quam coniunctam habent conciliare somnum possint, atque eadem est, & de anethide, & reliquis ratio, que de anetho. Itaque vbi rem expeditimus, quod de conciliando somno hic scribitur, suspectum habemus, & si coniectura valemus, fuisse hanc ipsam vim proximo præcedenti oleo violaceo a scriptore attributam suspicamus; sed librarij ositantia in hoc anethinum fuisse transpositum.

MESVE.

CHRI. **O**LEVM liliorum calfacit, resoluit, ob id a frigore dolores thoracis, ventriculi, colli, vteri, renum, vesicæ sedat, lenit, & coquit. Fit vt oleum chamæmeli: sed ex liliorum floribus, quod croceum est, abijciatur. Componitur item ex foliorum lilij vncijs octo, mastiches, calami aromatici, costii, carpopaltami, ana vnc. j. caryophyll. cinnamomi, ana vnc. i. semissem. c. c. dr. tres. Omnia præter liliorum folia aqua sufficiente vigintiquatuor horis macerentur, semel aut bis ferueant. Tunc inijce olei dulcis, vel sesamini libras duas, & additis lilij floribus, in vase vitreo insola dies quadraginta, post colatum reponatur.

CHRI. **O**LEVM de lilio generaliter est in vsu vbi que. Estque fortioris virtutis, & operationis, quam oleum chamæmelinum, & anethinum, quia calidioris complexionis, & siccioris, quam illa, ascendens ad secundum gradum. Ipsam enim confert doloribus pectoris, stomachi, & intestinorum, qui fiunt a mala complexione frigida, vnde confert dolori colico, si locus ex eo inungatur, vel in clysteri admiscetur.

tur, & sic oleum chamæmillæ, & anethi, prædictis dispositionibus frigidis non multum excessiuis conuenit in principio earum, & sic oleum confectum ex lilio albo conuenit in eorum processu.

A D D I T I O.

Istud oleū est in vsu sub nomine olei liliorum cum speciebus, aut sub nomine olei liliorū compositi ad differentiam alterius descriptionis, secundum quam fit oleum de lilijs. simplex descripti inuenitur in antidot. Ioan. Serap.

MAN. *Κεῖνον* alij *ῥόσος* *ῥόσος* hoc est compositum, sic conficit Paulus: Olei sext. iii. calami aromatici lib. v. myrrhæ, vnc. v. cardamomi lib. iii. *ῥόσος* lilij exungulatarum, & diem vnum expansorum lib. x. cinnamomi vnc. tres, croci vncias quinque. Primo infunde in vino myrrham, & calamum per dies v. mouendo ter in die, post coque cum oleo, donec vinū ferè consumptum sit. Secundo cardamomum aqua infunditur, & ter in die mouetur, & similiter coquitur per horam vnam cum oleo. Postea auferetes cardamomum oleo parò imponimus tertiam partem liliorū, & post tres dies, priore ablata, addatur alia tertia liliorū pars, & interim post tres dies hac amota, additur vltima terna pars cum croco resoluta, & post tres dies oleo puro addimus cinnamomum contusum, & reponitur. Idem Paulus in compositione simplicis susini accipit vnc. ii. foliorum, & sextarium olei, vt in rhodino. & exacte obturat, vt non respiret, perque tres dies exponit soli. abiectis dehinc folijs alias vnc. duas apponit, & iterum exponit soli per alios tres dies.

COST. **L**iliorum. *Quam folia liliorum hic legis, florum folia intellige, quamuis ex radice quoque alicubi locorum confici soleat strenuo ad emolliendos, & concoquendos tumores successu. Cur autem luteos apices florum abijciat, eiusdem ferè qualitatis, non sat scio. suspicari tamen licet veteres iuncti coloris etiam in vnguentis studiosos, eos omisisse, vt oleum, candidum, quo ad fieri posset colorum referret.*

M E S V E.

OLEVM irinum ex floribus ireos similiter factum, calidius, tenuius, ob id altius penetrat, & valentius resoluit, liliorum vero magis sedat, lenit, maturat. Irinum oleum terget, tenuat, coquit, resoluit potenter, ob id à frigido dolores aurium, hepatis, splenis, vteri, articulorum sedat, phlegmonas coquendo suppurat, materias thoracis, & pulmonis coquit, strumas dissipat, & alios tumores duros, spasmus emendat, & narium fetorem. Sic fit. Radicum ireos libram vnam, florum eiusdem libras duas, aquæ cui incoctæ sunt aliæ ireos radices, quantitatem sufficientem; olei dulcis, vel sesamini. q. s. in vase duplici coque, radices, & florum folia nona immitte prioribus expressis, & abiectis, vt in oleo rosato.

CHRI. **O**leum de ireo, idest de lilio celesti non est in vsu tamen esset maioris potentie in omnibus dispositionibus, quam de lilio albo.

MAN. **I**n hunc modum communiter parant. Aliud vide apud Diosc. quod certe magnatum esset vitium si bene pararetur.

AIRinum. *Vt in lilio odoratissimi reliquarum partium sunt flores, ita in iride radices. ex quibus solis sine floribus oleum efficacius, quam ex confusis etiam floribus parabis. Nos instratas hac radice amygdalas interdum exprimi iussimus ad asthma non inutiliter. Præter cæteras dotes, conciliandi quoque somni vni huic oleo Mesue lib. simpl. tribuit, de qua re eo loco differemus.*

COST.

M E S V E.

OLEVM sambucinum lenit, cutim expurgat, neruos roborat, eorumque doloribus confert. Fit vt rosatum. *† chamæmillinum.*

VIDI ex floribus concinnatum, vtile in doloribus sedandis: alij ex medio cortice conficiunt, quoad ambusta vtuntur. MAN.

EX floribus sambuci factum, dolores sedat: ex medio autem cortice ambusta sanat. fit etiam ex floribus iasminum, quod sambucinum Arabes vocant, chamæmelino, aut sequenti viribus proximum. SYLV.

Sambucinum. *Et ex floribus, & ex medio cortice sambuci oleum ad ambusta vtile conficitur. quo, qui bellicorum tormetorum, atque ignium artific. alium tractatione iniurias ignis experiuntur, celerrime curantur.*

COST.

M E S V E.

OLEVM leucoij lutei tenuat, digerit, ob id dolores thoracis, renum, neruorum, iuncturarum, sedat. fit vt chamæmelinum. *De cheiri citrina.*

Oleum de cheiri quod ex cheiri citrina fit est melius, & subtilius: deinde quod ex alba. Est autem oleum de cheiri resolutiuum, sedatiuum dolorum, qui sunt in neruis, & iuncturis, pectore, renibus, & vesica. & fit sicut oleum de chamæmilla. *Artiana vni sic habet.*

PAVLVS accipit vncias tres exungulatarum pro sextario vno olei, obturat exacte, exponit soli per decem dies, & ter mutat: & vbi reponendum est, addit alias bene siccas, vt in violato dictum est. MAN.

PAVLVS horum florum exungulatarum vnc. iii. olei sextario immittit in vase exacte obturato decem insolat, ter mutat. vbi reponendum est, alias bene siccas adiungit. SYLV.

DLEVCOII. *Oleum ex leucoio, an ex viridibus florum, an ex aridis conficiendum sit, est vt dubitem. odor profecto in recentibus magis, quam in aridis excellit. At & Galen. sicciore flores recentibus prestare ait partium tenuitate, & vi ad detergendum. Ceterum, vt ex recentibus paratum temperatius, natura nostra similis, atque ad propositos dolores aptius existimo; ita quod ex aridis, valentius esse in detergendo verisimile est, quod detergendi vis, quam recentium humiditas retundebat, succedente ariditate adaugetur: Porro emolliri duos vteri tumores his floribus proficitur Galenus, sed eorum viribus multa aqua mitigatis. Quare, oleo quod ex his conficitur, non tepere in adiuuando partu obstetrices nostra vtuntur. in quem profecto vsus non ex aridis, sed ex recentibus parandum.* Mesue. li iij doceri

COST.

MESVE DE OLEIS

doceri videtur imitatione Galeni, qui eorum vim feruenti aqua reprimat. quamquam si etiam avidos assumas, eorum aviditas olei humore temperatur. id vero hoc loco notandum, si violę deficiant luteę, in earum locum albas, ac rubras cedere, & harum magis albas, ut quę odore præstant. An autem abscessis unguibus, ut observat Paulus, an integri ducendi sint in usum hi flores, dubitare licet, quod reliqui de hac re nihil. Vere autem ungues illos qui calyci insident, minus amaros, & odore etiam reliquo corpore senties inferiores. quare ijs resectis efficacius fore oleum verisimile est. quod si iacturam temporis in ijs resectandis non probas, licebit additis sapius, & maiori copia violis pares, aut etiam maiores oleo vires comparare.

MESVE.

OLEVM papaveris intemperiem calidam sanat, & inde ortum dolorem: somnum quoque conciliat. Fit ut violatum ex floribus, sed etiam capitibus, & folijs papaveris albi mitius, & tutius: nigri, stupefaciendo efficacius.

CHR. Oleum de papauere secundum hanc descriptionem magis est in usu, & præparatur, quam secundum descriptionem superius dictam, & habet omnes virtutes recitatas in superiori descriptione, & est magis stupefactivum.

MAN. Si ex nigro fiat, erit longe in stupefaciendo efficacius.

COST. Papaveris. Papaveris nihil ferè est, quod ad inducendum somnum non sit efficax. solus flosum recentium id præstat. cortices, ut quibus opij materia insidet, efficacissime id ipsum efficiunt, tum aqua, tum oleo incocti, & naribus admoti, & illi temporibus. Ad parandum autem propositum oleum recentia omnia efficaciora.

MESVE.

OLEVM (de folijs) lactucę idem pollet, quod oleum papaverinum. & fit eodem modo.

MAN. EST longe debilius oleo papaverino, vtile tamen.

COST. Lactucę. Mesues ex veteri versione absolute oleum lactucę proponit, quod Sylius, ex folijs lactucę vertit. Nobis vero etiam flores ad hoc ipsum papaveris exemplo videntur assumendi.

MESVE.

OLEVM meliloti viribus est chamæmelini, & eodem modo componitur.

CHR. Oleum de meliloto non est in usu, virtutes tamen consimiles habet cum oleo chamæmelino, & anethino.

MAN. Si veram meliloton haberemus, præstantissimum ex ea oleum conficeretur.

COST. Meliloti. Meliloti nomine absolute semina ex Serapione usu veniunt. nostri absolute nomine flores intelligunt, quum autem maior insit vis seminibus,

quam floribus. si hoc parandum sit oleum, ex seminibus maxime pararem. quamquam si flores quoque post seminum expressionem addideris, non errabis.

MESVE.

OLEVM nymphaeatum vires habet violati, & eodem fit modo.

OLEVM de nenufare maxime præparatur, & est in usu, & in virtutibus cõuenit quasi cum oleo de papauere nunc dicto, tamen non est tantę stupefactionis, nec somni prouocativum, sed alterativum malę complexionis calidę, excessivę. vnde conuenit superflua caliditati renum, & quasi cõsimilem operationem habet, qualem oleum violatum, sed est maioris infrigidationis: & sæpe cum quærimus somnum prouocare, permiscemus adiuicem hoc oleum cū oleo de papauere, &c.

ADDITIO.

Istud oleum nenufarinum describit Rasis in proprio antidotario. quod quidē valet ad cephalicam capitis ex vaporibus cerebrum ascendentibus vigilijs, phrenesi mixtum cū cera alba, & oleo rosato: valet apostematibus stomachi, & hepatis, calidis, & vehementi siti potatum cum piyllo abluo: vulnerib. vesicę, & renum clysterizatum, & valet arsurę urinę.

EST potentius oleo violaceo, præcipue in veneris contagine prohibenda, in uicis ex eo genitalibus. Nymphae latine dicitur.

REFRIGERAT tamen magis, quam violatum, minus, quam papaverinũ: hypnoticis, & intemperaturam partium, ut renum, calidam sanantibus. vtiliter miscetur, & veneris contaginem prohibet genitali inunctum.

Oleum nymphaeatum rasis in antidotario describit refrigerando mitigans cephalalgiam febrilem a vaporibus sursum elatis, & delirium inde, vel ex phrenitide natum: ardori urinę, ulceri renum, & vesicę com modum illitum, vel clystere iniectum. Fit autem ex floribus albis, non flauis, in oleo omphacino dies xl. insolatis.

Nymphae. Qua nymphae parte ad conficiendum oleum utendum sit, non explicat. Quamquam autem ad hoc ipsum passim flores usurpantur, veteres tamen qui radicis, & seminis vires explorarunt, quasi flores in usum non traduxerint, de illorum facultate nihil. Ceterum quum tota planta frigida sit, radix autem, & semina sicca, floribus Auicennas frigidum, & humidum secundo ordine temperamentum assignat. quæ res tum rationi consentanea, tum multo iam usu comprobata, efficit ut ex floribus parandum oleum consentiam, in quo pares cum violaceo refrigerandi, & humectandi vires exquiruntur. præsertim etiam quod quum hoc ipsum ait Mesues fieri sicut violaceum, ut flores aque, ac in illo sumantur, plane admonet.

MESVE.

OLEVM cucurbitæ nymphaeato viribus par, & eodem paratur modo, sed hoc ex floribus cucurbitæ, & succo rase carnis eius, & oleo.

VIDE.

MAN.
SYLV.
COST.
CHR.
CHR.
MAN.
SYLV.
MAN.
SYLV.

MAN. VIDETVR fatis simile præcedenti, tamen hoc est humidius.

SYLV. CUCURBITINO autem oleo prius ex seminibus expresso si fiat, tunc multo est frigidius, ac humidius.

COST. CUCURBITAE. Cucurbita tota quidem frigido temperamento prædita est: fructus autem maxime. ob id eius succus cum floribus vsurpatus efficacius oleum reddet. Deradit autem, non exprimit cucurbitam, si diuina licet, quasi tenuiorem, & minus lentum succum quærens, qui coquendo facilius absumatur.

M E S V E.

O LEVM melinum, refrigerat, restringit, ob id ventrem totum inferiorem, & nervos laxiores cogendo roborat, furores immodicos sistit: fit ex carnis cydoniorum præmaturorum, cum cortice (& feminibus) tritorum, & succi eorum portione æquali in olei omphacini modo sufficienti diebus xv. vase vitreo insolata, deinde horis.iii. coquatur in vase duplici. caro & succus mutetur, & rutum insoletur, & coquatur, vt diximus, bis aut ter, postremo colatum reconde.

CHRI. O LEVM de citonijs est famosum, & ubiq; præparatū reperitur, habet enim virtutem principaliter ad stomachum confortandum, & membra nutritionis relaxata & debilitata in virtute contentiua. habet enim sua aromaticitate virtutem digestiuam confortare, & sui stypticitate confert diarrhæ & lienteria, & maxime si cum eo admisceatur oleum mastichinum, aut myrtinum, aut rosatū, cum humor prædominans subtilis sit cholericus, & acutus: cuius humoris aliquis minoratio præcedere debet ante administrationem prædictorum stypticorum. & confert etiam sudori diaphoretico virtutem debilitanti, si fiat ex eo inunctio circa partes spodylium & pectoris.

A D D I T I O.

Oleum citoniorum etiam describitur à Rasi in proprio antidot. quod valet. secundum eum, hæmoptocæ passioni, & cephalæ, & catarrho calido, & calido apostemati hepatis & fluxui chronico, qui fit ex calore. clysterizatum valet vulneribus intestinorum manifeste.

MAN. MAGNI vsus est hoc in ventris fluxibus. Vide D aliam pulchriorem præparationem apud Dioscoridem. Paulus melinon appellat, & in hunc modum componit: Cydoniorum bene deterforū, & cum suis corticibus incisorum accipit vnc.iii. olei omphacini sextarium vnum, exponit soli diebus quadraginta.

SYLV. O LEVM id facultatem ventriculi & intestinorum retentricem adstringendo roborat, & qualitate aromatica coctionem iuuat: ob id lienteria, diarrhæ, dysenteria multum salubre est, præsertim biliolæ, sed bilis parte iam vacuata: clysteribus iniectum per se, vel cum mastichino, myrtheo, rosato. Sping etiam illitum & thoract, sudorem immodicum vires deiciens sistit.

Paulus. cydoniorum sanguine bene terfa cum corticibus incisorum vnc.iii. in olei omphacini sextario insolat dies xl. Si succum cydoniorum oleo incoquis,

A sic crepitat & agitatur, mirabile visu, vt oleū omnem tandem vase excutiat. Ob id vase duplici coquendum est simul, ne vires cydoniorum empyreuma vitiet. Succus autem ex his largior extrahitur, si ferramento segmentis quibusdam exasperato (raspam vocant) deradantur potius, quam secentur minutim, aut terantur.

COTONIFORVM. Cotonea quærit neque acerbiora, vt quæ nervosis partibus aduersa, neq; maturiora, vt quorum astringendi vis atate flaccidior euaserit. Porro vulgo ex cotoneorum carne oleum paratur. at si elegantissimum velis conficere ex floribus poteris, ad eosdem quidem vsus aptum: sed astringendo minus potens. Quum vero hoc ad exemplum præcedentis fieri iubet, ex oleo omphacino, vt fiat admonet. additis eiusdem fructibus contritis, & fructuum succo insolatis autem, collis, & bisterie immutatis.

M E S V E.

O LEVM myrtinum, cerebrum, nervos, cor, ventriculum roborat, coquendum vt melinum.

O LEVM myrtinum conuenit in operationibus cum oleo de citonijs, sed maioris deficcationis est.

A D D I T I O.

Rasi in proprio antidot. describit istud oleum myrtinum, & multos modos ipsum faciendi, quo si corpus vagatur prohibet sudorem, & confortat membra debilia, & fluxibilitatem iuncturarum, curat fissuras ani. valet vulneribus omnibus ex quibus manant humiditates, & positum super vulnera inducit carnem.

E T hoc vitur in ventris fluxibus: vehementer enim exicat.

I D oleum adstringit quantum cydoniorum, sed siccat potentius. Alterum prius in secundo genere per expressionem baccarum myrti recentium docuimus. Oleum ex oleo & myrtis, aut myrti succo cõpositum, adstringit solum à myrtis, digerit ab oleo, Gal. lib.i. c.ph.p. & lib.2.c. ph.g.

M YRTINVM. Ex myrtifloribus, oleum paratur gratia longe superius vulgari, non tamen viribus. In delicias, instratas vel amygdalas vel vnguentarias glandes his floribus & multis & frequenter, ubi eorum vim imberint, exprimes.

M E S V E.

O LEVM ex pomis mandragoræ inflammationem omnem extinguit, somnum conciliat. Fit ex succi horum pomorum maturorum, & olei sesamini partibus æqualibus in vase duplici coctis ad succi consumptionem. Succiant tandem suffice, coque vt prius, idem tertio fac, & reconde.

I STVD oleum apud gallos interdum in vsu habetur. Nicolaus in suo antid. habet. oleum, quod fit alio modo quam fit istud.

H O C

M E S V E D E O L E I S

MAN. Hoc non paramus, quia pomis illis caremus, valde tamen potens esset in doloribus per stuporem edandis.

SYLV. GALLIS interdum sic paratur. aliter Nicolao in antidotario.

COST. MANDRAGORAE. Nunc mandragora fructus vulgatiore quam Manardi aetate. In hortulo nostro Lauda quotannis ex radice una viginti, pluresque fructus procedunt. Sesamum autem oleum quo hic vitur, aut si pro eo commune oleum sumas, ut etiam in refrigerantibus superioribus omnibus semper abluendum est diligenter frigida aqua, ut efficaciam ad refrigerium maiorem oleum conquirit.

M E S V E.

O LEVM enulatum calfacit, tenuat, digerit: ob id affectibus nervorum, vteri, vesicae frigidis prodest, ac febrium rigori, & colicis a flatibus dolenti. Radices enulae tusas, succi aliarum enulae radicum, olei sesamini portionem aequalem in vini odori parte dimidia, coque, ut diximus in oleo myrtino. Compositius, & valentius fiet, si foliorum lauri, cardamomi, spicae nardi, calami aromatici, mastiches, ana sextam partis unius addideris.

CHRI. Oleum de enula non est in usu, magistraliter tamen esset conveniens ad remouendam malam complexionem frigidam a quibuscunq; membris, & ad confortandum muculos, & nervos relaxatos.

MAN. Si secundo modo conficiatur, erit in his quae Mesue dicit valde efficax.

COST. ENULA. Enulae folia ex vino decocta coxendici conferre scribit Dioscorides. Gal. radicem reliquis planta partibus in omnibus potentior affert. quare ex hoc oleo quod ex radicibus, in eiusmodi affectu plurimum sperare liceat.

M E S V E.

O LEVM ex cinnamomo & sabina, & pulegio, idem pollet quod enulatum, & eodem fit modo.

MAN. VIDE eius elegantem preparationem apud Dioscoridem, quam tamen facere non possumus; quum vero cinnamomo careamus. Sed si etiam cum vulgari paratur, erit satis utile.

SYLV. TRIA in Mesue de his capita in vnum iunximus: oleum cinnamomi Diosc. eleganter paratur: fieri etiam ex nostro pseudocinnamomo potest. Quod vero de sabina fit, dolores a morbo Hispanico mire sedat, cutimque fetidam corrigit. Sed quod de pulegio, ciendi menses vim magnam obtinet.

COST. CINNAMOMO. Cinnamomum oleosum succum duorum generum fundere auctor est Garcias. alterum ex radice, capitur odoris amulum: alterum ex eiusdem bacis, seposa substantia gallico saponi simile, in odorem nisi calebat, ad ventericuli autem, & nervorum frigus usitatum. Verum hoc non norunt veteres. quare conficiendi ex cinnamomo olei modum per impressionem

iniere. quem hoc loco Mes. itaq; hoc eadem ratione fieri ait, qua ex enula. & tantundem valere. At obijcies enulatum ex enulae radice confici succo, quis autem cinnamomi radicem, vel ex ea expressum habet succum? Sed eadem erit huius olei conficiendi ratio. Mesue intellecta, tum maceratio cinnamomi in oleo ac vino, tum insolatio repetita. Tu vero stillatitiam ex generoso vino ac cinnamomo aquam oleo purissimo ac bene cloto bis terque commiscens, & ad aquae absorptionem leui igne coquens oleum parabis, cui erunt cinnamomi vires comparatae. Licet etiam ex amygdalis sine frequenter eadem aqua aspersis. siue cum cinnamomo instratis oleum exprimere. ne de distillatione per descensum aliquid dicam.

M E S V E.

O LEVM de sabina confert sicut oleum de enula. & eius operatio est sicut illius.

E FFICACIAM habet in Gallicis doloribus, sed & in eius defecationibus, etiam si ex solo paratur.

E X sabina. Eisdem fortasse habet vires oleum ex sabina, quas ex belenio. at hoc illi multo praestabit efficaciam. Non etiam ex radicibus hoc conficitur, ut enulatum: sed ex ipsis plane ramis eodem tamen modo, ut illud non sine crebra maceratione, coctione, aut insolatione.

M E S V E.

O LEVM de pulegio confert sicut illa. & fit similiter.

IN ciendis mensibus magnam vim habet.

P VLEGII. Succus, ex eius caule, quo tempore maxime viget, extrahendus. eiusdem flos, & aridus caulis hic sumendus & uterque in bene maturo oleo macerandus, coquendus immutandus, ut in oleo colonicorum docebat.

M E S V E.

V Nguentum papaveris dolores a causa calida mitigat.

F it ut duo priora ex capitibus papaverum albi, & nigri, & axungia.

M E S V E.

O LEVM rutaceum calfacit (tenuat, digerit) ob id laterum, renum, vesicae, vteri dolores a frigida causa sedat. fit ut myrtinum.

O LEUM de ruta est multum in usu, & sic ubiq; preparatur, ipsum est fortis calefactionis & subtiliationis humorum crassorum, unde communiter est in usu in dolore colico iniunctum ab extra, & in clysteri administratum, sed non est ita conveniens in principio sicut oleum anethini & chamamelinum cum a leuioribus incohandum sit. Et confert ad calfaciendum membra nervosa infrigidata, & ad aperiendum oppilationem in eis. unde maxime convenit mollificationi & paralyti, & consimilibus dispositionibus, ex eis fiat infusio in membris mollificatis, spondylibus colli, & nuca, & saepe ex solo tali oleo fiunt clysteria in doloribus colicis post principium, & liberantur.

P OTENTER inflationem discutit, efficacius tamen erit si ex ruta sicca ter vel quater permutata conficiatur.

Ex

SYLV. EX foliorū & succi rutæ ana portione æquali, olei A
ompha. q. f. infola dies xv. obturato vase: post co-
que in vase duplici, horis.iiii. exprime; hoc bis aut ter
nera. Rutaceum & illitum & clystere iniectum, coli-
cum dolorem, quem chamæmelinum & anethinum
mitiora non sedarunt, placat, vacuata prius parte ma-
terie: neruosas partes à frigido lasas valde roborat. pa-
ralysi confert, spinæ inunctum obstructiones aperit,
inflationem potentius dissipat, si ex ruta sicca ter vel
quater mutata perficiatur. Nam in virente succi ex-
crementosi multum inest.

COST. RVTACEVM. Quia parari hoc oleum offerit
Mesue, vt myrtinum, ob id omphacinum oleum
ad hoc ipsum conficiendum Sylvius sumit, non recte, vt
ex Rimo, concoquente profecto, & discutiente, non au-
tem refrigerante & astringente, quale acerbum est, oleo
hie est opus. Si autem imitanda est myrtini olei confe-
ctio, ex ruta fructibus, & eorundem succo parandum
est, ad coronæ quoque emulationem, quam in myrtino
parando sequendam proposuit. expresso semel, bis uero
oleo, & nouo immisso & fructu, & succo. Quod ita pa-
rabitur efficacissimum profecto futurum est calfaciendo,
& exiccando.

MESVE.

OLEVM nardinum benedictum calfacit,
tentat, digerit, modice adstringit, pro-
inde affectus omnes frigidos, & flatulen-
tos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, ve-
sicæ, vteri magnopere iuuat, nanibus iniectum ca-
put purgat, corporis colorem, & odorem com-
mendat. Spicæ nardi vnc.iii. vini & aquæ ana vnc.
ii. & dimidia, olei sesamini lib. dimidia, coquan-
tur in vase duplici lento igne horis circiter.iiii. sic
quenter mouendo. Vel spicæ nardi vnc.iii. sam-
puchi vnc.ii. xyloaloes, enula, folij Indi, cala-
mi aromatici, foliorum lauri, cypri, schænan-
thus, cardamomi, ana vnc. i. & dimid. antequam
terantur, vino & aqua sufficienti, & olei sesamini
lib. vi. mergantur. coque vase duplici igni lento
horis. vi. singulis horis mouendo. Vel spicæ nardi
vnc.iiii. styracis, ca. yophyllorum, ana vnc.iii. nu-
cis moscate, vnc. v. olei balsamini, vnc. vi. olei se-
samini, lib. iiii. coque vt prius, horis. v.

CHRI. OLEVM Nardinum maxime est in vsu, & be-
neditum. & conuenit in omnibus ægritudi-
nibus frigidis & ventosis, & proprie neruorum,
stomachi, hepatis, & splenis, renum, vesicæ, &
matricis, & dolori aurium vëtofo, & hemieraneæ
factæ à causa frigida secundum omnem modum
administrationis. vsus tamen communior eius
est in forma linimenti per se solum, vel cum alijs
permixtum in forma vnguenti additis pulueri-
bus odoriferis ad confortandum stomachum
debilitatum in virtute digestiua à mala comple-
xione frigida positiua, vel à debilitate calidita-
tis innata.

MAN. DIOSCORIDES dicit maiori ex parte misce-
ri in preparatione eius oleo balanino, vel ompha-
cino, ad astringentem schinon: ad bonum odorem,
costum, amomum, nardum, myrrham, balsamum. Se-
cundus, & tertius modus Mesue nobile constructent,
si que ingrediuntur haberi possent.

PRIMA compositio est nobis frequens & efficax
etiam ad aurium tinnitus, & dolores ipsius flatus,
& omnem neruorum intemperiem frigidam. Oleum
nardinum calfacit, potissimum vbi largius accepit
amomum. Id olim Laodiceæ in Asia duntaxat præ-
stantissimum fiebat: nunc etiam in alijs fit vrbibus. Se-
cunda & tertia Mesue compositio si simplicia suppe-
terent vera, est efficacissima, sed vnguentum verius est
quam oleum. Oleum autem sesaminum, quia deside-
ratur, vice eius, oleum dulce substituitur, paruo aut
nullo errore. Nam Mesues aliquando scribit olei se-
samini, vel dulcis.

NARDINVM. Huic ego profecto ad propositos
aff. Etus omnes spicatum nostri temporis semper
preferrem, odoratum inquam ex nostrati spica, id est la-
uendula amygdalis instrata. sed addito, vt astringentis
aliquid ei compareretur, mastiche, aut simili. At vero,
quum in secundo huius conficiendi olei modo codices va-
rient, & alij spicam, sampucum, ac reliqua aromata
mergi in vino, aqua, & oleo velint priusquam terantur.
alij teri anteaquam immergantur; res ipsa docet, terenda
illa esse priusquam mergantur, vt eorum vim liquores
promptius excipiant. alioqui etiam quomodo & quorsum
teras vbi fuerint madefacta?

MESVE.

OLEVM Mastichinum, cerebrum, ner-
ues, iuncturas, ventriculum, hepar
corroborat, tumores duros lenit, do-
lores sedat, sic conficitur. Mastiches
vnc.iii. olei sesamini sextario. coquuntur in va-
se duplici. Vel mastiches vnc.iii. vini vnc.iiii. alij
octo, olei rosati libr. i. in vase duplici coquuntur
ad vini consumptionem.

OLEVM Mastichinum est multum in vsu, &
principaliter conuenit ad inungendum sto-
machum pro confortatione virtutis digestiue &
contentiue; habet enim virtutem aliqualem sty-
pticam cum aliqua contritione, vnde confert
fluxui ventris, maxime henterie, nec est tantæ ca-
lesfactionis, vesicationis & apertionis, quam est
oleum de spica immediate dictum: nam illud est
aperitiuum opilationum omnium.

Mastichinum & paxiduripes conficit Paulus,
simplicissimum scilicet, & magis varium. Vltimum
accipit olei sex. so. li. helenij. s. xylobalsami li. x. schæ-
nanthus lib. v. cardami libr. vij. mastiches lib. v. xylo-
mastiches lib. viij. terebinth. lib. iiii. comæ absinthij lib.
i. vini odorati sextar. v. aquæ sextar. x. Res sicca in vino
madefiant per dies iii. misceantur oleo & aqua, & co-
quantur hor. vi. & tunc mastiche & terebinthina ad-
ditur, & exacte commixta & in frigidata depurantur.
In simplicissimo, pro oleo sesamino Paul. accipit om-
phacinum, & non nisi vnc. i. mastiches, dicitque ali-
quos addere absinthij & styracis, ana vnc. i. Chist. Græ-
ce & est duarum cotylarum.

SECVDVM est olu in vsu, quia præstantius pri-
ore, cui cum Paul. oleum omphacinum miscetur po-
tius, quam sesaminum, nisi quando studium maius es-
set duritias molliendi, & dolorem sedandi: quorum
neutri omphacinum per se conuenit. Est autem vtrum-
que simplicissimum medicamentosius, ac varium mag-
is, & vnguentum verius, quam oleum Paulus descri-
bit. Facultatem ventriculi coctricam & retetricem ro-
borat illitum in henteria, ob id salubre. Minus multo
calet, siccatur, obstructa aperit, quam nardinu, nec mi-
nus adstringendo roborat. Oleum mastichinu ex oleo
ros. & vino antiquo ad partiu lassitudinē & imbecilita-
tem fit

SYLV.

COST.

CHRI.

MAN.

SYLV.

MAN
COST.

MAN
COST.

CHRI.

MAN.

M E S V E D E O L E I S

ram fit Mes. in sine suorum can. c. 12. Oleum mastich. & lenticinum recens in vase duplici calfactum, anodynum est phlegmones in gingiva, oris tunica, & cute.

COST. **M**ASTICHINVM. Mastiche oleo incollata liquescit, unumque fit cum oleo corpus, quare oleum ex priori prescriptione paratum, ex olei inquam sextario, id est sesquilibra, & mastiches vnc. tribus, olei consistentiam, paulo tamen crassioris retinet. at ex posteriori, in qua olei vna tantum libra ad ternas mastiches uncias additur, non olei, sed spissamenti erit consistentia.

M E S V E.

OLEVM ex Styrace calfacit, ob id confert dolentibus a frigore renibus, vesicis, utero, nervis, musculis, tendonibus, iuncturis. Styrcis vnc. iii. vel si valentius vis, quatuor, in olei sesamini li. i. coquantur, ut in mastichino, & colatum reponatur.

MAN. **V**ALET & scabiei præcipue addita octava parte essebori albi.

SYLV. **O**LEVM Styrcis huic simile scribitur Auic. c. canon & Serap. in antidot. ad scabiem est efficax, præsertim addita parte. 8. elleb. albi, diversum Diosc. Diversum duplex Mesue ex styrace liquida in curandis affectibus nervorum. aliud etiam Nicol. Styrcini olei meminit Dioscor. in styrace, sed an simplex sit vel mistum non docet.

COST. **S**TYRACIS. Nobis per annos multos styrcis copiosos fructus tulit. ex quorum nucleis oleum & expressimus, & ad tumidum lienem non frustrato euentu usurpamus. Quod hic per impressionem conficitur, coquendum in duplici vase, ut superius, addito etiam si velis vino ad prescriptionem superioris olei, tum enim id maiorem oleo tenuitatem comparabit, tum efficiet ne coquendo exuratur.

M E S V E.

OLEVM Costinum calfacit, obstructa aperit, nervosum genus roborat, ut nervos, musculos, tendones, ligamenta, ventriculum: præter hæc hepar, & capillos: canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat. Costi amari vnc. ii. castæ vnc. i. sampsuchi summitatum vnc. viii. vino odoro q. s. biduo infunduntur, deinde cum olei sesamini ꝑ lib. iii. coquantur horis sex, ut nardinum.

CHRI. **O**LEVM costinum est multæ calefactionis membrorum nervosorum, unde principaliter confert omnibus agritudinibus frigidis in eis factis & principaliter in paralyti, si fiat inunctio spondylium & colli & nuchæ. & si ex ipso inungantur capilli, facite eos tenaces, & canitiem prohibet, desiccando illam macilentam humiditatem, quæ est causa canitiæ.

MAN. **V**TILE est in vehementi rigore, vera tamen costi radice caremus.

SYLV. Si vera costi radice fiat, omnibus nervosi generis affectibus frigidis confert calore vehementi, ut etiam paralytin, ac vehementem rigorem spinæ illitum iuret. Capillos etiam tenacius attingit, & mucoso humore canitiem accelerante consumpto canos prohibet.

E **C**OSTINVM. De costo aliis. cuius species: si Costo Czedoaria non est, neque eam substituere hic velis pro costo: at caryophylli (arbitror) oleum ad eadem utile reddent, ad qua Mes. costinum oleum probat. Hoc etiam quum decoquendum ait eo modo quo nardinum, ut ex duplici vase, & lento igne coquas admonere existimo. Tu ex amygdalis, caryophyllis, ut iam sepe monui, insiratis elegantissimum oleum parabis costino ad propositos affectus non inferius.

M E S V E.

OLEVM Cyprinum partes nervosas roborat, capillos a canitie vindicat: fit ex floribus cyperi vnc. iiii. coctis in ol. veteris vnc. x. ut rosatum. Florum penuria folia cum modico vino bis mutata coqui possunt in dicta olei mensura.

ISTVD oleum non est multum in vsu. Dioscorides habet unam aliam descript. sub nomine olei cyprini, quod idem est. nam oleum de Alchanna apud Arabes est oleum cyprinum apud Græcos.

CYPRINON dicitur a Paulo, quod enim Arabes Calanna, Græci cyprum vocant. Posidonius sic parat, ait Paulus. sextarium i. cyperi, helenij, iridis, ana lib. i. sampsuchi, hyslopi, feminis agni, salvia, polegij, ana omnium vnc. iii. florum cyperi libram. Alia omnia præinfusa vino per diem unum, coque vi. horas cum oleo: quæ ubi amoveris, oleo puro cyprino immittitur, si quidem adsit viridis, mollibus ramusculis non precisis, si non, sicca contrita & cum pauca aqua per sequi horam coquatur, si vis ut tingat. Vbi ablata ab igne est, adde æruginis puræ lib. i. feminis. Posidonius tamen acedine æruginis fugiens, tribus, ait. post coctionem diebus mitte oleum in vas, quod purum sit, tingetque illa eis vi. Aliud idem Paul. in hunc modum conficit. Foliorum cyperi, foliorum lauri, iticos, cyperi, salvia, ana vnc. iii. dendrolibani, aristoloc. longæ, agni casti vnc. iiii. helenij, aspalati vnc. vi. rute & cupressi ana drachm. ii. olei sextar. x. Vbi hæc prius vino perfuderis cum oleo equito, & extrahens, adde ructus xylobalfami, xylocastij vnc. iiii. sampsuchi, cumini, myrti, styrcis, mastiches vnc. iii. popanacis drach. ii. Florum cyperi vnc. vi. æruginis vnc. i.

QUOD oleum Cyprinum duplex Pau. describitur. Verius est unguentum, ut Diosc. Suffecerit Mesue descriptio. Oleum cyprinum & lenticinum magis calfaciunt, quam myrticum: & modice adstringunt.

CYPRINVM. Græcis vsus ligustri foliorum seve tantum fuit, non etiam fructuum aut florum. Flores enim vix Dioscorides cum aceto fronti illitos sedare capitis dolores adnotavit. In Auicenna autem ex Bellarenis castigatione probantur flores ad nervorum affectus. & eorum oleum lassitudinis curare, tenere nervos, & fracturis ossium conferre scriptum est. Quare consentit Auic. (quod ad nervos pertinet) huic scriptori. de qua tamen re fortasse admiraberis. Si enim ligustrum frigidum & sicco est temperamento, quomodo conferre nervis potest? Sed nervorum lassitudo ex calore maxime est, ut in ijs, qui plus iusto exercentur quem proprie curat frigida. Sed adde quod ligustrum ex diversis partibus tum calidis tum frigidis consistere Galeni testimonium est, frigiditas vero primum non excedit gradum, quare addito veteri oleo eius non modo temperari frigiditas

frigiditas potest, sed etiam quae illi calida insunt partes, excitari. Ob id eius floris oleum Auicenn. calfaciendi ac leniendi facultatem scribit obtinere.

M E S V E.

OLEVM sampuchinum calfacit, roborat caput & neruorum genus omne, fit vt oleum myrtinum.

CHRI. **O**LEVM de sampucho idest de maiorana non habetur in vsu. Rasis in proprio antidot. habet istud oleum, quod valet secundum eum, lassitudini, & inuictum in balneo valet paralyti, torturae oris, iniectionum naribus valet omnibus infirmitatibus frigidis, iniectionum auribus sedat rugitum & rinitum, & dissoluit ventositates, prouocat menstrua, valet B morsui scorpionis.

MAN. **S**iter quaterque comae sampuchi permulentur, & in vase duplici oleum coquatur, bene odoratum erit, & sternutamenta leniter ciebit.

SYLV. **R**ASI in antidot. acopum est, seu lassitudini vtile, & morbis cerebri & neruorum frigidis prodest. Ob id spine in balneo inuictum paralyti iuuat, spasmus cynicum vulgo torturam oris, naribus iniectionum, vt auribus immisum, a flatu tinnitum dissipat, mentes ciet, morsui scorpionis prodest. Potentius fiet ac odoratus, si comis sampuchi ter quater mutatis, in vase duplici coquatur. Paramus in nullos vsus alios, quam ad emplastri meliloti compositionem. Sampuchinum Dioscor. ab hoc diuersum.

COST. **S**AMPSVCHINVM. Oleum est sampucho ex Diosc. efficax est ad multa. Si fieri hoc debet vt myrtinum, hoc autem confici vt cotoneum oleum antea dicebat: vt sampuchi quoque succum, simulque ipsum sampuchium sumas, oportebit: atque bis terue nouum succo tum amaraco injecto, coctoque reliqua eodem ordine absolvas. Sumendi autem sampuchi sunt ramuli semine iam ferè maturo grauidi, quando maxime odore atque sapore vigent. quod si etiam aridos sumpseris, efficacius oleum reddetur.

M E S V E.

OLEVM ex Thymelga hydropi confert, ac vlcibus malignis, cutis foeditatem terget, fol. mezereon. vnc. iiii. aq. lib. i. 24 horis macerentur, post coquantur in olei sesamini vnc. viii. & lactis dulcis & recentis vnc. vi. ad aquae & lactis consumptionem, colatis reconditur.

MAN. **Q**UID per Mezereon intelligendum, inter simplicia declaratum est. Habet hoc oleum magnam vim, præter ea. quae à Mesue dicuntur, in aluo leniendâ, si vmbilico admoueat.

SYLV. **I**N simpl. e. de Mezereon prius est aliter descriptum. Id vmbilico admotum, aluum subducit.

COST. **M**EZEREON. Quod verum Mesue mezereon ignoremus, non pauca est hydropicis iactura, quibus hanc stirpem adeo conferre hic author etiam libr. simpl. testatur. Si quis aliquando legitimum norit, & ex eo oleum sit paraturus, meminisse oportebit diutur-

riori coctione eius vires dissolui. quare quando id hoc loco ex aqua libra vna & lactis vncijs tribus cum oleo, ita coquendum est, vt absumatur aqua & lactis humor, ne tam longa coctione plus iusto eius exoluantur vires, maxime studendum erit. Consilium ergo erit, vt leui admodum igne citra seruorem hæc coquantur, verius autem macerentur, quam coquantur, ita tamen vt sensim adsititius ille aqua, & lactis humor euanescat.

M E S V E.

OLEVM de Thymo, renum, vesicæ, iliorum dolori confert, vrinæ difficultatem leuat iniectionum in sedem, vel meatum vrinarium. Thymi vnc. iiii. zingiberis vnc. i. & s. aqua dulcis sufficiens, succi extremitatum thymi vnc. iiii. sesamini vnc. iiii. coquatur in vase vitreato ad aquae & succi consumptionem. Vel succi thymi, olei sesamini, lactis vaccini recentis ana lib. ii. penidiarum albarum vnc. v. zingiberis albi vnc. i. & s. coquantur vsque ad succi, & lactis consumptionem. Hoc eadem potest quae prius, & præterea roborat dictas partes ac iuncturas, earumque dolorem lenit, colorem bonum reddit, venrem excitat.

Oleum de Alhasech, & est oleum sericinum, confert dolori renum, vesicæ, iliorum, & difficultati vrinæ, & proprie iniectionum per foramen virgæ, aut factio ex eo clysteri. & fit ita. Accipe alhasech, vnc. iiii. zingiberis vnc. j. & s. funde super ea in vase vitreato succi extremitatum alhasech. vnc. iiii. olei sesamini vnc. xiiii. aquae dulcis q. s. & decoque vsque ad aquae consumptionem. Modus alius quod bibitur, & inungitur super loca dolentia: & fit ex eo clystere. Confert dolori iuncturarum, & confortat eas, & confert debilitati renum, & vesicæ, & dorsi, & dolori iliorum, & colorem efficit bonum, & auget desiderium coeundi. Cuius dosis est vnc. i. cum rob, aut cum vino, aut cum aqua mellis. Accipe olei sesamini, & succi alhasech, & lactis vaccini recentis, ana lib. ii. albarum penidiarum vnc. v. zingiberis albi drach. xii. Et decoquatur vsque ad succi & lactis consumptionem, & administretur.

ISTVD oleum non est in vsu. secundum au-
CHRI. tem intentionem Mes. oleum de alhasech est oleum sericinum. Serap. in proprio antidotario habet duas descr. olei alhasech, quarum prima est similis huic, in fine cuius ait, coquatur donec consumetur aqua, & remaneat oleum sericinum, & sic intentio Mes. similis est intentioni Serap. Auicenn. v. can. habet tres descriptio. Aliqui textus Mes. habent oleum alhasech, alij hasec, vt habet Auicenn. si hæc tria idem sunt, est thymus, si autem non, est hyssopus vsualis: nam hasec id est hyssopus vsualis, & alhasech idest thymus.

AVICENNA vocant oleum de hasec, quod est thymus, triplici modo componit, non magnopere ab his qui à Mes. scribuntur diuerso.

ID oleum cur Mes. hic & Serap. in Antidot. sericinum vocet, non video. Potest earumdem prope vrinum fieri eodem modo ex hyssopo, quod quidam hoc loco per alhasech à Mes. intelligi voluit.

THY.

Oleum de alhasech.

Versa anti-
qua sic habet.

CHRI.

MAN.

SYLV.

THY.

M E S V E D E O L E I S

COST. **THYMI.** In priori descriptione cum tam larga **E** sic lib. simpl. conferre ad hydropem, & ischiadem: ad-
de etiam, inuncto umbilico ad lumbricos. experire eun-
tem eodem ventrem solui umbilico inuncto. Sed & se-
mina si quis exprimat, oleum habebit ad eadem prestan-
da, ut audio, opportunum.

THYMI atque eius succi copia apud Sylium parcius
in isto est pondus olei, quod ad vncias quaternas prescri-
bitur. reponenda ergo sunt ex vulgata versione vncia
quatuordecim. In posteriori etiam est, quod in Sylvio
desideres id enim oleum dicens venerem excitare, uten-
di modum pratermittit, nempe an inungenda aliqua sit
corporis pars, an idem oleum sit assumendum. Adden-
dum igitur ex veteri versione, id facere epotum ad vn-
ciam vnam cum supra aut vino aut aqua. ita ut sit & as-
sumendum & obsecans etiam partibus illinendum. Quo
loco habenda quoque erit ratio, ut quum assumendum
est tum recens sit coactum, tum ex recenti ac recen-
ter expresso sesamo paratum, quod vetustate rancidum
non euaserit.

M E S V E.

OLEUM Sicyonion idest de cucumere
agrestis, epilepsiam, hemicraniam, &
alios cerebri affectus frigidus naribus
immissum leuat, & strumas, & surdita-
tem, pannum, & cicatrices nigras delet. Oleum
sesaminum in succi cucumeris agrestis maturi
quantitate aequali coquitur ad succi consumptionem.
Vel succi radicum ipsius, & aliarum eiusdem
radicum tritarum, ana lib. s. cum olei sesamini lib. i.
coquitur ad succi consumptionem.

MAN. **SICYONIVM** vocat Pau. quod aliud tamen est
Sab Sicyonio a Diosc. inter alba olea descripto. Hoc
vero duplici modo construere docet ipse Paul. Sim-
pliciter quidem hoc pacto: radicis sylvestris cucum-
eris vnc. ii. olei sextarium vnum. coque in vase duplici.
Compositum hoc pacto, Radicis cucumeris sylvestris
abrase li. i. olei sextarios x. serpylli, meliloti, an. vnc. vi.
dadonpiceæ pinguium, althææ, ana vnc. s. scolopendri
vnc. vi. fenugræci sextar. ii. fenugræcum infun-
ditur in aqua per diem i. postea extrahitur, & cum his
quæ dicta sunt, & oleo, duobus vini sextariis additis,
infunditur. Et ubi omnia cocta sint, additur medullæ
ceruinæ cum paucis oleo solutæ vnc. iii. & rursus oleum
extractum reponitur. Quidam exponunt soli postquam
coctum fuerit dies xl. Sicyonium aliud efficacius. Suc-
ci elaterii sextar. iii. aristol. longæ, & rotundæ, styracis,
helenij, hyssopi, ireos, colocynthidos, pulegij, ori-
gani, cyperti, dendrolibani, centaury, foliorum lauri,
ana vnc. ii. olei sextarios v. miscens coque donec pa-
rum succi relinquatur.

SYLV. **PAVLVS** radicem eius vnc. ii. coquit in vase dupli-
ci cum olei sextario i. Alterum idem compositum
efficit vnguento proximum. Hoc sæpe videtur Gale. in
lib. comp. medicamen. præcipue secundum genera,
sed etiam secundum locos, & aliquando in metho-
do. Eius vero compositionem ab eo promissam nus-
quam legi, sed est vinctum Sylii, a cucumere agresti est
vique dictum Dioscor. vnc. ii. olei sextario i. an. vnc. vi.
quæ regio est Peloponnesi. in qua laudatissi-
mum fiebat. Aliiter omnino componitur, & sine radi-
cibus cucumeris agrestis, a qua illud calfacit, tenuat,
digerit: hoc vero aut temperatum est, aut sub frigidum
quæquam id quadantenus calfacere, & febri ac ner-
uorum vitis prodesse, seminisque faciei niore con-
ciliare scribit Diosc. Elaterium vero ex fructu per ma-
tunitatem flavescente sine expressione extrahitur, sic-
catur ut scammonium. Post sex menses vtendum.

COST. **CUCUMERIS** asinini. Sive succo fructuum,
sive ex radice hoc oleum parantur, discas ex Me-

M E S V E.

OLEUM de pomis Citreis vel Arancijs
ad iuncturam dolorem. Poma hæc
duodecim matura integra in olei sesa-
mini lib. ii. aquæ fontanæ, & marinæ
ana q. l. coque in vase vitreato ad aquæ consump-
tionem. Iterum in aquæ dulcis lib. i. & s. cum
penidiarum alb. vnc. viii. coque ad aquæ con-
sumptionem. Datur ab vnc. i. ad vnc. iii. cum po-
tu, cibo, obsonijs.

Oleum de pomis Citranguli, confert dolori-
bus iuncturam, & allelengi. Accipe poma
citrangulorum xii. & sint proprie antiqua, &
pone ea integra in vase figuli vitreato, & funde
super ea olei de oliuis, aut olei sesamini. vi. xxvi.
aut plus secundum magnitudinem, & paruita-
tem citrangulorum, & aquæ maris. coquantur
ad consumptionem aquæ. Deinde funde super
ipsum aquæ dulcis claræ lib. i. & s. & projice super
ea penidiarum albarum vnc. viii. decoque vique
ad aquæ consumptionem, & administretur in
potibus, & cibis, & pulmentis de farina. Dosis
eius est ab vnc. i. vsque ad iii.

GISTVD oleum non est in vsu. superius posi-
tum fuit oleum de granis citri, & citranguli, &
hoc est de pomis citrangulis. & de hoc pomo re-
stat Symon Ianuen. quod nunquam inuenit
aliquem de eo mentionem fecisse, sed secundum
modernorum opinionem est pomum dictum
Arantium.

CITRIA vocant. Est autem fructus mali Medi-
cæ vel Assyriæ. Et sint proprie antiqua. Credo
illum intelligere dudum ab arbore amota, vel bene
matura. Nam semper in arbore inuenies flores, fru-
ctus & paruos & maiores, atque inter hos quosdam
virides, quosdam semiaureos, quosdam penitus au-
reos, qui antiquiores dicuntur.

CITRANGVLI. Citrangulum quærens, non
citrum, sed aurantium malum, ut puto, intel-
ligit. Maturus fructus quærit, ne valido acore articu-
lis efficiant. quare præstat fort. esse eosdem ad hunc
vsu dulces quoque vsurpare. Coquit autem in oleo
non absolute sesamino, ut Syluius, sed aut illo, aut olea-
gino. Porro hoc oleum, ut quod paulo antea ex thymo
proposuit atque ut amygdalinum, potius exhibet ad arti-
culorum dolores. imo cibis & obsonijs commiscet. quod
vero iisdem partibus foris quoque inducendum sit, ut
effellus vndique oppugnetur, ipso etiam tacente ad-
monemur.

M E S V E.

OLEUM Croci nervos & vterum robo-
rat, amboque dolorem sedat, da-
rities dissipat, coloris grauiâ efficit. Cro-
ci vnc. i. myrrhæ puræ † vnc. s. † diebus v. aceto
maceren.

macerentur. die sexto toto cardamomi † drach. viii. simul macera, septimo cum oleo libr. i. & s. coquatur igni lento ad acetum consumptionem, loco acetum sunt qui vinum supponant.

MAN. DIOSCORIDES accipit oleum præadstrictum cum calamo, myrrha & cardamomo, deinde apponit crocum. Et vide ab eo, qui alia arte vitur quam hic. Somnum facit secundum Dioscor. etiam in phreneticis, si odoretur, aut infricetur naribus, suppurat, purgat viscera. Dolori matricis. Dioscorides clausioni, malignis viceribus cum cera, croco, medulla, & duplo oleo. A Paulo aliud describitur longe hoc sicuti præstantius, ita & preciosius.

SYLV. DIOSCORIDES aliter præparat ad somnum conciliandum, etiam phreneticis, si odoretur, aut naribus infricetur, & ad clausionem vteri. suppurat, viscera purgat, etiam maligna. Paulo est aliud, ut pretiosius, ita præstantius.

COST. CROCI. Croci integra stammina hic sunt sumenda. Alioqui eius in puluerem ducti vis dierum quinque infusione plus iusto exolesceret. reliqua contusa sumuntur, ut densiorem eorum substantiam acetum vis usque qua penetrat. cardamomum postremo addit loco, ut quod laxiori & minus lento corpore (est enim friabile) celerius quam reliqua maceretur. Acetum, album semper sumendum, si secus non admonuerit author compositionis. hic tamen astrictionis gratia si nigro utaris, non errabis. Aduersissimum nervosis est partibus acetum. hic tamen penetrationis gratia recte usurpatur. tentat profecto nervos celerrime omnium, atque adeo eorum quæ præsidio esse illis possunt vim promptissime in ipsos desert. Tu si acetum iniurias vereris, vinum ut author admonet, sumes, aut que maioris futura est usus, aquam ex vino extraham destillatione.

MESVE.

OLEVM ex piperibus iuuat morbos nervorum frigidis, ut paralyfim, spasmus cynicum, tremorem, epilepsiam, ad hæc ischiadem, & cæteras arthritidis differentias, & vteri, coli, renum, vesicæ affectus frigidis, quia calfacit, tenuat, terget, ob id obstructions aperit, calculum frangit. Trium piperum ana † vnc. iij. cepularum, beller. embli. Ind. ana drachm. v. rad. apij, foeniculi, ana drachm. iij. & semiss. sagapeni, opopanacis, hyoscyami albi ana, drachm. ii. & semiss. turbiti bonialbi † drachm. xii. zingib. drachm. iij. surculorum hyssopi recentium. foliorum rutæ virentium, ana manip. i. parum trita coquantur ad tertiam partem in aquæ libr. xxiiij. coletur cum olei cicini heminis duabus, percoquatur ad aquæ consumptionem. Addunt alij ireos drachm. vi. thapsiæ drachm. ii. anisi, cardamomi, ana drachm. i. & s. calami aromatici drachm. ii. & s. spicæ nardi drachm. i. expressionis hyssopi, vel thymi sextarios tres. Poni potest loco cicini oleum irinum. vel leucoi lutei, vel amygd. amararum, vel omnium simul quatuor ana heminas.

CHRI. OLEVM de piperibus esset conueniens omnibus dispositionibus frigidis, sicut est paralytis tremor, spasmus, & mollificatio. conferet

etiam ad epilepsiam, ad ischiaticam & ad dolorem iuncturarum & dorsi, & matricis, & maxime conueniret in vera colica facta ab humore phlegmatico ventoso & pluribus alijs dispositionibus positis in litera conueniret, sed non est in vsu.

MAN. IVSQVIAMI albi.) Suspicio hic esse mendum. Quid enim operatur hoc loco hyoscyamus præsertim in exigua portione? (Hafach. humidus.) i. thymi, ut credo Sextaria.) Græce ζίρα. Administraretur vbi oportet.) Credo authoris intentionem fuisse, ut etiam biberetur, sicut & nonnulla, de quibus sermo habitus est. Auicenna describit hoc sub nomine olei Alchechengi.

SYLV. HOC describitur Auicenna nomine olei alchechengi. hyoscyamus præsertim tam paucus, hic otiosus videtur, ut mendii suspitio, sit vehemens. Validum fuerit hoc ol. etiam potu. Mediolani usurpatur.

COST. DE piperis. Proponitur hoc etiam ad calculos. quare ad bibendum quoque (quod ait Manard.) proponitur. At qui eo in hunc modum uti voluerit, pro thapsia, cuius uncias binas querit casiam, id est cinnamomum, ut reponat, hortor. hyoscyamum etiam caueat. & pro cicino oleo amygdalarum amararum oleum recipiat.

MESVE.

OLEVM ex Euphorbio iuuat maxime frigidis cerebri & neruorum affectus, cephalalgiam, hemieraniam, lethargum, naribus immisum, articulorum quoque & hepatis, & splenis dolores illitum iuuat. Euphorbij vnc. s. in olei leucoij lutei, & vini odor, ana vnc. v. coquitur ad vnc. v. coquitur ad vini consumptionem. Vel staphidos agriæ, † struthij, ana † vnc. s. pyrethri drachm. vi. succi calaminthes montanæ † vnc. i. & s. costi, drachm. x. castorei drachm. v. trita, triduoque macerata, in vini odori lib. iij. & s. coquatur ad dimid. deinde frica multum, diuque manibus, & cola, cum olei leucoij lutei, aut sesamini lib. i. & s. percoque ad vini reliqui consumptionem, tunc insperge euphorbii recentis, & albi tenuissime triti drachm. iij. & miscendo coque.

CHRI. OLEVM de Euphorbio est fortissima calefactionis & desiccationis. & est in vsu, & est medicina singularis conueniens omnibus dispositionibus, quibus conuenit oleum de piperibus immediate dictum. ab ipsis tamen præcauendum est in principio harum dispositionum, nisi in excessiue frigidis. Et quum Mesue doceat istud oleum facere duobus, modis aliqui doctores magis laudant secundum, quam primum. Auicenna in v. canon. habet vnam aliam descript. quæ videtur esse eadem cum secunda descriptione.

MAN. GALENVS ex solo euphorbio, & oleo parat euphorbium, vel augens, vel minuens, iuxta maiorem minoremque indigentiam. vide libro 2. de compositione medicamentorum secundum loca. Cōditi.) Condes. vel radícula, nunc paucis nota, quæ & struthion. Auicenna accipit costum, castoreum, calamentum, pyrethrum.

Mesue. KK IDEM

M E S V E D E O L E I S

SYLV. IDEM potest quod ol. de piperibus, sed calidius, & siccantius: fugiendum utrumque in principio ditorum affectuum, nisi vehementer frigidi sint. Secundum efficacius etiam Ani. describitur v. cano. ex oleo, & solo euphorbio parciore: largiore parat Gale. lib. 2. c. ph. p. pro vario scopo. Olei lib. i. immitte euphorbij validi, hoc est recentis, & albi, semunciam, vel (si vetus est euphorbium, ut bimum, trimum, & iam pallidum, aut flauum) drac. vi. si sensus in auribus, vel parte alia est acer, minus semuncia, ut drac. ii. si obtusus, validi euphorbij, vnc. s. vel drac. v. praesertim si affectus est contumax, ut alopecia. Idem pollent piper, caepa, allium, ruta oleo incocta in frigidis auribus, & aliarum partium affectibus, ut in hemicrania a causa frigida. Oleum cui libanotis, i. rosmarinus incocta sit, vel radix betae albae, vel cucurbitae agrestis, vel cucumeris agrestis, vel bryoniae, vel althaeae, efficaciter euaporat, vbi haec qualitatem, & vires in oleo tenui non adstringente dimiserunt. Ol. ex menta viridi repellit, exiccat, roborat, digerit li. 2. c. ph. p. Pisseleon seu picinum oleum Diosc. componitur. Oleorum genus tertium facimus non modo eis plantarum praedictas partes incoquendo, sed etiam animalia medicamentosa: id quod exempla sequentia docebunt.

COST. DE euphorbio. Euphorbium ex oleo leucoij albi dissolutum libr. simpl. ad affectus frigidos neruorum hic propositos, ut admirandum praesidium commendat. hic vinum addit non temere, ut quod corroborandi vim habet, praesertim nigrum. Quod autem euphorbium hic recens, & album quaerit, suspicionem alicui faciat quando recens, & annuum veneni atque ignis habere ait vires lib. simpli. quorsum ergo hic recens quaerit? Sed & probatissimum eodem loco colore esse ait pallido. hic autem quasi minus probatum quaerens album deligit. Verum paucis. euphorbium foris longe minori, quam intus periculo admoetur. in frigidissimis igitur affectibus, si efficacissimum quaerit, recte quaerit. id vero est recens. quo vel eo nomine hoc loco est opus, quod vetustum difficile dissoluitur eodem Mes. loco citato admonente. Constat ergo cur recens hic deligit, quod alibi damnat. Est vero etiam recens probatissimum non plane album, sed pallidum. album tamen recte dici potest respectu vetusti, quod est usum.

M E S V E.

OLEVUM Vulpinum ad podagras, reliqua; arthritidis species, ac dorsii, renumque dolorem est efficacissimum. Vulpes integra tantum exenterata, in aqua fontanae, & marinae, ana f sextario i. olei antiqui clari sextar. ii. & s. cum salis vnc. iiii. coquitur ad aquarum consumptionem, & vulpis artuum dissolutionem. Postea aquam dulcem (cui hyssopi, & anethi, herbarum, ana man. i. incoctus sit) affunde vasi, & cum dictarum herbarum, ana libr. i. recoque ad huius aquae consumptionem. Vel vulpes in aqua fontana & salsa cum herbis dictis sine oleo percoquatur, ad carniem vulpis, & artuum dissolutionem. Aqua haec ad fotum, vel balneum partium affectarum est efficax.

CHRL. OLEVUM Vulpinum est nobile, & vbiq; praeparatur, & est conueniens ad omnes aegritudines frigidas neruorum, & iuncturarum, sed non est tanta calefactionis, quanta est oleum de Euphorbio, vel de piperibus, vel lauianum. & est mirabile in extendendo decurtates, nec eius vltus

prohibetur statim post principium aegritudinum frigidarum.

A D D I T I O.

Istud oleum est multum in vsu Ioan. Angl. in cap. de dolore iuncturarum, inquit, oleum Vulpinum est medicamen vlt. ad arthriticam, & podagram, & dolorem renum & dorsii.

VIVAM sumit Paul. & coquit in oleo. Olei antiqui kist. iiii.) Videntur duae cotylae, ut supra. Est enim mirabile balneum. Landant Graeci in oleo simplic. decoctionis vulpis viuar.

ID oleum ad neruosi generis, & iuncturarum affectus omnes frigidos ob calorem mediocre est tutissimum etiam initio, & efficacissimum. Paul. viuam vulpem oleo incoquit, & hodie nonnulli viuam vbi exenterarunt, semispirantem adhuc oleo incoquant. Vulpes autem bene habita, qualis per vindemias vis nutrita, & impinguata, aetatis mediae esto. Quid enim virium a vulpecula recens nata, & strigosa expectare possis? Grandior enim quia calore est acriori, humores habet calidiores, & ob id extremata omnia acra, & partium omnium naturam valenter digerentem, ut nec vrinam, nec ventrem inferiorem contempserim. Additur coquendo interdum saluia, rosmarinus, iuniperus, anethum, origanum, maiorana, & tunc vulpinum est vnguentum.

VULPINVM. Vulpem ait Paulus totam, siue viuam, siue mortuam decoctam discussorium oleum efficere. Sextus philosophus Platonius viuam scribit, siue ex aqua, siue ex oleo costam mire podagricos sanare. Mes. sal addit, vtilissimum certe, quando praeter dissolutionem robur quoque neruosis & articularibus partibus quoddam conciliat. Anethi, & hyssopi loco addunt alij chamopythin, neruis, & articulis familiarem.

M E S V E.

OLEVUM ex Viperis cutim expurgat, impetigines sanat. fit ex viperarum nigrarum integrarum, lib. ii. ad carniem dissolutionem coctis igni lento in olei sesami sextar. i. & s. in vase terreo vitrato angustioris exacte obturato, ne illius noxio vapore offensus partis affectis illinatur.

ISTVD oleum de Serpentibus etiam describitur a Serap. in proprio antidot. & dicit illud conferre ad impetiginem, & debilitatem stomachi, & asaphati.

VIPERAS intellige, & elige, ut in Theriaca & absconde caput & caudam, & valebit elephanthiasis. Si abscessis capite & cauda viperarum (quales theriaca postulat) oleo incoquantur, etiam elephanthiasis fuerit salubre.

NOTA est ex Galeno lib. de antidot. elephanthiasis historia vino, in quo integra vipera irrepsit, & sanati. quare, etsi in conficienda theriaca, ut tutius res agatur, abscondere caput, & caudam veterum consilium fuerit: sicut tamen ad scorpionum conficiendum oleum non abicitur ipsorum aculeus, ita si integram viperam ad oleum ex Mes. praescripto parandum, sumpsis, quo illinendum foris est corpus, non minoris id securitatis, atque efficaciae fore existimo, quam si, ut consilium Ma-nardus, abscessa cauda, & capite conficiessent. Ma-nardus tamen consilium magis probat.

ME-

M E S V E.

OLEVM ex Scorpionibus, lapidem renum, & vesicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per meatum vrinarium iniectum. fit ex scorpionibus viginti, vel paulo pluribus, aut paucioribus in olei amygd. amararum lib. ij. insolatis mense vno in vase vitreo probe obstrueto. Vel aristol. rotundæ, gentianæ, cypri, corticum rad. capparis, ana vnc. i. in olei amygd. amararum sextario i. diebus xx. insolenter in vase vitreo operculato, deinde scorpiones a x. ad xv. oleo iniice. obtura. insola iterum t̄ mense vno. Egressus è balneo, aut in fessu calculosus illo vngatur in tribus dictis partibus & in meatum vrinarium iniiciatur portio eius exigua, horis singulis, est mirabile. Quidam priore, alij posteriore ceu efficaciore vti malunt.

CHRI. OLEVM de Scorp. generaliter est ab omnibus vsitatum. dupliciter præparatur. nam quodam est simplex, & fit solum ex oleo de amygd. amaris, & scorpionibus. Aliud est quod fit ex tali oleo, & ex scorpionibus, & quibusdam aromatis aperitiuis, & calidis. & vtriusque modi hic ponuntur descripti. Primum quod est simplex, plus attinet frigiditati ratione scorpionum. sed secundum plus attinet caliditati ratione aromatum, & vtramque est aperitium, subtiliatium vrinæ, & lapidis fractium, renibus, & vesicæ inunctum ab extra, iuxta renes, & iuxta collum vesicæ & pectinis: oleum tamen de scorpionibus compositum est efficacius simplici oleo: similiter per syringam aliquid eorum impositum per virgam prouocat vrinam, & subtiliat ac frangit lapidem in vesica: & prædictas operationes efficiunt ex ipsorum complexione, sed non tantum ex hoc, immo èta proprietate specifica, & forma.

MAN. MODVS operationis eius alius. Paratur nunc cum oleo antiquo, additis multis simplicibus medicamentis ad venena laudatis: estque mirabile in pestilentia, & venenis omnibus. Scio ego hominem, qui hoc solo munitus, seuissimam quantumuis pestilentiam nihil facere, nec solum seipsum, sed & famulos secum ad viscidos pestilentia affectos accedentes, incolumes seruat. Scio & ex sola inunctione aliquos liberatos, qui seuissima biberant venena.

SYLV. PARATVR etiam nunc oleo antiquo additis simplicibus medicamentis contra venena laudatis, fitque oleum vitandarum virium contra venena omnia, & pestilentiam. Scio hominem hoc solo munitum quartumuis seuam pestilentiam nihil facere, sed eum & seruos suos vna secum viscidos pestilentia affectos, incolumes seruari, & sola vntione quosdam a seuissimis venenis potius liberatos. Prius ob scorpiones frigidum est: posteriore ob aromata calidum & efficacius, non ob horum calorem & essentia tenuitatem (quibus aperit, incidit, tenuat, terget, petrumpt) sed etiam totius substantia scorpionum proprietate, & vt loquuntur, forma specifica, qua vtrumque calculum renum & vesicæ frangit illitum tantum lumbis, si in renibus est. si vero in vesica, pubi, perinæo, & iniecta etiam nunc pauca in meatum vrinarium.

COST. EX scorpionibus, magno artificio conficiendi formulam habes a Matthiolo in Dioscoride. Id quum ad venena satis superque ille commendat, audaciam

A ignavis medicis peperit, vt in omnibus etiam deploratis, & astu laborantibus, & in etate omni, vel infantium vsurpent cum magna artis calumnia, & pernitie multorum.

M E S V E.

OLEVM ex Ranis refrigerat, ob id podagram, & alias arthritidis species calidas mitigat, & incendium febrium ardentium fronti, & temporibus illitum, quandoque etiam somnum conciliat. Caput ranarum antiquarum selibra in vase vitreo bene obturato, cum sextario dimid. olei sesamini coquitur ad capitum dissolutionem, vti oleum ex viperis.

CHRI. OLEVM de ranis non reperitur præparatum. vsus tamen eius esset magistralis ad somnum prouocandum, & prohibendum fumos calidos ad caput ascendentes. Io. Anglicus in c. de dolore iuncturarum habet descript. huius olei.

MAN. HOC vidi quosdam vtentes in podagra, sed in ea nullum magis præsentacum vidi auxilium, & absque periculo, quam vt eam homo æquo animo ferat, expectans Hippo. terminum.

SYLV. HOC oleum etiam hodie parant, ob id tantum quod sit necessarium ad emplastri de ranis compositionem a Ioan. Vigo descriptam. Podagræ calenti admouerunt quidam, sed nullo fructu. Neque enim frigiditas in eo magna esse potest ab his capitibus coquendo coctione tam longa, & in oleo sesamino alteratis. Rectius, meo iudicio, ranæ virides in syluis crebræ, vnguibus reptantes in altissimas quasque arbores, & sub noctem brexantes (vox enim earum vnica est bres) oleo violato, vel omphacino, ad hos vsus incoquerentur. Quas manibus viuas hodie ex more tenent ad refrigerium febre acuta aliqua ardentibus, croissets, vulgo dictas, quarum meminisse videt Gal. lib. 10. simp.

COST. EX ranis. Alij non caput tantum, sed totum vana-rum corpus, ad hoc oleum vsurpant: alij abiectis visceribus, quod reliquum est sumunt eodem sepe omnes vsu: antiquas autem quum hoc loco iubet sumi, aquaticas legendum existimo, vt eas esse euitandas admoneat, que aquatica vite conditionem in terrestrem commutarunt, bufones, inquam venenata prorsus, & lethalis natura. longæ autem antiquioris vite, quam vana, quarum corpora resoluunt in lutum aduentante hyeme insignes censent historici. alioqui autem harum vulgariarum, & esculentarum ranarum iuniores potius, quam vetustas ad propositum conficiendum oleum maioris fore vsus ex quo refrigerium quaritur, existimo sunt enim humidiores ac frigidiores mea sententia, quarum corpus in aqua genitum achis solisque calorem & ix sensit.

M E S V E.

OLEA per resolutionem variis sunt modis, virium sane mirificarum. De quibus scribunt fusius, qui rerum occulta manifestant, & detegunt. Sapientes tibi omnino legendi, & imitandi, si sanæ illorum maxime es cupidus. Mihi vero Dei spiritus largitate, & gratia, nunc pauca quedam, sed mirabilia illorum oleorum effecta per censere sufficiat.

Mesue. KK ij FIVNT

M E S V E D E O L E I S

MAN. **F**IVNT autem. olea. Tertius est tractatus, qui à recentioribus maiori ex parte natus est. Qui quæ sunt occulta.) Hoc est chymistæ. hi enim composita quædam veluti elementa segregant, quorum id quod in igni reponet, maxime est potentia.

SYLV. **O**LEORVM genus quartum à sapientibus multis descriptum, hodie chymistica arte magis perficitur, vim quandam in concreto & posito occultam manifestante. Hæc namque ignis vehementia ex liquoribus, gummi, melle, saccharo, cera, oleaginam quandam substantiam separat, & in capitellum attollit: nec minus ex plantis pinguibus, ligno guaiaci, iuniperi, pini sarice, cedro, & id genus alij: præterea ex plantarum, atque adeo animalium partibus omnibus ipsum velut gluten terre substantiæ, humorem insitum, pinguem imputribilem maxime, ut ignis secretum nunc sursum attollit in capitella. vel ut titulos, vel deorsum in subiectum aliquem catinum præcipitat: rem omnibus alijs remedijs plane diuiniorem, si Vitadio in cælo philosophorum, & Gebero, & veritati credimus: quamquam hodie sunt idiotæ quidam, magnorum tamen Medicorum nomine se venditantes, qui id ipsum ceu nugatorium calumniantur, ut alia prope omnia pulcherrima ignorata, solas (ut vocant) receptas scribere, nulla tamen ratione scientibus. Adde quod metalla quædam chymistis in calcem versa in oleum funduntur. Sunt qui terrea quoque corpora ut lateres ignitos oleo incoquant, ut vires oleo ipsi præstantissimas acquirant. Ad Mes. redeamus.

M E S V E.

OLEVM de ouis experientia plurima probatum est cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanare, capillos regnere, vlcera maligna, & fistulosa curare. Vitelli ouorum elixando duratorum triginta, aut circiter, manibus friati, in sartagine terrea plumbata frignantur igni, mediocri) mouendo cochleari ligneo, aut ferreo, donec rubescant, & oleum ab his resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent. Vel iidem vitelli elixando indurati mola frangantur, deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur, quale in oleo amygdalino explicuimus: & oleum destillabit. † Vel ipsi vitelli corpulento vati imponantur, oleumque in capitellum ignis violentia tollatur, qualiter oleum philosophorum post dicendum.

CHRI. **O**LEVM de ouis non est in vsu, confert tamen omnibus dispositionibus cutis etiam remouendo lentiginem. Serap. in proprio antidot. dicit istud oleum facere crescere pilos. Similiter Ras. in proprio antid. dicit istud oleum valde conferre passionibus, & doloribus ani, & dolori aurium, & dentium.

MAN. **M**IRVM in modum aufert cutis sorditates, & cicatrices præcipue, quæ post vitionem remanserunt, sed difficile est ita parare. ut non vehementer feseat, minus tamen male olet illud, quod per destillationem, vel sublimationem fit.

SYLV. **C**VTIS sorditatem mire aufert, ac cicatrices, præcipue in ambustis relictas: fere autem grauitur oleis: minus tamen postremum sublimando destillatum. Pulos auget Serapioni in Antid. aurium, dentium, sedis doloribus, & alijs plerisque sedis affectibus. Ras. in Antidot.

Oleum Oorum Nicolai.

Vitellos ouorum elixorum frige igni lento prunorum in patella ferrea semper mouendo rude ferrea donec probe assetur calidus. lintheo forti, oleo amygdal. madefacto exprime potest etiam alembico destil-

lari, ut ol. philosoph. Mesue Satius est vitellos crudos frigere, cochleari assidue mouere, donec assati, & cochleari pressi, vase inclinato reddant oleum, quod phyala conditum etiam diu integrum seruatur: ex viginti vitellis extrahes horis duab. vnc. iij. aut circiter.

OVORVM. De oleo per expressionem, & impressionem hætenus. Aggreditur nunc de ijs, quæ per resolutionem, quo modo ex vitellis ouorum conficiantur solet. Quæ tamen occasione vitelli oui meminit, duos quoque proponit eiusdem parandi modos per expressionem. Anodyna facultatis hoc oleum est, si vllum. quo nomine tumorum malorumue vlcera dolori conferre solet illitum. curare tamen vlcera, ut addit Syluius, nondum obseruari.

M E S V E.

OLEVM ex frumeto, impetigines, & cutis asperitates curat. Frumentum inter duas laminas ferreas mediocriter ignitas si prematur, hoc oleum remittit. Vel triticum excorticatum vase sublimationis destilletur qualiter oleum philosophorum.

Oleum de frumento, impetigines, & cutis asperitates curat. Modus operationis est. Pone frumentum super laminam ferream, & super ipsum aliam laminam ferream ignitam non multum, & comprime, & manabit oleum. Secundus modus. ponatur oleum excorticatum in vase sublimationis, fiat sicut dicemus.

OLEVM de frumento non est in vsu, esset tamen lenitium, & humectatiuum omnium asperitatum cutis, quæ fiunt a siccitate.

ET hoc valde in cutis infectionibus conducit. Feci ego quandoque parari per descensorium, ut chymitarum voce vtar.

CVTIS asperitates a siccitate natas lenit, & humectat, & cæteras cutis infectiones emendat. Ras. etiam in Antidot. describitur.

FRUMENTI. Frumenti absoluto nomine triticum intelligitur, licet frumentaceum genus, & hordeum, & zeam, & alias eiusmodi comprehendat fruges. ex quibus omnibus in eundem vsu parari oleum posse existimo. Huius ex his conficiendi quum duplicem modum offerat, prior est per expressionem, posterior per resolutionem, innuit & per ascensum, dicens fieri per vasa sublimationis. potest tamen etiam per descensum fieri.

M E S V E.

OLEVM sinapinum salubre affectibus frigidis, lethargo, obliuioni, dolori, quem frigiditas intemperies parit. Fit ut oleum de frumento.

ISTVD oleum est in vsu secundum intentionem Mes. eius operatio est sicut operatio olei de frumento: fit tamen communiter sicut oleum de amygdalis. Sinapis autem duæ sunt species, alba, & nigra. Nigra autem est illa, quæ communiter intelligitur, quando simpliciter ponitur.

HOC nunquam vsus sum. Est autem (ut puto) adeo efficax, ut ad extima trahens, materiam, id est, ruborem, cuti inducat.

IN.

† Tertius modus est, ut de destillatur in ca. 2. ca. & alibi.

COST.

CHRI.

MAN.

SYLV.

COST.

SYLV.

CHRI.

MAN.

FLV. IN vsu est id oleum, sed factum, vt oleum amygd. A phlegmum, id est, inbrificationem, vt ipsum sicut in cute excitare potest.

COST. SINAPI. Fit hoc etiam per simplicem expressionem temperatius, per ignitas autem laminas si expresseris acerrimum fore existimo, & vere ignis instar bullas in cute excitatur. tertia ratio per distillationem, siue per ascensum mediarum quodammodo vitrum oleum reddet.

M E S V E.

OLEVM iuniperi emēdat cutis infectiones, terpiginem, cancrum, vlcera maligna, quatuor, quae in tibijs, & cruribus quorundam: malum mortuum recentiores vocant. Samentis iuniperi tenuibus vas vitratum oris angusti reple, laminam ferri tenuē foraminibus multis in cribri tritici modū perforatam, ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti vasis, tum alterius minoris etiam vitrati oleū excepturi, quod terrae vbi infuderis, luculento maius alteri iuniperi frustula capiens, circūda horis duabus, sicque oleū in vas minus distillabit.

Oleum de iunipero confert infectionibus cutis, & malo mortuo tibijs, & serpigini, & cācro, & vulneribus malis. Accipe ex lignis iuniperi quantitatem sufficientem, & scinde in frusta: & imple ex eis dolium magnū vitreatum interius, cuius orificium sit arctum, & fac foueam in terra, & praepara parietes eius, cum terra figuli. Deinde pone ollam vitreatam ex directo in fundo foueae habentem orificium amplum; & cooperiatur lamina ferrea subtili perforata foraminibus multis, sicut cribratorum tritici. ita quod lamina vndique olla orificium cooperiat. Deinde super laminam praeparetur orificium dolij ex inuerto, & praeparetur cum terra figuli, vt nihil ex vtriusque orificij respiret. Post illud accende ignem super totum corpus dolij; & dimitte ardere sic per horas duas, manabit. n. ex arte hac oleum, quod recode: & administra vbi oportet.

MAN. HIC distillandi modus est eliciendi a rebus succū, quem chymici per descensorium vocant, per quē olea ex lignis, vel lignosis rebus extrahuntur. Vidi ego quandoque extrahi ex pineis ad erugandas mulierum cures. Vfus etiam sum eo quod è ligno Indico Guaiaco vocato, vel quod melius successit, ex sancto per eundem modum manauit, in Gallicis, vel vlceribus, vel doloribus, in quem vsus & hoc scilicet ex iunipero factum, non parum conducit. Malo mortuo.) Ita vocant recentiores mala quaedam vicera, in cruribus praecipue contingentia.

SYLV. HAC arte oleum ex pineis nucleis ad erugandam mulierum cutem, ex ligno Guaiaci, & potentius ex ligno sancto ad morbi Hispanici dolores ac vlceribus & oleum iuniperi, & genistae, & fraxini, & similibus prodest) & lignis alijs, praesertim pinguibus ac succulentis, fructibus, baccis, seminibus. Vas autem maius esse possit metallicum, aut si vitreum est, vel silicium, probe totum luto sapientum muniatur, figulinum autem, quia rarum est, oleo foras exhalanti viam dare: ob id vitratum sit intus. Infernum autem vas receptorium vitreum esse potest ambitu non lutatum, modo sit paulo crassius. Potest & metallicum: potest denique terreneum esse, modo sit vitratum: alioqui oleum id tenuissimum hac illac per vasis poros distillet. Multo minus fouea intra terram parietes

terra figulari paratos habente (quod Mesus imperabat) recipi tuto id oleum possit. Adde quod neque minus vas terrae infundere est necesse, si velut area aliqua possis carbones & ligna sustinere, quibus vas maius est circumdandum.

COST. IUNIPERI. Olei per descensum extrahendi multiplicem in superioribus modum explicauimus, ad quos hic quoque a Mesue propositus refertur.

M E S V E.

OLEVM fraxinum splenicis iuuat, praeter id potest, quae oleum iuniperi, & eodem fit modo.

MAN. NON solum inunctum, sed etiam ebibitum, confert lienicis.

SYLV. ID oleum hypochondrio sinistro illitum, & potum, splenis obstructions potenter liberat, duritiemque emollit, ac digerit.

COST. FRAXINIVM. Fraxinus frigidus, & sicco temperamento, & adstringente vi, qua lienterias curat Paulo auctore, ineptus est, vt lienem ex crasso humore diuorem emolliat, ad lienem tamen extenuandum mire probatur eius cortex. In libro enim Galeni spurio, qui est de dynamidjs, vino, & eius cortice decocto lienem profusus extenuari scribitur. In eum ergo vsus qui parare oleum velit, corticem acciperet. An vero oleum per descensum ex fraxino paratum tuto sumi possit, vt Manardus ait, non sat scio. ingratisimum certe sapore, odoreque molestissimum esse, & eiusmodi olea exurent, quam sibi compararunt facultate, parce vsurpanda certo scio. Ad extenuandum lienem sale fraxinis ego libentius vtar, cuius conficiendi rationem attulimus, quum de olei conficiendi ratione paulo antea differeremus.

M E S V E.

OLEVM ex gagate sacratum, daemoniacis, epilepticis, paralyticis, spasmicis, tetanicis, arthriticis, ab vtero suffocatis saluberrimum: conceptumque adiuuat. Fit ex gagatis lapidibus, quomodo oleum iuniperi, vel sublimatione mox dicenda.

CHRI. OLEVM de gagatis gagates est lapis coloris nigri, leuis, stans super aquas, & reperitur in India. non est in vsu.

MAN. LAPIS hic à Dioscor. Gangites dicitur, quo scilicet, & multis alijs rebus caremus. Quod vero de daemoniacis dicitur, superstitiosum est, & a Christiano alienum.

SYLV. GAGATES lapis ater odore bituminis dum vitur, tumores in genu diuturnos dissipat, & sinus siccando contrahit: cruenta vero vlcera praecipue glutinat. Hic multus nobis est in corallis, maxime precariis: & ita magnus saepe, vt salina mihi duo sint iustae magnitudinis ex solido gagate. Cum autem eo sit multo vilius bitumē, & viribus, aut iisdem, aut validioribus (vt ex gagatis Galeni bituminis commercio cum odorem, & fortasse reliqua. Sorutus colligere licet) tentari posset ex ipso oleum, quod largius fluet, praesertim si recens est bitumen, cum ipsum si terrae ipsius velut Mesue. KK ij adeps,

COST. MAN. SYLV. CHRI. MAN.

MESVE DE OLEIS

adeps, & olei vice ratur accolis lacus Asphaltitæ. locorum aliorum bituminosorum. An vero epilepsiam iuuare possit oleum istud, iure ambigi potest. Cum enim non ita tenuet ac digerat, sed vtrumque mediocriter præter, quid spei ab hoc esse possit, nisi siccando, aut sua tota substantia iuuare dicatur? Nam odore illo bituminis terro epilepsiam magis prodat, vt myrrha, galbani, cornuum, vngulatum, pellem capræ, & hirci suffitus. quod vero de dæmoniis scribit Mesues, superstitiosum est: a Christianoque homine alienū.

Et pluries extinguuntur in oleo oliuarum. demum prædicta frustra cum oleo ad alem bicum ponuntur sic destillando, & oleo destillatur, quod est subtilissimum in complexione, & virtute ponitur cum oleo balsami, & habet consimiles operationes, & sæpe loco eius assumimus tale oleum.

ADDITIO.

Istud idem describit Rasis in proprio antidotario, & dicit ipsum valere, sicut oleum balsami, sed est subtilius, & calidius, & maioris utilitatis in ægri tudinibus frigidis. perforat enim manum cito, & expanditur lato spacio. valet lapidi, & ægri tudinibus vesicæ. prouocat vrinam, valet passionibus aurium, interficit vermes in eis. valet paralyti, & torturæ oris inunctū, aut bibitum, valet ischiaticæ, & dolori iuncturatum & dorli.

COST. **GAGATES.** Gagatem Belgis audio passim esse instar lignorum ad ignem, licet flammam non emittat. Dioscorides eius meminit sub Gagatis non etiam gangitis, vt ait Manardus nuncupatione, & bituminis speciem esse ait probatam ad multa. An vero demones naturali vilo præsidio fugari possint, licet Iosepho mentio sit Baaras herbe extrahentis demones, & recentioribus Holiba, Christiano tamen homini superstitiosum est, vt recte monet Manardus. De hac vero re a nobis in libello de vniuersali stirpium natura, quem superiori anno edidimus, disputabatur.

MESVE.

OLEVM Philosophorum (quod etiam oleum sapientiæ, & perfecti magisterij, & benedictum, & diuinum, & sanctum quidam vocarunt) veterum omnium consensu effectibus secretis non paucis est efficacissimum. Nam calfacit, siccatur essentia tenuitate, in altum penetrat, digerit. Proinde materiam omnem excrementosam consumit. Ob id epilepsia, paralyti, vertigini, obliuioni, & lienis, renum vesicæ, vteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruosarum doloribus frigidis maiorem in modum confert.

Oleum Naturale,	Minerale.	optimum.
philosophorum,	Marinum	Subrubrum
	ex insulis	medium.
	& scopulis	Subnigrum
	fluens,	& crassum,
	naphtha	pestimum.
Artificiale	dictum.	

Arte vero sic fit. lateres ex terra rubente multum antiquatos in frustra comminutos carbonibus non fumantibus accende, donec igniti ru-beant: tunc concha oleo Torisimarini, vel anti-quo claro plena extingue, & quoad eius fieri potest, oleo imbue: sicca per se in casulis, post minutissime tere, & vasi per sublimationem destil-landum trade, luro chymistarum capitello com-mitte, carbonibus in fornacæ accensis coque, do-nec oleum destillet in phyalam vitream naso-imo capitelli agglutinatam, quam exacte obstru-ctam reconde, & serua. quanto enim antiquius, tanto valentius.

CHRIST. **O**LEVM philosophorum est magnæ effica-cia, & virtutis, & denominatur a philoso-pho oleum de lateribus, & solum a quibusdam habetur in vsu. & ibi magistraliter præparatum reperitur. & modus compositionis est, nam reci-piuntur frustra parua antiquorum laterum igni-

PHILOSOPHORVM chymistarum videlicet: de quorum numero cum & ipse esset, vt pluribus ex locis colligi potest, ideo ei placuit hanc partem cu hoc oleo finire, quod & perfecti magisterij vocant, illorum loquendi modum sequutus. Vt vero ego scribam, quid de hisce rebus sentiam, dicam: vbi opus est vehementer calefacere, & ad intima vsque accederet nullam naturalem rem posse his oleis, per hanc videlicet artem elicitis conferri, adeo, vt etiam vim ignis & æquent, & superent. Vidi enim his oculis guttam cuiusdam olei fortuito cadentem lecti ternia omnia quæ multiplicia erant momento pertransisse, & lecti fundum, quod ex asseribus inussisse. Quod fit a natura. In montanis Mutinæ, ditioni Alphonfi principis nostri, qui propria virtute ea loca ab hostibus occupata recuperavit, loco Gybinum vocato liquor certus temporibus manat, oleum montis Gybi vocant, qui ad longinqua loca, non sine magna recte eo videntium vilitate, deportatur. Est enim quoddam subalbidū. De naphtha, ad quem proculdubio hæc referuntur, scribit Dioscorides aliam esse albam, aliam nigram. Accipe ex lateribus antiquis. Albuchasis in libro qui Seruntor dicitur, novos lateres accipit, quos aqua non tetigerit. Cuius opinioni ego potius adhareo, quia oleum melius imbibent. In frustra. Vnius vnciæ, ait Albuchasis. Pone in cazola. Id est, vase vitreo, vel vitreato tertia parte vasis vacua remanente. Cuius ignis sunt pruna. primo lenior, dehinc paulatim augetur, qui tamen attingat fundum vasis. Vsque dum destillet oleum. Primo enim exibat aqua deinde oleum, quod per se collige.

H**O**LEVM philosophorum, scilicet chymistarum, qui se suis scriptis vbiq; & quotidiano sermone philosophos appellant, & quod mireris, solos se philosophos affirmant, quod rerum maxime abditarum, & in terræ visceribus reclusarū naturam scrutentur, metallorum in terræ generandorum & augendorum rationem intelligat facultates corporum terreorum accuratissime vestigent, ipsaque corpora in elementa sua dissoluant, rem plane arduam, & operosam, sed si vbiq; certa esset omnino admirandam. Si enim quo difficilius rerum aliquarum pulcherrimarum & præstantissimarum est inuentum, eo fit præclarior, quis non videt eos laude cumulatifima dignissimos, qui nostris sensibus abscondita ex Platonis regno, sic eruant in apertum inaximo non tantum sumpta, sed et valetudinis periculo? quæ hæc omnia ceu Plutonem antro effusa halitum edunt crassissimum, & omni viuo animali (si pyraustas excipis) pestilentem atque a deo plantis ipsis noxiū. Quam re ex eis plures prope quotidianis chymistæ probant, & aurifices, typonum

MESVE DE SACCELLIS. INNUNCTIONIBVS.

ad fumū thuris, aut croci, aut cinnamomi, & ieiuno stomacho ponatur super caput, & est conueniens ad desiccandū materias catarrhales deicēdentes ad partes gutturis, & pectoris. & est calefactiuum malae complexionis frigidae cū materia, & sine materia ipsius capitis praemissa aliqua euacuatione. & tale saccellum multū est in vfu. nā inter alios duos tenet mediū. Saccellū aliud capitale intensioris caliditatis, quā supradictū, & est magis cōueniens in passionibus capitis de materia multae frigiditatis. Vnde confert his, qui in somno pfundantur, & apoplecticis, praemissa euacuatione corporis, si est possibilis. Recipit rosarū, florū chamemillae, stochados, maioranae, nucis muschatae, piperis nigri, & longi, nigellae, iuniperi, ana partes aequales. quidam addunt de fimo columbino, & est conueniens, in catarrho, crasso, & multū frigido, illud subliando, resoluendo, & desiccando. fimum columbinum, ascendit ad gradum tertium calidum. Saccellum aliud capitale ad aliqualem tendens frigiditatem conferens catarrho subtili calido, vnde confert ad malam complexionem calidam capitis, & ad superfluas vigilias a tali mala complexione prouenientes, vel a phlegmate falso, fluido, subtili. Rec. rosarum, florum chamemil. stochados, nucis musch. violarum, florum nenufa. corticum citri, myrti, sandalorum vtriusque, corticum papa. albi ana par. equales, fiat sacculus, & fiat suffumigatio cum thure, & aqua ros. Inunctio ad caput in principio alienationis in febricitantibus acute. Recip. succi lactucae vel semperuiuae vnc. vj. olei ros. recenter facti vncias s. (alias vnc. iij.) aceti parum. misce, & peria madefacta in eo ponatur ad frōtem. Item inunctio posita supra in syrupo de papauere. Itē vng. populeon. Sternutatoria quae cōiter sunt in vfu, sicut ex elleboro albo puluerizato, vel ex pipere nigro attracto per nares in parua quātitate tñ. Caput-purgia quae cōiter sunt in vfu. & primo leue factū ex aqua samplici destillati, sub actuali caliditate per nares attracta. fortius vero fit ex succo radicū siclae, idest blitis. & istud est satis acutum, & mordicatum. attrahit. n. materias phlegmaticas contentas in capite & cerebro, pp caliditatem & acuitatem, quae est in cortice extrinseco. fortius vero, & tertio fit ex succo ciclamini. i. panis porcini, & est acutissimum valde, & duae, aut tres guttae sufficiunt ad hoc, capite ad posteriora declinante pp eius acuitatem, aut mordicationem. Et si duo licinia subtilia longitudinis trium digitorum ex ipso in narib. imponantur, statim sternutationem prouocant cum euacuatione viscositatum acetosarum, & phlegmaticarū in copia magna, quae longo tpe durant. Est & aliud sternutatorium, siue caputpurgium medium in virtute inter illa iam dicta, aqua vitis. Et nota regulariter operando, quod semper debent fieri stomacho vacuo existente a cibo, & mundificato corpore cum medicina solum. Pomum odoriferū pro tpe pestilentiae specialiter adinuentum & principaliter. Rec. ladani vnc. i. & storacis liquidae dr. iij. behē albi, & rubei, rosarum rub. ana dr. iij. myrrhae, foliorum rutae, garyophyllorum, ana dr. i. s. sandalorum alborū, rab. & citrinorū,

ana dr. iij. camphorae dr. iij. signi aloes, calami aromatici, tucci valeriana, ana dr. i. s. musci, ambrae, ana dr. s. corticum citri dra. i. Confice cum aqua ros. & succo buglossae, vel melissae cum modico maluatici, factis pulu. de omnib. suprascriptis, & bene incorporatis, vt decet. Destillatio olei bulliti in caepe concauo, olei dico de amyg. amariss. conuenit dolori auris facto a causa frigida viscosa, vel frigida ventosa. & anodynum ibi conueniens est destillatio pinguedinis pulli cum modico croci. Epithema cordiale temperatum conuenit in debilitate virtutis vitalis, cor principaliter confortando, spiritus peruios ac claros faciēdo, caliditatem superfluam remittendo, & maxime in dispositionib. pestilentiae, & venenosiss. & in febricitantibus. febr. acutus intensiuae caliditatis. & vltius eius debet esse praemissa euacuatione conuenienti. Recipit aquae buglossae, melissae, ana vnc. iij. aquae ros. vnc. viij. vini albi odoriferi vncias duas, sandalorum alborū, & rub. ana vnc. s. rosarum, corallorum rubeorū, corticum citri, behen albi, & rubei, serici tincti in grana, ossis de corde cerui, ana dra. i. croci, cinnamomi, caryophyllorū, xyloaloes, ana dr. s. ambrae scrup. i. Et quidam addūt modicū musci, sed non est conueniens in dispositione febrili. misce. & cum panno tincto in grana sub tepida caliditate ponitur supra manillam sinistra. Epithema cordiale frigidū magis conueniens in febr. intensiuae calidis, & venenositatibus. Recip. aquarū buglossae, mel. sic. endiuiae, ana vnc. vj. aquae ros. vnc. v. rosarū, corallorum, corticum citri, ossis de corde cerui, serici tincti in grana, ana drachm. i. croci, cinnamomi, caryophyllorum, xyloaloes, ana scrup. i. camphorae scrup. iij. misce, & vtere, vt supra. Saccellum cordiale cōueniens in suprascriptis dispositionibus. Recipit. sandalorū alborū, & rube. ana dr. iij. florū buglossae, boraginis, melissae, ana dr. i. behē albi & rubei, corticū citri, serici tincti in grana, ossis de corde cerui. vn. ij. croci, cinnamomi, caryophy. xyloaloes, ana dr. s. ambrae scrup. s. Et quidā addūt modicū musci, fiat puluis subtilissimus. Et imponat in serico tincto in grana ad formā saccelli. & tale saccellū cum infusione aquae ros. & vini odoriferi, diutius pōt retineri super cor. & tale est magis conueniens tuss. etib. & habentibus pectus strictum regulariter operando quam epithema. Epithema hepaticū cōueniens supflue calefactioni post corporū euacuationē. & ante cibi assumptionē. Recipit aquae endiuiae vnc. x. aquae rosatae vnc. iij. aceti vini albi vnc. i. sandal. alborū, & rubeorū, ana vnc. s. rosarū, corallorū, spodij, ana drachm. i. misce, & sicut epithemata cū panno lineo. Vtitur tamē quandoque post superfluam calefactionē hepatis hoc vnguentum, post praemisso epithemate, & facta cōdecēti abstersione. Recip. olei violati multotiens cum aqua endiuiae abluti vnc. ij. aceti vini albi vnc. s. succi lactucae vnc. i. sandalorum alborū dr. i. rosarū, corallorum, spodij, ana dra. s. fiat vnguentum molle cum modico cerae. Clystere autē cōueniens epilepsiae, apoplexiae, torturae oris, & spasmo, ac paralytū factis a materia frigida. Recipit. anisi, fianticuli, amicos, cartami, cetauree, florū chamemille, agariçi, ana dra. ii. vsque ad iiii. fiat decoctio sufficiens.

Caput-purgia.

Epithema cordiale temperatum.

Epithema cordiale frigidum.

Saccellum cordiale.

Epithema hepaticum.

Epithema cordiale.

ciens, & colaturæ addatur hierę picræ vnc. i. mel-
lis cõis vnc. ii. benedictæ vn. s. olei communis, &
salis. q. f. & quãdoque loco agarici assumimus de
turbith. & cum quærimus magis acere prædi-
ctum clystere vigorãdo in decoctione. ponimus
quinq; dr. tres de pane porcino. Et quinq; addi-
mus decoctioni dr. i. colocynthidis. sed hoc iudi-
cio periti medici relinquatur s̄m necessitatē. Cly-
stere conueniens in colica à phlegmate viscolo
vëtosato. Recipit decoctionis bleiæ, maluæ, flo-
rũ chamæmil. anisi, feniculi, ameos, carui, cartã-
mi, cõtauræ, parietariæ, ana partes æquales, hie-
ræ picræ, benedictæ, ana vnciã vnã, & s. mellis cõ-
munis, vnciã vnã, & s. olei communis, & salis q. f.
Et quærimus maiorē euacuationē, addimus
prædicto clysteri agarici dr. duas, & loco olei cõ-
munis ponimus oleũ chamæmilinũ, anethinũ,
vel rutaceũ & quandoque loco benedictæ poni-
mus electarium Indum vsque ad drachmas sex.

Clystere vltimũ magistrale in processu colicę
à phlegmate vëtosato. Recipit anisi, feniculi, flo-
rum chamæmillæ, ameos, cymini, carui, seminis
anethi, ana partes æquales. cõtundãtur, & fiat de-
coctio in cyathis tribus olei communis, cyathis
tribus aquæ fontis, vsque ad consumptionē præ-
dictæ aquæ. & facta expressione imponatur præ-
dictũ oleũ, & est optimũ. Suppositoriũ satis acu-
tũ fit ex melle, & benedicta, ana partes æquales,
vel ex hiera, & salis gẽmæ modico. acutius vero
fit si addatur dr. vna agarici, vel de turbith, cum
quærimus aliqualem euacuationem humorum
phlegmaticorũ. Acutissimũ vero fit, si addat dr.
vna colocynthidis. Pro rusticis vero fit ex sterco-
re muris puluerizato cũ melle cõmuni, & mo-
dico salis. Vltimũ suppositoriũ valet in tenesmo-
ne, quo debes vti cũ filo, vt post medietatem ho-
ræ extrahatur, & hoc maxime valet in dysçteria,
prouocando somnum, sensum obtundendo. Re-
cipit corticũ thuris, myrrhæ, gũmi arab. mumia,
ana drac. duas, opii, scrup. quatuor, & cum vitel-
lo oui, & melle violato fiant suppositoria.

SEQUITVR TRACTATVS
De aqua hordei, & de modo faciendi ptifa-
nam, secundum communem modum.

AQVAM hordeaceam diligenter, &
commode componere volenti pauca
hæc prius annotãda propono. Primũ,
aquæ electionem. Secundum, hordei
quoque electionem. Tertium, an hordeũ in de-
coctione positum fractum esse debeat. Quartũ,
vtrum hordeũ depilatum esse debeat. Quintũ,
qualis debeat esse proportio aquæ ad ipsum hor-
deum. Postremum ad quam partem reduci de-
beat ipsa aqua hordei. Ad primum igitur, fontinũ
aqua eligendas esse censeo, quã aliis præstant a-
quis, longeq; à doctoribus nostris extolluntur, &
maxime à domino Mesue, necnõ à principe no-
stro Auicenna secundum primi. aqua tñ Padi est
optima est. Ad secundum, scire debes, quod hor-
deum illud est melius, quod citius inrumescit cũ
in aqua infusum steterit, teste G. nostro Perga-
meno, primo regiminis acutorum comment. x.
nam facilitorem decoctionem arguit. Insuper

A hordeum debet esse medium inter nouum, & an-
tiquum, super quo non ceciderit aliquid de odo-
re corrupto, & extraneo, fueritque seruatum in
loco aeris liberi, necnon etiã maturitate sua per-
fectum. Sed dubitares vtrũ sit melius crassum,
an subtile. Dico, quod crassum melius existima-
tur per Alzarauum virum laude clarissimũ. ve-
rum teste Mel. cap. de aqua hordei, subtile hor-
deum iudicatur esse melius. Ad hanc igitur tol-
lendã ambiguitatem, dico breuiter, quod in a-
qua hordei multam, vel paucam humectationē
quære possumus. quod si paucã humectationē
quærimus, subtile hordeũ magis crasso eli-
gendũ esse censeo. Si vero maiorem quærimus
humectationem, crassum certe melius erit, quã
subtile, quoniã, hordeum crassum humidius esse
videtur in cõplexione, quod argui potest ex eius
crassitie, & corpulentia. hæc de secundo. Ad ter-
tium dico, quod hordeum frangi debeat, patet

B per dominum Isaac in dictis suis particularibus,
vbi ait, Confrangatur hordeum, & per Alzara-
uim lib. xvj. dicentem, molitum, vel pistum sit
hordeum in lapideo mortario. In eadem est sen-
tentia Halyabbas 3. theoricæ. In contrarium au-
tem est Auenzoar dicens, qui hordeũ frangunt,
longinquum nẽpe à via veritatis sunt. Similiter
Auer. colliget quinto. Ad hanc dubitationem
tollendam scire debes, quod si hordei aquã ma-
gis nutritiuã facere volueris, quam medicinalē,
siue alteratiuam, hordeum accipias confractum,
quoniã magis de eius substantia in aquam in-
greditur. Si autem aquam minus nutritiuam,
magis vero medicinalē, atque alteratiuam, ab-
steriuamque optaueris, hordeũ ebullire facias
integrum. vnum tamen scito, quod cum non-
nulli doctores hordeum frangi præcipiant, quod
rumpatur minime intelligunt, sed quod pistetur
ita, vt cortex ab eo separetur, & hoc modo intel-
lexit Isaac. Ad quartum cum quæritur, vtrũ hor-
deum debeat depilari, vel non: Dico quod si mul-
tam quæris absterisionem, hordeum debes cum
panno alpero leuiter fricare. Si vero hordaceam
aquam habere volueris ad sitim mitigandã,
asperitatemque leniendam, necnon in inflamma-
tionem extinguendam, hordeum ab vtroq; cor-
tice integre mundum habeas, sicque multomi-
nus absteriuam erit. Verum hæc hordei aqua ma-
gis humectat pectus, & pulmonem lenit, etiã præ-
cordia humectat. Prima tamen absterisionis cau-
sa multo plus abluat, & oppilationes aperit, quã
hæc secunda. Quantum ad quintum, qualiter sit
aquæ proportio ad ipsum hordeum. De hoc va-
rias opiniones inuenio. Nam textus est principis
prima quarti, cap. proprio. aquam debere esse vi-
gecuplam ad ipsum hordeum scilicet aquæ par-
tes xx. & hordei partem vnã. Idem asserit ipse
Mesue. In eadem est sententia Auer. colliget 5.
Halyabbas vero istis contradicere videtur. Nam
quinto theoricæ, docet nos accipere vnã hor-
dei partem, & aquæ tres. Isaac autem in particu-
laribus dietis decem partes aquæ, & hordei vnã
accipere iussit. Et Auenzoar aquæ partes v. hor-
dei vero i. Ad hæc dici potest, quod si aquam
hordei multum humectatiuam, lauariuam, nec-
non infrigidatiuam adamaueris, illam facere
potes

*Vtrum hor-
deum sit fran-
gendum.*

Epiloma

Epiloma

Epiloma

Epiloma

Epiloma

Epiloma

Epiloma

potes per multam aquæ quantitatem, & hordei paucam, & et per breuem decoctionem, hæc aqua nempe optima erit, his qui luxuriosi sunt. nam illorum caliditatem reprimat. Quod si magis absteriuam, nutritiuamque sequi volueris, cum maiori fiat hordei quantitate, & aquæ minori, longiorique decoctione. Sane doctores prædictos discordes fuisse arbitror ob corporum febricitantium diuersitatem, necnon climatum, siue regionum ætatemque. quemlibet tamen illorum verum dixisse existimo. Moderniores tamen Medici principem Auic. vna cum Mesue cæteris post habitis sequuntur.

Postremo videndum est, ad quam partem reducenda sit ipsa hordei aqua. De hoc quoque inter viros dictos discordia reperitur. Auic. enim quarta primi, inquit, ad quintam reducatur partem. Mesue vero ad medietatem, vel duarum partium consumptionem. Et ipse Isaac ad vnam partem. Hæc difficultas solui potest solutione quinti dubij. Hæc de hordeacea breuiter dicta sunt. Nunc vero te deduco ad actum practicum, quo moderni Medici vtuntur. Recip. hordei præscripti, & præparati, vt in superioribus diximus secundum intentionem, quam habueris, partem vnam aquæ vero partes xx. verbi gratia xx. vnc. aquæ, & vnam hordei. sic de quolibet pōdere alio. steter tamen prius hordeum in aqua per quatuor horas infusum. Postea ponas in olla noua, & munda. & facias cum igne claro, & suaui ipsam feruere, primam abijciendo spumam; & secundum quod tua erit intentio in potando, hordeaceam illam tantum bullire facias, vt in prioribus dictum. Postea remoue ab igne, & cola, & in vase bene loto reponere, atque ipsa post modum vtaris.

MODVS FACIENDI ptisanam hordei.

ACCIPE farinæ hordei cochlearia duo, & ponatur in scutellis duabus aquæ fontis, & claræ, & omnia simul ponantur ad ignem, & dimittatur bullire lento igne, semper tamen cum cochleari miscendo illam, donec spissescat, & amittat odorem farinæ, tunc enim est cocta. & de ea datur infirmis secundum exigentiam in morbis acutis. Alius modus est, vt accipiat hordeum bonum, scilicet non antiquum, & excoquatur vsque ad corticem interiore cum panno lineo, & aspero: deinde tale ponatur in aqua, & dimittatur bullire vsque ad crepaturam satis intensam, ita scilicet, quod illa aqua, in qua est, aequaliter spissescat: deinde accipiat illa aqua cum illo hordeo sic crepato, & ponatur supra tamisium, supra quod dimittatur colare paulatim, postea de illa colatura accipiat, & detur infirmo; & talis appellatur ptisana colata. Si autem tale hordeum sit positum supra tamisium, manibus conculcetur, & exprimitur, donec descendet crassum per tamisium, tunc talis colatura sic descendens appellatur ptisana hordei non colata. scilicet manibus expressa, & talis etiam datur infirmis acutis ægritudinibus, vt pleuresia, caufonizantibus, & huiusmodi.

di. & ista secunda est nutritibilior prima, quia est crassior, & crassioris substantiæ, quam sit prima. Sed primus modus faciendi ptisanam est magis in vñ.

Compositiones aliquot ex Galeno, quæ nunc ab Aromatarijs in vñ habentur.

Unguentum de Palma, siue diacalciteos ex primo de med. secundum genera. Cap. 4.

HAEC cōpositio tali symmetria cōficitur. Vetus adipis, quæ insitiores axungiam appellant, sint pondo duo, olei veteris pōdo tria, argenti spumæ tantūdem, & chalcitidis pondo vncias tres. Hæc autem ita conquirere oportet. Adipis membranulæ omnes extrahuntur, reliquū cōfunditur, vt liquum si facile possit, mox ad ignem liquefit, deinde per colū destillatur, vt purū fiat, nihilque membranæ habeat, pondo prædicta pendens. postea chalcitidis lauigatæ pōdo triens cum olei tribus libris adipi mūccetur, his & argenti spumæ pōdo tria adijciuntur. & omnia vbi simul in mortario coierint, conijciuntur in cacabum, ac rudicula palmæ mouentur. Sufficiat autem tibi ramus vnus maiusculus, vt solida ligni parte mouēdo vtaris in modū spathe dictæ. Vocant enim sic id quo conteduras mouēt, & nos perspicuitatis gratia similiter nominabimus. Quod autem solida rami parti cōtinuū est, in orbem purgatum, ac tenellis ramusculis vtrinque procedentibus abiectis putatum deciditur, sed cortice prius exuto, vt segmenta iniecta pharmacum succo suo imbuant, inficiantque. igitur statim ab initio spathe vtendū est. sed tenuia palmæ segmenta inijcere oportet, vbi medicamentum ceratum cerato similem consistentiam habuerit. Nā si à principio ea immittas, succus iniectorum, quem manere volumus, ex decoctione consumetur. Insuper spathe, qua medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta postquam inaruerint, vt proprium succum non amplius feruet, amputatā reijce, reliquam vtere. Hanc rursus cum medicamento intincta siccata fuerit, simili modo absecato. Consistere aut vobis arbitror, quod palmæ ramum non multis diebus ante abscissum arbore esse oportet: quippe temporis interuallo arefcit, & succum amittit. Prædie igitur per hyemem auferatur, æstate, vel eodem ipso die, quo cocturus es pharmacum. Vbi autem sic coctum spissitudinem, vt non inquinaet, acquisierit id medicamentum, ipso vtaris emplastro.

Medicamentum à nonnullis Epigoni dictum, ab alij is ex v. comp. m secundum genera. Cap. 2.

Ceræ denariorum pondo centum, terebinthinæ denariorum pondo ducentorum, secundum alios, centum, squamæ æris rubri denariorum pondo octo, aruginis rase denariorum pondo octo, aristolochiæ rotundæ denariorum pondo octo, thuris denariorum pondo octo, salis ammoniaci denariorum pondo octo, guttæ ammoniaci denariorum pondo octo, aluminis

nis et combusti denariorum pondo sex, aris, vsti denariorum pondo octo, myrrhæ denariorum pondo xij. aloes denariorum pondo xij. chalban denariorum pondo xij. olei veteris heminam; aceti acris heminas duas. Quæ liquari possunt, siccis in mortarium super tunduntur. Sic quidem Heras Isim scripsit, non etiam particularem omnem usum, ei apponens, ut in aliis consueverat. Insuper quod ad Epigonum illud refert, à plerisque dissentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cum illa, tum illud quoque, nempe, quod in carcere conclusus, cum quædam admodum potèrem curasset, eius rei gratia fuit dimissus. Adiecit vero ipsum aiunt præscripto medicamini, dracûculi radicem; atque ego semper ita usus sum, quoniam, & præceptorum meorum vnus vsurpabat, apponens in prædictum symmetriam Heræ, dracunculi denar. viii. insuper, & olei cyathi et dimidium, aceri heminam, ad hæc colophoniam resinam, non ut Heras, terebinthinam. Sed & epimastri confectioe ab illo dissentiebat chalbanum aceto cum aliis in pila elaborans, atque ita admiscens ea, quemadmodum, & Heras inquit, liquabilibus, deinde medicamentum manibus plurimum emolliebat. attingens acetum quam acerrimum. Postea in vase æreo reponebat, & perfusum longo tempore feruebat, atque ita excipiens utebatur.

Vnguentum sacrum ex eodem capite.

Olei veteris heminas duas, argenti spumæ denarium pondo centum, æruginis rasæ denarium pondo octo, squamæ denarium pondo sex, colophoniam liquidæ, alii pinæ, denarium pondo 50. mannæ denarium pondo xii. guttæ ammoniaci denarium pondo 16. et aris combusti denarium pondo octo, diphyrgis denarium pondo sex, gentianæ denarium pondo sex, aloes denarium pondo octo, chalban denarium pondo xii. propolis denarium pondo octo, ceræ denarium pondo 25. et aristolochiæ denarium pondo decem, dictamni cretici denarium pondo x. Argenti spumam, & oleum in olla magna supra prunam incoquito, ut omnino, aut fere non inquinat, deinde cacabum deponens æruginem indito, squamamque, & coquito ne prorsus inficiat. Postea rursus auferens, resinam, ammoniaci guttæ inieccribrata, mouens donec feruere debeat, mox, cum reposueris, paululumque dimiseris, tollito, atque æs, diphyrgesque inspergito, rursus coquens quoad non inquinat, interdum enim his inieccis remittitur: postea deponens, ceram addito, iterum coquito, vsque dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cum deposueris, propolim immites, ac reponens denuo, paulisper sine. cum depones, addes aloem, mannam, dictamnium, aristolochiam, gentianam, his abunde refrigeratis, singula leuissima insperges, mouens. si

non inficiat, tolles: sin minus, leni igne coques. Hæc quidem Heras de emplastro scripsit. Composuimus autem id nos interdum, & sine combusto et, & diphyrges: vnde quæ in alto latebant, magis attrahebat, emolliebatque magis, discutiebatque. Non tamen vlcerebus ægre cicatricem ducentibus idoneum. Quin etiam ipsum citra dictamnium confecimus, rursus alijs apponentes chrysocollæ denarium pondo sex, ut maligna vlcera feliciter sanaret.

Ceræ Ctesiphontis, ex 6. Catageni. Cap. 16.

Ceræ, terebinthinæ, nitri, olei veteris singulorum pondo libram, aquæ heminam. Nitrum, & aquam tertio, ut ex toto soluantur, & in vase fictile coniecta igni imposito, vase cooperto coquito, ex intaruallis mouero. Cum autem strepere adeo desierit, liquabilia inieccito mouens assidue, donec non inquinat. in mortarium transfusa rursus tundito, inde excipiens utitur. Vel hac ratione præparatur, quæ liquari possunt, liquefacimus, & cum dissoluta fuerint, nitrum ex aqua læuigatum adijciemus, idque paulatim mouentes assidue, cauentesque ne effruescat.

Pastillus Musæ, ex 5. Catageni. Cap. 12.

Aluminis scissi, aloes, myrrhæ, chalcanti, singulorum pondo denarium sex, croci, crocomagmatis, singulorum pondo denarium trium, cytoniorum pondo denarium iiii. mulso ex falerno facto excipiuntur.

Pastillus Andronius, ex eodem capite.

Cytoniorum pondo denarium 10. gallæ pondo denarium 8. myrrhæ pondo denarium 4. secundum alios octodecim, aristolochiæ pondo denarium iiii. chalcanti pondo denarium ii. aluminis scissi tantundem, alii pondo denarium iiii. misyos cyprii pondo denarium ii. passo diluuntur. Vtere ad multa polychresto pharmaco.

Pastillus Passionis, ex Cap. 14.

Arsenici, squamæ, singulorum denariorum pondo duorum, chalcanti denarii pondo vnus, sandarachæ denariorum pondo 2. myrrhæ, thuris, gallæ singulorum denarii pondo vnus, chartæ denariorum pondo 4. tritis, & cum rosaceo utitur. Heraclides hanc scripturam habebat.

Gallæ denariorum pondo 6. arsenici, sandarachæ, squamæ, singulorum denariorum pondo 4. thuris, denariorum pondo 3. chalcanti tantundem, myrrhæ minæ denariorum pondo duorum, chartæ denariorum pondo 8.

F I N I S.

SYLVII INTERPRETATIO

Vocum aliquot in Mesue Antidotario quibusdam obscurarum.



DIANTVM album, capillus ve-
neris.

*Adiantum nigrum, polytrichon.
A trugo in unguento ceraseos legen-
dum, & alibi passim, ut etiam apud
Guidonem Cauliacum non flos aris,*

quia alia res est.

*Albatheca in trochiscis diaphysalidum, cucumer ma-
gnus, arguria videtur Man.*

*Alphi albi, & nigri Græcis morpheæ, etiam Gui. Can-
liaco duplex.*

*Altheil, id est vorismarini flores, legitur in elect. Alcan
si forte pro alxi, id est granatum sylvestre. Ob id ba-
laustium scripsisse, quod est flos granati sylvestris,
ut citius domestici, nisi ut Plinio, sic vulgo balau-
stij nomen utriusque nunc esset commune. Al Kilil ma-
nu: legere Manardus, quod Arabibus est granatum
sylvestre.*

*Alfusumen in tryphera Galeno tributa, seu radix, seu
lignum piperis est cum Serapione, & Auic. eius lo-
co ponatur piper album. nam duo alia piperis genera
iam recipit, vel ocymum: quidam textus hæc dictio-
nem non habent.*

*Ambra Arabum, seu Græcorum recentiorum. ambar,
quibusdam latinis succinum Orientale dicitur, res
est noua, minoris certe faciendæ virorum honorum,
iudicio, quam estimatur: an vero sit sterces, aut se-
men piscium, aut maris, seu fungus, vel aliud quod
mare in littora eructat, parum hodie est comper-
tum: cal. sic. 2. gr. Ambra cineritia, vulgo grisea
expetitur.*

*Anacardi ex Sicil. montibus ignitis afferuntur, calidi
siccæ gran. 4. Ob id anacardina compositio ante sex
menses non vitanda, ut anacardorum vis coquendo,
& fermentando interea obtundatur, in qua compo-
sitione castorium pro tundebedusch, & melanthium
pro burungi reposuimus ex Serap. Auic. Italy in
sua compositioe anacar. quamvis burungi excor-
ticati scribat Rosis ad Almans. in lumbricis, semina
enim melanthij quamvis raro excorticentur, possunt
tamen excorticari. Si autem malis melissophyllum,
vel crysimon, vel crucam agrestem cum Manardo
supponere, parum refert, cum hæc omnia facultati-
bus conueniant.*

Apozema thoracicum, decoctio pectoralis.

*Aqua mulsæ, seu mellita, Græcis hydromeli, & meli-
craton dicitur.*

Balsami loca, recipe terebinthina lib. ij. olei com-
munis lib. ij. olei laurini ꝝac. xvi. cinnamomi ꝝnc.
ij. euphorbij. caryophyll. baccarum lauri, gummi he-
dera, sagapeni, galbani ammoniaci, opopanacis, ana
ꝝnc. i. thuris, mastiches, ana drach. ij. terenda teran-
tur, & alembico destillantur igni lento, Gui. Pl.

*Batina mora sunt, quæ ex bato, hoc est rubo leguntur, nõ
longe lateque serpenti, & spinis hamatis horrido, sed
altero minori, ac mitiori mora parua, non nigra, sed
caerulea ferenti.*

*Been album, & rubrum, radices olim ex Armenia de-
late, nunc in Italia etiam inuenta, sed vel alia, vel
deteriores.*

*Bolus in trochiscis. Halicacabi miltos sinopica, lutum
carpentariorum, vel piccorum quibusdam putatur,
macra Auic. dicta.*

*Buglossum calidum pr. gr. hum. secundo, corroborat,
asperitatem arteria, & pulmonis lenit. Buglossum
domesticum, seu hortense, & satuum Mesue est bo-
rago: sylvestre vero, seu erraticum est buglossum vul-
go dictum, ut censuit in Mesue Manar.*

Calaminthe agrestis est montana, vulgare cala-
mentum, vel ut alijs placet, nepeta vulgaris:
hortensis autem, seu domestica, est menta. Calamin-
the flumialis in diacalaminthe est verum metastrum,
non menta aquatica, aut potius male interpres pro
pulegio vertit. Calaminthe vero montana, seu ne-
peta est Manard herba catzaria.

*Calamus aromaticus quem officina profertur, licet ra-
dix potius videatur, & rei fortasse alterius, tamen
à veri calami viribus haud ita multum recedit. Ob id
eius loco usurpari queat, modo non sit teredinosa,
& cariota. Calamus aromaticus desideratur: eius
loco radix quedam, non calami illius: nec Indica
res videtur, quod vili vendatur, & saepe recis mul-
tum cernatur.*

*Caphura res noua, gummi Arabum valde frigidum pu-
tatur: quod autem omnibus in manu est, factitium
videtur, & calidum, ac incidens. An vero Simeon
caphuram nomine ambaris intellexerit, videtur Ma-
nard. mihi enim ambram, ut Actuarius, & alij qui-
dam neoterici Græci, videtur potius pinxisse. Est
autem caphura frigida, sicca, ordine tertio.*

*Cardamomum Græcorum quamquam hodie ignotum
videtur, tamen quod cardamomum maius, seu gra-
num paradisi, seu aliud eo planius, nec ignauius
quod hodie afferri ceptum est, quod item minus pro-
dunt, viribus aromaticis insignibus est praditum,
ut utri loco esse possit, & fortasse in quatuor illa
Plinij genera ex his aliquod incidere poterit, etiam
si Manardus triplex cardamomum se effirmit vi-
disse, quorum nullum putat verum cardamomum:
Nam ob historia Dioscor. breuitatem, iudicium de his
est difficile. Cardamomum scilicet maius, quia præ-
stantius. Cardamomi genera duo requirit in elect.
laticante, & alibi, quæ etiam si non sint semina ab
officinis producta, tamen ignana non sunt, & pro car-
damomis recipi possunt. Cardamomi nomine quidam
maius simul, & minus recipi volunt.*

*Casia, scilicet lignea, seu vulgare cinnamomum. Casia
in purgantibus, fistularis, nigra, cathartica intelli-
gitur: in alijs vero casia Græcorum, quæ est vulga-
re cinnamomum, casia lignea, & aromatica offici-
nis dicta: obstructions aperit, præsertim hepatis:
menses potenter mouet.*

*Cassutha herba est amplexi caulis, quæ linum amplexi-
tatur, & suffocat: ob id vulgo podagra lini dicitur.
Linodera Theophrasti videtur multum similis voca-
to nunc epithymo.*

*Ceratia, seu xyloceratia, vulgo cærrubie, Latinis si-
liquæ, sunt siliquæ edules, saporis casiq; nigre, dul-
ces magnitudine fabæ, in quibus semen minus, quam
casig.*

tesia. Ponderis granorum bordei octo. Ob id saepe pro hoc pondere sumitur.

Cbamapitys, seu abiga, seu aingza pro iua.

Cinnamomum adhuc desideratur. Cinnamomum crassius vomitorijs medicamentis miscendum quidam putant, quod vomitorium id sit: alijs autem tenuius.

Cinnamomum tenuius, quia melius crasso, quod darseni Mesue appellat, in elect. de cinnamomo, & de ydonijs, nisi cum Manardo per darseni aspalathum

malis intelligere: quod tamen darsifaban Arabes vocant, licet Auezoray darseni cinnamomum nigrum, & odorum valde, & Auerrois 5. colliget canellam subtilem, dulcem, & aromaticam. Cinnamomum vulgare duplum compositionibus miscendum ob eius imbecillitatem: vero enim caremus.

Citrus, seu citreolus, & cucumeris species, citrum colore, & forma emulata.

Colleticum glutinans, vulgo consolidans.

Concha testa in elect. nostro paruarum concharum cooperula, aut potius onyx odoratus, blatta Byzantia vulgo dicta.

Crallium rubrum est melius albo, & album ceteris: in Pachyno Sicilia promontorio plurimum crescit, idque mari extractum, aere mox ducescit: frig. primo gradu, sic. secundo: stomachum tota sua substantia roborat, non sumptum modo, sed appensa admodum, nauisam quoque, & vomitum, & haemorrhagiam sistit. Cor item mire roborat, spirituum resolutionem in fibrillis prohibet.

Costus amarus tantum graecis est, Macro cum Serapione, & quibusdam alijs Arabibus etiam dulcis, hodie ignoratus.

Crocus nobis Arabica voce Zabafaran, parum corrupta safran dicitur.

Cubebe nobis vsu frequentes bacca sunt aromatica: Serapioni autem oxymyrsines, id est rusci fructus.

Auennae carpesia, id est sesilia quadam, de quibus in simplicibus.

Cydonio praesertim matura, odore valenti calorem aequum declarant: sunt tamen frigida humida primo gra.

Cydonium, vel cotoneum acidum, seu immaturum: dulce maturum: dulcacidum medium: sic in plerisque fructuum generibus.

Cymium Carmanum pro Carmanum verti, id est, ex Carmania regione Persidi proxima, ex qua per sinum Persicum in Arabiam, & Syriam prompte conuehi poterat, ut ex Aethiopia per mare rubrum.

Cymium autem Carmanum, seu ex Carmania regione praesert Mesues. Galenus Aethiopicum. Ne autem putet Carmanum, ut male est versum, seculi esse cum quibusdam, quod adiectiua singularis numeri produit.

Dactylos fuluos, seu rusos verti, quoties cheiri vocabantur, quod suspicio erat id verbum esse corruptum: nec id enim Graeci, & xve'io' rimum, & alia appellant, id est, igneam, rusum, pallidum, gilnum, claretum vulgo, & palleu, & rusum dicitur.

Darseni, seu cinnamomum quidam electum cinnamomum intelligunt. Si vero utrumque simul compositio postulet tenue, & crassum miscent, ut heil, seu cardamomum, scilicet manus: si utrumque exprimitur, manus & minus est miscendum.

Darseni in electario aromatico moschato, & alibi cinnamomum crassum verti. Manardus esse manus

aspalathum, quem Arabes darsifaban vocant, praestantius est cinnamomum. Quod si cinnamomum, & darseni scriptura postulet, ut in elect. de cinnamomo auge quantitatem, & pro crasso tenue, seu praestantius miscere fuerit rectius.

Daucum male corrumpit vulgus in hauciam: eius loco carpere possit pasinacam hortensem: sed cum imbecillior sit, largior inmiscenda medicamentis.

Doronium, radice est aromatica, alba, odorata, etiam praesens incognita: officinis hodie notissima.

Elegma linctus, loch.

Haricet, id est succinum, seu gutta succina, & succulenta, officinis caraba, & cacabre, vulgo galorum ambra, absolute dicitur: gummi pini Septentrionalis esse, hodie est certissimum: calidum primo gradu, sicum secundo: cor & ventriculum roborat Auennae; ob id cardiacis, & corde tremantibus confert, nauisam, & vomitum sedat, prauos in ventriculo humores gigni prohibet.

Epuloticum, vel synuloticum, cicatricem generans.

Eupatorium est agrimonia: quod autem eupatorium, vocabant, licet Graecis iudicium videatur, tamen speciosa, & sapore amaro liberandis obstructionibus idonea fuerit.

Fausel fructus adstringens, praesens incognitus; auellana Inda vulgo dicitur.

Fausel est auellana Indica Serapioni, nucis moschatae similis, forma pyramidis, insipida: eius desiderata loco miscetur santalum rubrum, & coriandri recentis dimidium.

Flos rosarum est illud crocatum in apiculis mediam rosam implentibus, quibus siccatis nonnihil exiguum nigrum, semini simile etiam apparet.

Folium absolute, & folium malabathri hodie parum cognita sunt: eorum tamen loco mihi non displicet praegrande id folium tribus, seu nernis per longum eius distansantibus firmatum: est enim aroma odorum admodum gustatu, & acre.

Fragmeta preciosa, scilicet sapphyri, hyacinthi, sardinis, granati, smaragdi.

Galanga radix nunc notissima, apud Graecos nondum lecta.

Gallia, seu gallia moschata, Gallia Sebellina, trochiscorum nomina sunt, quibus raro per se vtuntur, sed in alias compositiones veniunt. lege in trochiscis. Gallia simpliciter, & sine addito pro trochiscis gallia moschata: cur autem gallia sint dicta, in trochiscis leges.

Gluten alinbach in unguento basilico, & aureo pro rebinthina, Gluten vero a zana in diachylo ichthyocollam vertimus, id est psidium collam: quamquam sunt qui viscum, quo capiuntur aues, ex visco querno factum malint.

Iris pro lilio caelesti.

Lapidum quinque preciosorum, sapphyri, hyacinthi, sardinis, granati, smaragdi, fragmenta, cornutum inuare creduntur: ob id cardiacis miscentur. Vires autem roborandi stomachi inaspide viridi si probauit Galenus, potuerunt Arabes horum quinque lapidum vires in cordis affectibus probasse, quos ob id posteritas est sequuta. Sapphyrus Alberto melior ex caruleo: flauus caruleus ex purpureo

MESVE DE INTERPRETATION.

pureo pulvere aureo interspersus, seu nubibus obscuris, & subrubris: ob id subobscurus est melior perspicuus, Hyacinthus Serapioni optimus est ruber: à fulgure, & peste seruare creditur si vel ipse gestetur, vel quidpiam eo signatum. Sardis Alberto ruber, crassus, transparent, peruis: cui si candor conunguis miscetur, sardonix dicitur: exhilarare, & ingenium acueve creditur. Granatus eidem est ex genere carbuncolorum: rubet modo balaustrij, transparent, cor exhilarat, tristitiam pellit. Smaragdus quoque viracior, eo melior: exhilarat, libidinem arceat, hemitriticum inuat, epilepsia resistit. Hi singulatum terendi sunt super lapidem Porphyrium, aqua rosata aut buglossi pauca identidem affusa.

Lepidium pro scitarago Indo substitutum.

Lepra in Mesue videtur accipienda mare Græcorum, pro cutis vitio, & squamosa scabie, ut psora utitur lepram, & in elect. secundo Hænech psoram lepram, & elephantiam recenset, quæ est Græcis; quod vulgo lepra.

Luceacantha, id est alba spina Græcorum, accipienda pro hedegar Arabum, non autem spongiola in Cypro rhodo inuenta.

Lignum aloes, seu xyloaloe, seu *ἄλλοειδος* sit crudum, coctum enim nullarium est virium, & inodorum: Arabibus enim id coquere odoris excipiendi gratia morem esse scribit Casius Felix, aquamque ab his in usus multos seruari. Ob id Mesues ligni aloes crudi mentionem facit frequentem: quod si quando crudum non addat, intellige, Lignum aloes crudum in igni diu durat inconsumptum, ob glutinosam humiditatem, quam coquendo supernatantem separant infiltres, & mox aqua fundum petit.

Lignisticum Manardo radice sola visum, hodie agnoscitur cepit: sed multo diuersum ab eo, quod vulgus in eius locum substituit, licet viribus non differant, ut lignisticum Dioscor. & Smyrnum, quod vulgare leuisticum legenti patebit.

Lingua avis in confectione testiculorum vulpis, & alibi Serap. intelligitur lingua passerum auicularum salacissimam: recentiores semen fraxini solitacum in lingua speciem figuratum, amarum, intelligunt, cui vim calculos in renibus frangendi etiam tribuunt.

Lingua bouis Græco sermone buglossa vocatur Manardo.

Macis Arabum, & macis Græcorum, diuersas res esse in simplicibus probauimus, etiam si Manardo, & alijs quibusdam idem censetur. Macis nucis moschata cortex medius inter externum crassum, cortici crasso, & viridi nostrarum nucum simillimum: & corticem alterum nigrum, durum, cortici quoque ligneo nostrarum nucum persimilem, sub quo est ipsa nux moschata, ne cum multis putres idem esse, quod macer folijs coloris, & odoris affinitate turpiter hallucinatis, non aduertentibus macis corticem esse tenuissimum, admodum calidum, nihil aut minimum adstringentem: macer vero crassum corticem, calido, & frigido temperatum, admodum adstringentem. Quæ scilicet nota tanquam fidelissima à Gal. vbiq; plurimi sunt, ut color & odor minimi.

Maiores, id est, efficacior, vel pluribus simplicibus constans Mesue compositio dicitur, Galeno composita vocaretur, ut minor simplex, ut diatrion pipereon sim-

plex, & compositum. Margaritæ in conchis mytilorum maris interni, sed paruis. Dos autem eorum omnis in candore, magnitudine, orbe & pondere: integræ item, & perlucida perforatis, rufis, obscuris sunt meliores. Cardiacæ putantur à tota substantia, & sanguinis prope cor putredinem prohibere, cordis intemperici calidæ, & hinc nato tremori prodesse, quia frigida sicca primo gradu: ob id febricitantium, & imbecillorum remedijs miscentur.

Marmacur in diamorsia marrubium est, ut melissophyllum, quod marmacur esse quidam potius putant. Cum vero plantæ hæc duæ sint facultate proxima Galeno, sed marrubium frequentius, & efficacius, id accipiendum est.

Marmacur in pul. altero ligni aloes, quidam non marrubium, sed maioranum intelligunt: alij melissophyllum, vel cyratum corymbum.

Mastiche sit alba, ampla, pura.

Medium granatum, seu dulcacidum verti pro mizum, quod id etiam pro piceo, id est mediu: putant depreuatum. Nam inter acida, & dulcia tantum, quæ simul dulcia sunt, & acida sunt media.

Mel aerium, seu aeromeli cum multis mannam in Mesue semper appellamus. Mel tabarset quidam mel roscidum intelligunt, seu mannam, cuius loco mel album, aut saccharum bis coctum poni potest. Mel emblicarum in elect. de gemmis, & ligno aloes, est mel album, quo velut syrupo myrobalsani emblicæ condita seruantur in simpl. Mesue, & in conditis sectione prima. Alijs mel emblicæ uia myrobal. sit ipsarum pertritatum vnicus duabus, ut eque continentur libris duabus infusus diebus octo, post collectis ad dimidij consumptionem, colatis panno lineo, & valenter expressis: in expresso coque mellis boni lib. ii coque ad liquoris consumptionem. Mel Mes. album serè presertur, ut etiam hodie Lugdunensibus & Narbonensibus Galen. non autem stium probatur, nec alibi sit mentio, etiam siceram Ponticam natura albam nouerit, non solam Tyrrenicam lorionem albatam.

Mel passularum, id est, in quo bullierit uia passæ, quo ad liquationem, Manardo videtur in loch de pino: alijs sapa uuarum passarum est, ut in conditis diximus. Alijs mel uuarum, id est, passulatum sic sit uuarum passarum vnc. quatuor, ex aqua pura lib. vna coquantur ad aqua consumptionem, valenter exprimantur. Huic expresso adde mellis despumati duplum: percoque quantum opus, vase vitreo reponere: sic mel myrtatum facere possis, ut docet Nicolaus in Diacodio. Mel uuarum id interdum uuarum passularum, quod passa sint præter uas, pinnæ, & alia multa, nolui inde mutuari de admiratione.

Menta, hortensis intelligitur, & ea siccata: tunc enim ualentior, & odoratio.

Mizum in fructibus presertim, corruptum opinor in mizum, ut granata mizo pro mizum, id est, media, nec scilicet acida, nec dulcia, sed inter hæc media, seu acidodulcia: quoniam sunt qui dulcia intelligunt, mizum, quod Arabes mizum corruerunt, medium inter dulce, & acidum, qualia primum in diaprura requirunt.

Mina, & mina aromatica, & aromatizata, & cum speciebus, est syrupus, vel conditum ex succo cydoniorum: ob id etiam saepe dicitur mina cydoniorum, de qua in conditis.

Melo Indus est viridis, oblongus, magnus, batheca vulgo dictus: alijs anguria, nunc hic frequens.

Myrrha bona inueni difficilis. Myrrha stacte, Styrax liquidus.

Nabath, vel anabath in puluere baccarum myrti Serapio videtur intelligere sorba, vel illis similes fructus facultate, qualia sunt mespila.

Nabath verti in conditis, & in confectioe albaliffaccharum vniuo candum vocatum. alijs potum ex sicis, dactylis, & saccharo esse volunt: alijs aliud.

Oesypus corrupte cum Pauli exemplaribus byssop. humida. Oleum balaninum, oleum de ben Mes. Oleum cicinum, seu ricininum, oleum de Kerua. Oleum amygdalinum dulce. Oleum sesaminum, ex semine sesami calidum humid. pr. gr. desijt parari, quia sesamum in Italia olim largissimum, hodie desideratur. Eius loco sumatur oleum recens amygdalarum dulcium, non rancidarum.

Oxyacantha est berberis.

Oxytriphylon alleluia in diaphanico vnguento secundo, & viridi.

Ozymum, id est, basilicum quoddam, vulgo caryophyllatum dicitur ab odore, & virtute caryophylli. alterum ab odore citri citratum est mellissophyllum, calidum secundo gradu, coctum difficile, sed aliorum coctionem iuuat, obstructum hepar aperit: naribus impositum, vel succo, vel aqua attractum, pituita purgat cerebrum, ut betonica: cor roborat, & cerebrum. Ozymum autem caryophyllatum basilicum semine flauo, aromatico, cardiaco, calido, folijs parnis magis quam basilicum semine nigro, & folijs latioribus peditum quibusdam videtur.

Pellines pro conchis suppositi, quales est Sancto Michaeli, & San. Iacobo peregrini afferunt, idonei ad hamorrhagiam Auic. can. 3. fen. 21. Idem posunt testa limacum, purpurarum, buccinarum, Manardus in id probat magis, id est vngues odoratos, vulgo blattas Byzantias.

Penidia vocem nobis incerta originis cum vulgo retinemus, & alias quasdam, quod pro his, licet Barbaris, tamen notis, nouas, & obscuras substituere non est, licet plerasque appellationes nouas dedimus, quod proprie magis, & rei naturam perfectius exprimentes viderentur; dicitur autem, id est, datio, quamuis Graeca sit vox, & vulgo medicorum vsu frequens: quia tamen Graecis in eam significationem, pro medicamento scilicet sumendi quantitatem non usurpatur, nec Latinis, verbum, dare, malui eius loco substituere.

Petroselinum verum ex Macedonia, quia desideratur, & vulgare hoc est imbecillius, dupletur, vel eius loco ponatur olusatrum. Petroselini veri loco semen olusatrum Manar.

Plantago longa in diaphanico vnguento, vel maior est, vel lanceolata.

Polenta est farina hordei recentis torrefacti sanich Arabibus.

Poma dulcia frig. pr. gr. hum. sec. si odora sibi.

Pyrethrum hyeme legitur, seruat annis quinque: non sit foraminulentum, nec dum frangitur, puluerem edat.

Rasura eboris frigida sicca, cardiaca est, secundas ex sterilibus mire facit. Auicenna.

Saccharum Mesue albissimum probatur, vititur & saccharum coctione candefacto, aut verius in chryalli modum per coctionem per se, vel in syrupsu glaciato. Saccharum autem zuccharum Arabum esse alias probauimus. Saccharo autem Mesue, ut Graeci veteres raro vititur, quod tum erat minus frequens: nunc contra saccharo, quia gratius, omnia dulcoramus, & siccando seruamus. Saccharum recens cal. hu. primo gradu vetus sic. pr.

Sanguis draco. Serap. & Auic. & succus herbae achillij dicta Dioscoridi, Lusitanis huc larga copia deferentibus, est succus quarundam arborum.

Santala nostratia, & ex his elect. trium santalorum, sumpta, & admota, re vera calfaciunt, ne iisdem refrigerantibus postea utaris. Nam vera santala desiderantur, cum vulgaria sint cedra erius. Santala, si qualia scribuntur sunt, refrigerant: quae vero profertur officinae, calent. Santala frig. 2. gr. sic. 1. rubra frigidiora, omnia cardiaca, & aromatica, sed statum magis, quia odoratiora.

Sarcoticum, carnem generans, vulgo incarnans.

Sardis, seu Sardius lapis, vulgo corneolus d. Man. putatur.

Satyriorum testiculos duos conditos si vir ante coitum sumserit, marem generari, si secunda est mulier, scribit ex Rasi Nicolaus Florent. lib. 10. cap. de sterilitate, vniuo vero deuorato, fatum nasci cum vniuo teste.

Satie. *ἀρπιτῆ*, polenta.

Scammonium in malo cydonio, vel alio similiter grato, & adstringente coctum (quod Gal. inuit lib. 1. ali.) pomum, virium suarum multum impertit, ob idque imbecillius manet, quale miscet elect. Indo maiori, vbi pomum absolute scribitur, quod cydonium significat. Graec. *μύδιον*: unde oleum *μύδιον*. Galen. passim est cydoniorum, & emplastra *μύδιον* lib. 2. cap. ph. g. i. rufa, & coloris mali cydonij. & dicitur *μύδιον* pro dicitur, vt in si. lib. 6. sa. tu.

Crudum autem purgatorium magis est, vt si elect. Indum maius, & diaphanicon scammonium ambo, vel coctum, vel crudum accipiant. Indum est purgantius. Si vero in Indo scammonium sit coctum, in diaphanico crudum (vt Mes. voluisse videtur) diaphanicon est purgantius.

Cum scammonium absolute scribitur, vt in hiera Hermetis, in elect. Indo minori, in diaphanico, si valens vis medicamentum, crudum miscet; praesertim cum frigidis, crassis, adstringentibus gratis, vis eius obtunditur, vt dactylis in diaphanico, prunis in diaprino, cydonijs in cydoniato Lugdunensi, succo rosarum in elect. succi rosarum. Neque per haec adstringentia, vis eius a longinquis attrahendi prohibetur, quia cum aromatum vapore, & substantia vis quadam scammonij purgatrix ad illas perreptat.

Scariola pro seriola, sonchi species minus spinosa Manardo videtur: alijs a seride, id est, cichorio nomen deprauatum. Vt ut est, cum omnia haec cichorij sint differentia viribus affines, vniuo pro reliquis capi potest.

Schaenu anthos, vel schenanthum, vt chalcu anthos, & chalcanthum (licet duo haec differant) cuius flos ad nos non affertur, sed herba palca.

Scolopendrium vulgo ceterach.

Secacul Serapioni, & Auicennae radices zingiberi similes, condita ex India deferantur diuersa ab eryngio, quod tamen eo loco capere malim, vt pote viribus

MESVE DE INTERPRETATION.

viribus cum seacul conueniens, quam cum quibusdam sigillum beate Mariae, cum alijs sigillum Salomonis, seu polygonati radicem cerebro geniculatam, graucolentem, sapore cotonei, aut punici, sub adstringentem, subacrem, cum fastidiosa quadam amaritudine Diosc. & Gal. Alijs est radix calcitrapae Hel-laris herba. In tanta opinionum varietate, pro seacul à Saracenis vocari docet Nicolaus Salernitanus in diazingibere: hæc enim etiam si non sit eadem, tamen eadem præstat. Que vero siccitas non parua cum essentia tenuitate eryngio à Gal. tribuitur, hæc præparatione facile vincitur. Quin & nonnulli hæc radicem calidam primo gr. humidam, secundo dicunt, & à multis melle solo condita, ab alijs etiam aromatibus ad Venereum excitandam sumitur magno succo su, etiam si veterum nemo huius facultatis in eryngio memine it.

Scitar gum Indum, verti lepidium: alij Iberidem esse malunt: sed hæc viribus parum variant, ut etiam cardamum, & cardamine pro his poni possunt.

Semen rosarum quibusdam videtur id tanosum, quod in fructu est rubro oliue amulo, qui rosis non collectis succedit: qualis in cynosbato, & cynorhodo cernitur.

Sericum sit crudum: sunt enim qui vim eius cardiacam coquendo, aut macerando extrahunt, & sericum velut exanimatum viribusque destitutum vendunt.

Sericum minutim concisum cum margaritis, vel alijs tritum, est efficacius cum Serap. quam vstum cum. Mesue calidum siccum primo gr. corroborat tota sua substantia: spiritum & sanguinem purgat, clarumque facit, & facultatem eorum in vnum cogit.

Serum lactis Gal. fri. humidum, quod aquosa eius substantia largissima nitrosam superat, qua calidum est, terget, alium subducit etiam Gal. aqua Mes. calidum dicitur, ea autem si per noctem in aere steterit, exhalat eidem. Id vero Mes. appellat nunc aquam lactis vel ebutyrati, vel non ebutyrati, & à causa aliqua concreti: nunc aquam casei, qua per formam, aut fiseella raritates distillat.

Seseli sumptum, & suffitum, steriles ob vteri intemperiem frigidam humidam etiam cum materia, secundas facit: id quod hinc duce natura facientia nos docuerunt, Serap. Auicenna.

Spasmus cynicus, id est oris tortura.

Spica nardi Indica, Romana vero Celtica, Spica absolute, spica nardi Indica, seu aromatica significatur: annos decem sicco loco seruari posse affirmant.

Spina alba est bedegar, & spina Arabica est sucaba:

cum vero his caremus, carduus benedictus, aut sabina, aut similis planta aperientes capiendæ.

Spodium Græcorum, & antispodium solum admebatur: ebur vero vstum, quod spodium Arabibus quorundam sententia est, etiam sumitur, & deoratur, ac ex radicibus cannarum, myrto, olea, lentisco & stis, antispodia, id est qua pro spodio ponuntur. Græcorum autem spodium, id est cinerula, quod in pavimento fornacum arariarum recidit albicans pompholigi simile, sed grauius, & impurius, intra corpus non recipiendum.

Strobili sunt nuclei pinei Gal. in simpl.

Styrax calamites calamis afferri desit: siccus tamen offertur. Styrax scilicet calamites tanquam perfectior. Styrax ruber vulgo est sax styracis liquidus, hoc est myrrha stactes. Styrax verus lachryma est humiditatem non remittens, nisi dum manibus tractatur.

Tamar Indi Kic'ho, id est quales sunt ante maturitatem, per quam nigrescunt: immaturi ergo intelliguntur.

Thymelæa, seu coccum gnidium, mezereon. Thymelæa verius esse, mezereon, quam chamelæa. & semen eius coccum gnidium ex Diosc. & Mesue collatis deprehendes. Tortella de seni, panis bis coctus.

Tragacanthum album frigidis medicamentis miscendum: rufum seu vetustate calidius, calidis. Illud autem frigidum humidum primo gradu, gummi autem Arabicum frigidum siccum.

Tuleri in tryphera Galen. tributa, his hominum est, alijs anagallis: Mes. meus habet eius loco behen album, & rubrum.

Venera in catapotijs de bdellio maioribus Mes. & Auicenna, & Serapioni, peccines interpretati sumus, id est, conchas peccinatim seriatas, & implexas, quales peregrini plerique à S. Michaelo, & locis maritimis pileo circumferunt, conchulas vocat in catap. de bdellio inuentis Mesues.

Zarur in succo fructuum, & alibi, est mespili genus, prius in Diosc. aronia dictum, quod in Italia azarolum dicitur, Gallis ignotus fructus: eius loco mespilum nostrum pentacoccum viribus proximum sumatur.

Zedoaria radix nunc vulgo nota, veteribus vel incognita, vel alio nomine scripta.

Zizypha, seu serica, vulgo iuiuba Gal. damnantur libro secundo Alim. tamen ea pasta neoterici efficacia in pulmonicis remedijs experiuntur.

Zurumbet quibusdam est Zedoaria species, ut in simpl. diximus. Serapioni est arbor: secund. Auicenn. herba, in elect. de gemmis vtrumque petitur.

199

IOANNIS MESVÆE

GRABADIN,

IDEST COMPENDII SECRETORVM MEDICAMENTORVM

Liber Secundus.

QVO PROPRIA REMEDIA AD SINGVLARVM
partium corporis morbos docentur.

SANAT solus languores Deus, A
& de frugalitatis folio produ-
xit in largitate sua medicinam,
benedictus, gloriosus, & excel-
sus creator. Tantum tamen au-
xiliari non desinens, curadi doctrinam timen-
tibus eum explicauit. Totus igitur Dei timor
præueniat, & principiet opera tua, & foelicitat-
bit ea: tamen considera, ne te amor, aut odium
circumueniat, vt declines à recto. Est enim ex-
cellus, & gloriosus, qui iudicat. Sunt, & celi, B
qui arguunt: elementa, quæ sæuiunt. Et si non
aliud, superest in posterum cruciatus gehennæ.
Inquit Gal. Nolite prauarum ægritudinū onus
suscipere, ne mali medici nomen subeat. Per
omnia ò tu corporum curam gerens, auxiliari
ne differas, quia semel pereunti nulla deinde
suffragia profunt. Ratio clamat ad iudicium,
si misericordiã deseris stulte, de large tributis,
gaudens, parua negans. Tristem igitur te cerne
habentem irritum donum Dei: & si abundan-
ter de ipsius largitate susceperis, ne parcus esto:
per vnum enim plura, & magna exuberant,
Deum in cunctis propone, & præponet te. Ho-
nora eum, & honorabit te. Time eum, & secu-
rus cuncta experieris. Ne diuertas dum recta
potes. Nomen enim, & rem habet medici, quæ
nulla mouent, quem constantia morum, inces-
sus grauitas, & sermonum onus insignit. Ge-
stunt munera bene quidem ad vitam. Sed me-
lius est nomen præclarum cunctis diuitijs. Ni-
mirum exultat, quod experta habet ille mul-
ta, quæ nunquam tractauit. Ideo experta tria
sint, in quibus considerationem fecisti. Trise-
ctum erit opus hoc, quod aggredior. Et prima
erit sectio eius de medicinis ægritudinum par-
ticularium, quæ sunt à capite vsque ad pedes.
Secunda de medicinis ægritudinum vniuersa-
lium. Tertia de medicinis, quæ sunt ad ornan-
dum, & decorandum.

Prima igitur sectio continet quin-
que particulas.

*Particula Prima est de medicinis ægritudinum
membrorum capitis.*

*Secunda de medicinis ægritudinum membrorum
seruientium spiritui.*

*Tertia de medicinis ægritudinum membrorum
nutritionis.*

*Quarta de medicinis ægritudinum membrorum
expulsionis.*

Quinta de medicinis ægritudinum iuncturarū.

Secunda sectio continet quatuor
particulas.

Prima est de medicinis ad febrem.

Secunda de medicinis apostematum.

*Tertia de medicinis solutionum continuitatis, &
separationis continui.*

Quarta de venenis.

Tertia sectio est summa singularis.

*Et sic capit hoc opus in toto, particulas decē, quas
per summas distinguimus, & per capita cum
auxilio, & gratia spiritus Dei benedicti, & glo-
riosi.*

P R I M A P A R T I C U L A
sectionis primæ continet octo summas.

Summa prima de medicinis ægritudinū capillorū.

*Summa secunda de medicinis ægritudinum cutis
capitis.*

Summa tertia de medicinis ægritudinum cerebri.

Summa quarta de medicinis ægritudinū nervorū.

Summa quinta de medicinis ægritudinū oculorū.

Summa sexta de medicinis ægritudinum aurium.

*Summa septima de medicinis ægritudinum par-
tium nasi.*

*Summa octaua de medicinis ægritudinum partiū
eris.*

L1 Repleat

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

Repleat igitur spiritus Dei precepta hæc misericorditer gratia sua. Et secundum quã ex terra medicinas ad vsus indigentiam edidit, fecunditate proferat salutem, quoniam sine ipso nihil incolume, & ab ipso sanatum omne.

S V M M A I.

De medicinis agyitudinum capillorum.

De casu capillorum. Cap. 1.



Vra huius agyitudinis sunt tres res. Prima est occupatio circa capitis mūdificationē: si est materia ledens, & proprie cū eis, q̄ dicemus iā. Secunda est regimē cibi, & potus, & aliorū emendantium malitiã cōplexionis, & generantiū humores laudabiles. Tertia est administratio medicinarū casum eorū prohibentium. Et ex eis est medicamen Gal. valens ad casum capillorū, & initiū caluitij. Et modus operationis est. R. succi extremitatum myrti humidę, & succi oliuarum syluestrium. ana vn. ij. rosarum siccarum, vnc. semiss. absinthij romani sicci, dr. ij. bulliant hæc omnia cum aceti lib. semiss. vsque ad consumptionē medietatis eius. Deinde cola, & infunde in eo calido ladani vn. ij. & dimitte per dies duos. Deinde tere, & funde super ipsum nunc oleū myrtinū: & alia vice vinum stypticum, donec in substantia mellis redigatur. Deinde misce cum eis ramich, dr. ij. capillorum veneris, dr. & semiss. in puluerem redactis. Vltimo vero aromatiza cum galliã dr. j. & semisse, vel ij. Deinde redi ad vnguendum locum postquã fricaueris ipsum cū panno aspero, & postquã vnixeris per tres dies, laua, deinde redi ad vnguendum, vsque dum appareat sanitas. Vnctio alia ex nostra inuentione prohibens casum capill. Rec. † corticū cannæ vstorum, & corticum auellanarum vstarum, granorū myrti. ana dr. iiij. absinthij, gallarum. ana dra. ij. confice post triturationem eorum cū oleo myrtino: & vnge expertum est. Mehemet filius Zachariã ad casum capillorum, & initiū caluicij, expertū. Rec. capillorum veneris, foliorum myrti, omnium assorum, vt teri possint, corticū pini, & olibani, ana pulueriza, & accipe laudani partes ij. myrti partē j. & cū vino veteri, & oleo de semine raphani tere, deinde cetera cū eis misce. Et epithemetur cum eo in nocte, & lauetur in mane cū aqua decoctionis capilli veneris, & siclæ, & foliorum myrti, & assiduetur medicamen hoc, qm̄ sanat. Aliud eiusdem. Emblici, & folia myrti, & capillorum veneris, & gallæ coquantur in aqua vsque dum fiat turbida, postea cum tantundē olei omphacini coquantur ad aquæ consumptionem. Deinde adde oleo, quod remansit, laudani, dra. xij. mastiches, dr.

Medicamen.
Gal.

Unctio.

† forte radi-
cū cannæ vsta-
rum.

octo, & fac coqui cum vino, deinde tere, donec impinguetur, & misce cum eis ramich, dr. tres, & liniantur cum eis radices capillorum, est. n. mirabile. Dixit Archigenes. Rec. granorū iuniperi, ladani, absinthij, & capillorū veneris, ana permisce omnia cū vino, & oleo myrtino, & dimitte diebus vj. deinde coque ea vsque ad vini consumptionē: & cola, & vnge caput post fricationem eius, deinde laua, sicut diximus.

S V M M A II.

De medicinis agyitudinum cutis capitis.

De Alopecia. Cap. 1.



Vra huius agyitudinis sunt quatuor res. Prima est mundificatio capitis ab humore, sub cuius malitia esse videtur, sicut dicemus iā. Secunda est, vt adæquatio fiat in corpore, & in huiusmodi occupatione conuertere regimen ad ea, quæ laudabilium materierum elementa sunt, & hoc regimen est laudabile in generibus rerū sex. Tertia est occupari circa id, quod factū est de malitia in cute. Quarta est ad generationem pilorum auxiliari. De prima dicemus post. De secunda prætermittimus nunc, quia non est huius inquisitionis: de tertia, & quarta loquemur nunc. Si alopecia de humore fuerit phlegmatico, fiat linimentum ex inuentione nostra, quod recipit alchitran, euphorbij, rutæ montanæ, baccarum lauri. ana drac. tres, sulfuris vini, ellebori albi. ana drachmam vnam, & semissem; tere, quæ terenda sunt, & misce cum oleo laurino, & oleo antiquo quantum oportet, vt habeant mediocritatem inter spissum, & tenue: & lini cum eo super locum, postquã fricaueris eum cum cepe muris, aut alijs, fricatione acquirent rubedinē in loco. Inquit Iudæus. Linimentum ad alopeciam expertum. Rec. euphorbij, spumæ maris, simi columbini. ana dr. j. ellebori albi, feminis rutæ montanæ, corticū auellanarum, & castanearum, nasturtii, spicæ, casia. ana dr. j. & semissem, amygdalarū amararum combustarum cum corticibus suis, dra. j. cum vino cocto, & oleo raphani, aut laurino, aut rosato, fac vnguētum, & caput vnge, & dimitte tota nocte. Deinde lauabis aqua vbi siclę, & fabę coctæ fuerint, & hoc fiat sine intermissione, donec sanetur, & hæc omnia fiāt postquam fricationem in loco feceris, deinde fricaueris cum cepe muris, aut alijs, aut cepe acuto. Rufus. Confectio epithematis ad alopeciam. Rec. euphorbij, rutæ montanæ, baurach, sinapis, arthemisia, ana partes equales, confice cū aqua cepæ squilla, aut cū aqua cepæ acutæ, & epithemetur cū eo post fricationē rubificantē. Haly. Confectio epithematis ad alopeciam expertum. Rec. euphorbij, rutæ montanæ. ana drac. iiij. nigellæ

In phlegmatico

In humore

In phlegmatico

In humore

uigella combusta, drachmā vnam, seminis ar-
mel combusti, amygdalarum amararum com-
bustarum cum corticibus suis. ana dra. iij. cor-
ticū arboris fici, & foliorum eius, spumę maris
combustæ. ana dra. ij. confice cum expressione
squille, & epithimetur cum eo diebus. x. donec
rubeat locus, & vesicetur, deinde epithimetur
super ipsum aristolochia rotunda, & laudanū,
& abinthiū combustum, & sisimbrium, & ly-
cium. ana cum aqua solatri. Filius Zacharię
Epithema ad alopeciam mirabile. Rec. spumę
maris, drac. x. burach, sulfuris, quod non inue-
nit ignis, euphorbij. ana drach. ij. gummi rutę
agrestis, staphisagrię. ana dr. j. cantharidarum,
drac. j. permisce ea cum face olei antiqui: & li-
ni ex eo post fricationem cum cape acuto, do-
nec locus rubeat: & cum mordicat, & ampullę
apparuerint, vngue per aliquot dies cum adipe
anatis, aut vris, aut cū vnguento de cerussa. Si
autē alopecia ex humore fuerit cholericō, fiat
linimentum descriptione Iudęi, quod recipit,
spumę maris, baurach. amygdalarum amara-
rum cumbustarum, corticum auellanarū con-
bustarum, radice cannę combustę, stercoris
muris, ana cum aceto, & adipe anatis fiat lini-
mentum, post fricationem tamen loci cum spu-
ma maris, & panno aspero. Vltima debet esse
intentio occupari ad capillorum generationē
vt curetur caluicium. Philagrius. Medicamen-
faciens nasci capillos vbi oportet, & sanās cal-
uicium. Rec. carniū limaciarum, & sangui-
sugarū, & apum, & vesparū, & salis tosti, ana
partes æquales, pone in vase vitreato habente
foramina multa in fundo eis sicut cribratoriū:
& pone sub eo vas vitreū, & manabit post diē
& diem humiditas, quę cōseruetur in vase. Et
quādo oportet, fricetur super caluicium, post-
quam fricaueris ipsum vehementer cum pāno
aspero, aut cum spuma maris, & pāno aspero:
Filius Zacharię, linimentum sanās caluicium,
& generās pilos in barba, aut supercilij. R. ce-
rę, drach. quinque, olei de cheiri drachm. ij. &
semissem, laudani, drach. viij. euphorbij, gum-
mi, rutę agrestis, cātharidarum. ana drachmas
tres, seminum citrangularum combustorum,
vesparū, siue apum. ana drachmas duas, styra-
cis liquidę, myrrhę. ana drach. ij. & semissem.
Fiat vnguentū: & liniatur ex eo nocte, & laue-
tur in mane, & hoc fiat post loci fricationē ve-
hementem. Cum autem pili nasci incipiunt,
sape radantur, vt ingrossentur, & firmi fiant, &
spissi, & proprie, quando exiles nascuntur sicut
lanugines. Aliud eiisdē, valens similiter. Re-
cip. cineris abrotani, drach. x. ventris cantha-
ridarum, drachmas duas, laudani, drach. iij.
auellanę combustę, drachmas duas. Terantur
omnia cum oleo veteri, & aromatizentur cū
aliquātulo gallię, & vngatur in nocte, & ablu-
tur in mille post fricationem, & postquam de-
siccauerit, dimittatur die vno aut ij. deinde ite-

retur, quoniam sanat. Aliud valens similiter.
Rec. olci de been drachmam vnam, cantha-
ridarū quarū abscissa sint capita, & alię, dra-
cij terantur sufficienter, & misceantur cū oleo,
& coquantur in olla vitreata insufficienter agi-
tando omni hora cum spatula, & dum cocta
fuerint, deponantur ab igne, & cum modico
musci, aut ambre aromatizetur. Est enim ex-
pertum, & proprie inunctum post fricationē
loci, vt diximus.

De furfuribus. Cap. 2.

Furfura si ex frigido fiant humore. Accipe
fel taurinū, vel caprinū, & baurach equa-
liter, tempera cū succo siclę, & oleo irino, &
lini in sero, & in mane: laua cū aqua decoctio-
nis lupinorū, & foenu gręci assi. Si ex calido
fiant humore, confert medicamen illud mira-
bile, myrobalanorum citrinorum assorum,
dra. x. cum succo siclę, & solatri, & aceto di-
stempera, & lini cum eo, deinde laua cū aqua
furfuris, & lupinorum, & myri.

De saphati. Cap. 3.

CVra huius ægitudinis sunt quatuor res,
sicut distinguimus in alopecia Filius Za-
charię. Confectio epithematis ad saphati re-
cētē, q̄ accidit in corporibus teneris. R. Al-
channy de mecha, amygdalarū amararum
cōbustarū cū corticibus suis, stercoris muris,
venarū chelidonię, coriandri sicci, scorię ar-
genti, venarū tinctorum, curcumę, aristolo-
chię, corticum granatorum, merdasengi, ana
partes æquales, confice cū aceto, & oleo rosa-
to, & lini post fricationē. Gal. dicit se curasse
multos hoc linimento. Chartas cōbustas te-
re, & distempera cū aceto, & lini super locū,
nos quidē experti sumus apud necessitatem.
Democritus. Linimentū curans saphati. Re-
cip. chartarum combustarum, calcis lotę, ar-
genti viui, ana drachmam vnā. Confice cum
aceto, & oleo nucū, & lini cum eo post frica-
tionē loci sufficienter cū panno aspero. Ale-
xander. Linimentum sanans saphati antiquū
in corporibus duris. Recip. bubegi, stercoris
muris, capitū granatum combustarum, col-
cothar vlti, venarū chelidonię, salis adusti,
D gallarū, sulphuris viui, curcumę, lithargy-
rij, aristolochię, tubel æris, ana partem vnā,
chartarum combustarū partes ij. & semissem
cineris alcherua, sarcocollę, ana partē semis-
sem argenti viui partem vnā, & semissem
amygdalarū amararū adustarū partes tres.
Confice cū aceto vini, & oleo antiquo, & ad-
ministra post fricationem cū cape acuto, aut
squilla, expertū est verax, deinde laua cū aqua
vīnę, & foliorū vlmī, & radicum maluarū.
Aliud de inuētione nostra. Lithargyrij, cad-
mię vtriusque, calcis viue, ana vnciā j. charta-
rum cōbustarum, olibani, tartari cōbusti ana
vnc. semissem. sief memithe, gallarū cōbustarū,
ana dra. iij. argenti viui, drac. vj. aceti, & olei

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

myrtini quantum sufficit, coque vsq; dū acetum sit consumptum, deinde argentum viuū, sic conterendo cum eis commisce; vt ere sicut alia.

S V M M A III.

De medicinis egritudinum cerebri. & primo de cura sode. Cap. 1.

Intentio in curatione huius ægritudinis si sit complexionalis, & non habēs materiam, est alterare, & sedare tantum. Et si est cum materia, circa alterum duorum occupabimur, vel vtrūq; & sunt, aut abscissio causæ; aut sedatio doloris; aut vtrūque. Et si est à solutione continuitatis, alijs, atq; alijs vtetur, sicut dicemus in suis capitulis. Et si est ab aggregatione omnium, tunc totum genus curæ est necessariū, sicut in sode, quæ est, sicut v. g. ab apostemate. Inquit Haly. Si sub prauorum humorū dominio caput positum est, à sedantibus incipere nō debemus, & raro ab eis, nisi apud vehementiam doloris. Gal. raro ab abscissione causæ incipere debemus, nisi sit sode consanguinea, aut similis acutis: sed ab eo, quod materiā adaptat, ad abscindendum. Si enim sanguinea fuerit, aut humores peccēt in sanguine, à phlebotomia pritis incipiemus. Et si sode vehemens fuerit pulsatiua, à phlebotomia similiter incipiemus. Si autē ab alterius humoris peccato; prius ipsum digeremus, deinde abscindemus. Digestionem itaque faciunt in materia calida Syrupus acetosus, & aqua de lupulis, & aqua hordei, & aqua buglossæ domestica, & tyuestris, syrupus violatus, & syrupus rosatus, syrupus nenufaris, & similia. Et in frigida quidem phlegmatica digestionem faciunt oxymel simplex, & oxymel squillitiū, alhasce, hyssopus, & spica, & similia. Et si fuerit materia adusta cholericæ, digestionem eius faciunt, syrupus acetosus, & aqua lupuli, & fumusterræ, & altarafacon, & similia. Si autem fuerit melancholica, in digestionem eius regimē erit duplex. Ex vna scilicet parte cū eis, quæ lentificant, & humectant, & habilitant duritiē corporis, & siccitatē terrestritatis eius; & ex alia cū eis, quæ resoluūt, & incidunt, & subtiliāt resolutione, & incisione nō perducente ad lapideitatē, & proprie cum rebus operatibus cum mediocritate, & tēperie. Et semper ponimus vicissitudinē in hoc duplici regimine, vt cadat æqualiter digestio, & maturatio in materiā, & nō abscindatur subtile, & remaneat grossum. Eligimus autē ad digestionē materierum, siue calidarū, siue frigidarū, ex vnctionibus, & epithematibus, & emplastris, & embrochationibus, & alijs, quæ cōgruant, sicut infra distinguemus, & incipiemus experiri ea secundū testimonium exigentiæ causæ. Et quidē canon est, quā in sode cali-

Syrupus materia calida.

da ab alteratib. incipere debemus, siue sint emplastra, siue vnctiones, vt reprimatur excessus eius, & prohibeatur aduentus nociui alterius ad ipsum quātum possibile fuerit, nisi quatuor casibus. Primus est in sode calida, quæ fit in febris, & proprie materialibus. Vt n. epithematium frigidorum repercussiuorum multiplicat eam: non. n. permittunt vapores exire. Sed attractio acetis, & aquæ rosarū, aut violarū per nares vehementiā eius sedat. Secundus vero est, quā fit sode p̄ vapores acutos, qui perueniunt ad caput cōmunitate totius corporis, aut membri alicuius, & iam caput recipit eos, & tūc facere vt fiat eorum diuersio ad oppositū, & diuersum ex vna parte, & ex alia receptorū resolutione, sedat eā. Tertius est, quādo sode fit à nocumēto, quod infertur à multitudine materiae, & tūc euacuatio eam sedat. Quartus est, quā sode fit à multitudine vaporū existentium in capite, & p̄ cōmunitatem corporis, aut alterius membri; & tunc resolutiuorum administratio cum facilitate, & particularium euacuationū, eam sedat. Amplius autem canō est, quod emplastra, & linimenta alterantia non sunt exponenda ab aliqua triū virtutum. Prima est, cōpetētia eius in gradu alterationis. Secunda est, vt coadunet virtutem membri, vt non recipiat superfluitates. Tertia est, vt confert, & membrū cui applicatur proprietate sua. Et incipiemus rememorari de eis primo, quæ caput, & cerebrū mundificant. Et incipiemus à mundificantibus materias calidas, & quæ conferunt sode, & ægritudinibus calidis. Et dico, quod omnis materia siue calida siue frigida, s̄m tres modos recipit diminutionem, aut. n. per euacuationes sensibiles, & occultas, aut per diuersionem eius à parte nobili ad ignobilem, aut per vtrūque. Euacuationes autem occultas natura regulat, euacuationes quoque sensibiles eadem similiter, & quandoque per se, & quandoque adiuta rebus exterioribus ab operatione artificis: & hoc s̄m d̄uos modos, aut vniuersaliter, aut particulariter. Voco autem hic vniuersalē purgationem, quæ materiam euacuat, cui accidit à cōmunitate totius corporis multiplicatio, aut plurimorum membrorum, aut famosorum, aut eorum, quæ sunt minera illius, sicut hepar sanguinis, & Kystis cholere, stomachus phlegmaticus, & splen melancholicæ. Et voco particularē purgationem, quæ ex parte illius membri, in quo materia exuberat, euacuat ab emūctorijs eius: sicut quando per palatum, & nares, & aures, & oculos materiæ cerebri purgantur. Et quidē canon est, particularem vniuersali præponi non debere nisi in quatuor casibus. Aut quia materia non multum in quantitate exuberat: quare sufficit à parte emūctoriorum illius membri abduci, in quo est ægritudo. Aut quia membrum dans non est forte in dādo, nec membrū recipiens aptum in recipiendo.

Purgatio per nares.

Purgatio per aures.

duas, opij drach. j. croci, drachmas semiss. conpiendo. Aut quia membrū non recipit à membris communitatem eius. Aut quia corpus, & alia membra non sunt posita sub dominio materiei facientis agritudinem in illo membro. Diuersiones autem materiei à parte nobili ad partem ignobilem fieri debere ostendimus per fricationes extremitatum, & compressiones, & ligaturas earum dolorosas, & cum ventosis, & alijs. Remedia autem quæ habent intentionem vtriusque, sunt clysteria, & suppositoria, & omnia, quæ simul ad longinquam diuersitatem attrahunt, & euacuāt. Et nos de omnibus loquimur. Et primo de euacuantibus ab artificio, si Deus voluerit.

De soda calida. Cap. 2.

Soda calidæ medicinas pro causa distinguimus. Et sanguineæ quidem phlebotomiam necessariam esse dicimus, deinde sedantia quæ dicemus. Cholericæ vero curam aggrediemur, incipientes à simplicioribus, & debilioribus ad maiora, & fortiora procedemus. Inunctio ad sodam calidam, siue sit sanguinea, siue cholericæ; siue complexionalis, siue materialis. Oleum rosatum, & acetum album cum modico aquæ rosatæ diu agitentur, & contundantur, donec impinguecant. Deinde in frigidetur super niuem, & ex eo caput liniatur. Est enim expertum. Si autem cum soda fuerit in somnitas, opij parum adde, aut papaueris succū cum cortice. Inquit Alexander. Recipe ex ceroto Galeni circiter uncias duas, & laua illud lauationibus pluribus cum succo solatri, & semperuiuæ, & lactucæ, & endiniæ, & succo cucurbitæ, & succo vna acerbæ, & lini, & superpone folia salicis, & miraberis effectum eius. Lini-mentum forte ad sodam calidam pulsatiuam. Oleum rosatum, & violatum cum pauco aceto, & agrestæ succo, & modico camphoræ, diu cōtunde, donec pinguescat: & capiti superponatur, est enim efficax. Filius Serapionis. Embrocha conferens sodæ calidæ, viola, rosa, folia nenufaris, hordeum excorticatum, folia salicū, & maluarū, in qua coquantur, quæ per cannulam vrceoli capiti ex alto fundatur, si catarrhum nō timueris. Si autem virtutem habere resoluendi volueris, chamemillam adde. Et si sedatiuam, & somni prouocatiuam quæris, cortices papaueris, & lactucæ adde. Filius Zachariæ. Modus alius embrochæ conferentis ad sodā calidam, cum qua sunt vigilia, & permissiones. Recip. violas siccas, hordeum excorticatum, semen cucurbitæ, aut corticem eius, semē lini, psyllium, cortices papaueris, semen althææ, semen lactucæ, semen portulacæ, rosas siccas. Decoquantur in aqua vsque ad consumptionē quartæ ipsius. Deinde fac embrochationes sicut diximus, & similiter ea manus, & pedes, & facies lauentur. Modus embrochationis alius resoluens, & sedans sodam calidam. Accipe folia maluarum, aut radicem, aut semina earum, aut omnia si-

A mul, & hordeum excorticatum, & rosas, & violas, & folia salicum, & folia cucurbitæ, aut cortices eius, aut semina ipsius, & melilotum, de omnibus ana partē vnam, florū chamomillæ, quantum de omnibus, coquantur omnia in aqua, & fiat embrochatio, sicut diximus Epithema sedans sodā calidam. Euisi semen, & psyllium separatim, siue coniunctim cū aceto conquassata, super caput posita valent. Modus emplastri alius ad idem. Accipe flores chamemillæ, farinam hordei, radices althææ, semen lini, cortices papaueris, violas, nenufar. Tere cū oleo rosaceo, & violaceo, aut fac emplastrū. Dioscorides. Succum extremitatum vitis, in primis cum nascuntur, cum farina hordei distempera, & oleo rosato, & lini ex ea super caput, & expertum est. Modus emplastri aliud ad idem: quod resoluuit cum facilitate residuum sodæ calidæ.

B Recip. virgæ pastoris, sampucki, balsamita, leminum, & radicum, & foliorum maluarum, & violarū, & hæce, & hordei mundi, ana partem vnam, rosarum partem vnam, & semissem, chamemillæ partes duas, fiat emplastrum cum eis, vel fiat embrocha cum aqua decoctionis earū. Mesue emplastrum sedans sodam calidam pulsatiuam, & hemicraniam calidam. Accipe farinæ hordei, sandalorum trium, sic memithe, rosarum, faufel, boli armeni, acaciæ, aloes, seminis lactucæ, camphoræ, de singulis partes æquales, confice cum mucilagine psyllij, aut cū succo portulacæ, aut lactucæ, & epithemetur cum eo. Gabrielis suffumigium valens ad sodā calidam. Accipe sandalorum citrinorum, faufel, rosarum, ana drachmas duas, & semissem, camphoræ, drachmæ vnius tertiam, spice, drachm. semissem, ponatur in vase vitreo stricti orificij cum aqua rosata quantum sufficit, & obturetur orificiū eius, & dimittatur, vt bulliat in cinere calido, deinde obturetur, & recipiatur fumus eius, est enim expertum. Et si ex eo super tempora aspergatur, aut lauetur ex eo facies, confert. Si autem vigilias patitur, cortices papaueris cū eis adde, & proprie eius drachmas tres, & plus vel minus, sicut necessitas vrget. Aliud suffumigium eiusdem, resoluēs residuum sodæ calidæ. Accipe rosarum, sandalorum macaziri, ligni aloes, ana drachmas duas, chamemilla drachm. quatuor, aquæ rosatæ quantum sufficit. Fac sicut primum, nobile, & expertum est. Et sunt, qui ponunt chamemilla pondus omnium. Et sunt qui addunt, melilotum. Caput purgā fiant cum oleo rosarum, & violarum, & nenufarino cum pauco camphoræ, aut cum pauco oleo de semine cucurbitæ, dictis, aut oleo de salice. Aliud filij Zachariæ valens ad dolorem capitis calidum, & hemicraniam calidam, & dolorem auris. Recip. opij, camphoræ, ana partes æquales, fiant collyria sicut lentes, & dissoluatur, vnum, aut duo oleo violarum, aut oleo de cucurbitis, & destilletur in nasum, & aurem, est enim verax. Aliud filij Serapionis valens ad sodam calidā, sublime. Rec. spodij drac.

Mesue.

L1 3 fice

MESVE DE ÆGRI CAPITIS

fice cum aqua in modum pilularum paruarū, & administretur cum lacte mulieris, aut oleo violarum, aut oleo de semine cucurbitæ, deinde post horam fac caput purgū cum lacte mulieris, aut aliquo ex oleis. Iudæus, odoratur oleū rosatum cum aceto conuassatum, & positum in vase vitreo, & confert sodā calidā vehementi. Aliud nostrum expertum. R. amyli, nabeth. ana dr. ij. opij, drac. iij. spodij drac. j. croci drach. semiss. fac sicut proximum. Aliud Aron, expertum, efficac ad sodam calidam, & hemieraneā, & dolorem auris. Recipit sic memithæ, taufel, feminis hyoscyami, feminis lactucæ, rosarum, sandalorum, opij, radicū mandragoræ. ana. Fiant ex eis sic. & fricetur ex eo super cutem cum oleo rosato, aut violato cum pauco aceto, & destilletur in nasum, & aurem, & proprie loci doloris. Incipiamus ponere euacuatoria confertentia ad sodam calidam, cuius materia est cholera citrina. Et incipiamus a leuioribus, sicut consueuimus, procedentes ad maiora. Purgetur ergo in primis cum aqua fructuum. Recipit pruna quatuordecim, tamarindorum vncias duas, & semiss. medullæ casie fistulæ vncias tres, myrobalanorum citrinorum, vnciam vnam, & semiss. propinetur infusio eorum, post sufficientiam coctionis ipsorum. Aqua fructuum secundum modum nostrum cōferens sodā cholericā. Recip. absinthij, rosarum, violarum. ana drac. v. fumiterre, drach. vj. capillorum veneris vnc. j. passularum enucleatarum vnc. j. pruna. xl. numero, iuiubæ, sebesten. ana xx. Coquantur cum facilitate in aqua lib. ij. vsque dum veniant ad lib. j. & proijce in ea illa eadem, quæ hic proxime diximus, & propinetur, & sunt, casia fistulæ, vnc. iij. tamarindorum, vnc. ij. corticum myrobalanorum citrinorum, vnc. j. & semiss. Inquit Gal. Quando ex aquis fructuum soda non resoluitur, propinanda est infusio aloes. Et iste est modus eius. Rec. succi endiuæ, succi lupuli, post de purationem ipsorum vn. vj. vel alterius eorum tantum, si vtrique haberi non possunt, vel succi buglossæ domesticæ, aut syluestris lib. j. & proijce super ipsum aloes succotriini boni, & electi vnc. j. & pone in vase vitreo ad solem obturato orificio eius dieb. xxij. & da ex eo omni mane ab vnc. j. vsque ad iij. cum modico dragaganthi, vt non noceat ano. Modus infusionis conferens sodā calidā vehementi, & solutione educit choleram, & confert iuuamentum maximum febribus cholericis. Accipe succi endiuæ cocti, & depurati lib. ij. vel aliorum succorum, quos diximus, & infunde in ipsis, vel altero ipsorum, diasiracost vnc. vj. Et da ex eo in mane ab vnc. ij. vsq; ad iij. Apparebit enim cito sanitas si Deus voluerit. Inquit Hamech. Modus infusionis sodæ calidæ diuturnæ. Accipe absinthij romani vnc. j. fumiterre drachm. viij. passularum enucleatarum, vnc. j. eupatorij dr. v. florum buglossæ domesticæ, aut syluestris. ana drach. vj. culcutæ, feminis endiuæ, agarici. ana drac. iij. Coquantur in lib. iij. aqua vsque ad lib.

i. & semiss. Et infunde in ea confectiois, iam dictæ Hamech, & proprie primæ descriptionis, vnc. ii. & da ex ea omni mane ab vnc. i. vsq; ad ii. sanat enim cum virtute Dei gloriosi.

De sola frigida. Cap. 3.

Loquemur deinceps de soda frigida, sine sit sine materia, siue cum materia, phlegmatica, vel melancholica, siue permista, siue ventosa. Et de his omnibus distinctim loquemur, si Deus voluerit. Et incipiemus sicut consuetudo nostra est, a debilitioribus. Calefactorium ad sodam frigidam, & sodam ventosam. Milium integrum, cum sale quantum ipsum calefiat in latere calido, & impleantur ex eis sacelli, & vaporetur cum eis locus. Isaac. grana lauri, & olibani medium eorum, terantur, & impleantur ex eis sacelli, postquam ibi irrorata fuerint aceto vini, calefiant in latere calido, super quem irroratur acetum, & fiat euaporatio cum eis. Democritus. Accipe grana sinapis integra, & grana nasturcij, vt sint partes eorum æquales, infundantur modicum in aceto vini fortis, & impleantur ex eis sacelli, & calefiant in latere, & fiat euaporatio cum eis. Aliud eiusdem, expertum. Pulegij, carui, aquis partibus fiat sicut diximus. Aliud eiusdem. Oleum puleginum inunctum expertum est. Vnctiones fiant ad sodam frigidam, ex oleo nardino, aut irino, aut laurino, aut de been, aut aliquo talium. Item si fortius facere volueris, conforta virtutem eorum cum costo, & castoreo, & euphorbio, & pipere cum aliquo horum, vel omnib. Linimentum ad dolorem capitis frigidum. Theriacam, vel mithridatum cum succo mentæ, misce, & superpone, expertum est. Linimentum aliud expertum a nobis ad antiquos capitis dolores: quod administratur super caput, & frontem. Recip. costi, myrrhæ, castorei, neriden, ana partes æquales, olei ros. quantum sufficit. Et si in somnietatem patitur, partē dimidiam opij adde, est. n. expertum. Mahometh filius Zachariæ. Modus linimenti ad sodam frigidam, & antiquam, & hemieraneā, & dolores auris ex frigiditate. R. castorei, euphorbij, opij, styracis liquidæ, piperis, foliorum rutæ, sinapis, calamiti, marubij, ana. fac trochiscos aur. ij. aut. j. & apud necessitatem dissolue ex eis cum oleo nardino, aut costino, aut modico aceto, & lini super locum, & distilla ex eo in aures, & nares ex parte doloris, & miraberis effectū eius, si Deus voluerit. Gal. Trochiscus crudus dissoluatur cum aceto forti, & oleo rosato, & liniatur ex eo super frontē, & tempora, & sedat sodā difficilē, & hemieraneam, & est expertum. Et eodē modo trochisci, de croco dicti in antidotario. Dioscorides. Epithema ad sodam frigidam, & hemieraneam. Ex cinere, & aceto fiat permistio, & decoq; in olla, & liniatur ex eo, expertum est. Philagrius. Modus linimenti ad sodam frigidā, & antiquā, & hemieraneā difficilē. Recipit myrrhæ, opij, omphacij, scam-

scammoneę granorum lauri. ana dra. iiii. croci, A
dra. iiii. & semil. feminis hyoscyami, apij, amo-
mi. ana dra. v. Fac trochiscos cum aceto: & lini,
sicut diximus cum eis super locum. Alexander.
confectio epithematis ad sodam frigidam diu-
turnam. Rec. simi columbini. drach. i. & semil.
leucopiperis. drac. ii. euphorbit, drach. iiii. croci,
drach. i. & facis olei de croco, drac. i. semil. ag-
gregentur omnia cum aceto forti multa fortit-
tudinis, & fac trochiscos cū aceto, & succo ab-
sinthii, & oleo nardino. Misce. & lini vbi oportet.
Embroschetur a caput in sod frigida, & vent-
tositate grossa, cum chamamelo, halsce, sccha,
maluis, tollis lauri, & sauina, & berēgesit, & ori-
gano, & meliloto, & samplucho, & neemem, &
hyssopo sicca, & similibus separatis, vel conū-
ctis. Dioscorides. Expertum est succo apii cali-
do capite linito resoluī sodam. Democriti ad
diurnam sodam medicamen expertum. Re-
cipit castorei, radicū feniculi. algul, ireos ana
drachmam vnam, granorum lauri, drachmas
duas, foliorum rutæ, drachmas tres, ceræ, drach-
mas sex, olei rosati, vnciam vnam, & semil. scilicet,
olei irini, vnciam vnam. Fac vnguentum, & lini
ex eo, probatum est.

De caputpurgijs conferentibus soda frigida.

Cap. 4.

Caputpurgiorum conferentium soda fri-
gida narrationem aggrediemur. Diosco-
rides dixit, sit caputpurgium cum aqua sampsu-
chi, & resoluī sodam frigidam, & hemicranēā.
Oribāsus dixit. Oleum de cucumere asinino
est caputpurgium bonum soda frigida, & he-
micranēā, & mundificationi cerebri ab humo-
ribus frigidis pinguis, & aqua descendenti ad
oculum, & proprie si modicum huius olei di-
silletur in aures, & trahatur sugendo, deinde
post horam lauentur nares cum aqua calida.
Succus quoque cucumeris asinini vehementius
operatur. Galenus. Caputpurgium conferens
soda frigida, & tortura, & oppilationi colato-
rij, & defectioni olfactus, & impedimento ip-
sius. Nigella die, ac nocte infundatur in aceto,
deinde siccat, & teratur subtiliter, & puluis
eius naribus approximetur, & trahatur naribus
odore eius, sicut sugendo, & expertum est.
Idem caputpurgium valens sicut superius,
& est forte. Recip. nigellæ, drachm. ii. succi cu-
cumeris asinini, drachm. j. salis ammoniaci,
drachmam semil. misceantur cum oleo cucu-
meris asinini, aut oleo de alchanna, & liniatur
ex eo in naribus intus, & sugatur vehementer
odore eius, educit enim de materia contenta in
capite sufficienter, deinde lauentur nares, &
caput cum aqua calida. Filius Zachariæ. Con-
fectio caputpurgii ad sodam frigidam. Recip.
castorei, euphorbii, ana fiat ex eis sief cum aqua
simplici, & fricetur ex eo super cutem cum
oleo nardino, aut collino, & liniatur ex eo in
naribus, & sugatur, & fiat sicut diximus. Idem.

Confectio caputpurgii ad sodam frigidam, &
hemicranēam, egritudines cerebri frigidas, &
torturam, & paralyfim. Recip. castorei, condisi,
arthanitæ, pulpa colocynthidos, baurach, eu-
phorbii, gibenech, fellis vaccini sicci, ana. Fiat
sief. Et fiant caputpurgia cum auricula muris,
aut succo venarum. Et est expertum. Iudæus.
Caputpurgium conferens soda frigida, Fellis
adib sicci, aut vaccini, aut caprini, opopanax,
castorei, ana partem vnam croci partem semil.
fiat sief: & fricetur ex eo super cutem (alias co-
tem) cum aqua, & liniatur intus nares, est
enim expertum. Archigenes. Caputpurgium
valens ad idem, castorei, & sinapis, opopana-
cis, opii, croci, aloes, ana. fiant pilulæ, & admi-
nistretur, sicut diximus. Expertum. Alexander.
Caputpurgium mirabile ad diurnum capitis
dolorem, & pingues in eo materias, & initium
aquæ, & est ad epilepsiam expertum. Recip. fu-
seis, drachm. v. succi cucumeris asinini nec ni-
mis recentis, nec nimis antiqui, salis ammoni-
aci. ana drachm. ii. terantur diligenter, & mi-
scentur sic terendo cum oleo de cucumere
asinino, aut oleo irino, donec fiat sicut cerotū:
& reponere in vase vitreo, & inunge ex eo intus
in naribus, & sugatur diligenter. Deinde fac
sicut diximus. Idem. Accipe radicū arthani-
tæ sicca, drachm. i. semil. succi cucumeris asi-
nini, drachm. ii. teratur subtilissime: & eo per
cannellum insuffletur in nares, deinde sugat si-
cut diximus. Democritus, purgatur aliquando
caput per res, quæ commasticantur, & est pur-
gatorium leue. Accipe mastiches partes ii. pi-
peris partem i. commasticentur diu: & salua
quæ resoluitur semper expuatur: & quandoque
admiscemus cum mastiche staphidem agriam,
& quandoque pyrethrum, & quandoque radices
alfesare, & quandoque radices capparis. Hęc n-
spissum humorem, & phlegma grossum edu-
cunt. Caputpurgium de inuentione nostra, cō-
ferens delicatis ad ea, quæ diximus. Recip. ca-
storei, drac. i. euphorbii, drac. semil. galliæ mu-
scatæ, drachmæ vnius partes ii. condisi, drach.
vnius partem semil. Fiat eorum contritio bo-
na, & infunde super ea succi arthanitæ quanti-
tatem sufficientem: & expone ad vmbra, do-
nec siccat. Deinde tere, & cum succo vena-
rum, aut cum succo sampsuchi fiant collyria:
& administra sicut diximus. Gargarismata etiā
materiam cerebri attrahunt: quale est garga-
risma factum cū oxymelite, sinapi, aut cum iri-
de, aut cū cortice capparis, cū pyrethro, aut pi-
pere. Paulus. Gargarisma conferens soda frigi-
da, & egritudinibus cerebri phlegmaticis, hie-
ra picra cū oxymelite squillitico, cū aqua deco-
ctionis alhasce, origani, hyssopi sicca, pyrethri,
& sinapi. Gargarismus cum eis fiat omni hora
Suffumigium Gabrielis ad sodam frigidam, &
egritudines cerebri phlegmaticas. Accipe sam-
psuchi. vnc. ii. foliorum citri vnc. i. chamemeli
tantundem: ligni aloes, spice, ana drachm. v.
ponantur in vase vitreo stricti orificii, & co-
quantur

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

quantur donec consumpta sit quarta pars aquæ. Deinde aperiatur orificium vasis, & recipiatur vapor eius. Aliud eiusdem, sed est fortius illo, aperiens oppilationem cerebri, & emunctorij. Recip. nigellæ part. ij. foliorum sampluchi, origani persici, hærce, hyssopi siccæ, stœchados, ana partem vnam. Fiat sicut diximus. Odoramentum conferens sodæ frigida. Recip. galliæ muschatae aur. iiii. saduram aur. iiii. & semiss. ambrae crudæ aur. eos duos, muschi drach. vnam, ligni aloes aur. vj. dissoluatur ambra in modico olei de been. cæteræ autem res præter muschum terantur subtiliter: & conficiantur cum glutino dragaganthi, & postquã confectæ fuerint, malaxentur cum ambra dissoluta in oleo de been malaxatione multa, vltimo vero muschus tritus, & distemperatus cû aqua rosata miscetur malaxando cum prædictis: & fiat inde pomum vnum, aut duo, & odoretur: deinde cõseruetur in vase vitreo, aut plumbeo, ne virtus ipsius tollatur, hoc est odoramentum sublime. Odoramentum aliud ex castorei, & rutæ siccæ partibus æqualibus cum glutino dragaganthi, pomum fiat, & odoretur: & species per se odoretur præterquam quod fiat pomum, est enim expertum ad sodam frigidam, & ventosam. Odoramentum aliud expertum ad frigiditatem cerebri, quod confortat ipsum, & confort sodæ. Recipe styracis calamitæ electi, vncias duas, ligni aloes vncias tres, ladanii, confectiois geanam, ana vncia vna (& in alio, vnciæ vnius partes duas,) spicæ drachmas tres, galliæ muschatae drachmas octo, mastiches drachmas quatuor, ambrae crudæ, drachmas. ii. & semiss. garyophyllorum, macis ana drachmas quatuor, & semiss.

Confice sic styracem, ladanii, & mastichen, cum modico olei de been resoluæ, deinde tere in mortario cum pistillo calido, & projice super ea puluerem ligni aloes, spicæ, galliæ, garyophyllorum, & mastiches: & misce cum eis, post hæc funde super ea glutini, gummi arabi, aut dragaganthi quantum sufficit, & misce contereudo, deinde malaxa cum ambra dissoluta cû modico olei de been malaxatione multa contereudo, vltimo vero aromatizetur cum muschi drac. duabus, & semisse, & aqua rosata, aut fiant inde poma, & odorentur. Aut fiant inde trochisci, & suffumigetur cum eis. Et est expertum verax, & suffumigantur templa, & domus regum. Aliud valens similiter, & est bonum. Accipe buchur scedens, & ligni aloes electi, ana partes æquales, muschi partis vnius. xix. fac ex eis poma aut nib: & vtere, bonum est, & expertum. Aliud valens similiter, styracis, ligni aloes, ana drachmam vnam, galliæ muschatae, drachmas duodecim, ambrae, dr. vij. musci, dra. duas, & fiat sicut diximus.

Aliud nobile satis conferens sodæ, & epilepsia, & præfocationi matricis. Ligni aloes, galliæ muschatae, ana drach. xv. zifenidæ, drachm. vij. confice terendo, & fac ex eis poma, aut nib. &

administra, aut fac collyria, & suppone in matrice. Et sunt qui addunt buchur icenden. drachmas viginti. Inquit Hipp. Aromatica capitis grauedinem faciunt. Et ego quidem dico, quod nõ elongatur, quin hoc sit in frequenti usu eorum: conuertunt enim vapores ad caput, immo replent illud vaporibus, moderatus vero vsus eorum cerebrum confortat, calfacit, sed non fiat adeo frequens, vt perducatur ad illud, & quidem canon est non debere conferre apud repletionem, & hoc est quod Hipp. voluit. Nam post mundificationem confortat, & calefacit, & residuum sodæ remouet, & si soda est ex malitia complexionis frigida sine materia, aut a frigiditate aeris, inuenimus esse iuuamenti sublimis vsus eorum.

De solutiuis conuenientibus sodæ frigida, & phlegmatica. Cap. 5.

Solutiuorum genera conuenientium sodæ frigida, & phlegmatica, deinceps scribantur, & primo a debilibus incipiamus. Ex eis est modus pilularum de inuentione iudei mundificantium cerebrum, & neruos ab humore phlegmatico, & conferentium sodæ frigida, & epilepsia, & spasmo, & paralyti: quarum permissio hæc est. Recip. pulpe colocynthidos, drachm. xij. ladanii puri, drachmas. x. dragaganthi, drachm. ij. galliæ drachm. iiii. salis gemme, drachm. j. & semiss. confice sic. Dragaganthum, & gallia dissoluantur in aqua pluuiali. Ladanum vero dissoluatur in modico olei rosati. Deinde misceantur omnia, & vltimo conficiantur cum eis colocynthidis, & salis gemma, vltimo puluerizata. Pilulae autem ad hoc valentes sunt pilulae de hiera, & pilulae de speciebus, & pilulae stomachicæ, quas scripsi in antidotario vniuersalium medicinarum. Mahomet filius Zachariæ. Confectio pilularum habentium virtutem hieræ, & sunt in nobilitate eius, & vocauit eas cochias: quarum hæc est permissio. Accipe pulueris hieræ drachm. xx. colocynthidos interioris, drachm. vj. & semiss. (& in alio pro colocynthide trochiscorum alandahal. drach. viij.) scammonæ antiochenæ coctæ in cydonio, drach. v. stœchados, turbith. ana drach. x. fiant pilulae, dosis eorum est a drach. ii. vsque ad drachm. ii. & semiss. Gal. pilulae expertæ ad sodam frigidam, & mundificant caput, & stomachum ab humore phlegmatico, & putrido, & sunt pilulae saluæ; quarum permissio hæc est. Recip. aloes boni drachm. x. colocynthidos interioris. drach. iiii. scammonæ coctæ in cydonio, drach. iiii. stœchados arabici. drachm. v. salis gemmæ. drachm. duas, anisi, ab-sinthij. ana drachm. ij. & semiss. turbith boni, & electi sublimis. drach. xii. fiant pilulae. Et sit dosis earum. drachm. j. vsque ad ii. Aaron infusio hieræ ad sodam antiquam frigidam ex humore grosso phlegmatico. Recipit hyssopi siccæ, hærce, sucacha, radicū foeniculi, apij. ana dr. viij. turbith.

turbith. drac. iij. (& in alio. drac. v.) anisi drac. ij. & semiss. salis gemmæ dra. ij. passularū enucleatarum, dra. j. Decoquantur in lib. ij. aquæ vsq; ad lib. j. & coletur. Deinde projiciatur sup ipsam hieræ picræ, drac. x. turbith boni, & sublimis, dra. iij. ponatur in vase vitreo, & suspēdatur in sole diebus . x. & da huius infusionis omni die ab vnc. j. vsq; ad ij. Filius Serapionis. Infusio de aloes est mūdificans caput, & stomachum, & curans sodam. Rec. myrobolanorum chebulorum, emblicorum, belliricorum, radicū apij, feniculi, florū, squināthi, capitis lilij, ana dra. x. spicæ, mastiches, calami aromatici, ana drac. iij. hysopi, dauci, fucaha, bedeguar, ana drach. v. colocynthidos interioris, drac. ii. Coquātur in lib. iij. aquæ vsq; ad li. j. & projiciatur super ea aloes succotrensis, vn. j. & ponatur in sole, sicut diximus. Et est dosis eius ab vn. j. vsq; ad ij. cū draganthi, & mastiches ana drac. semiss. Idem modus infusionis hieræ valens ad idem, & est fortior. Rec. radicū apij, feniculi, squināthi, ana dr. x. calamenti montani, aristolochiæ rotundæ, fucaha, & bedeguar, ana dra. v. myrobolanorum Indorum, dra. vij. epithymi cretensis, drac. v. mastiches drac. iij. spicæ, drac. ij. casia, ameos, calami aromatici, ana drac. iij. agarici, drach. v. stochados, drac. vij. passulæ enucleatæ, dra. iij. Coquātur in lib. vj. aquæ vsque ad li. v. & projiciatur super ipsam hieræ picræ, drach. j. & fiat sicut diximus, & sit dosis eius ab vnc. j. vsq; ad ij. cum olei de cherua, drach. tribus. Alexander. Confectio pilularum valentium ad diurnam sodam, & hemiplegiam, & vertigines, & epilepsiam, & arthriticam, & educūt humores à profundo mēbrorum, & solvunt sine molestia: quarū permissio hæc est. Recipit aloes boni sublimis. vnc. j. colocynthidos interioris, scāmoneæ coctæ in cydonio, absinthij, bdellij, ameos. ana drach. semiss. mastiches drac. iij. anisi, drac. ij. euphorbij, drac. iij. cum succo caulii fac pilulas. Et sit dosis, drac. j. vsq; ad ij. Pilulæ nostræ conferunt ægritudini capitis, & conferunt sodæ antiquæ, & solutione educūt humores pingues, & graues, & custodiūt sanitatē oculi, & curant rheuma eius: quarum hæc est permissio. Recip. colocynthidos, turbith. ana drachm. iij. agarici, drachm. iij. stochados, drach. ij. scammonæ, drachm. iij. & semiss. spicæ, squinanthi, xylocassia, xylobalsa. carpobalsami, asari, rosarum, violarū, epithymi, absinthij, cinnamomi, croci, mastiches. ana dra. j. aloes sublimis ad pondus omnium. Fac pilulas cum succo absinthij. Pilulæ aliæ nostræ. Valent similiter ad mūdificationē stomachi, & capitis: & accipiūtur omni tēpore, & dicuntur pilulæ de mastiche. Recipe aloes, drach. vij. mastiches, rosarum. ana drac. iij. turbith, drac. x. fac inde pilulas, dosis earum est à dr. ij. vsq; ad iij. Hiera nostra, confert sodæ à phlegmate factæ, stomachū, & ce-

rebrum mundificat, hepar, & membrā nutritionis confortat. Rec. carpobalsami. xylobalsami, casia, cinnamomi electi, spicæ, atari, mastiches, eubebæ, macis, nucis muscharæ, squinanthi, agarici. ana drach. v. croci drachm. iij. aloes succotrensis, lib. j. mellis quantum sufficit. Dosis eius est à drachmis duabus, vsque ad v.

De soda ex aggregatione cholera, & phlegmatis. Cap. 6.

Infusio cōferens dolori capitis, cuius materia est cholera, & phlegma, & solutione educit eam. Recip. pruna. ix. fumiterræ, drac. viij. absinthij, drach. iij. myrobolanorum citrinorum, chebulorum, & indorum. ana vn. j. tamarindorū, drachmas xv. agarici, & turbith. ana dr. ij. & semiss. Coquantur in lib. iij. aquæ, donec redeat ad lib. j. & semiss. Et accipe ex ea vn. viij. & fructur in ea aloes, turbith. ana vn. j. pars semiss. agarici drach. j. dimittatur per totam noctem, deinde coletur, & bibatur. Si autem qui sumperit eam, fuerit debilis, illa tria nō fructur ea sed sufficit cum ea misceri pulpæ casia fistulæ, drac. xv. Hæc modus infusionis hieræ ad sodam antiquam, & difficilē hemiplegiam, & febres antiquas. Rec. myrobolanorum citri drach. j. indorum, chebulorum, & emblicorum, & belliricorum. ana drach. ij. & semiss. cuscuta, absinthij. ana drachm. vj. & semiss. fumiterræ, drach. j. bedegar, mastiches. ana drach. iij. xylobalsami, carpobalsami. ana drach. ij. acori, drachm. ij. & semiss. decoquantur in lib. iij. aquæ vsque ad vnam, & projice super eam post colationem ipsius, hieræ picræ, ligni aloes. ana vnciam semiss. & fac sicut diximus, & vsque ad dies xij. plus, vel minus vsq; dum appateat sanitas, & dosis eius est ab vn. j. vsque ad vn. ij. efficac, & expertum. Alius modus infusionis aloes cōferens solæ permissio cholera, & phlegmatis diurnæ. Rec. myrobolanorum nigrorum, absinthij. ana drachm. vj. fumiterræ, bedegar. ana drach. j. Coquantur in lib. iij. aquæ vsq; ad lib. j. & colā, & projice super eam aloes boni, drach. viij. & ponatur in vase vitreo: & fiat sicut diximus, & da vsq; ad dies xij. plus vel minus vsq; dum appateat sanitas, & dosis eius est ab vn. j. vsque ad ij. efficac, & expertum est. Rufus, pilularum confectione conferentium ad sodam antiquam ex humore grosso phlegmatico, & cholerico: quarū permissio est. Recip. myrobolanorum citri, & indorum, absinthij. ana drach. ij. scammonæ, drac. ij. & semiss. & proprie coctæ in cydonio, trochiscorum alandahal, drachm. iij. epithymi, drac. ij. aloes boni, turbith electi, & casia. ana drachm. vj. salis gemmæ. drach. j. & semiss. & fac pilulas cum succo endiuia. Dosis earum à drachm. j. vsque ad ij. Alchindus. Confectio pilularum conferentium sodæ aggregationis cholera, & phlegmatis, & sodæ propriæ stomachicæ:

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

chicæ: & conferunt stomacho, & mundificant ipsū, & caput à superfluitatibus cholericis, & phlegmaticis; & mundificant sensus, & viscera, & conferunt spleni. Quarum hæc est permissio. Rec. trium myrobalanorum. ana drac. iij. epithymi boni, absinthij. ana drachmas. ij. & semil. turbit, harundinis, drachmas xj. agarici, scammonæ, trochisci alandahal. ana drac. ij. apij, anisi. ana drachm. j. salis gemmæ, drac. ij. nucis muschatae, garyophyllorum, ana drac. v. nius partes duas, hieræ picræ, drachm. v. mastiches, drachm. j. & semil. confice cum succo endiuia, & penidiarum, drac. ij. Dosis earum est à drac. j. vsque ad iij. Oribasius. Confectio pilularum mundificantium caput a cholera: & phlegmate, & cōferentium sodæ permistæ, & mundificantium caput & stomachū, & instrumenta visus, & attrahunt materias vehemēter, quarum hæc est permissio. Recip. carpobalsami recētis, asari, mastiches, absinthij, spicæ, scammonæ, cinnamomi electi. ana drach. ij. croci, drac. j. nucis muschatae, drachm. semil. turbit boni, & electi, drach. iij. & semil. aloes, drach. viii. colocynthidos interioris dr. vii. Fac pilulas. dosis earum est à drac. i. vsque ad ii. Galen. Confectio pilularum cochiarum conferentium sodæ permistæ, & mundificantium stomachū, & caput, & instrumenta visus. R. aloes, scammonæ coctæ in cydonio, colocynthidos interioris albæ, & lenis, mastiches, absinthij romani, ana partes æquales. Cōfice cū expressione solatri, aut endiuia. Et dosis earum est à drac. i. vsque ad. i. & semil. Pilulæ alię expertæ valentes similiter: mundificant caput, & stomachum, & confortant ea. Recip. aloes boni, & electi, drac. v. mastiches, drac. iij. rosa sicca, drach. i. Dosis earum est à dra. ii. vsque ad aur. ii. Aliæ valentes similiter. Accipe aloes. drac. vi. myrobalanorum citrinorum, drac. iij. mastiches, drach. iij. rosarum, drach. ii. croci, drach. i.

De soda frigida ab humore melancholico.

Cap. 7.

SAbor Heben Girges. Confectio pilularum Indarum conferentium sodæ, cuius materia est melancholica, difficilis eradicationis, & conferentium manie, & melancholiae, & epilepsie, & lepre, & morpheæ nigre, & vlceribus nigris, quarum hæc est permissio. Hieræ picræ, drachmas decē, epithymi, agarici, polypodii, stœchados. ana drach. vii. myrobalanorum nigrorum, colocynthidos interioris. ana drac. iij. ellebori nigri, salis indi. ana drach. ii. & semil. lapidis lazuli, drachm. iij. Fac pilulas. da dr. i. & semil. vsque ad ii. cum aqua casei, infusionis epithymi; & passularum enucleatarū, & parum salis gemmæ. Sunt .n. mirabiles. Sunt etiam ex posterioribus, qui addiderunt in permissione earum, garyophyllorum, anisi, spicæ ana drach. i. & semil. Decoctio de epithymo conferens sodæ melancholicæ, & speciebus

melancholicæ, & manie, & lepre, & morpheæ nigre, & cancro, & fistulæ nigre. Rec. epithymi stœchados, myrobalanorū nigrorum. ana vnc. j. chebulorum, emblicorū, belliricorū, turbit, eupatorii, agarici. ana drac. v. polypodii, senæ. ana drac. vi. fumiterre, florum squinanthi. ana drach. iij. corticum ellebori nigri, drach. ii. salis gemmæ. drac. ii. semil. passularum enucleatarū, vnc. i. semil. Omnia præter epithymum bulliant in lib. iij. aque vsque ad li. j. Deinde bulliat epithymum in eo bullitione vna modica. Deinde coletur, & projiciatur in ea hieræ picræ, vnc. i. & fiat sicut diximus. Dosis est ab vnc. i. vsque ad tres. Hamech filius Zezar. Modus infusionis cōferens sodæ, cuius materia est humor adustus, aut melancholia, & est sublimis ad illud, ad maniam, & melancholiam, & epilepsiam, & vertiginem, & lepram, & cancrum, & scabiem, & impetiginem. Cuius hæc est permissio. Recip. myrobalanorum nigrorum, chebulorū. ana drac. viii. epithymi, reubarbari. ana vnc. i. radicū buglossæ domesticæ, & sylvestris, & florum earum. ana drac. iij. absinthij, drac. iij. fumiterræ, dra. v. polypodii, agarici, stœchados, chamædryos, chamæpythios. ana dr. iij. liquiritiæ, drachmas v. senæ, dra. vii. passularū enucleatarum, vnc. i. Bulliant omnia præter epithymum in quinque libris aque vsque ad li. i. Vltimo vero ponatur epithymum. Deinde coletur, & projiciatur in ea cōfectionis Hamech secundæ, vnc. ii. & ponatur in sole in vase vitreo diebus sex. Et da ex eo ab vnc. i. vsque ad i. & semil. est enim mirabile. Mesui iuhe. Syrupus cōferens ad ea, quæ diximus, nobile, & expertum, & cōfert quartanæ, & oppilationi splenis, & omni ægitudine, quæ est de melancholia. Recip. capillorū veneris, radicū buglossæ domesticæ, & sylvestris, & florum earū, polypodii. ana vnc. i. epithymi, vnciam vnā, foliorum senæ, chamæmeli, stœchados. ana dr. vii. chamædryos, squinanthi, ellebori nigri. ana drach. iij. fumiterræ, drach. vii. eupatorii, drac. iij. succi pomorum dul. drach. viii. Omnia præter epithymum, & succum pomorum bulliant in lib. iij. aque vsque ad lib. ii. Deinde bulliat in eo ebullitione vna epithymum: & coletur, & cum succo pomorū, & lib. ii. aque fiat syrupus, dosis est à drachmis decem vsque ad xxx. & est sublime. Alexandri pilulæ de lapide armeno: cōferunt sodæ melancholicæ, & educūt cum facilitate humorem melancholicū, & cōferunt ægitudinibus melancholicis, sicut est mania, melancholia, & cancer, & lepra. Recipe hieræ picræ, epithymi, agarici, lapidis armeni loti, & præparati. ana dra. iij. scammonæ, drachm. v. & proprie coctæ in pomo, garyophyllorum, drachm. i. fac pilulas cum aqua rosata. Dosis, drachm. i. Gal. canon est, quod cura huius sodæ nō est expolianda ab vno trium regiminum: & similiter omnium trium ægitudinum melancholicarum. Primum est regimen

regimen humectatiuum, & impinguatiuum, præter hoc, quod faciat cadere in oppilationes, & hoc ideo vt lenificetur, & habilitetur corpus humoris, vt recipiat æqualitatē digestionis in toto. Et hoc regimen est necessarium in principio, & in medio, & in fine, & ante, secundū regimen, quā dicemus, & post, vt nō cadat in corpus humoris, vt resoluatur subtile, & remaneat grossum, & accidat residuo ipsius lapideitas. Secundum regimen est regimen resolutionis faciens resolutionem cū mediocritate, & proprie eius, quod habilitatū est, vt fiat illud. Et hæc duo regimina oportet, vt sibi inuicem semper succedāt: secundū hoc enim cadet digestio æqualiter in materiā, & æqualiter resoluatur. Tertium regimē est regimen euacuatium, in quo tria considerabilia subduntur. Vnum, vt non semel, & multam, & subitam faciamus euacuationē, sed per interualla, habentem temperiem: vt natura euacuationem, non euacuatio naturā regulet, subita enim, & violenta euacuatione vix natura regulariter operatur, sicut impetus flāmę, quę subito agit in subtile, & prætergreditur grossum. Opus vero moderati caloris est æqualiter in vtranque partē rei elixabilis, & assabilis agere. Secundū considerabile est, vt euacuatium sit cōmensuratum, nō excedens mediocritatem: sed sit extensio eleuationis eius nō recedens à gradu medicinarū incolumiū, quas te scire fecimus in librationibus earum. Tertium est, vt non exsolentur solutiua à rebus lenificatiuis, & humectatiuis, hoc est. n. quod operationē beatificat. Adhuc autem canon est vt in hoc triplici regimine confortetur cor cū rebus cordialibus generantibus in eo minerā gaudij: & tu elige eas ex simplicibus, & compositis, quarum traditio est apud te: & cū administratione omniū, quæ ad rē gaudij pertinent, hic est. n. thesaurus curæ.

De cura soda à permissione cholera nigra & phlegmatis. Cap. 8.

Iudaus. Modus pilularum conferentium sodę à phlegmate, & melancholia. Recip. myrobalanorum chebulorum, indorum, belliricorum, salis indi. ana drachm. iij. turbith, epithymi. ana vn. j. & semiss. c. llebori nigri, pulpæ colocynthidos. ana drachmas quatuor, hieræ picræ, drachm. x. agarici, drach. vj. stœchados drac. iij. absinthij, drachm. ij. Dosis earum est à drach. j. vsque ad ij. & sunt sublimes. Archigenis confectio pilularum stomachicarū solutionis educētium phlegma, & vtranque choleram: & conferunt sodę stomachicę ab eis, quarum permistio est hæc. Recip. hieræ picræ, turbith. ana drach. xij. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorum. ana drach. v. agarici drach. iij. salis gemmæ, stœchados, ameos, ana drach. ij. epithymi, drach. iij. scammonæ, drachm. ij. & semiss. Fac pilulas cum succo sca-

Ariolæ. Da à drach. j. & semiss. vsque ad drach. ij. & semiss. Andromachus. Hiera cōferens egritudini capitis à phlegmate, & melācholia, & confert iuuamentū manifestum apoplexiæ, & epilepsiæ, & paralyti, & torture, & mollificationi, & initio aquæ, cuius permistio. R. aloes, succi absinthij. an. vnc. j. picræ picrę, vnc. sem. turbith, drach. viij. colocynthidos interioris, drac. iij. squillæ assatæ, drach. iij. agarici, stœchados, polypodij, & epithymi. ana drach. semiss. c. llebori nigri, pyrethri, piperis albi, & longi, zinziberis, squinanthi, chæmædryos. ana drachm. iij. & semis. cardamomi, macis, nigellæ, aristolochię, castorei. ana drach. iij. euphorbij, drach. j. & semiss. croci, petroselini, cinnamomi, spicæ, polij. ana drac. iij. absinthij, drac. iij. albarum penidarum, vn. iij. mellis despumati quantū sufficit. Dosis eius est à drachmis iij. vsque ad v. cum aqua casei.

De soda ex percussione. Cap. 9.

Soda propter percussione. Filius Serapionis. Si super percussione in capite nullū præterijt tempus, administramus in principio quæ repellant, & nō permittant materiā rheumatizantem ad locum recipi, & figi in ipso, sicut recte administrantur frigida styptica cum aquis, & expressionibus frigidis, sicut est ramich proprie cū aqua frigida multę frigiditatis, & cōprime vehementer super locum. Et ex eis sunt rosæ, & sandali, & faufel, & sief memithæ, & acacia, & bolus armenus, & chimolea, & lens nō excorticata, & lycium singulariter, & coniunctum, quando miscentur cum aqua solatri, aut virgæ pastoris, aut plantaginis, aut coriandri humidi, aut cum omnibus, aut cum aqua rosata: & infringendum in niue, aut cum expressione portulacæ. Si autem post percussione præterijt tempus, & materia iam rheumatizauit, & collecta est, medicamen resolutionis apponendum est, sicut ex chamæmelo, meliloto, foenugræco, radice althææ, & similibus. Si non resoluitur, curatur sicut dicemus in tractatu apostematum. At vero, & si rheumatizauit materia, & adhuc rheumatizat, & partim collecta est, & partim colligenda, vtraque cura indiget, scilicet, & quæ repellat rheumatizandum, & quæ resoluat collectum, & rheumatizatum. Sint satis hæc de curis sodæ, quæ diximus: & sufficere possunt eis, quos Deus ex excellentissimus sanare voluerit.

De hemeranea. Cap. 10.

Hemeranea egritudo est de genere vehementium dolorum, propterea quandoque indiget curatione, quandoque blandimento, & cura eius indiget obseruatione regiminū, sicut in soda diximus, quapropter oportet, vt capitula illius canonis hic etiā afferatur, in calida scilicet, & frigida. Cura autem blandiens est

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

est cura nō vera: & est stupefacere apud vehementem dolorem ipsius, & pulsationem. Nos autem sanitatis largitorē poscimus in primis, de sui largitate ipsam egenti, & sperāti annuat qui sit benedictus. Afferamus autem ad locum hunc ex medicinis ibi memoratis, quas possumus habere, communitatem iuuaminum in omnibus ægri tudinibus capitis. Et ponimus ex medicinis hęc quasdam, quas quidam proprias hemicraneæ esse dixerunt.

De hemicraneæ calida. Cap. 11.

ET si peccatum est ex parte sanguinis, phlebotomiam conferre diximus. Si vero ex parte cholerae, euacuabimus eam, postquam digesserimus utramque partē eius, & hoc cum auxilio medicinarum, quarum proprietates est hoc facere. Et ex eis est aqua fructuum, & infusio myrobalanorum, & infusio aloes in aqua endiuia, quā diximus, & alia quorum rememoratio præcessit, & danda est hiera cum scammonia. Alexander. Confectio trochiscorum, quibus fit linimentū ad hemicraneam cholericam vehementem, & pulsatiuam. Recip. aluminis, drachm. xvj. croci, drach. xij. colcothar, drach. x. myrrhæ, drach. iij. omphacij, drachm. ij. calcadis, drac. ij. gummi arabici, drac. iij. Fac trochiscos cū vino forti, aut aceto. Et cum necesse fuerit, soluatur vnus cum aceto permisto, & liniatur super locū doloris, & stringatur super ipsum cum ligamine, vt sedetur pulsatio. Et quandoque apud necessitatē ponitur aliquantulum opij. Democritus. Linimentum bonum ad hemicraneam calidam. Recip. ex fæce atramenti sicca, & dissolue eam conterendo cum aceto multæ fortitudinis cum octaua parte ipsius opij egyptiaci, & laboretur multum in cōtritione ipsius, sicut per diem vnā, & liniatur ex eo super tēpora, & stringatur super ipsam. est enim expertum. Archigenes. Linimentum ad hemicraneam calidam pulsatiuam expertum, & ad sodam vehementem. Recipe succi agrestæ, myrrhæ. ana partem j. facis encaustri scriptorū partes ij. aluminis iameni, croci. ana partem j. & quartam. Conface terendo cū aceto vini cōtritione multa, & liniatur ex eo super tempora, & stringatur super ipsum. Filius Zachariæ. Si stomachus est cū causa, dāda est post mundificationē infusio coriandri, & psyllij cū zuccaro in matutinis, & assiduetur illud, quā cōfert si Deus voluerit. Idē caputpurgiū fiat ex lacte mulieris cum modico camphoræ, & si necessitas vocat, adde tantum opij, quantum est camphora, & destilla ex eis in aurē, & nasum quæ sequitur morbum: deinde stilla oleum violatum post horam cum lacte mulieris. Ex embrochis alijs super hęc eligenda ad istum locū, ea quæ congruāt: & quorum proprie præcessit rememoratio. Et ad hunc locum ex eis aliqua referantur, quæ diximus in soda calida.

De hemicraneæ frigida. Cap. 12.

Hermes. Linimentum ad hemicraneā frigidam chronicam. Rec. succi rutæ agrestis, succi asphodeli. ana vnc. iij. castorei, euphorbij, pyrethri. ana drac. vj. piperis, sinapis, staphidis agria, calamenti, zinziberis. ana drac. quatuor, croci, drac. iij. fiant ex eis trochisci, & cū necessitas vrget, ex eis dissoluatur vnus in aceto multæ fortitudinis, & liniatur super locū, & stringatur cū pila, est. n. efficax, & eo vtendū est, quando iam omnia non cōtulerint, quoniam est forte. Et quandoque cum lib. j. olei, & vini li. semis. & ceræ, vn. iij. bulliant omnia vsq; ad vini consumptionem. Deinde colentur, & fit inde vnguentū mirabile. Democritus. Medicinē magnū cōferens hemicraneæ difficili, & chronicæ, quæ difficulter separatur, & non est quod conferat sicut illud. Accipe ex emplastro sinapismo circiter libras ij. & commisce cum oleo squillæ, vnc. semis. costi, radicū capparis, euphorbij. ana drachm. iij. omnia trita cū aceto, aut vino odorifero quātū sufficit, aggregabis, & emplastra super locū, quoniam est vltimū. Hipp. Granorū lauri partem vnā, oliban partem semis. Misce omnia cū aqua post ipsorum triturationem, & linias super locū. Oribasius. Granorum lauri, foliorū rutæ, ana partē vnā, sinapis partē semis, aggregentur cū aqua, & administrētur. Alexander. Si est hemicraneæ cōmunitate stomachi, vomitus prouocādus est cū oxymelite, & pipere, aut oxymelite, & porris, aut oxymelite ex raphano nutrito cū elleboro nigro. Deinde post vomitū detur diacydoniū, aut cydonia cū pipere, & zinzibere, propinato tamen ante vomitū per tridū apozemate apij, hysopi, & dauci, & similium cum oxymelite. Idem. Caputpurgiū, quo frequenter vsus sum ad hemicraneam difficilem ex humore frigido. Rec. euphorbij, castorei. ana partes æquales. Fiant ex eis sic, & apud necessitatē fricetur cum vno eorum super cutem cū aqua calida, aut oleo costino, aut nardino, & destilletur ex eo in narem, & aurē, quæ ex parte doloris est, deinde balneetur: & cōsequenter adhuc ex medicamine destilletur, & hoc vicissim, cito enim hemicraneæ soluetur, si Deus voluerit. Alexander. Linimentum quo nullum maius ad diurnam, & difficilem hemicraneam inuenitur. Recip. euphorbij, vitreoli. ana drach. iij. myrrhæ puræ, trochiscorum croci, magnetis, croci, piperis albi. ana drach. iij. tere omnia, & confice cum aceto, sic conterendo contritione multa vsque dum fiat sicut mel. Et linies ex eorum totum tempus, & dimitte vsq; dum deficcetur, & iterum secūdo, & tertio inunge: deinde lauetur, & singulis diebus sine intermissione faciat vsque dum appareat sanitas, si Deus voluerit. Aliud eiusdem. Olei de fabina, lib. j. ceræ, vnc. iij. euphorbij, vn. j. Fiat ex eis vnguentū: & ex eo

eo mediam partem capitis inunge, & frontis, A
antequam lauetur in balneo, deinde lauetur, &
fiat hoc singulis diebus, quia sanabitur, si Deus
voluerit. Galen. Non est narcoticorum vsus in
vehementia administrationis ad ægri tudines
capitis propter passibilitatem cerebri. Sed in
vehementia necessitatis, quando dolor fit vehe-
mens, & amentē reddit, aut ad syncopim per-
ducit; conuertimus regimen ad administran-
dum ea cū timore, & cautela; post fractionem
tamen excellentiæ eorū, & melius est admini-
strari in emplastris quam in potibus, deinde in
caputpurgijs, & tu elige, quæ volueris ex eis,
quæ diximus.

De scotomia, & vertigine. Cap. 13.

CVra huius ægri tudinis sunt. v. res. Prima
abscondit materiā. Secunda conuertit re-
gimen ad membrum mandans, si est aliquod
mandans: & rectificat illud. Tertia conuertit
regimen in administratione cibi, & potus du-
centium ad æqualitatem. Quarta cōfortat ce-
rebrum, & caput totum, vt non recipiat, quod
mandatur. Quinta cōuertit vapores, & fumos
ad oppositum, & diuersum, & illud fit cū fri-
ctionibus extremitatum, & contritione dolo-
rosa, & ventosatione in eis, & spatulis; & om-
ni, quod attrahit ad diuersum, & cū clysterijs,
& suppositorijs, & similibus.

*De scotomia, & vertigine à materia calida
& sanguinea. Cap. 14.*

SI sanguis quidem in causa fuerit ex abun-
dantia eius in toto corpore, primo de basili-
ca minuimus, aut de vena media. Et postea si
necessitas vrget, cephalicam minuimus, hoc. n.
est præceptum Hippocratis, & si adhuc perse-
uerauerit ægri tudo, phlebotomabis venā non
pulsatili, quæ est post aurem, ex vna parte, vel
ambabus, si necesse fuerit. Scarificatio est car-
tilaginum auriā est multum cōferens, & com-
petit ei in hac specie ventosatio crurum. Si aut
sanguinis abūdātia in capite solo apparuerit,
de cephalica minuimus sola, & venis, quæ sunt
post aurem. Scarificatio etiam auris utilis est:
& appositio sanguifugarū in naribus: & appo-
sitio ventosarum in nucha, & spatulis, & collo.
Et quidem omni speciei eius confert hæmor-
rhoidū prouocatio, & in mulieribus mēstruo-
rum. Et sint cibi eorum sanguinis feruorem ex-
tinguentes, & congelati, & acetosi, & confert
eis administratio psyllij cōquassati cum aqua,
& zuccharo in matutinis omni die: aut infusio
coriandri, & confert oleum rosatum, & acetū
conquassata, & in frigidata in niue, & effusa su-
per caput: & olfactus eorum, & rosarum, &
sandalorum, & faufel, & omne regimen extin-
ctiuum.

*De scotomia, & vertigine cholericæ.
Cap. 15.*

CVratur cum medicinis, quas in soda cali-
da diximus: & cū decoctione myrobala-
norum, & infusione aloes, & alijs, & cum regi-
mine ciborum extinguentium, & cum vomitu,
& cum syrupo acetolo, si est à stomachi com-
munitate, & cum alijs, & cū clysteribus, & ta-
libus, & conferunt eis hiera, & collyria.

De phlegmatica scotomia. Cap. 16.

CVratur sicut soda phlegmatica cum pilu-
lis cochijs, & infusionib⁹ de hiera, & alijs,
& si est à stomacho, cum vomitu cū oxymeli-
te, & pipere, aut cū raphano, aut cum sinapi, &
cū clysteribus, & talibus, & confert ei hiera lo-
godion iuuamentum manifestum, & hiera Ar-
chigenis, & Theodoricon, vt hiera Galeni. Al-
bruabam. Confectio de stēchade, cuius iuuā-
mētum est sublime ad vertiginē, & cuius ma-
teria est phlegma, & cholera, cuius permistio
hæc est. Recip. hieræ picræ, drachm. x. agarici,
epithymi. ana drac. quatuor, myrobalanorum
chebulorum, indorum, emblicorum, bellirico-
rum, stēchados. ana drac. iij. salis indi, drac. ij.
Confice cum secaniabin, & sit dosis à drach. ij.
vsque ad iij. cum aqua calida in ieiunio.

*De vertigine melancholica, aut phlegmatica
ventosa. Cap. 17.*

Vertigo autē melancholica, aut phlegma-
tica, curatur sicut soda facta ab illis. Et
vertigines, quæ fiūt à permistionibus, similiter
& vertiginis, quæ fit à vapore fetido, curatio
est cum administratione redolentium calido-
rum, aut frigidorum, sicut necessitas inuitat.

De vigilia, & sabara. Cap. 18.

SI à materia est, curetur qualiscunq; sit, sicut
in speciebus sode diximus, & cum empla-
stris, & linimentis, embrochis, & caputpurgijs,
& alijs. Dioscorides. Terantur seminum papau-
eris vncie duę, aut ex corticibus, & seminibus
vn. j. & infundatur super ipsum aquæ fontium
lib. semis deinde post horas. vj. aut viij. mul-
geatur ex eis aqua, & ppinetur in sero cū zuc-
charo: & facit somnum soporis bonū, & quan-
doque semen papaueris, & cortex ponūtur in
forbitionibus, & conferunt. Haly. Suffumigiū
expertum ad somnum inducendum. Rec. corti-
cum papaueris recentium anni sui, dra. xx. tor-
tellarum de sceni, drach. octo, feminis anethi,
anisi. ana drach. vj. masti. drach. ij. puluerizen-
tur, & cribellentur per pannum de seta cruda:
& misceatur cum eis penidiarum quantum est
totum. Et sit dosis eius pueris à drachm. j. vs-
que ad ij. iuuenibus vero à drach. v. vsque ad
vij. est enim mirabile. Andromachus. Suffumi-
gium sedans vigiliās, & insomnietatem, & est
Mesue. Mm exper.

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

expertum. Accipe corticū papaueris recentiū E
 anni sui, dra. v. feminis lactucæ, anethi, grano-
 rum solatri, ana dra. ij. opij chirat. j. tere omnia
 sicut alcohol, & da ex eo a dr. ij. vsq; ad v. Ma-
 hemet. Confectio trochiscorū expertorum ad
 sahara cū febre, & acuitate, & sedat alienatio-
 nem, & febrē, & auferit itim vehementē. Rec.
 feminis lactucæ, portulacæ, papaueris, feminis
 cucurbitæ, citruli excorticati, ana drac. v. succi
 liquoritiæ, amyli, dragagathi, opij, ana dra. j. &
 semif. Terantur omnia sicut alcohol: & fac tro-
 chiscos cum mucilagine psyllij. Et sit dosis eius
 a drachmis duabus, vsq; ad quatuor, cum aqua
 frigida: & quando necessitas est maior, da cum
 aqua coriandri humidi, aut lactucæ, aut citruli,
 aut cucurbitæ, aut similiū. Iudæus. Trochisci
 similiter valentes. Rec. hyoscyami, lactucæ, fe-
 minis papaueris. ana fac trochiscos cum succo
 lactucæ, da dra. j. vel ij. cum aqua frigida. Dio-
 scorides. Opiū cum oleo suppone, somnū facit:
 & proprie suppositū eū licinio: sed est timoro-
 sum, & ppter hoc oportet preparari ita, quod
 possit extrahi quādo vis, antequā noceat, & si-
 militer ex papauere nigro. Democrius. Embro-
 cha cōferēs ad saharā, & dolorē capitis ex ea-
 dē causa. Recipit foliorū alzahanam, & capitis
 papaueris, & foliorū apij, & mēte, & feminis la-
 ctucæ, & hyoscyami, ana partes equales, decoq;
 in aqua vsq; ad cōsumptionē tertie ipsius, & ex
 ea fundatur super caput, & embrochetur cū ea,
 deinde ligetur caput, & cooperiatur pānis, ex-
 pertū est. Et si ex eisdem fiat emplastrum, con-
 fert mirabiliter. Isaac. Embrocha curās insom-
 niam, & saharā a causa frigida. Accipe
 florū chamæmeli, meliloti, anethi, corticū pa-
 paueris, seu malue, corticū radicum mādrago-
 re, sampsuchi, ana. Fac sicut diximus, & embro-
 chetur cū eo. Si a caliditate, & acuitate fuerit in
 somnietas, embrochetur caput cum aqua, vbi
 papauer, semē lactucæ, violæ, rosæ, nenufar, fo-
 lia salicū, hordeum excorticatū, hyoscyami se-
 men, & portulacæ cocta fuerint. Emplastrum
 cōferens saharæ, folia portulacæ, lactucæ, rasura
 cucurbitæ, lenticula aque, semperuiua aggregē-
 tur cū mucilagine psyllij, & oleo de mandrago-
 ra, & infrigidatum capiti superponatur, curat
 enim, si Deus voluerit. Filius Serapionis. Lini-
 mentū cōferens saharæ. Recipit trochiscorum
 croci, drac. vij. opij, dra. semif. cassiæ dra. iij. dif-
 foluantur in oleo mandragoræ, vel rosarum, &
 fiat linimentum ex eis, quia sanat, si Deus vo-
 luerit. Aliud nostrū. Accipe succi lactucæ, por-
 tulacæ, semperuiuæ, herbæ hyoscyami, solatri
 ana partes duas, farina fabarū, & hordei, ana
 partem semif. opij circiter partē sextā, olei mā-
 dragorati, & rosati, ana partes ij. mucilaginis
 psyllij partes tres, coquātur omnia simul vsq;
 dum fiant sicut pulmentū: & dimittantur infrig-
 idari, & postquā caput embrochatū fuerit, su-
 perponatur, expertum est. Filius Zazer. Oleum

somniferum mirabiliter expertum. Recipit o-
 pij drac. decem, feminis lactucarum, dra. octo,
 hyoscyami, & mandragoræ, ana dra. v. corticū
 papaueris, dra. xij. Terantur cōtitione grossā,
 & projice super eam aque expressionis mādra-
 goræ, aut coctionis eius, lib. j. aque decoctionis
 capitū papaueris libram vnā, olei sesami, lib.
 j. Coquātur in vase duplici vsq; ad cōsumptio-
 nē succorum, & ex eo frontem, & synceiput vte-
 ge, & si ex eo caput purgiū feceris, confert, & si-
 militer si ex eo in nares inieceris, est n. expertū.
 Ex caput purgijs plura in sōda dicta sunt. Et tu
 ex illis elige secundū, quod exigit dispositio. Et
 ex eis est illud, quod fit cū oleo mandragoræ,
 quādo destillatur ex eo in nasum cū emulsione
 lactis. Et similiter ex oleo nenufarind, & rosā-
 to, & violato: & quādoq; destillatur in aurem,
 & conferunt, & quādoq; additur eis opij sicut
 granū orobi, & quādoq; cū oleo de papauere,
 aut de lactuca. Gabriel. Caput purgiū conse-
 rens saharæ. Rec. opij, croci, corticū papaueris,
 cassiæ, ana fiant collyria, & dissoluantur in oleo
 rosato: & destilletur ex eis in nares, quoniam est
 expertū. Idē. caput purgiū si fuerit a causa fr-
 gida, fiat cū oleo de croco, & anethi, & chamæ-
 meli: & si oportet, cū modico opij, & croci cum
 eis. Gabriel. Suffumigiū cōferēs saharæ. Recipit
 rosarum, violarum, foliorū salicū, ana v. j.
 sandali macaziri, vnciam semif. florū nenufar-
 ris, drachmas tres, corticum papaueris, dra. vij.
 ponantur in ampulla vitrea, & impleatur de
 aqua rosata: & obturetur orificium eius, de-
 inde bulliat super cinere calido vsq; ad cōsum-
 ptionē tertie partis ipsius, post hoc deobturetur
 orificiū vasis, & patiens inde fumum recipiat:
 inducitur enim somnū. Aliud eiusdē satis effi-
 cax, florū chamæmeli, florū anethi, ana vnc.
 ij. meliloti, dra. vij. corticum mandragoræ, cas-
 siæ, squinanthi, ana drachmas iij. corticum pa-
 paueris, drachmas octo, ligni aloes boni, dr. ij.
 & semif. Fiat sicut diximus, est enim expertū.

De phrenesi. l. iij. Cap. 19.

H C Vra huius ægritudinis si iā impressit, causa
 est: si autem adhuc sit preparamentū, vt
 imprimat, sed adhuc nō impressit, curatur: sed
 nō apud negligētes, & stolidos. Et cura ipsius
 sunt quinque res. Prima subtrahit materiā, et
 abscondit eam. Secunda conuertit vaporosum
 eius ad diuersum, et oppositum. Tertia conuertit
 regimen ad confortandū caput: vt non reci-
 piat, quod ad ipsū transmittitur de vaporibus,
 et extinguat audaciā acuitatis eorū. Quarta cō-
 uertit regimen ad ea, per q̄ possit fieri tēperies, et
 ad equatio ex eis, quæ dicam. Quinta conuertit
 regimen ad sedationem accidentium. Tres au-
 tē ex eis sunt principales, et respiciunt causam,
 et sunt de necessitate cure, duæ autem posterio-
 res preparant, et adiuuāt, et vna ponit regimen
 in

in dicta, & alia sedat accidentia praua. Distin-
guendum autē est in his rebus hoc modo. Pri-
mam rem complent phlebotomia, vbi necessa-
ria fuerit, & medicamen solutionis, quādo op-
portunum fuerit: & administratio clysteriū le-
nium nō transgredientium lenitatis gradum,
vel modicū transgredientiū, vt nō fiat incitatio.
Secundam rem cōplent frictions extremita-
tum, & ligationes compressiue dolorosae in eis,
& effusiones aquae calidae in eis ante frictionē,
& post, & vtroq; posite in tibijs, & brachijs, &
scarificationes in auribus: & sanguifugae in na-
ribus: & sternutatoria, & gargarismata: & pro-
uocatio haemorrhoidum, & in muliere sangui-
nea, menstruorum. Tertiam rem cōplent lini-
mēta, & emplastra repercussiuā considerata, si-
cut diximus in sōda, & canone ibi distincta.
Quartam rem cōplent administratio potuum,
& ciborum sedatiū inflammationem, & aeris
puri tēperati, & domus exuta a formis, &
luciditate, in qua sternatur redolentia frigida,
& in qua sit fragor ramorum redolentium fri-
gidorum, cum tenui murmure fluentia aquarū
frigidarum, & omnis quies, & administratio
gaudij lenis, & sonitus organorū tenuis. Quin-
tam rem cōplent administratio medicinarum
somniaferarū, & sedatiuarum, & societas ami-
corum, qui prohibeant, & vincant agitationē
eius, & sint fideles in administratione eorum,
quae inducuntur ab artifice, & prudenter co-
erceant permissionem ipsius, aut saltem mul-
ceant.

De phrenesi sanguinea. Cap. 20.

In primis si nihil fuerit, quod prohibeat, phle-
botometur cephalica: & deinde phleboto-
ma venam frōtis, vel sanguifugas applica eis,
aut in naribus, & si est quod prohibeat, saltem
ex venis frontis, aut narium, sanguinis fiat ex-
tractio. Et scito, quod est utilis, & omni speciei
phrenesis confert haemorrhoidum prouocatio,
similiter aurium scarificatio.

De phrenesi cholericā. Cap. 21.

Phrenesis cholericā medicina solutiua in-
diget sicut est aqua fructuum, & syrupus
violatus, & rosatus, & diasiracost: & alia, quae
diximus in sōda. Linimenta in principio rei
utilia sunt ex oleo ros. & aceto cōquassatis, &
alia quae diximus, & emplastra, & caputpur. &
suffumigia, & tu elige ea in c. de sōda. Et si vi-
gilias patitur, affert ad locū hunc quae diximus
in sahara: & alienet omnino cibaria grossa, &
aquā frigidam da. Et scito, quod in sanguinea
indiget resolutione plus; & extinctione mi-
nus, & in cholericā, econtra. Hoc enim studio
sanabitur, si Deus voluerit.

De lethargia: & est ser sen frigidum.

Cap. 22.

Cura huius aegritudinis sunt quinque res,
quas nominabimus in phrenesi: sed aliter
atque aliter acceptae. Prima est occupari ad sub-

A tractationem materiei cū clysteribus fortibus,
& acutis, & cū vomitu, & interdum cū ventris
solutione: Secūda est cōuertere materiā ad op-
positū aut diuersum, & deriuare de parte ī par-
tem: & hoc quidem completur cum frictioni-
bus extremitatum, & cōpressionē dolorosa in
eis facta, & ligationis fortibus, & effusione aque
calidae in eis: & ventosatione sine scarificatio-
ne, quae procedat descendendo: sicut verbi gra-
tia incipiendo a nucha, & collo subdescenden-
do ad spatulas, & brachia, & crura, & est res ef-
ficax. Cōpletur et secūda res cum sternutato-
rijs, & gargarismatib⁹, & scarificatione aurium,
& prouocatione haemorrhoidū, & mēstruorū.
Tertia res cōuertit regimen ad hoc, vt repella-

B materia q̄ transmittitur ad caput, aut resoluatur
trāsmissa. Et cōpletur in principio rei cū medi-
cinis repercussiuis; sicut est oleum rosatū, pro-
prie conquassatum cum aceto, & completur in
processu rei cū repercussiuis in parte, & in par-
te resolutiuis: sicut qui recte oleo rosato, & a-
ceto misceri docuit castoreum cōquassatum cū
eis, & suppositū, & adhuc re multū proceden-
te, cum resolutiuis tantū, sicut loquemur post.

Quarta res est regimen in diæta, & alijs exte-
rioribus, & completur cibus, & potibus conue-
niētibus, sicut est aqua ciceris, & aqua hordei
cum barbis porrorum, & hyssopo, & rura, &
hydromelite, & allio cum pipere pauco si non
multum febrat. Et alienetur aqua frigida om-
nino: & completur etiam locando eos in domo
lucida plena imaginibus, in qua sit strepitus, &
tumultus loquentium, & astantium vehemens
cum inquietatione aegrorum; & prouocando
eos ad irā, & iurgia, vt nō profundetur in som-
num, exercendo coram eis sonitus, & strepitus
horribiles, & laboriosos. Quinta conuertit re-
gimen ad sedationem accidentium, quae sunt
subeth, & somnus grauis, & sōda quae non sen-
titur, & obliuio loquendi, & obliuio vrinandi,
egerendi, & aliorum, & hanc rem complet ad-
ministratio rerum vigilare facientium, & pro-
hibentium subeth, & sedantium sōdan, & re-
mouentium obliuionem, & incitando eos ad
loquendum, & vigilandū, & euellendo pilos

Deorum, & incitando eos ad vrinandum, & ege-
rendum: etiam si oportet, ad comprimendum
vesicam, & pectinem, ad hoc vt vrinēt. Hoc est
totum genus curae eorū, & hoc toto genere sa-
nabuntur, si Deus voluerit. Filius Zachariae.
Clystere conferens lethargiae phlegmaticae, &
obliuioni, & apoplexiae. R. colocynthidos in-
teriori drach. ij. & semil. cartami. vne. j. corticū
radicum capparis, seminis vnicæ. ana dra. iij.
calamēti, vn. j. coquatur omnia in lib. iij. aquae
vsq; dū redeat ad li. j. & semillem, & accipe hu-
ius expressionis li. semil. murinabati. vn. j. & cū
oleo fiat clystere, & iniiciatur. Filius Zachar.
Clystere cōferēs lethargie melācholicæ: & est
illa q̄ rarius aduenit: & si accidat, raro eradica-

Mesua.

Mm 2 tur.

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

tur, & apoplexiæ ab eadem causa. Rec. epithymi rubei vnc. j. colocynthidos interioris, dr. ij. polypodij, vnc. semil. calamenti Manip. j. coquantur sicut superius, & fiat clystere cū oleo chamæmeli. Gal. Clystere efficax, & sublime ad lithargiā, & apoplexiā, & paralytim. R. arthanitæ, & colocynthidos interioris. ana drac. j. & semil. carthami vnc. j. centaureæ minoris vnc. semil. ellebori albi, dr. j. & semil. hæscæ dr. viij. coquantur omnia sicut diximus, & clysteri zetur cū eo. Aliud nostrum, colocynthidos, dr. ij. centaureæ, vnc. semil. carthami, polypodij, ana vnc. j. hyssopi, hæscæ, radi. maluæ, ana Manip. j. mellis vnc. iij. vel iij. falis massæ vnc. semil. salgemmæ dra. quatuor. fiat sicut diximus. Est. n. vtile si Deus voluerit. Vomitus quoq; prouocandus est cum sinapi, & cum oxymelite, aut raphano, & cū oxymelite, & oleo, & sale, & aqua chrysolachanæ, aut siclæ: aut cum decoctione alfercieng, aut similium. Alexander. Si ventris solutio necessaria fuerit propter plenitudinē, & exhiberi illā fuerit possibile, da castorei, drachmæ vnius, tertias duas, & scammonæ coctæ præparatæ, vnciæ vnius, sextā, plus, vel minus sicut oportere videbis, & cum hydromelite dabis. Sed melior omni euacuatione est clystere. Sternutatoria, & gargarismata in capit. de soda frigida eligantur, & embrochæ similiter, & caputpurgia odora menta, sed ex odorabilibus in hac parte est neemen, & hæscæ: & proprie in processu rei, & castoreum, calamentum, & ruta, & fumus pilorum ignitorum cum castoreo, quoniam excitat eum, aut capillorum infirmi, quos prius euulsi euulsione dolorosa. Democritus, sinapismus congruit lethargiæ, cuius difficilis est resolutio. Sinapismus quidem est dictus in repositorio medicinarum vniuersalium. Archigenes. Acetum squilliticū conuassatū, cū oleo rosato in quo disruptū sit castoreū, confert lethargiæ, & euigilare facit: & quādoq; pro oleo rosato permutatio fit ad oleū irinū, aut oleū de narcisso: & quandoq; permiscetur cū eis, capilli hominis adusti cū aceto: & est mirabile. Alexander, Capilli hominis adusti, & triti multū cū aceto vsq; dū fiat totū sicut vnguentū, sunt medicina mirabilis ad lethargiā, & subeth: excitat. n. cito à sōni profunditate: & quādoq; miscetur eis castoreum. Alexander. Vapores à capite optime expelluntur, si in principio lethargiæ, & subeth, ex oleo, & aceto conuassatis diu caput liniatur. Sed postquam circumteneri incipiunt, admisceri oportet castoreum, aut fœniculum, algul, aut pulegium, aut calamentum, aut hæscæ, & similia, aut neemen, & calamentum, aut omnia, aut singula. Emplastrum ex arte nostra, conferens lethargiæ, & subeth, & vigilare faciens. Recipit pyrethri, sinapis, squillæ ana vn. j. castorei, euphorbij, ana vncias quinq;. Misce omnia cum succo asphodeli, & succo sampsu-

chi: & epithemetur ex eis puppis cerebri. Andromachus. Accipe squillam, & tere, & calidā super locum quantū ex ea oportet, puppi capitis applica, postquā cum oleo rosato, & aceto, & castoreo conuassatis locum inunxeris. Archigenes. Linimentum resoluens lethargiam, & subeth. Accipe olei de been, olei nardini, & costini, ana partem vnā, castorei quartam partem vnius: euphorbij, tantundem: & pyrethri similiter, squillæ partem vnā, & semissem. fiat ex omnibus linimentū, & epithemetur cū co: Galenus. Si diuturna efficitur passio, castoreū à granis tribus, vsq; ad quinque, cum oxymelite bibere dandum est, satis à me expertum. Et similiter theriaca data, & mithridatum, confert, aut diamulchus, & similia. Philagrius. Stimulātia corpus sunt de genere materiam diuertere facientium, & operantur plusquam frictio extremitatum, & cōpressio dolorosa, & sunt proprie quando linimenta, & confrictiones fiunt cum rebus acutis, sicut est acetum squilliticū proprie, & squilla, & sinapis cū aceto, & vrtica, & semen eius, & pyrethru, & semen almezeon, & folia eius. Ex istis enim cum fricantur extrema, materia ad diuersum trahitur, & subeth impeditur, vt nō profundetur in ipsū: si gloriosus Deus voluerit.

De diminutione memoria. Cap. 23.

IN primis mundificatio fiat capitis, & corporis totius si est à materia phlegmatica: postquam digesseris eam. Et euacuatione in principio rei cum medicinis operantibus cū facilitate, sicut est hiera cōfortata cū pulpa colocynthidos, & castoreo, & alijs, quæ nominauimus in soda: & gradatim procedemus ad maiora, sicut sunt hieræ magnæ, Theodoricon, & nuces muschatæ, & alia, quæ diximus: & collige ex eis emplastra, & caputpurgia, & alia. Et afferas etiā ad hanc partē, quæ diximus in lethargia. Mahemet Araf. Linimentū conferens lethargiæ, & obliuioni, & cōgelationi. Rec. olei sambucini, vn. j. olei de been, vncias duas, euphorbij, vnc. j. castorei drach. semil. fiat linimentū, & vngatur cū eis locus memoriæ: quoniam confert. Filius Zezar. Zinziber conditum reparat memoriā, & proprie sumptum quolibet mane: & quandoque confortatur cū olibano, & pipere, & est efficacius, & quandoque confortatur cū anacardis, & proprie si admistæ sint zinziberis cōditi vnc. iij. mellis anacardi, vnc. j. & semil, & sit dosis. vnc. j. Filius Girges. medicamen eiusdē reparatiuū memoriæ, & cōseruatiuū eius. Accipe acori (in alio hueg) nutriti lib. semil. piperis longi. vnc. j. partes ij. cymini. vnc. v. misceantur oīa simul, & admistretur, & sit dosis eius à drach. duabus, vsq; ad quinque. Haly. Medicamen expertum conseruans memoriā, & conferens senibus. Recipit mellis anacardi partes duas: olibani, cyperi acori, ana partes ij. piperis, macropiperis, ana partem

partem vnā, chebulorum indorum, ana partes duas, cymini partes. iij. mellis quātum sufficit. Dosis eius est dra. ij. Medicamen nostrum expertum, ad destructionē memorię, reparans, & conseruans eam. Rec. mellis, myrobalanorū chebulorum lib. j. piperis longi vn. iij. & semisem. teratur piper, & misceatur cū melle, & chebulis: & aromatizetur cū gallę muscharę, vn. tribus, muschi boni dra. semis. & sumatur ex eo omni mane in ieiunio à drachmis tribus, vsque ad v. est enim nobile expertū. Et quandoque miscuimus cum eis olibani masculi vnc. j. & est bonum. Et quandoque datur prædictum medicamen sine olibano, postquam de glutuerit ex olibano, cicera tria, & est melius, & proprie sumptum cum aqua hyssopi, & olibani, aut vino permisto. Filius Zacharię. Confectio anacardina bona, conferēs obliuioni, & caniciei ante horā, & morpheę, & baaras. Rec. myrobalanorū indorum, emblicorum, belliricorum. ana vnc. iij. piperis, macropiperis, olibani, zinziberis, hyssopi ficcę, acori, spicę, cyperi (& in alijs pro acoro hueg.) ana vn. v. mellis anacardi, vncias sex, mellis quantum sufficit. Dosis, à drachma vna, vsque ad duas, expertum verax. Confectio anacardina, quam diximus in antidotario, excellens est in confortatione sensum, & memorię, & facit eam recuperare deperditam.

De melancholia, & mania. Cap. 24.

Diximus in soda intentionē Galeni in curatione ægritudinum melancholicarum, esse in tribus rebus. Prima res est, regimen circa adæquationē curę eius, & digestionem ipsius. Secunda res est sollicitudo circa euacuationē eius. Tertia res est, regimen confortatiuū cordis cōplectens omne regimen dilatans animam, & faciens in ea mineram gaudij. Primā autem rem, duo tangunt regimina. Primū regimen, est regimen humectatiuum, & impinguatiuum, quod in tota curę protelatione extendendum est: præterquā, quod faciat cadere in oppilationes, & completur hoc regimen cū balneis, & embrochis humectantibus ante cibum: & effusione aquę calidę super caput: & humectatione aeris habitaculi eius: & frictionibus, & vnctionibus tenerū facientibus corpus: & cū cibis, & potibus humectatiuis humores laudabiles generantibus: & omni quod impinguat, & humectat ex cibis, & potibus, & medicinis: & quiete, & somno. Et sit studiū in omnibus his supra studiū securi di regiminis, quod nunc narro. Secundum regimen est regimen resolutiuū faciens resolutionem cum mediocritate, & proprie eius, quod habitatū est ex præcedenti regimine, vt fiat illud. Et hæc duo regimina oportet, quod sibi inuicē semper succedāt, vt cadat digestio æqualiter in materiā, quoniā est cura vera. Secundam rem cōplectentia cōsiderabilia in euacuatione materię attē-

Adenda. Primū est, vt non semel, & laboriosam, & subitā faciamus euacuationem: sed per intervalla, habentem temperiem, vt natura euacuatiuū regulet, non euacuatium naturā, hoc .n. est præceptū Hippocratis, subita .n. & violenta euacuatio vix à natura regulatur, & eius operatio est sicut impetus flāmę, quę subito in subtile agit, & debile, & prætergreditur grossū, opus vero moderati caloris est equaliter in vtraque parte elixabilis, seu affabilis agere. Secundū considerabile est, vt euacuatiuū sit cōmensuratū, non excedens mediocritatē: sed sit extensio eleuationis eius non recedēs, aut modicū recedens à gradu medicinarū incolumiū, quas te scire fecimus. Tertiū est, vt nō expolietur solutiua à rebus lenificatiuis, & humectantibus. Hoc .n. est, quod operationē beatificat. Amplius aut rei huius secūde regimen pficitur cū administratione phlebotomę, & subtractio ne sanguinis vbi oportet, & medicinę euacuativę, & enematū, & collyriorū conuenientium primo leniū, deinde acriū, & interdū vomitus, quādo proprie passio est stomachica, aut in stomacho fuerit aliquid, quod ad ægritudinē addat: aut cū cibus fuerit corruptus in stomachis eorū. Tertiā rem cōplet administratio rerum scđm omne genus generantiū eis gaudium, & lætitiā, siue cibaliū, siue medicinalium, seu potabiliū: & adhuc ex rebus, quę audiuntur, & videntur, & odorātur, & quocumq; modo sentiri possunt: & administratione aeris temperati, & aspectu formarū multi decoris, & ornatus, & negotiatione iucunda, & blandimentis, & suggestionibus, & promissionibus rerum, de quibus dolent deperditis, & aspectu ludorum distrahentium intentionē eorum à re, de qua dolent, & omne, quod ad rem gaudij pertinet.

Curamania, & melancholia sanguinea.

Cap. 25.

Si sanguis exuberat in toto, & venę plenę sunt, euacua ex vena nigra, & post istam ex basilica, & hoc in melancholia. In mania vero, fac è contra, scilicet incipe à basilica; post ipsam, si oportet, ex vena nigra; & post ipsas phlebotoma de saphenis: & si adhuc oportet, fac ex vena, quę currit ad pollicē pedis, si videris in ea plenitudinē, & maxime in occultatione menstruorum: trahit enim ea phlebotomia hæc, & si adhuc hæc non contuleriat, ex vena frontis facies, aut sanguifugas in ea, & naribus applicabis, quoniā omni permissioni confert, & est administranda in hac ægritudine semper phlebotomia larga: vt nō egrediatur subtile, & remaneat grossum, Et si sanguinis peccatum in capite solo fuerit, phlebotoma ex cephalica: & cōsidera q̄ duarum partium capitis sit grauior: & tunc ex eadem cephalica phlebotoma. Et si fuerit sanguinis abūdātia propter oppilationē

Mesua.

Mm 3 quæ

MESVE DE ÆGRI CAPITIS

que est i hepate, aut splene, phlebotoma ex saluatella dextera, aut sinistra. Et si fuerit in vtroque nunc ex hac, nunc ex illa phlebotoma. Adhuc aut te scire fecimus, quod hemorrhoidum provocatio, & menstruorum, omni eorum speciei confert, & similiter apertio varicium: & similiter apertio plenitudinis venarum pedum, in fine rei. Sabor Rex Medorum. Syrupus conferens manie, & melancholie ex aduisione cholerae citrinae. Rec. succi buglossae domesticae, sylvestris. ana lib. ij. succi pomorum dulcium redolentium, lib. 3. folliculorum fenae, vnc. iij. croci, drac. duas, zucchari tabarzet libras iij. fit autem sic. Sene projiciatur in succis per diem, & noctem post contritionem eius. deinde bulliat ebullitione vna, aut ij. deinde cum zuccharo fiat syrupus. Crocus autem confricetur in panno in eius decoctione. da vnc. ij. vel tres, cum aqua buglossae, & quandoque apud necessitatem, cum aqua casei. Gal. Accipe folliculorum fenae lib. j. & submerge ipsum in cado musti albi: & dimittatur per menses sex, & propinetur cum aqua buglossae omni mane in ieiunio: confert enim manie, & melancholie mirabiliter: & mundificat cerebrum, & sensus, & generat gaudium. Et si decoquatur fenae in iure gallorum, & gallinarum, aut carni, aut piscium, aut ouorum, confert similiter. Filius Zesar. Infusio epithymi conferens manie, & melancholie ab aduisione cholerae citrinae. Recip. epithymi Cretenis, vncias tres, florum buglossae domesticae, aut sylvestris, vnc. j. salis indi, vnc. j. & semissem. pone in scutella lapidea: & projice super eam aquam casei sumptam ex capris vncias duodecim, & dimitte die ac nocte sub aere limpido, deinde ebulliat ebullitione vna, coletur, & projiciatur super ipsum cathartici rosati, vn. semis. & est dosis, vn. j. vel dua. Infusio alia: Rec. fenae, vnc. duas, pruna. xl. aquae casei quantum sufficit. Tryphera de epithymo, quae administratur inter euacuationem, & euacuationem in diebus, quando non administratur euacuatione, facit etiam reuiuere, & generat gaudium. Cuius permistio. Recipit myrobalanorum chebulorum, emblicorum, belliricorum, & indorum, ana partes aequales, epithymi sublimis partes duas, hierae picrae partem semissem, confice cum melle emblicorum, aut chebulorum, & da omni die sicut diximus, a drach. duabus, vsq; ad quatuor. Gabriel. Pilulae de lapide armeno, quae mundificant caput ab humore melancholico: & conferunt egritudinibus, quarum materia est melancholica, sicut mania proprie, & melancholia, & tristitia sine causa, quarum permistio. Recipit polypodij, epithymi. ana dr. quinque, lapidis armeni loti secundum artem, dra. duas, & semissem, myrobalanorum chebulorum, indorum, ana drachmas duas, stochados, drachmas decem, salis indi, colocynthidos interioris, ana drachmas quatuor, emblicorum, belliricorum, haec, ellebori nigri, ana drachmas tres, hierae picrae, turbiti. ana vn. j. & semis. confice cum oxymelite,

& da dr. j. vel ij. cum aqua casei. Filius Zachariae. Modus confectiois conferens melancholiam, & timori. Recipit myrobalanorum nigrorum, dra. viginti, harmel, polypodij, scebram, id est ozymi maioris, marrabij albi. ana dra. v. epithymi, drac. xv. stochados, drac. decem, agarici, ellebori nigri, alfelengemisch. ana drac. v. garyophyllorum. dra. ij. melissae, drac. tres, corticum citri buglossae. ana drac. iij. nucis mulchatae, galliae mulchatae. ana dr. j. confice cum melle passulla: cum melle emblicorum, dosis a drach. ij. vsq; ad ij. Filius Zachariae. Modus electarij latificationis, & generantis gaudium, & reuiuere facientis, & coloris pulchritudinem, & odoris bonitatem in toto corpore operatus, & digestionis bonitatem, & retardatis canos, cuius permistio haec est. Rec. rosarum, drac. ij. cyperi, drac. ij. & semis. garyophyllorum, masticis, ligni aloes, spicis, atari. ana dr. j. & semis. cinnamomi, & croci, mellissae, alfelengemisch, margaritarum, foliorum indorum, macis, cardamomi, heyl, nucis mulchatae, corticum citri, galliae moschat, zedoariae doronici, ozymi maioris. ana dra. j. muschi boni, dra. vnus, quarta. Confice cum melle belliricorum, & melle emblicorum, quod sit quadruplum specierum, sumatur sicut tryphera, & est magis conueniens in hyeme. Alia adhuc ad maniam, & melancholiam conuenientia eligi possunt ex his quae tradita sunt in Grabadin maiori, & in capit. de soda ex his quae educunt materiam earum, & ex eis quae confortant cor quae requirantur ibi, & afferantur ad locum hunc. Embroche autem conuenientes eligantur, in quibus studium humectandi sit vincens supra studium calefaciendi, aut infrigidandi. Et nos plura ex his diximus, & tradidit Gal. decoctionem capiti herodorum, & pedum iuuenum castratorum cum lacte nuper mulsio, & butyro crudo esse embrocha mirabilem ad humectandum, & leniendum ea, in quibus humectationem quaerimus, & est necesse, ut in die quinquies ex ea caput liniatur, & embrochetur. Alcasi. Mulgeatur super caput lac, & oleum de cucurbita, aut oleum de lactuca, aut de papauere cum oleo chamemelino, & iuuatur eis multum, & humectat cum temperie. Embrocha conferens eis, & faciens somnum. Accipe, papaueris, & chamemille, & seminum lactuce, ana partes aequales, coquantur in aqua sufficiens vsq; ad consumptionem medietatis eius, & embrochetur cum ea. Vomitiua congrua in tribus casibus, paulo ante diximus esse, & fiat in primis cum lenioribus, sicut proprie cum oxymelite, & aqua raphanida, aut cum oxymelite, & raphano, aut cum raphano, quae est nutritus cum elleboro nigro, aut cum expressione raphani sic nutriti, aut cum aqua decoctionis mabrahamich, & redi post illud ad confortationem stomachi cum eis, quae dicimus: immo sit studium tuum post curam cordis, ut verificet in eo digestio. Et si accidat, ut corrumpatur in eo cibus tam cito, vomitu expellatur, nihil enim est eis deterius, quam corrupta digestio.

digestio, cibus supra cibū indigestum, & somnus supra cibum corruptum, & balneū, quāmo sustinere cibum corruptum est eis res nociva. Gal. vitent acuta, & similiter vrinā prouocantia, quoniā quod subtile est in materia, excluditur: remanet in residuo grossum eius, prouocum fieri essentia lapidis simile. Gal. in melancholia splenica, aut myrachia, sollicitudo attendenda est circa splenem, & myrach, & sit quadruplex sollicitudo. Prima, qua mundificetur corruptum eorum. Et secunda, vt prohibeātur vapores corruptionū venire ad caput, & proprie cū ventosis, & emplastris rubificantibus super locum, & fortasse cum cauterijs, & cum eis, quę detrahunt ad diuersum, & oppositum, sicut sunt clysteria, & prouocatio hæmorrhoidū, & menstruorum, & phlebotomia saphenę, & venę pollicis, & positio vëtosarum in tibijs, & pedibus. Tertia est, vt confortetur, & rectificetur splen, & myrach, vt materię nō corrumpatur in ipsis, imo digeratur omne corruptum, & fiat minera materię laudabilis. Quarta est, vt confortetur cerebrum, & non recipat superflua, sicut sæpe diximus.

De epilepsia. Cap. 26.

CVra huius agritudinis sunt sex res. Prima ponit regimen in vita. Secunda æquat, & coaptat materiā. Tertia abscindit eam. Quarta ponit regimen in conuersione residui eius ad partes diuersas, & oppositas. Quinta rectificat membrum mādans, si est aliquod mandans, & rectificat cerebrum. Sexta corrigit accidentia. Primam autem rem complent administrationes regiminum in sex generibus rerum nō naturalium, de quibus est aer, qui est tēperandus eis, nec calidus sit, nec frigidus, sed sit ad siccitatem decliuor, & confert interdum de regione in regionem mutare aerem, et aliquando consuetum, si sub eo morbus accidit, in eis enim sæpe dissuetus morbum permutat, & in quibusdam, si dissuetus addat ad morbū, reuertit ad consuetum, permutat, & tu cōplexionem egri, & aerem cōsidera, & reuelabitur, fugiendus aer, aut non fugiendus sit. Cibus aut cōmensurandus in qualitate, & quantitate est, & in proprietate, & alijs. Cibus pueris sit lac rectificatum in bonitate diætę lactantis, & bonitate dispositionis eius, vt nec pinguis, nec tenuis, nec iracūda, nec pigra, nec multum laborās, nec multum quiescens, viuida vultu, bonorum morū, non luxurians, cuius operationes naturales sunt verę, & proprie digestio. Ex alijs sit proprie cibus boni nutrimenti, & laudabilis chymi non vaporosi, aut corrupti, & sit cib. habens mediocritatē cū declinatione sua ad siccitatem modicam, & sit facilis ad digerendū non grauans naturam, & neque sumatur ex eo vsque ad repletionē, neque supra repletionem, neque supra cibum indigestum, at vero satietatem nauseatiuam vita in quantum possibile est, adhuc autem elige ex ci-

bis sū proprietatem. Inquit. n. Dioscorides, rura cōfert epilepticis, apium vero eā excitat, & fortasse endiua conceditur, & anethum, & coriandrum. Et prohibentur fructus oēs, nisi quidā styptici super cibū, vt prohibeant ascentum vaporum, & confortent stomachum, & prohibetur caules, & porri, & pisces quidē sunt molesti eis: hœdinæ vero carnes, & pullinæ gallinarum, bonæ; & capreolorum, & leporū iuuenum, & quę hoc cursu procedunt. Potus autem eorum utilis est vinū multę permissuonis, nec nimis antiquū, nec nimis nouum, clarum, subtile, odoriferū, stypticitatis partem habens, dulce vero, & grossum malū; & similiter et purū, si sit elegans, hydromel quoque est potus eis elegantius, q̄ vinum, vitent aut super repletionē potum qualicūque sit, & quā digestio fieri incipit: & potum omnem immoderatum, & potū aquę, & potū vaporosum, sicut est vinū de dactylis, & similia; tamē aut oēm, & repletionem fugiant. Moderatum quoque ieiuniū cōfert, & melius in hoc casu moderate inantiū, q̄ repletum. Vitent coitum, fortassis coitus apud eos, qui vltime abstinēt, si moderatus sit, sanat. Somnus autē, & vigilię supra rōnem nocent, & supra satietatē somnus nocet, & supra nauseam, cōfert vero apud principium digestionis cibi, sed moderatus, somnus apud ieiuniū, & vacuitatē nocet. Exercitium, & quies supra rōnem, nocent, moderatum vero vtrumque cōfert, & proprie scđm legē, nam moderatum exercitiū ieiunio confert, nocet qualecumque sit post cibū, quies vero ē contrario iuuat, & nocet. Omne autem quod dilatat animam, & confortat, confert. Angustia autem, & tristitia nocent, & dolor, & sollicitudo laboriosa nocent. Secundā autem rem cōplent, quę materiā proprietate, & virtute adaptāt, vt eius facilis fiat expulsio, qualia sūt squilla, & acetū eius, & oxymeli ipsius, & decoctio, & syrupus hysopi, aut alhaſce, aut stęchados, aut acori, aut origani, & similia. Tertiā autem rem cōplent euacuationes decentes, quarū rememorabimur, & clysteria, & suppositoria lenia, & acuta. Et in sanguinea phlebotomia saphenę, & prouocatio hæmorrhoidum, & menstruorum, & emissio spermatis, si à retētionē eius fiat, expulsio vermiū, si fiat propter illos. Quartam rem cōplent gargarismata, & sternutatoria, & pprie vomitus, & commasticationes multiplicates saliuam, & sputū, & fricationes, & ligatura in extremitatibus: & vëtosationes in eis, & emplastra rubificantia, & proprie super membrum mandans, si est mēbrum mandans. Quintam rem complet rectificatio stomachi, si est à stomacho, aut matricis, aut intestinorum, aut membri alterius, sicut diximus, & dicemus, & in oibus his rectificatio cerebri debet esse intentio prima, sicut iā diximus. Sextam rem complent administrationes medicinarum, quę cum proprietate retardant paro-

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

paroxysmum, aut mitigāt, aut cito ipsum cessare faciūt, aut prohibēt aduentum eius omnino, aut occulāt, sicut dicemus post. Et aliquando phlegmatica febris, & proprie longa resoluit: digerit enim, & cōsumit materiam eius, & quandoque apud resolutionem eius apparet in partib. capitis saphati, aut albaras, & significat salutē. Apozema hyslopi conferens epilepsiaē propriū mirabiliter. Accipe hyslopi sicce, lib. j. passularum enucleatarum, vn. ij. coquantur in lib. iij. aquaē pluuialis vsq; dum sit medietas eius consumpta, & da oī mane cum oxymelite squillitico, bonū, & expertum. Et qñque additur in apozemate hafce, & qñque epithimum, & est efficacius, & qñq; fit inde syrupus mellinus conferens eis, si Deus voluerit. Res autem, quas sēper in potib. sumere oportet, sunt pæonia, & semē eius, & pyrethrū, & fiseleos, & aristol. rotunda. Et hæc quidē danda ante purgationē, & post cum hydromelite, aut apozemate hyslopi, aut aliquo talium. Ioānitius. Confectio hierē diacolceyntidos sup expectatur fiducia iuuamentorum multorum ad ægritudines omnes capitis, & cerebri, & neruorū, difficilis eradicationis, sicut est soda proprie, & hemiranea, & epilepsia, & paralytis, & tortura, vertigo, & tenebrositas visus. Cuius pmistio. R. hieræ pict. in qua aloes fuerit duplum specierum, vn. vj. trochiscorū alādahal. vn. iij. turbith, vnc. ij. squillæ assatæ, agarici, stœchados, ana vn. ij. & sem. scāmoneē Antiochenē coctæ in pomo, aur. ij. ellebori nigri, salis gēme, bdellij, ana aur. iij. Bdelliū resoluatur in vino permisto, cæteræ autem res terātur, & cribellētur, & fiant trochisci bdellio dissoluto, & siccentur in umbra, & iterum terantur, & cribellentur, & confice cum melle passularum conterendo vsque dum fiat sicut pasta. fac pilulas, & fit dosis à dr. j. vsque ad ij. Mahemet Arafī. Confectio medicaminis, quod oī die datur ad epilepsiam, & vertiginem, & præparat materiā, cuius permistio. Rec. stœchados, dr. j. agarici, dr. ij. & sem. fiseleos, dr. iij. violarum siccarum, dr. sem. cōfice cum Kesmes. Et da omni die in modum duarū, aut trium nucum cum oxymelite squillitico. Idem cōfectio alia mirab. ad epilepsiam, propria, & experta. R. pyrethri, fiseleos, stœchados, ana dr. x. agarici, dr. sem. cordumeni, hafce, aristol. rotundæ, asphodeli, liquiritiæ, carpobalsami, pœonia. ana dr. iij. & accipe expressionis squillæ, & mellis partes equales, de quibus coctis ad spissitudinem quantum sufficiat ad aggregandum ea, accipe, & deinde reconde in vase vitreo: dosis à dr. ij. vsque ad iij. est. n. medicamen vltimum. Filius Serapionis. Pilulæ ad epilepsiaē ex phlegmate, expertæ. Accipe fiseleos, aristol. rotundæ, castorei, salis indi. ana dr. iij. radicem pœoniæ, trochiscorum de squilla. an. dr. x. polypodij, dr. vij. agarici, dr. xij. colocynthidos, dr. xj. (in alio v.) turbith, dra. xv.

E myrobalanorum nigrorum, bellericorum, emblicorum. an. dr. iij. lapidis lazuli, vn. xij. myrobalanorum citrinorum, ellebori nigri, chamæpityos, chamædyos. ana dr. viij. cōfice cum secaniabin squillitico: dosis à dr. j. vsque ad ij. & sem. Filius Serapionis. Pilulæ ad epilepsiaē melācholicam fideles, & morpheam nigram, & ægritudinem melācholicam. R. hieræ picræ dr. v. epithymi, dr. x. lapidis lazuli loti, dr. vij. scammonæ, colocynthidos, ellebori nigri, spicæ, ana dr. ij. cōfice cum aqua mellis, da cum aqua epithymi, & passularum. Alexander. Pilulæ, quibus nullæ fortiores ad epilepsiaē, & arthriticā, & podagrā. R. aloes, colocynthidos, scammonæ, bdellij, ellebori nigri, corticum gummi, ana partem. i. euphorbij. baurach, ana partem sem. confice cum succo caulium: dosis à dr. j. vsque ad ij. oribasius. Medicamen bonum, quod sumitur omni die, cōfert epilepsiaē, & vertigini. Rec. baccarum lauri, piperis albi, fiseleos, pyrethri. ana dra. iij. radicem pœoniæ, aristolochiæ rotundæ, ana dr. ij. castorei, trochiscorum de squilla. an. dr. j. cōfice cum oxymelite squillitico, & da cū eodem oxymelite die qualibet. Clystere cōferens mirabiliter. Accipe alhafce, hyslopi, absinthij, ana vn. sem. pulpæ colocynthidos, dr. ij. centaureæ, drach. iij. carthami, dr. xij. olei de Kerua, dra. v. clystere fiat cum eis. Sternutatoria autem, caputpurgia, & gargarismata, & masticationes eligant in capite soda. Ruta autem, & castoreum separatim, aut cōiunctum odorata cōferunt mirabiliter, & similiter gummi rutæ agrestis confert, facit. n. cito reuiuiscere, & excitat sepultum à vehementia paroxysmi. Alexāder. Ex hyslopo, pullegio, & origano cum caricarum quātitate sufficenti pastillos facies, quos commastices, quia phlegma deponunt, & cerebrum mundificant. Adhuc autē pyrethrum cum mastiches, & cæteræ quantitate sufficienti commistum, & commasticatum, phlegma cum virtute deponit, & mundificat cerebrum mirabiliter. Gal. Pœonia secundū oēm modū administrationis eius est medicina magna ad epilepsiam: radix scilicet, & semē eius. Et enim si ex ea diebus singulis à dr. ij. vsque ad iij. propinetur cum aqua mulis, & hyslopi, aut cum oxymelite cōfert mirabiliter. Et similiter si fiat ex ea caputpurgium, aut gargarismata cum oxymelite, & suffletur ex ea in nasum, confert. Et si continue puluis eius odoratur, confert. Expertum est suspensionem eius in collo esse iuuamen sublime, & etiā sumptam in cibis, & potibus. Et fit suffumigatio ex semine eius, & est mirabile, sumpta Et cū melle rosato diebus singulis, sanat, si Deus voluerit. Hippocrates dixit, & multi post ipsum, & nos etiam experti sumus, pyrethrum esse medicinam fidelem ad epilepsiam, & proprie cōditum eius, & electarium factum ex eo, & melle, & trochiscos factos ex eo sumptos cum hydrom-

dromelite, & caputpurgium ex eo, conditum autem eius fit sicut zingiber conditum, expertum, bonum. Confectio de pyrethro conferens epilepsie, & torturae, paralyti, & agridinibus neruorū frigidis. Recipit lecacul lib. j. & pyrethri humidi, aut humectati, dr. vj. mellis dispartati. lib. v. pinearū purgatarum, lib. j. & s. condies cum zingiberis, & pyrethri. ana vnc. j. garyophyllorū, nucis matcatae, cubebae. ana dra. iij. cinnamomi, drach. v. & in alio pyrethri, & huc, aut zingiberis, aut humidorum, aut humectatorum, ana dra. iij. expertum, bonū, & alij addūt muschi, dr. j. Gal. post corporis, & capitis mundificationē, theriacā, aut mithridatū dabis diebus, quibus a purgatione interpollas, & proprie auellanas duas de altero eorū, & proprie in sero, aut in mane, sicut videris experire. Danda est etiā confectio de musco, dulcis, & amara: & theriaca diatesarō, & cōf. ctio Cēsaris, & hiera Hermetis, & Theodoticon cū nucibus muschatis. Filius Serapionis. Confectio masticatorij faciens fluere per sputum humores mirabiliter, & mundificans cap. Recipit pyrethri, dr. j. sinapis, dra. j. & s. staphidis agridi dra. iij. salis ammoniaci, dr. s. cū mastiches, & ceræ partibus conuenientibus misce, & formas sicut auellanarum, & ex eis iugiter masticentur in ieiunio, cōferunt enim, si Deus voluerit. Gal. Odoretur ruta omni hora, & sit caputpurgia cū ea, & confert epilepsia. Et similiter auricula muris bibita, & caputpurgium ex ea factum, ruta agrestis similiter experta est, & similiter gummi eius. Democritus. Suffumigatur epilepticus cum asa, & administratur odor eius, & excitat epilepticū, & administrata omni hora præsertim eū ab epilepsia, si Deus voluerit. Eodē modo confert galliæ muschatae administratione, & similiter gummi eius, & ēt bibita. Alexāder. Vesica apri cum tota vrina excicetur in furno, & dabis ex ea ad fabae mensurā diebus singulis in mane cū oxymelite, expertū est. Et dixit se vsque ad tertiam diem quendā vidisse curatum. Dioscorides. Leporis coagulum si bibatur, cōfert epilepsia. Et similiter asinum hepar assatum, & comestum in ieiunio. Detegunt epilepsiam hepar caprinum comestum, & suffumigatio ex galbano, & similiter ex vngulis caprae, & apium secundum omnem modum administrationis eius, & fungi, & suffumigatio ex myrrha, & positio eius in naris, aut ex cornu caprino, & hepar caprinū, & hircinum comestum, aut odoratum.

De apoplexia. Cap. 27.

CVra huius agridinibus proxima est curae epilepsiae, praeterquam quod oportet, vt omne genus curae administraretur illico, dilatio enim ducit ad mortem festinam, cum sit etiam ipse morbus per se parum recipiens curam, sicut Hipp. dixit. Veruntamen, vt non appareat ex parte operantis defectus, conaberis a princi-

Apio materiam subtrahere, quantum possibilitas exigit. Et si quidem sanguinem esse videris vtriusque partis, phlebotoma cephalicā illico simul cum emissionem multi sanguinis, si res patitur. Et consequenter crura, & pedes ventosari facias, & trahe in quantum potes ad oppositam partem cum omnibus generibus attractionū, & etiam cum clysteribus acutis, & sternutatorijs, & suffumigationibus, & alijs. Si autem plegmatica fuerit materia, subtrahe etiam in quantum potes, sicut hic diximus. Et ex hoc require in capitulo de soda, & de epilepsia, & de eo, quod dicemus in paralyti, si Deus voluerit.

S V M M A I I I I.

De agridinibus neruorum. Cap. 1.



Agridines neruorum, aut sunt a complexionē pura, & alteratione solū, & indigēt confortatione post illud. Aut sunt complexionales cum materia, & indigēt alteratione, & mundificatione, & demū confortatione. Aut sunt a solutione, cōtinuitatis eorum: & dicemus curam eorū in loco suo. Aut contritiō eorum, & dicemus ibi. Et cōplexionales quidem neruorum agridines a frigiditate sunt fm plurimū, & deinde ab humiditate: a caliditate vero, & siccitate nō saepe, licet quāque accidant: & quidem verificatū est, quod febris superinuens curat neruorum, & iuncturarum agridines, quarū radix est frigiditas, aut humiditas, digerit. n. & subtiliat materiā, & consumit. Dioscorides. Zinia scdm omnem modum administrationis eius malam neruorum complexiōnem alterat, eos confortat, & iuncturarum doloribus similiter, & proprie comesta cū vitellis ouorū, & salua, & ponitur in decoctione hydromelitis, & cōfert mirabiliter. Emplastra quoque cū melle, & farina hordei, confert doloribus eorum. Hydromel conferēs oibus agridinibus neruorum frigidis, & humidis. Accipe ex zinia lib. s. foliorum saluiae, & lelengi. ana vnc. vj. stēchados, vn. iij. bulliant in lib. aquae vj. vsque ad li. iij. & cola, & cum mellis lib. s. permisce, & projice super ea piperis, garyophyllorum, spicae. ana dr. j. & s. zingiberis, cinnamomi. ana dr. v. Dimitte a sero vsque mane, deinde cola colatorium. Et sit dosis eius in ieiunio, lib. s. cū aqua calida. Embrocha conferens agridinibus neruorū frigidis, quae administranda est super caput, & locum originis neruorum, et super locum passionis. Rec. florum chamomillae lib. s. ziniam, florum saluiae, silymbrij, et sampuchi, et stēchados, et lelengi. ana vnc. iij. Decoquatur in lib. iij. aquae vsque ad ij. et fiat embrocha cum eis sicut diximus, et cataplasmetur ex fece, est enim expertum, si Deus voluerit. Iudaeus. Syrupus

Syrupus 17

syrupus

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

rypus de stēchade est medicina mirabilis cōfe-
 rens oībus ægritudinibus neruorū frigidis, &
 confortans eos, cuius permixtio. Recip. florum
 stēchados vnc. iiii. halce, ziniā ana vnc. j. pi-
 peris, pyrethri ana dr. iiii. passularum sine inte-
 rioribus vn. j. coquantur in lib. iiii. aque vsque
 ad ij. cum mellis li. j. sapæ li. s. fiat syrpus: do-
 sis eius est ab vn. j. vsque ad ij. cum aqua alki-
 lil. Confectio conditi ad ægritudines neruorū
 frigidas mirabilis. R. secacul, pinearum mun-
 datarum, radicū acori ana lib. j. & s. & sint
 secacul, & acorus elixata, & expressa, & misce
 cum eis præter pineas, mellis despumati lib. x.
 & decoque lento igne vsque dum spissitudinē
 acquirat, deinde deponatur ab igne, & pijcian-
 tur super ipsum pineas, & miscantur ad inuicē.
 Post hoc pulueriza super ea piperis vn. j. pipe-
 ris longi, garyophyllorū, zingibe. macis ana
 dr. iiii. nucis muschatę, galangę, cardamomi
 ana drac. iij. Dosis eius est vnc. j. mane, & sero.
 Decoctio cōferēs mirabiliter ad oēs ægritudi-
 nes neruorū, & dolores eorū. Accipe ziniā re-
 centis, & hūmidę, & proprie fucci eius lib. s. &
 permisce cum eo mellis vn. & semis. & olei de
 Kerua, aut olei de tribus piperibus dictis in an-
 tidotario aur. ij. picrę au. ij. aut minus, aut plus
 scđm quod oportet, & da in potu, dr. x. vsq; ad
 xx. Si aut ipsa herba humida inueniri nō pote-
 rit, accipe ex sicca circiter, lib. s. decoque in lib.
 j. aquæ vsque ad lib. s. & fac sicut diximus. Ex
 oleis aut, & vnguētis, & emplastris, & alijs cō-
 uenientibus ad permutationē malitię cōple-
 xionis neruorū in maiori Grabadin plura scri-
 psimus, quę ibi requirantur, & de plurimis et lo-
 quemur in capitulis proprijs, & ex purgātibus
 et materias eorum multa illic scripsimus, quę
 requirantur ibi, in præteritis capitulis plura scri-
 psimus, & proprie in sōda, & epilepsia, & verti-
 gine, & scribemus et in capitulis, q̄ sequentur.
 Gal. Theriaca, & myrthidatū administrantur
 ad omnes ægritudines neruorum frigidas cum
 aqua decoctionis vnus manipuli ziniā, &
 anisi, & foliorū rutę, & saluie, & cōferunt in oī
 tēpore ægritudinis, & in principio quidē ante
 purgationem, quia digerunt, & subtiliant ma-
 teriam, & permutant malitiam complexionis
 frigidę, & conferunt post purgationē, quia re-
 siduū materię resoluunt. Adhuc autē habent
 proprietatē, vt neruis iuuamentū afferant ma-
 nifestum, & cōfortent eos. Et sit dosis à quarta
 dr. j. vsq; ad dr. j. diebus singul. Gal. Habet ad
 huc de proprietate ægritudinibus neruorū cō-
 ferre proprie administratio castorei omni die
 Kirat. j. cū eo, quod cōuenit ei ex potibus. Hu-
 ius etiā intentionis est assa foetida proprie mi-
 rabiliter inuncta. f. & bibita omni die. Simili-
 ter oleū de narcissio, & oleum de iride cū glu-
 tino albotin, & similiter oleū de been, & oleum
 de alcanna, & oleum de ruta. Piper quoque est
 ad neruorum ægritudines frigidas medicina

Olea stūeni-
entia.

E sublimis, & oleū de piperibus, & familia. Oleū
 vero de euphorbio iuuamē est mirabile, & si-
 militer oleum de croco, & oleum philosopho-
 rum, est. n. expertum verax. Humain. Modus
 pilularum de euphorbio conferentiū ad mol-
 lificationem, & frigiditatē neruorū, & ad hu-
 mores crudos, qui descēdunt ad eos, vel qui se-
 pulsi sunt, quarū permixtio. Rec. euphorbij, co-
 locynthidos, agaiici, & serapini, bdellij ana dr.
 iiii. aloes, dr. v. j. mastiches, dr. ij. cōfice cum ex-
 pressionē ziniā, aut porrorū, sunt. n. expertę,
 dosis à dr. j. vsque ad dr. ij. & semis. Gal. Cōfe-
 ctio pilularum fetidarum maiorū expertorum
 iuuamentorum ad ægritudines omnes neruo-
 rum, quę sunt à materia grossa viscosa difficilis
 eradicationis, & ad dolores iuncturarum, qui
 sunt ab eadē causa, & ad omnes dolores totius
 corporis, qui eandem habent materiā, simili-
 ter ad vertiginē, & ad epilepsiam, & ad hēmi-
 craneā difficilem, & sōdam, morpheam, & al-
 baras, & lepram. R. aloes, turbit. ana dr. v. se-
 rapini, ammoniaci, opopanacis, bdellij, femi-
 nis harmel, myrobalanorū, colocynthidos in-
 terioris, ana dr. iiii. scammonę, dr. ij. thapsiæ in-
 dę, hermodactyli, scebrā ana dr. ij. castor. aga-
 rici, euphorbij ana dr. j. cinnamomi, croci, car-
 damomi, spicę ana dra. s. gummi infundantur
 in aqua porri, & fac ex eis pilulas, dosis à dra. j.
 vsque ad ij. Pilulę fetidę maiores, quę sunt in
 potestate maiorum, quarum permixtio. R. se-
 rapini, ammoniaci, opopanacis, bdellij, aloes,
 ana dr. iij. castorei, armel ana dr. iij. colocynthi-
 dos, dr. vij. turbit, dr. x. cōfice sicut alias. Filius
 Zacharię Araf. Pilulę foetidę maiores, quę
 conferunt ægritudinibus omnibus neruorum,
 sicut est paralytis, & tortura, & spasmus hūmi-
 dus, & dolor iuncturarum, & solutione educūt
 humorē grossum viscosum, à locis difficilis era-
 dicationis eius, quarū permixtio. Rec. hierę pi-
 crę dr. x. pulpę colocynthidos dr. v. j. cętaurę
 minoris, meizarcham ana dr. v. euphorbij dra.
 ij. & sem. scebram, castorei, zingiberis, assę fe-
 tidę serapini, opopanacis, seraragi Indi, sina-
 pis, piperis ana dr. j. gummi dissoluantur in a-
 qua rutę, & fac pilulas cum cæteris, dosis à dr.
 ij. vsque iij. Pilulę fetidę minoris ex inuentio-
 ne nostra, & eiusdem, & sunt in intētionē ma-
 iorū, & cōferunt tremori mirabiliter proprie
 quarum permixtio. R. hierę picrę, dr. v. pyre-
 thri, castorei, casia ana dra. iij. serapini, pulpę
 colocynthidos ana dr. iiii. dosis à dra. ii. vsque
 iii. & expertum. Filius Zacharię Araf. Confe-
 ctio anacardina, quę est medicina sublimis ad
 omnes ægritudines neruorum frigidas, aut hu-
 midas, sicut paralytis, et spasmus ab humidita-
 te, aut à frigiditate, et tortura, et tremor, et stu-
 por, statim enim sanat. Accipe zingiberis, co-
 sti, pyrethri, nigellę, piperis, macropiperis, hu-
 eg ana dr. x. myrrhę, foliorum rutę, assę, ge-
 tianę, aristolochię, baccharum lauri, castorei,
 thapsiæ,

Tribus
diebus
ad
rem
mores

thapsia, sinapis. ana drac. v. mellis anacardi, drach. v. & tertiam. Inuoluantur omnia cum oleo nucum, & confice cum melle apum, da ex eo in modū grani lauri. Inquit Mahemet, hæc medicina est bonitatis magne ad egritudines, quas diximus in omnibus egritudinibus frigidis, & inflamat corpus statim, & adducit febrem bonam spalmo humido, & fricatur cum ea lingua, & confert grauedini eius, & fit emplastrum ex ea super membrum stupidum, & frigidum, aut fricatur cum ea, & confert proprie mirabiliter, & facit sudare, quapropter oportet, vt cooperiatur sumens eam vt iudet, sanatur enim si Deus voluerit. Hamech filius Zear. Oleum quod administratur in potu ad egritudines neruorum, quæ fiunt à phlegmate, & humore viscoso, administratur cum aliquo, quod conuenit ex potibus. Rec. colocynthidos, drach. x. aloes, drac. v. turbith albi, drach. iij. squilla, drach. iij. gentiana, psyllij, sampfuchi, zinziam, ana drach. iij. & s. amomi, spica, xylobalsami, gariophyllorū, cinnamomi, piperis, macropiperis, aristolochiæ longæ, & rotundæ, castiæ, polij, squinanthi, petroselinij, polypodij, anisi, epithymi. ana dra. ij. & s. serapini, liquiritiæ, hyocyami, zingiberis. ana drac. ij. Contere omnia contritione grossa, & funde super ea aquæ fontium lib. iij. olei antiqui sextan. vnius, coquantur lento igne vsque ad aquæ cōsumptionem. Hamec. Oleum de sigia confert egritudinibus neruorum phlegmaticis. Cuius hæc est permistio. Rec. sigiæ, castorei, praiij. ana vnc. j. piperis, zingiberis, squinanthi, castiæ. ana dra. v. cyperi, costi, carpobalsami, xylobals. ellebori nigri, ammoniaci, spicæ, serapini, aristolochiæ longæ, & rotundæ. ana dr. iij. olei sicini drac. v. aquæ lib. iij. coquæ sicut hic proxime diximus. Oleum aliud de sigia valens similiter. Olei sicini lib. ij. castorei lib. iij. coque in duplici vase. Eligimus autem ex antidotario vnguenta, & emplastra, & olea, de quibus est hylopi cerorum, & vnguentum de bdellio, & vnguentū Phylagrios, & cerotum diapente, & cerotum Alexandri, & cerotū Andromachi, & emplastrum filij Zachariæ. Ioannitius. Læsiō cadens in neruis posterioribus iuuamen suscipit à sternutatorijs, & caputpurgijs, propterea, quod à locis originum neruorum diuersio fit ad locū emunctorij communis, & purgatur per ipsum. Læsiōis aut cadenti in neruos faciei, sternutatoria, & caputpurgia prohibenda sunt in principio, fortasse enim conferant in sine rei. Gargarismata autem sunt his, & illis vtilia, & proprie post mundificationem communem: nisi materias ad pectus rheumatizare timueris, & pulmonem, sunt enim tunc suspecta, sicut alibi diximus. Etiam quædam ex his, quæ præcesserunt caputpurgia, & sternutatoria multa colligere potes ad hæc vtilia & gargarismata.

A **I**N cura huius egritudinis regimen duplex est. Est. n. regimen quoddam commune, & quoddam proprium. Cōmune autem regimen nunc partem morbi tangit, nunc proprietatē, interdum vero diatā. Et primum quidem cōpletur cū administratione omnis studij ad capitis partem posteriorem, & nucham, & illud ideo quā cadit in plurimum hæc infirmitas in neruos motiuos, & eorum ortus est à posteriori cerebro, & nucha. Et hoc quidem studium etiā in quibusdam alijs neruorū egritudinibus administrari debere commune est, sicut est spasmus proprie, tremor, & stupor, & tortura. Secundum vero cōpletur cum administratione medicinarum proprietate, & virtute conferentiū, & confortantiū eos, sicut hic in proximo capite, quod est ante istud, diximus. Tertium autē completur cū paucitate cibi, & potus, & omni regimine exiccatiū, & sicut est ex cibis, & potibus, & condimentis eorum proprietatē habentibus, vt neruis conferant, sicut sunt granapini proprie, & cerebrum leporis, & hæc, & organū, & hyssopus, & piper, & zingiber, & pyrethru, & ius serpentis cum proprietate, & species salis cōditi, & ius gallorum antiquorū in doctrinam Galeni, & hydromel recipiens sampfuchum, hæc, saluiam, & similia. Et confert eis administratio capparidis: & tali alphefere in primis cum eleuantur à terra, frixi cum speciebus: & hueg conditum. Vinum autē vitare oportet, facit enim penetrare ad neruos materias, quæ forsitan non penetrarent. Et scito, quod vinū inimicū est neruis, & oculis per se. Ipsi enim abusus est causa morbi ipsorum. Vitentur et aquam, & potum supra cibum, & somnum supra cibū, & sit parcitas in potu scdm omnem modum, & sit porus exiccatiū, & abstinere supra sitim, & famem est cura prima. Regimē autem proprium cadit in quatuor res. Prima est adæquatio materiei, secunda est abscissio eius, et diuersum, quarta corrigit accidentia. Prima autem res cōpletur cum administratione rerum morbi materiam carminantium, et maturantiū, de quibus hic paulo ante locuti sumus, et tu require in illo. Secunda autem res cōpletur administratione proprium euacuantū, sicut hiera diacolocynthidos, et pilulæ foetidæ, et hiera Hermetis, et alia quæ supra diximus. Inquit Gal. egritudines neruorū, et iuncturarū non nisi forti agente rectificantur. Veruntamen de meliori operatione est nō properare ad vsum fortium principio, ne subito tollatur virtus, aut resoluatur. Vomitus autē, et euacuatio per clysteria, et proprie acuta sūt ex bonis euacuationibus, et fiat vomitus proprie cū expressione raphani, cū oxymelite, aut cum expressione raphani in quo sit virtus ellebori nigri. aut vomit⁹ sit post cibaria acuta. Et oportet vt inter

cū.

Tert.

Discumtum.

inter

MESVE DE ÆGRI CAPITIS

inter euacuationē, & euacuationē interueniat
 tēpus, in quo operari oportet regimē cōfortati-
 uū. Et tunc quidem administrentur theriace, &
 mithridatum, & confectio de mūlcho dulcis, &
 amara, & similia. Et quidē in hac hora anacar-
 dinum, quod diximus, est eis mirabilis medici-
 na, & hac quidē vicissitudine regimen istud cō-
 pletur, & cito sanitati restituitur, si Deus volue-
 rit. Tertia autē res cōpletur cum gargarismati-
 bus, & cum masticationib⁹, & caputpurgijs, &
 sternuatorijs, de quibus pluries fecimus mēti-
 onem. Quartam autē rem cōplent vñctiōnes, &
 emplastra, & fricationes, & balneū, & alia de
 quibus loquemur iam, si Deus voluerit. Et dictū
 est febrem superuenientē ægritudinibus neruo-
 rum humidis esse curam bonā. Filius Serapio-
 nis. Decoctio cōferens cum virtute Dei ad pa-
 ralytim, & mollificationem, & spasmū, & do-
 lores neruorū. Rec. radicū apij, fœniculi. ana
 dr. x. squinanthi, dr. vj. semi. fœniculi, anisi, pe-
 troselini, sifeleos, costi, centaureę minoris, pyre-
 thri, zingiberis, ziniam, cordumēni. ana dr. iij.
 femif. rutæ, setaragi indi. ana dr. iij. stœchados,
 belliricorū, emblicorū. ana dr. vij. decoquā-
 tur in vij. lib. aquę vsque ad li. j. & da oī die cū
 oleo de Kerua, aut oleo de piperibus, aut oleo
 de costo diebus xxj. & sit proprie decoctionis
 dosis ab vn. j. vsque ad ij. & sint olei à dr. ij. vs-
 que ad iij. sanat. n. si Deus voluerit. Clystere cō-
 ferens paralyti, solutione educens humorē cru-
 dum, & viscosum, quod administrandū est ho-
 ra, post horā, & proprie, qñ sit interpellatio ab
 alijs euacuationib⁹. R. siclæ, furfuris. ana lib. s.
 meliloti, anethi, radicū maluarū mundata-
 rum, chamæmillæ. ana vnc. iij. ficus siccas xv.
 numero, fenugraci, cartami. ana vn. j. & s. pul-
 pæ colocynthidos, Keruæ mundatæ. ana dr. ij.
 centaureę vnc. iij. bulliant in lib. iij. aquę vs-
 que ad lib. j. & s. Ex huius aqua li. s. & oleo an-
 tiquo, & almuri, & melle, clystere fit bonū, &
 efficax, si Deus voluerit. Filius Zachariæ. Oleū
 cōferens paralyti, & torturæ proprie mirabili-
 ter. R. costi vnc. j. euphorbij, piperis. ana vnc. j.
 tertiam, castorei vnc. s. olei de cheiri lib. s. aut
 olei costi, aut olei de narcisso, in duplici vase co-
 que, & vtere. Archigenes Cerotum conferens
 mollificationi, & spasmō, expertum, bonum.
 Rec. euphorbij, piperis, hyssopi humidæ, am-
 moniaci, croci, olibani, balsami, castorei, gluti-
 nis alimbac, opopanacis. ana dra. iij. styracis,
 dr. ij. cerę citrinę lib. s. olei antiqui lib. iij. Terā-
 tur sicca, gummi vero dissoluantur in vino, &
 misceātur, & fiat ex eis vnguentū, & vngatur
 super membrum, in quo est læsio, sanat enim, si
 Deus voluerit. Aliud valens proprie mirabili-
 ter. Rec. myrrhę, opopanacis, vñe, fauinæ, zi-
 niam, amygdalarū amararū, castorei, gum-
 mi, rutę agrestis, thuris. an. dr. ij. femin. agni ca-
 sti, pyrethri, galbani, euphorbij. ana dr. j. hierę,
 gummi pini. ana dr. vij. olei cucumeris asinini,

& olei laurini, & olei de gallis quātum sufficit.
 Linatur ex eo super membrum. Gargarisma-
 ta fiant ex eis, quę dicimus. Aliud bonum gar-
 garisma fiet cū hiera Archigenis, & oxymeli-
 te. Eligantur vero ex commasticabilibus con-
 ueniētia. Et ex eis fiant formæ sicut nuces sta-
 phide agris, & mastiche, deponūt. n. phlegma
 plurimum. Aliud valens similiter. Accipe sina-
 pis, pyrethri, staphidis agris, ana. Fiant formæ
 sicut diximus cū mastiche, administrentur. Sal-
 solutiuus, cuius iuuamentum est magnū ad pa-
 ralytim, & torturā, & ægritudines neruorum
 frigidas. Accipe piperis, origani, hasee, sinapis,
 zingiberis, pyrethri, hyssopi, semi. apij, ani. fe-
 niculi, tolij gariophyllorū, huę, macis, petro-
 selini, nasturtij, scāmoneæ, agarici, turbiti. ana
 dr. j. & s. salis gemmę ad pondus omnium, terantur,
 & cribellētur, & administrentur ex eis vbi
 oportet, & etiā supra cibaria, & qñque quadru-
 plicatur i eo huę: & est vigorosius. Caputpur-
 gia, & sternutoria sunt ad hanc ægritudinē
 vehementis virtutis, purgant. n. cerebrum, &
 conuertunt à parte ægritudinis ad emunctoriū
 cōmune. Eligātur caputpurgia ex eis, quę di-
 ximus, & dicemus. Filius Zachariæ. Modus ca-
 putpurgij cōferentis proprie mirabiliter ad pa-
 ralytim, & torturā, & dolorem capitis, & ægri-
 tudines cerebri phlegmaticas. R. castorei dra-
 j. condisi, piperis, cyclaminis, & gilbenech, pul-
 pæ colocynthidos, baurach rubei, euphorbij,
 fellis bouini exiccari. ana dr. iij. fiant ex eis col-
 liria, & deinde fiant caputpurgia cum eis, cum
 auricula muris, aut cū aqua sapsuchi. Gal. qui-
 dē iā dixit administrationē theriacæ, & mithri-
 dati ante purgationē, & post, conferre: sicut in
 e. qđ est ante istud, diximus. Anacardini quō-
 que iuuamētum est ad hoc, in hac causa mira-
 bile, quod diximus, & plura et illic scripsimus,
 quę et huc afferantur. Qñque et datur ex opo-
 panace quātitas cicerum triū cum hydromel-
 le, & cōfert. Iuuamētū quoq; huę conditi di-
 ximus esse mirabile ad ægritudines neruorum
 oēs pprietate sua, & similiter grana pini, pipe-
 ra autem sua oēm modū administrationis co-
 rum conferunt mirabiliter, & similiter alia fe-
 tida bibita proprie, & linita diebus singulis, &
 iā quidē diximus iuuamentum castorei magni-
 ficari sui omnem modum administrationis e-
 ius, & similiter vsus capparidis. Hermes. Magni-
 ficatur iuuamētū vulpis ad paralytim, & ægri-
 tudines neruorum alias, & proprie embrocha-
 tio facta ex aqua decoctionis ipsius: & proprie
 vsque dum dissoluantur membra eius in ea, &
 magnificatur etiam oleum decoctionis ipsius,
 & nos scripsimus illud in Grabadin medicina-
 rum vniuersaliū. Ioannitius. Pilulę de opopa-
 nace sūt medicina sublimis ad ægritudines ner-
 uorū: & exiccant ab eis humiditates viscosas,
 & mucilaginosas, & cōferunt paralyti, tortu-
 ræ, spasmō humido, & dolori iuncturarum, &
 dorfi

doti, & genuum, quarū permistio est hęc. Rec. aloes, dr. x. trochisci alandahal. dr. vj. & s. opopanacis, serapini, ammoniaci, bdellij, hermodactylorū, an. dr. v. harmel, succi cucumeris asinini, an. dr. ij. & s. piperis, macropiperis, zingiberis, thapsiæ, myrobalanorū, citrinorū, belliacorum, emblicorum, myrrhæ, croci, euphorbij, castorei, ana dr. j. scammonæ, dr. j. & semil. agarici, dr. iij. turbith, dr. vij. gummi infūdatur in aqua caulium, aut porrorum, ceteræ aut res infundantur in expressione ziniam, deinde misce oīa simul, postquam in speciebus exiccata fuerit expressio ziniam tribus vicibus, fiant pilulæ, & sit dosis earum a dr. j. vsq; ad dr. ij. sunt .n. mirabilis virtutis, seu iuuamēti, si Deus voluerit. Ioannitius. Vnctiones, & emplastra rubificantia, qñ exhiberi oportet, in loco originis neruorum, quibus accidit passio, applicanda sunt, vel saltem in parte, & latere ortus eorum, & ex vnctionibus ibidem administrandis est oleum nardium, & costinum confortata cum castoreo, euphorbio, pipere, & pyrethro. Ex emplastris quidem est radix lilij, ipsa enim est iuuamenti magni proprie administrata fricando, & comprimendo super locū, & vngendo: & si misceatur cum ea grana alrahec, magnificatur operatio. Mahemet Arafī. Modus linimenti conferentis paralyfi mirabiliter. R. ceræ citrinæ, vnc. ij. olei de narcisso, & olei de lilio, ana dr. v. myrrhæ, opopanacis, ana vn. j. castorei, dr. vj. euphorbij, dr. iij. Fiat ex eis emplastrum, & liniatur in latere altero. Ioannitius. In fine quidem rei conferunt stuphæ, & balnea sine aquis, & frictiones in eis cum sale solutiuo, quem diximus, aut cum castoreo, & aniso, & pauco, aut cum ziniam siccata: aut cum vrtica acuta. Et conferūt etiam aquæ thermarum post frictionem in balneo sicco; & abstinētia cibi, & potus supra balneum, & regimen exiccatiuum, quantum possibile fuerit. Sanabitur enim, si Deus voluerit.

De tortura. Cap. 3.

Tortura quædam est a spasmo, & cōtrahit superius, quædam a paralyfi, & mollificatione, & relaxat ad inferius. Et illius cura est cura spasmi, quā dicemus. Et huius cura est, vt cura paralyfis, quam diximus, præterquā quod oportet caputpurgia, & gargarismata ante purgationem vitari, cum fiat post mundificationē cura vera. Verum gargarismata cūctis medicinis præponenda sunt caputpurgijs: cū sit vtraque cura vera. Et sit studium præcipue primū in administratione medicaminum, & emplastrorum, & linimentorum, & medicinarum rubificantium in spondylibus ceruicis. Deinde deueniendum est ad mandibulam, & ad partes faciei: & hoc est studiū fm. Ad caureria aut approximandum est, qñ iam omnia non cōtulisse experieris. Et hoc erit studiū vltimū. Primum aut studiū perficitur cum administra-

tionē emplastrorum, & linimentorum in spondylibus ceruicis, vnde nerui faciei ortū habet, & musculi: & eis, quæ diximus in cap. quod est ante istud, & ex eis, quæ dicemus. Sū autē studium perficitur nūc cum rebus extra, nunc cū rebus intus. Res aut, quæ extra administranda sunt, sunt linimenta, & emplastrationes, & embrochariones, & euaporationes, & abluiones, & calefactoria, & ex eis, quas diximus, & dicemus. Res vero, quæ intra sunt administranda, sunt quædam cōmasticabilia, sicut formæ factæ ex hueg, & nuce muschata, & alijs, quæ dicemus, & sicut cōmasticatio nucis muschata, & retentio eius in ore ex parte passionis continua, integræ, aut commasticatæ; & retentio castorei ex parte passionis, & sub lingua. Et administratio frictionis in parte interiori mandibulæ, cum anacardina, aut theriaca, aut mithridato, & exhibitio diamuschi dulcis, & amari, & frictio gingiuarū cū sale solutiuo, quem diximus, aut cū sale, & nuce muschata, & hueg, & eorum partes æquales: aut cum anacardino, & nuce muschata, & alijs. Tertiū autem studium perficitur administratione ventosarū super ceruicem, & appositione medicaminis rubificatiui, & cauterizatione facta post aurē ex parte cegritudinis, & post istā si non contulerit, & cauteria duo fiant in spondylibus, vnum hinc, & aliud inde, qñque sunt duo hinc, & duo inde fm distantiam spondylium, & qñque tria, qñ sanant, si Deus voluerit. Sabor filius Girges. Cōfectio medicaminis expti ad torturā, quod masticatur, & expellit phlegma plurimum, & confert proprietate: & rectificat malitiam neruorum: & sanat cū celeritate, cuius permistio. Rec. nucis muschate, pirethri, hueg recētis, thuris ana partes æquales, cōfice cum chesmes, & fiāt formæ sicut nuce: & cōmasticentur ex parte læsa: & teneantur diu in ea, & fricet cū ea paties digitis suis partes mādibulæ, & gingiuas, & dentes partis infirmæ. Si autē fortius masticabile facere volueris, misce cū prædictis, anacardi partem j. & est mirabile. Filius Zacharię. Accipe nucem muschatam integrā non habentem contaminationem, aut marciditatem: & lini super eam ex anacardino, quod diximus, & teneat patiens in ore in parte læsa per horas ij. vel iij. deinde commasticet eam, & teneat cōmasticatum eius in parte illa, & hoc faciat bis in die, qñ sanat, si Deus voluerit. Filius Serapionis. Cōfectio caputpurgij ad paralyfim, & torturam experta. Rec. pyrethri, condisi, olei dri exiccati supra fumum, ana drach. ij. origani, carui, aristolochiæ longæ, ana drach. semisem carpobalsami drach. j. terantur, & puluerizentur, & suffletur ex eis in nasū. Aiud eiusdem mirabile. Rec. castorei, pulpæ colocynthidos, piperis albi, & cōdisi, ana, fac pilulas cum aqua lampschii, deinde fac caputpurgijū ex eis cum succo auriculæ muris, verax, & expertū.

Mesua.

Na

Gabriel.

MESVE DE ÆGRI OCVLORVM

Gabriel. Caputpurgium ad torturam bonum. R. castorei, condisi, nigellæ infusæ in aceto, & exiccate ana, distempera cum succo cucumeris asinini, deinde dimitte ficcari: & iterum distempera cum expressione arthanitæ: iterum dimitte ficcari, & iterum distempera cum succo auriculæ muris, & fac similiter. Ultimo vero distempera cum succo sampfuchi, & fac sic: & frica ex eo super cutem cum succo auriculæ muris, aut sampfuchi, & destilla in nasum, & sugatur vehementer, est enim expertum gloriolum. Democritus. Caputpurgium sanans cum celeritate. Accipe opopanacem, vltima contritione teratur cū oleo cucumeris asinini, & expressione auriculæ muris, vsque dum fiat sicut mel curtes, & cōseruetur in vase vitreo, deinde distemperetur modicum ex eo cū succo sampfuchi, & destilletur in nares, sanat. n. celeriter, & est expertum. Aliud. Fel perdicis, aut gruis cū aqua auriculæ muris, aut sampfuchi distillatū in nares sanat celeriter, & est expertū. Gargarismata fiant cū aliqua ex hieris magnis, & aceto squillitico, & aqua decoctionis hāsce, & origani, & expertū bonū. Filius Serapionis. Gargarisma bonum. R. sinapis, staphidis agricæ, zingibe, pyrethri, macropiperis, decoque in aqua, & cum hiera fiat gargarisma. Aliud. Rec. calamentum cāpestre, hāsce, fac ex eis similiter. Euaporatorium. Rec. chamæmeli, ziniam, foliorū saluiæ, lelendi, stēchados, sampfuchi. ana lib. s. decoque in aqua, & euaporetur ex ea locus: & deinde abluatur, & post hoc, emplastrū fiat ex fēce calida, est enim expertum. Hermes præcipit euaporatorium fieri, quo posteriores vsi sunt, & inuentum est esse iuuamenti sublimis: & proprie qñ euaporatur eo pars capitis posterior, & collū, spondylia, & ceruix, & mādibula, & tempora, & frons: deinde lauatur ex eo cōprimendo, & fit emplastrū ex fēce. Et modus operationis eius est: Accipe ziniā, lelendi, hāsce, calamenthi, stēchados, foliorum saluiæ. ana vn. ij. aceti albi boni duplum pōderis omnium: decoq; vsq; ad medium eius: deinde vaporētur ea loca sicut diximus, & emplastrētur. Inquit Hermes. Profundatur virtus euaporatorij huius, & submergitur in profundū corporis, & incidit, & resoluit humores grossos, & viscosos, & nos ēt experti sumus illud, & inuenimus mirabile, & pprie ad torturā, & paralyfim, & spasmū. Filius Serapionis. Euaporatoriū conferens torturæ, & paralyfi. Accipe origani, hāsce, stēchados, pyrethri, foliorum lauri, sinapis, chamæmeli, meliloti, sampfuchi, marmacur, marrubij, ana, decoquatur in aqua, & euaporetur locus, est. n. expertū: deinde inūgatur locus oleo costino, aut oleo balsami, aut oleo de beē, euaporatio autem facta, & similiter ablutio faciei ex aceto, & aqua decoctionis sinapis, est mirabilis. Ex vnguētis autē, & oleis, & linimētis elige in his, q̄ præcesserunt capitulis, & afferan-

etur ad locum hūc, & ex alijs similiter, & medicinæ quidē rubificantes dictæ sunt: & ex eis est sinapismum, & vnguentum altarahel dictum in antidotario.

De spasmis. Cap. 4.

Spasmus alius fit à pūctura. Inquit Gal. pūcturam nerui, & chordarum sequitur spasmus, & proprie cū nō respirat pūctura. Efficitur. n. venenosum rheumatizatū eius, aut putridum: & venenosum quidem pp cōtinuitatem rapitur ad cerebrū, & facit epilepsiā, aut spasmum, putridum vero apostema in loco pūcturæ generat: quare pūcturā aperiri præcipit: imo scindi, & apponi attractiuū subtilis substantiæ, vt rheumatizationis fiat expurgatio, & resolutio, hoc aut in loco suo trademus sufficiens, si Deus voluerit. Et si sit spasmus ab humiditate, cura eius est, cura paralyfis, & pprie cū euacuationib⁹, & clysterib⁹ acutis, & balneis aquarum thermanū: & balneo sicco in fine rei, & linimentis, & quæ diximus, imo totum regimen cōe, & propriū, quod diximus ibi. Inquit Hip. febris supra spasmum humidū curat eū, spasmus supra febrē interimit. Quapropter eligantur ex prouocantibus febrem conuenientiora, qualia sunt castoreū, & assa fētida: quibus permisceatur mellis duplum eorum, & sit dosis sicut auellana, spasmum. n. resoluit, & febrē inducunt. Idem facit opopanacem, & castoreum cum aqua mellis, idem facit oleum de Kerua cum assa, ex compositis est anacardinū: ipsum. n. inducit febrem, & spasmum curat, theriaca quoque, & mithridatum sunt ex medicinis soluentibus ad spasmū, sal quoque calefactus, & positus in locis originis neruorum spasmū resoluit. Fit et spasmus à frigiditate, & cura eius est sicut hic proxime diximus. Et fit quandoq; à siccitate, & hoc accidit post febrem, aut post fluxū superfluentē: & est paruus, vix recipiens curam, tamen pro posse curamus, administrando regimen secundū omnem modum humectatiuū, & lenitiuum, qualia sunt proprie balnea ex aquis dulcib⁹, aut ex lacte, aut ex aquis, in quibus cocta sunt humectantia: sicut hordeū, violæ, & capita, & pedes agnorum, hædorū, & arietum pinguium. Et quandoque sunt ex huiusmodi eis clysteria, & cōferunt vehementer, & propinentur eis sorbitiones humidæ, & pingues, & sint cibi eorū aqua carnis, & quod currit secundum semitā sorbiliū: & lac mulsum recenter: & oleum amygdalarum cū zucchero, & similiter regimen omne lenitiuum est vtile eis. Filius Serapionis, decoctio conferens spasmō humido, & est ei impressio fortis. Accipe calamenthi, hāsce. ana vnc. semis. hueg vn. j. & semissem, carpobalsami, squināthi. ana drachm. iij. stēchados drachm. vij. zingiberis, seminis apij, fēniculi, petroselini, colti, ana drachmas duas, emblicorum, belliricorū, ana dr. iij. coquantur in li. iij. aquæ vsq; ad ij. Et da ex eo

ex eo omni die vnc.ij. cum oleo de piperibus, aut oleo de Kerua, & sit dosis eius à dr. j. vsque ad ij. sanat enim, si Deus voluerit. Filius Serapionis. Cerotū de euphorbio magni, & sublimis iuuamenti est ad spasmū frigidum, & humidum, & alias neruorum egritudines ab eadem causa. Curus permistio. R. olei de cinnamomo, aut olei antiqui lib. j. ceræ citrinæ, vnc. ij. euphorbij boni recentis, vn. j. vngatur spasmatus locus, est. n. mirabile, si Deus voluerit. Rufus. Decoctio ad spasmum conferens mirabiliter, & ad omnes neruorū egritudines à frigida causa, & humida. Rec. hueg recentis, vnc. ij. decoque lib. j. vsque ad lib. s. & da ex ea omni die, vnc. j. cum chirat, idest assæ fetidæ, aut cum castorei granis iij. est enim expertū. Rufus. Hydromel cōferēs similiter. Accipe hueg, vn. iij. & decoque in lib. aquæ ij. vsque ad lib. ij. & projice super ea mellis puri, vnc. iij. deinde cola in colatorio denso, & cōtinue bibat ex eo, est enim medicamen bonum. Gal. expertū est de oleo vulpis ad spasmum, & alias egritudines neruorum, & dolores iuncturarū, & descensiones in tina, & in decoctione eius. Phylagrius. Cerotum cōferens spasmō, & ægritudinibus neruorum, expertum. Recipe ceræ citrinæ, vn. ij. olei irini, olei costini, olei de been, & olei de cinnamomo. ana vnc. iij. styracis liquide, vn. j. euphorbij aur. iij. castorei aur. ij. hyssopi humidæ, vn. j. adipis vulpis vncias iij. vnge ex eo super locum: expertum est enim. Archigenes. Cerotum omnibus egritudinibus frigidis, & humidis neruorum cōferens, & doloribus iuncturarum, & est forte. Rec. olei cucumeris afinini lib. j. olei rutacei, olei di cinnamomo, olei costini. ana vn. ij. ceræ citrinæ, vncias tres, euphorbij, pyrethri, castorei, piperis. ana dr. viij. zingiberis, drac. v. assæ fetidæ, bdellij, ana dr. s. galbani, dra. iij. conficitur autem sic. Assa, & bdellium & galbanum dissoluantur in aceto fortis: cera quoque, & oleum, & euphorbium dissoluantur in igne, & permisce cum eis succi cucumeris afinini lib. s. & bulliant ad succi consumptionē, deinde misce cum eis gummam dissoluras. Vltimo vero de puluere aliorū cum eis permisce conferendo, & vtere, quoniā est expertum verax.

De tremore. Cap. 5.

Tremor egritudo neruorum, & lacertorū est, & curatur cum eis, quæ diximus. Et confert ei frictio, & sepelitur in arena, aut cinere calido, & accubitur in furno calido, quantum possit pati: & linimēta calida. Filius Zachariæ. Confectio pilularum conferentium tremori, proprie mirabiliter. Recipe castorei, pyrethri, castæ, ana dr. iij. serapini, pulpe colocynthidos, ana dr. iij. hieræ picræ dra. v. dosis earum est à dr. j. semiss. vsque ad ij. & s. Idem confectio ad

A tremorem experta. Recipe myrobalanorū nigrorū, dr. xxx. sauinæ, dr. x. olibani, dr. vij. cyperi, hueg ana dr. v. confice cū chesmes, & fiāt formę sicut nuces, da dra. j. vel ij. sanat, si Deus voluerit.

De stupore. Cap. 6.

Stupor sicut cerera, quæ diximus curatur, & si est à percussione, aut vulnere nō curatur. Et si est à repletione sanguinea, curatur cū phlebotomia venæ, quæ magis deseruit membro stupido, & si sanguis exuberat in toto, basilicā phlebotoma, deinde cephalicam, deinde illā, quæ familiaris est illi membro, & quandoque fit ab humore crudo, & frigido, & curatur sicut **B** paralytis ab eadē causa. Et quandoque fit propter compressionem supra membrum, & cura huius est extētio, & exercitatio illius membri.

De catarrho. Cap. 7.

Catarrhus est descensus humorum à capite ad mēbra inferiora, cuius genera, vt dicit Gal. in lib. misso ad Glauconē, sunt tria, scilicet coryza, branchos, & tussis. Catarrhus vero dictus est à fluore. Græci enim fluorem catarrhum vocauerunt. Coryza ab ossibus narium nomen accipit. Est enim cum grauedine, atque cōstrictione nariū cum tenui fluore oris, atque grosso cum sternutationibus assiduis, & odoratu difficili, & oculorum lachrymatione. Branchos vero dicitur à præfocatione faucium, & voce obscura, & sternutatione assidua, & trāsglutiedi difficultate. Catarrhus autē in viscera de stillās, percutiens stomachum, tussim, vel nauream prouocat. Si vero in pulmonem venerit, tussim creat cū spumosis sputationibus, aliquibus cum raucedine. Quod si patiens sanguinē expuerit, ad phthisim venit, & tabidus morietur, & consumptus: & notandum, quod catarrhus est genus ad tres supradictas ægritudines, & non est species ægritudinis per se.

De curacatarrhi. Cap. 8.

Cura huius egritudinis duplici regimine indiget, communi, scilicet, & proprio. Commune autē sunt sex res. Prima ponit studiū in vita patientis obseruādum. Secunda adæquat materiam. Tertia abscindit eam vel saltem diminuit. Quarta diuertit à parte timorosa ad partem communem. Quinta abscindit fluxum eius. Sexta corrigit accidentia. Primam autem rem complent diminutio ciborum, & potuum, & prohibitio vini omnino, repletionis, & vitatio nausæ, & cauere ab austro, & borea quantum possibile fuerit, auster enim rarū facit, & replet capita, boreas vero constringit, & exprimit, & nocet somnus, & potus supra repletionem, & multitudo somni: immo qualiscunque sit somnus, sit in die, & sit parcitas eius in nocte, & non iaceat supinus, & alle-

Mesue. Nn 2 uetur

MESVE DE ÆGRI. CAPITIS

uetur coena, immo prohibeatur si possibile est. Et iniungatur quies: quoniam est res magna maturans ipsū. Et prohibeatur a fumo, & ventis, & radijs Solis, & Lunæ, quantum possibile, fuerit, & magis Lunæ, & proprie quā est ingressus eorum per fenestram. Et vitet vaporosa, & replentia caput, & rarefacientia ipsum, & vitet potū aquæ frigida. Et dicitur, quod potus aquæ calidæ maturat catarrhos. Et similiter introitus ad sudandum in balneo. Secundā autem rem cōplent administrationes inspissantium, & infrigidantium in acuto, & calido, & subtiliantium diuidentium in grosso, & viscoso. Et eligantur ex frigidantibus raro infrigidātia actu, & si cōpetunt, nō eleuentur in gradu multę infrigidationis. Et deliguntur sū plurimum, quæ infrigidant potentia, & nō multum eleuant: qualia iunt balnea aquæ dulcis in ieiunio, & administratio embrocharū ex hordeo, & violis, & papauere, & chamæmelo: & effusio aquæ calidæ super caput, & super extrema, & testiculos, & inunctiones factæ super ea, & super ventrē, & fumen cū oleo violato, aut chamæmelino, aut oleo de papauere, si adsunt vigiliæ. Et olfacere camphoram, & aquam rosatā, & alia, quæ diximus in soda calida. Et cōfert potus aquę hordei, & syrupus de papauere, & violę cōditę cū aqua hordei, & suctio cum naribus olei violati, & olfacere camphoram. Et cibi eorum sint forbitiones factæ ex fabis, & ex tritico, & hordeo, & papauere albo, & oleo amygdalino dulci, & amylo cum lacte, si non est febris. Inspissantia autem necessaria, sunt vt subtile, acurū, quod descendit ad guttur, ingrossetur, & non descendat ad profundum, immo facilius adunatum excreetur. Et ex hoc facientibus est dragacanthū, & electariū eius, & mucilago psyllij, & semina cydoniorum, & aqua iuiubarum, & sebesten, & syrupus eorum, lohoc ipsorum, lohoc de papauere. Ex subtiliantibus autē, & diuisiuis eligantur, quæ proprietate virtutis ad hæc congrua cognoueris, qualia sunt calefactoria capitis cum sale, & milio, aut cū pannis calefactis, & cū alijs, quæ in soda frigida diximus, & confert introitus balnei, præterquam si lauetur caput. Super extrema autē projiciatur aqua calidā plurimū: & inungat ea, & testiculos, & fumen cum oleo sambucino, aut anethino, aut chamæmelino, aut sampsuchino, aut rutaceo, aut oleo de beē, aut laurino, aut de lycio, & destillet ex eis in aures, & nares cum lana, & proprie calefactis. Etiam confert eis inclinatio super vaporem aquę, vbi chamæmelum, melilotum, sampsuchus, & anethū cocta fuerint. Caput vero eorum, & frons epithemetur cum casto, spica, myrrha, & pauco castoreo, & similib. cū oleo rosato mistis. In fine autem rei confert introitus balnei, & lauari i eo, & olfactus redolentium calidorū, sicut est mulchus, & ambra, & alia quę diximus in soda frigida, & sint eorū

E cibi pulmenta ex frumento, aut fursure cū melle, aut forbitiones ficuum siccarū, & farina cicerum cū pulegio, & foenu græco, & aqua cicerū, & similia. Tertiā autem rem cōplent phlebotomia, & solutio ventris, & administratio clysterium, & collyriorū: & lenificationes oēs oī hora, proprie cum clysteribus, & enematis, saltem trahentib. superfluitates. Phlebotomia autem in hac egritudine in tribus casibus solū necessaria est. Primus casus est, si catarrhus sit calidus in calido corpore abundante, in quo sit oculorū rubedo, & venarum plenitudo. Secundus si catarrhus sit calidus declinans ad oculos valde, aut qualiscūque sit, aut terminetur i faucibus, aut pulmones, aut costas, aut diaphragmate, & figatur in eis ad collectionē. Tertius est, si catarrhus accidat cū febre. In his autē solū casibus phlebotomiā catarrho vilē inuenimus. Solutionē fieri oportet in calida materia, cum violis cōditis, & aqua hordei cū aqua fructuū, quæ dicemus. In frigida vero cum pilulis cochijis, & hiera picra cum aqua passularū, & hiera diacolocynthidos, & similibus. Quartā autem rem complent gargarismata, & caputpurgia, & frictiones extremitatum, & vëtose, & similia. Interdum. n. materiā in faucibus. figi timemus, aut ne ad partes fluat nobiles, & tūc si eā ad nares conuertimus, & proprie cum caputpurgijs, & sternutatorijs, suffumigationibus, & odoramentis aperientib. nares, & deoppilatib. colatorū erit operatio dignior. Hoc. n. est, quod Gal. præcipit, nisi forte agitationem timeas in materia, quæ multoties fluuit dirupta pp inquietationē, & agitationē. Et quidem sternutatio suspecta est in principio: quā materia quiete indiget, vt maturetur, etenim agitatio multiplicat, & dilatat materiā, & facit eā cōsequi motus laboriosos, & vehemētes, at vero post catarrhi maturationem, est eius iuuamentū sublime, mundificans radicē, & adhuc quidem iuuantius est post corporis mundificationem communē, & propriā. Gargarismata quoque necessaria sunt, sed prohibentur interdum. Et inuenitur eorum iuuamentum in tribus cōpetere casibus. Primus. s. ad catarrhum calidum, & acurum, cum rebus ingrossantibus, & coadunantibus ipsū, vt prohibeatur descensus eius ad profundum, & fiat facilis ad expellendum, & excreandum, quod propter acumen, & subtilitatē aggregari nō poterat. Secundus ad catarrhum, cuius materia est multę viscositatis, & spissitudinis, & quæ rimus subtilitatem ipsius, & diuisionē, vt facilius expellatur. Tertius quā timemus materiam figi in faucibus, & querimus absterfionem, & mundificationē. At vero quatuor casibus gargarismata administrare suspectum est. Primus est timor, & suspitio catarrhi ad pectus, & pulmonē siuere cōsueti. Secundus est si catarrhus de genere acutorū fuerit, & subtiliū. & mordicantium. Tertius est in prælocationibus, quæ fiunt subito.

In calido. & acuto.

Cibus.

Inspissantia.

Phlebotomia in tribus casibus solū necessaria est.

In principio.

In tribus casibus.

In quatuor casibus.

subito. Quare, si catarrhus est vehemens multitudinis. In his quidem casibus gargarismata agitant materias, & conuertunt eas ad vias pectoris, & pulmonis, & faucium, & eas multiplicent. Amplius tamen gargarismata sunt unum quinque modorum sunt, aliud. n. sistit fluxum, aut stringit, aliud partem nobilem per ignobilem expurgat, aliud abstergit, quod fluxit: aliud alterat, quod fluit, aliud vero est, quod aggregat duas intentiones, vel plures ex his, quae diximus. Exemplum vero primi est administratio narcoticorum in agritudinibus cerebri. Exemplum secundi est administratio diacodion, aut diamoron cum decoctione rosarum, & balaustrum, & taliu. Exemplum tertij est administratio generum salis, & incisiuorum, & similia. Exemplum quarti est administratio camphorae ad calidum, & myrrhae ad frigidum. Exemplum quinti est aggregatio intentionum. Extremitatum autem frictiones, & ventosationes in eis ad hoc multum conferunt. Exercitatio autem, & motio partium inferiorum est iuuatiua valde. Ex maxime autem diuertentibus materia catarrhi est, ut radatur caput in parte commissurae coronalis, & vocatur zubeleg, id est continuatio capitis, & fricetur super illam vehementer cum caepe acuto, aut cum squilla, aut cum panno aspero. Deinde ponatur super ipsam medicamen rubificatiuum, vsque dum fiat vesicatio. Deinde aperiantur vesicae, & ponatur, quod fluere facit, deinde iteretur, & iteretur vsque dum appareat sanitas. Quod si hoc non contulerit, cauterizetur in eodem loco, & dimittatur tempore extenso, & sit locus cauterizationis ubi terminatur maior digitus, postquam radice manus extremo narium poluerit. Quintam vero rem complent catarrhi fluxum abscindunt. Et sunt ex stolidis, qui ante digestionem ipsius, & mundificationem communem administrant huiusmodi, immo in medio agitationis, quaeque, & est causa cumulationis, & multiplicationis ipsius, deinde diruptionis vehemens, sit ergo studium erga haec post corporis mundificationem, & post sedationem agitationis vehementis, ut abscindatur residuum fluxus ipsius. Et fortassis in aliquibus casibus cogimur in principio facere illud proprie, aut quia timemus ne repat in profundum; aut in partes nobiles; aut ne nobiliu, & necessarium operationu fiat destructio ilico, sicut est catarrhus profocatus subito, & fortassis regimen diuersiuum viae eius, est hoc nobilius, & securius. Immo regimen abscisiuum, quod diximus est regimen dubium, & illud ideo, quoniam possibile est, ut diruatur, deinde fluxu diruptioni, quam prius, & timoroso, & regimen diuersiuu, licet dilatet materia, & multiplicet, tamen conuertit multiplicatam ad partem communem, non timorosam. Sedationem autem cursus facientia alia sunt gargarismata, alia suffumigationes, alia quae retinentur in ore, alia, quae odorantur, alia, quae deglutuntur, alia

quae lambuntur. Ex gargarismatibus autem ad catarrhum calidum sunt aqua rosata cum modico camphorae, aut aqua lentium, & rosaru, & balaustrum, & aqua coriandri, & rosarum, aut aqua corticum papaueris, & rosarum. Ad frigidum vero; gargarisma fiat cum vino decoctionis myrrhae, aut olibani, aut sandarachae, aut talium. Ex suffumigationibus vero ad calidum sunt semen lini infusum in aceto, & torrefactum. Deinde fiat suffumigatio cum eo, aut ex hordeo, & aceto, aut ex fursure, & aceto. Sandaracha vero cum aceto est iuuamenti sublimis. Et vapor aceti super lapidem molarum ignitum: & similiter vapor camphorae cum fursure, & aceto, aut cum hordeo fracto, & aceto, aut ex camphora sola puluerizata super vase vitreo posito super prunas, praeterquam descendit vapor eius ad pectus, & pulmonem; immo respiretur, & emulgeatur per nares. Fabae quoque, & hordeu infusa in aceto similiter conferunt, & similiter fit de panno lini infuso in aceto. Ad frigidum vero suffumigia conferentia sunt, quae sunt ex styrace sicca, & olibano, & xyloaloe, & sandaracha mistis, vel diuisis. Nigellae quoque torrefactae, tritae, & ligatae in panno lini attractio naribus. odoris eius, aut suffumigatio facta ex ea est mirabilis. Costi etiam, & nigellae suffumigiu est expertum. Dixit filius Zachariae. Fiant formae sicut auellanae ex olibano, & etiam styrace liquida, costo, & sandaracha, ana partibus equalibus, & fiat suffumigatio ex vna earum, & recipiatur fumus per traiectorium, abscindit enim fluxum eius. Dixit Ebegezar. Addatur eis ex xyloaloe pars vna, & permutatio fiat a styrace liquida ad styracem siccam. Ex eis etiam, quae retinentur in ore: ad calidum quidem sunt species de iacur, & quandoque commasticatum coriandrum, & retinetur et masticatum eius in ore, & confert: & quandoque retinetur in ore camphorae modicum, ad frigidum vero confert olibanu, & myrrha, retenta enim in ore abscindunt fluxum, & iam verificatum est, quod spica retenta inter dentes est iuuamenti sublimis. Filius Zachariae. Compositio formarum similia lupinis, quae tenentur in ore, & sistunt catarrhum. Recipe olibani partem vnam, myrrhae, croci, spicae, storacis, ana partem, sem. opij, partis vnius tertiam. Fiat ex eis pilula, & teneatur ex eis vna in ore praeterquam deglutatur salua eius. Expertum est spicam solam in ore teneri per noctem, aut per diem, & noctem sedare catarrhum, Ex odoribus vero ad calidum sunt modi formarum de libro Sapor Regis Medorum, sistunt enim catarrhum calidum, & odorantur in febre adurentem, & syncopali, & pestilentiali. Recipit faufel, sandali rubei, & albi, ana partes aequales, & rosarum partes duas, & semissem, sandali maeaziri partes tres, camphorae partem semissem, boli armeni partes octo. Omnia praeter camphoram terantur, sicut al-

Mesua.

Nn 3 cohol

Gargarisma
ta in calida

Infrigid.

Suffumigia in
ca.

Infrigid.

Mirabile de
spica.

MESVE DE ÆGRI CAPITIS

cohol, & agitentur conterendo cū aqua rosata E
per hebdomadam vnam, deinde misceatur cū
eis camphora, & fiant inde sicut poma cū glu-
tino gummi arabici, & aqua rosata, & odoren-
tur. Conseruantur autē, ne tollatur eorum vir-
tus, in vase vitreo loco recenti, & liniatur saepe
cum aqua rosarum permistionis camphoræ, &
sandali macaziri. Ad frigidum vero fiant po-
ma inuentione eiusdem. Recipe styracis cala-
mitæ partes quinque, olibani, masticæ, ana
partes tres, sandarachę tantundem, costi, spice,
ana partes duas, ambraę partem vnā, bucur, li-
gni aloes, ana partes quatuor, muschi partē se-
missim, fiant ex eis poma, & administrantur,
sunt enim experta. Confectio alia pomorum
ex inuentione nostra. Recipe bucur, sendē, ana
partes octo, ligni aloes boni, & electi partes se-
ptem, ambraę bonæ partes duas, galliæ muscha-
tæ partes sex, muschi partem semil. fiant ex eis
poma cū glutino dragaganthi, & administrantur,
sunt enim nobilia, & experta: & cerebrum,
& cor confortant. Res autem quæ lambuntur,
& deglutuntur, ad calidum quidem sunt spe-
cies de iacur, & aqua coriandri, & syrupus de
papauere, & similia. Filius Zachariæ. Confe-
ctio pilularum, quæ tenentur in ore: & sistunt
catarrhum calidum. Recipe amyli, dragagan-
thi, amygdalarum dulcium, fabarum excorti-
catarum, papaueris albi, & corticum eius, gū-
mi arabici, boli armeni ana, confice cum muc-
lagine psyllij, & cydoniorum, & fiant sicut lu-
pini, & teneantur in ore: sunt enim experte. Ad
frigidum vero conferunt thus, & myrrha. Ista
enim deglutita sistunt catarrhum. Confectio
alia pilularum, de libro filij Zachariæ, de qui-
bus sumitur omni nocte à tribus vsq; ad quin-
que, & sistunt catarrhum. Quarum permistio.
Recip. thuris masculi partem vnam, myrrhæ,
opij, croci, hyoscyami, ana partis vnius, tertiā,
succu liquiritiæ partem j. fiant pilule, & dentur
sicut diximus. Confectio alia pilularum cōse-
rentium ad omnes rheumaticas passiones, &
sunt de libro Alexandri Medici, quarum hæc
est permistio. Rec. myrrhæ, drac. iij. thuris ma-
sculi, drac. duas, & semissem opij, hyoscyami,
radicū alcaicachar sicca, ana drachmas duas,
cōfice cum succo alcaicaber humidæ, da ex eis,
à tribus vsque ad quinque, in fero: sunt enim
mirbiles. Sextam vero, & vitimam rem com-
plet correctio particularium accidentium, quo-
rū catarrhus causa est, & hoc est regimen pro-
prium, sicut correctio proprie egritudinum ca-
tarrhalium oculorum, & narium, & auriū, &
glandularum, & vna, & gulæ & duarū amygdalarum,
& pectoris, & pulmonis, & aliarum
partiū, quas catarrhus offendit. Et nos de om-
nibus in proprijs loquemur capitulis, si Deus
voluerit. Et primo dicemus de egritudinibus
oculorum.

*Thuris ma-
sculi in omni
vntate.*

S V M M A V.

De egritudinibus oculorum. Cap. i.



ermo noster erit deinceps de curis
egritudinum oculorum. Sunt au-
tem oculorum curæ fm vnum triū
modorum. Alia enim est conserua-
tiua sanitatis eorum, alia curatiua egritudinū
ipforum. Alia vero præseruatiua ab egritudi-
nibus futuris in ipsis. Et prima quidem fit se-
cundum alterū quinque modorū. Aut .n. con-
seruat superficiem oculi in tersione decenti, &
naturali: Aut conseruat oculum in sua propria
tēperantia, & æqualitate: Aut conseruat orga-
nizationē ipsius in cōæqualitate eius: Aut con-
seruat continuitatē, & positionem naturalem
partiū eius: Aut conseruat spiritum visibilem
in sua propria illustratione. Et quidam primā
rem complent medicinæ absteriuæ habentes
mediocritatem, & temperiem in tersione sua,
sicut proprie succus sceniculi, & collyrium ex
eo, & succus memithæ, & herba adhil proprie,
aut res teneram reddentes superficiem eorum:
qualis est teneritas oculi corporis puerilis: &
proprie nitentis in simplicitate sua: quorum re-
memoramur post, & super his tueri ab eis, quæ
læsionem oculis præpediunt: qualia sunt fu-
mus, & puluis, & flatus asperorum ventorum,
& inæqualitas aeris, & aspectus rei variantis
iplos, & omnis res faciens senescere oculū, si-
cut coitus, & labor plurimus, & fletus vincens
mensurā, & ebrietas, & somnus plurimus, &
vigiliæ plurimæ; & somnus supra repletionē,
& proprie ex cibis, & potibus, & vapores tur-
bidos generantibus, sicut sunt proprie caules,
porri, acria omnia, salsa, fabæ, lentes, & vniuer-
saliter omnia turbulentū generantia sangui-
nē. Secundā vero rem cōplent medicine, quæ
alterando custodiunt sanitatem oculi, aut scilicet
calesciendo, aut infrigidando, aut hume-
ctando, aut desiccando. Tertiam rem com-
plent medicine confortantes sanitatem eius in
plasmate, & forma creaturæ ipsius. Et hunc ca-
nonem ingrediuntur medicinæ confortantes
lenificationem, aut asperitatem, & perforatio-
nem, & concauitatem partiū eius, sicut oportet
ex eis, quæ dicemus vbi oportet. Quartam
rem complent medicine custodientes sanita-
tem eorū: & concauitatem ipforum, & probi-
bentes resolutionem fieri partium continua-
rum in ipsis, quarum rememorabimur, si Deus
voluerit. Quintam autem rem cōplent medi-
cinæ reparantes spiritum visibilem, & illumi-
nantes, & irradiantes ipsum, quarū rememora-
bimur similiter. Democritus. Feniculus ocu-
lum abstergit: visum clarificat secundū omnē
modū administrationis eius, & serpētes, & re-
ptilia diu degētia in cauernis approximāt huic
plantæ,

*Facit ex
sua natura*

*Collyrium
oculorum*

Definitio

plāte: & vtuntur ea in comestione, & frictione
 sup oculos suos, postquā egrediūtur cauernas,
 & vigoratur visus eorum. Hic autē collyrium ex
 succo eius, hoc modo. Accipe succi fēniculi de-
 purati post residentia eius, & facile decoctio-
 nē ipsius in vase cneo cum nummis auri puri,
 sufficientē decolationē, partē vnā, mellis puri,
 & clari partis vnus tertiā, bulliat iterū ebulli-
 tione vna, & colētur, & ponant in ampulla vi-
 trea, & suspēdat in sole, & permutet de vase in
 vas, abijciendo semp hypostasim eius: deinde
 fiat ex eo collyriū, & destille cū radio in ocu-
 lum, est. n. expertū ad custodiendam sanitatem
 eius: abstergit. n. oculum, & clarificat visum, &
 quandoq; depuratur in sole: pręterquam quod
 decoquat igne: & est similiter expertū. Et sunt
 ex hominibus qui admiscēt ex felle galli par-
 tis j. vigesimam. Aristoteles instruens Alexan-
 drum regem, inquit. Frequentationes peccinis
 super caput vapores visum impediētes auer-
 tunt ad cutē, ne visui obfint. Item inquit. Aspe-
 ctus rerum viridium in loco multę temperici
 visum corroborat. Item dixit, aspicere speculū
 tersum directū, & diu intueri sup. ipsum visū
 corroborat, & oculi defatigationem remouet.
 Idē iniunxit post oculi defatigationem ingredi
 domū obscuram non multę tenebrositatis: &
 intueri per fenestras, in quibus sit aliquod pa-
 rti viride: vel intueri aquā viridem, & submer-
 gere oculos in ipsa. Hē dixit, exercitatio legen-
 di literas mediocres visum corroborat, & oculo-
 rum sanitatē custodit. Dioscorides dixit, quod
 comedere carnes auiū, q̄ de rapina viuunt, vi-
 sum corroborat, & similiter sorbitiones iuriū
 earum, & asseruit etiā, quod plures post ipsum
 experti sunt, quod ius serpentū, & caro ipforū
 confortant visum. Et dixit, quod succus armel,
 & fēniculi, & vinum, & mel simul cocta, & de-
 purata, deinde mista cum felle alcubugi, aut
 gallinę, oculi sanitatem custodiunt, & visui ad-
 dunt. Sabor. Nux muschata nutrita cum melle
 visus sanitatem custodit, & proprie sumpta ex
 eis, vna mane quolibet j̄ ieiunio. Chebuli quo-
 que conditi similiter faciunt. Idem, collyrium
 mirabile in abstersione oculorum, & corrobo-
 ratione visus, & fit in tēpore veris. Accipe fo-
 liorū rosarum cōpletarum, foliorum rutę, fo-
 liorū fēniculi, foliorum herbę adhil, foliorū
 chelidonię, ana partes equales. Trahatur aqua
 eorum per sublimationē in alembico, sicut est
 operatio aquę rosatę, & conseruetur in vase
 anco: est enim collyrium pretiosum. Mahe-
 met filius Zacharię Araf. Collyrium de succo
 granatorum abstersiuum oculorū, & confort-
 tatiuū visus, expertum. Accipe succi granato-
 rum dulciū, & acetosorum. ana lib. j. ponantur
 in ampulla vitrea, & stringatur orificium eius,
 & ponatur in Sole per menses duos: ita, quod
 quolibet mense recipiatur clarū eius, & abij-
 ciatur scęx, quę subsidet. Deinde ad omnē lib.

A istius succi ponatur puluis iste. R. aloes, radi-
 cum chelidonię, salis ammoniaci, piperis lon-
 gi. ana dra. j. terantur sicut alcohol, & miscean-
 tur in medicamine: & iterum exponatur Soli,
 & quanto plus antiquatur, tanto sublimior est
 eius operatio. Foeniculus, verbena, rosa, cheli-
 donia, ruta: Ex his fit aqua, quę lumina reddit
 acuta. Gal. Comestio carniū tyrorū prępa-
 ratorum secundū doctrinam, qua recipiuntur
 in theriaca, cōseruat sanitatem visus, & est ad
 hoc vltimum. Frequentare potū acetī squilliti-
 ci ad hoc est multum laudabile. Tryphera ma-
 gna, & tryphera minor ad hoc est laudabilis:
 & proprie minor, cū quarta pōderis sui de pul-
 uere herbę adhil. Tryphera persica, q̄ diximus
 in antidotario, & electarium algariph, & pilu-
 lę Sabor, quas diximus in canone, & hiera no-
 stra, & Theodorico ad hoc cōferunt. Humain.
 Cōfectio electuarij sublimis cōferētis ad sani-
 tatem oculorū, & confortantis spiritum visibi-
 lem in claritate sua. Recipe herbę adhil, vnc:
 duas, seminis fēniculi drac. v. macis, cubebę,
 cinnamomi, piperis longi, garyophyllorū. ana
 dra. j. puluerizent, & cribellent, & accipe mel-
 lis despumati lib. j. succi fēniculi cocti, & depu-
 rati vnciā vnam, succi rutę similiter cocti, vn-
 semis, succi chelidonię similiter cocti, vn. semis.
 coquātur succi cū mellis tenuis despumati li. j.
 vsq; dū mellis tenuis habeant spissitudinem: &
 cōficiantur cū eo species, & referuentur in va-
 se vitreo, & sit dosis eius, drac. iij. cum vino, in
 sero: & alleuicē cęna, vel dimittat, & similiter
 in mane. Haly. Collyriū acuens visum, & oculo-
 rum sanitatem custodiens. Accipe succi fēniculi,
 drachmas quadraginta, succi rutę, drachmas vi-
 ginti. Ponatur in ampulla vitrea cū mellis bo-
 ni, & clari, drachmis quindecim, & obturet ori-
 ficium eius, & dimittatur in Sole p tres mēses, &
 abijciat scęx eius, & liniant ex eo oculi: quoniā
 est expertū. Filius Zacharię. Confectio alcohol
 conseruantis sanitatem oculi. Recipe tutię, fief
 memithę, ana drachmas tres, aloes, lycij, ana
 drachmas duas, camphorę dra. j. textam, terā-
 tur cū aqua agrestē, aut sãpsuchi, aut sumach:
 & exiccetur, & administretur, nutriatur prius
 cum aqua agrestē: secundo cum aqua samp-
 suchi: tertio sumach, & est sublimis. Idem. Con-
 fectio alcohol acuentis visum. Recipe tutię
 prius lotę, deinde nutritę in aqua samp-
 suchi, tribus vicibus, drachmas decem, zinziberis, pi-
 peris, macropiperis, chelidonię, buruch, ana
 drachmam vnam, salis ammoniaci, drachmā
 semis. Nutriantur cum aqua samp-
 suchi, aut aqua fēniculi tribus vicibus deinde exiccetur,
 & administretur, est enim sublime. Filius Ze-
 zar. Collyriū confortans visum. Recipe fellis
 galli, aut alcubugi, aut pdicis, & mellis crudi,
 ana partes æquales, succi fēniculi partes ij. mi-
 sce, & pone in oculis, bonum, & electam, si
 Deus voluerit. Idem. Conditum factum ex
 alhasce

A. media
dij.C. in
a. p. p. p.

MESVE DE ÆGRI. OCVLORVM

alhafce cum melle confortat virtutem visus. Idem. Conditum factum ex herba adhil cum melle mirabilis est in confortatione visus, immo & ipsa herba secundum omnem modum administrationis eius sublimis est. Aboali. Alcohol sublimis terfuum, oculorum conseruans temperamentum, & sanitatem visus. Rec. macropiperis, dr. ij. garyophyllorum, vñeæ, ana drachmam vnam, climiæ, spumæ maris. ana drac. decem, çris vñi drachmas quinq; cerusæ, salis gêmæ, ana drachmas tres, salis ammoniaci, piperis, ana drachmas duas, caphoræ drachmas semis. terantur, & administrantur. Idem. Alcohol sublimis terfuum oculorum, quod administratur in dispositionibus sanitatis, confortat enim debile visum, & conseruat ipsum secundum sanitatem suam, & sedat multitudinem lachrymarum ex oculo. Recipe antimonij loti, & preparati in aqua pluuiali circiter spacium dierum viginti, tutiæ, & climiæ, ana drachmas sex, marchesiæ drachmas quatuor, tere vnumquodq; per se: & tere ea bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multoties, donec exiccentur aquæ eorû, deinde terantur cum aqua fœniculi pluries cum cõtinuitate aliquorum dierum similiter donec exiccentur, tertio vero terantur cum aqua sampsiçhi, quarto vero cum aqua rutæ, quinto cum aqua chelidoniæ, deinde exiccentur, & addatur cum eis sedenagi, & croci, ana drachma vna, Margaritarû non perforatarû drachmæ duæ muschi, dra. j. tertia, camphoræ drachmæ vnius, sexta, & proijce ipsa simul in mortario cum prædictis, deinde adde eis fuch, drachmâ semis. tere vsque dum siccet, & fiat inde alcohol mane, & sero: quoniam est expertum. Ex rebus autem oculi substantiâ reiuuenescere facientibus est regimen cum electione rerum sex non naturalium, ex administratione quarum oculis, & corpori teneritas acquirat, sicut verbi gratia, cum approximatione in quantum possibile est ad aerem temperatum, & cibis, & potibus humidis, & balneis temperatis: & alijs humectantibus cum temperie, præterquam quod faciant cadere in oppilationes. Dixit Aboali, quod ingredi aquam tepidâ, & clarâ, & aperire oculos in ea, oculorum sanitatem custodit, & eorum tenerâ substantiâ reddit, & abstergit, & similiter aquam videre clarâ, & nitidâ. Vapores autem aquarum cum decoctione quarundam rerum, ad hoc vehementer conferunt, sicut vapor aquæ decoctionis fœniculi, aut rutæ, aut herbæ adhil, & similia, singulariter, aut coniunctim.

De cura præseruatiua oculorum. Cap. 2.

CVra vero præseruatiua ab ægritudinibus futuris fieri in ipsis duplicem habet viam. Partim enim conseruamus naturalitatem eorum, quemadmodum superius dictum est: partim vero obuiamus causis futurorum morborum

Extrinsecis vel intrinsecis, extrinsecis sicut fumo, vêtis, cibis malis, & potibus, & alijs, quorum superius rememorati sumus: intrinsecis vero obuiamus, sicut vnum quinq; modorum. Aut. n. conuertimus studium ad permutandum malitiam cõplexionis puræ sine materia, vel cum materia, si non in quantitate exuberet, aut euacuamus eam si vincit supra quantitatem naturalem, vel egreditur propriam naturalitatem: aut facimus virtutem: aut corrigimus aduentum peccati in organizatione eorum: aut prohibemus solutionem cõtinuitatis futuram fieri in ipsis. Et quidem primam rem cõplent medicina auxiliantes in permutando malitiam cõplexionis eorum, sicut calefaciendo, aut infrigidando, calefaciendo cum eo quod est sicut zinziber, muschus, hueg, piper, & similia, aut infrigidando cum eo, quod est sicut albumen oui, mucilagoppyllij, aqua rosata, succus solatri, portulacæ, lactucæ, & similia, aut desiccando cum eo, quod est sicut tutia, cohob. rosæ, & similia, aut liniendo sicut dragaganthum, & similia. Secundam autem rem cõplent medicina euacuantes materiâ, & eduentes eam, & hoc quidem sicut vnum trium modorum, aut sicut semitam diuersionis ab eis; aut sicut semitam resolutionis ab ipsis, euacuatio autem, & versio materiei quoadquod fit ex toto corpore, si in toto exuberat: aut ex capite solo, si in eo solo exuberat: & ingreditur canonem hunc species phlebotomiæ, & species solutionum per ventrem, & caput purgatiua, & gargarismata, & vêtosa, & scarificationes, & frictions extremitatum, & ex eis, quæ diximus, & quæ dicemus iam. Extractio autem materiei fit per medicinas eduentes per lachrymas, sicut est proprie sal ammoniacus, & sal, & similia. Resolutio quoque ex ipsis fit cum medicinis proprie sicut sarcocolla, & succus fœniculi, & memithe, & similia. Tertiam vero rem cõplent aggregationes harum duarum intentionum, de quibus modo locuti sumus, & canonem hunc ingreditur regimen in generibus rerum sex. Quartam vero rem cõplent medicina seruantes organizationem eorum, & formam, ne cadat in eis tortuositas, aut oppilatio, aut dilatatio ultra decentiam. Quintam rem cõplent medicina solutionem in cõtinuitate ipsorum fieri prohibentes: de quibus loquimur, si Deus voluerit. Phlebotomare autem oportet propter oculos, si sanguis exuberat cum cõmunitate corporis totius, ex basilica: deinde ex cephalica, & quoadquodque necessitas urget, & proprie cum plenitudo adest, phlebotomemus iaphenas, aut hæmorrhoidas aperiamus, si autem cum cõmunitate alicuius ex membris fuerit, phlebotomanda est vena illi proprie membro deseruiens, deinde vtriusque cõmunis. Si vero sine cõmunitate aliorum in capite sanguis exuberat, sic fit illud aut ex eo, quod in toto exuberat, & tunc ex cephalica minuendus est, aut exuberantia est secundum

secundum partē quidem, aut ex venis quę sunt sub craneo: & phlebotomamus ex cephalica. Deinde quidem, vel prouocamus sanguinē ex naribus, aut ex venis forinsecis, quę sunt sicut scis, quędam frontales: & phlebotomamus ex eis: aut sanguifugas, aut cauteria super eis apponimus. Et quandoq; cōuertimus, & euacuamus per nares. Et quandoq; cōuertimus ad posterius capitis cum scarificationibus, & ventosis propter cōitatem ambarū partiū, sicut scis. Et sunt ex venis pulsantibus, & non pulsantibus, quę sunt temporales, per quas etiā materię cōfluunt, quas quandoq; phlebotomamus, quandoque incidimus, sicut suo loco dicemus, quandoq; cauterizamus, quandoq; conuertimus, & scarificamus aures, & quādoq; cauterizamus sub eis. Modus aut cauterizationis harum partiū si vrget necessitas, fieri oportet post corporis mundificationem totius cū medicina solutiua mundificante etiā caput ipsum, & corpus totum, & hoc pluribus vicibus. Et primū incipiamus experiri sup cauterio capitis, quod fit super cōmissura coronali in parte cōmuni, quę dicitur zuhēdeg, i. cōtinuatio capitis: cuius iuuamenta sunt multa, & sublimia, & proprie ad oēs ægri tudines capitis frigidas, & humidas, sicut est soda, & ægritudo, quę vocatur ouum, & scotomia, & vertigo, & grauitas somni & grauitas sensuum, & paralytis, & tortura, pluralitas catarrhi, & coryza, & lapsus ad oculos, & nares, & aures, & vuam, & fauces: & ad dolores dentiū, & gingiuarū, & dolores gutturis, & ad omnem destillationē catarrhi super pulmonem, & partes pectoris, & stomachū, & partes vicinas, & vniuersaliter ad omnes ægri tudines catarrhi frigidas, & humidas. Et modus operationis eius, vt radatur super capite in loco ipso, & ponatur radix manus ægri super extremitatē nasi ipsius, & extēdatur per mediū frontis, & consideretur vbi terminetur medius digitus, & signetur ibi, & cauterizetur cū cauterio ignito, cuius forma sit sicut nucleus oliuę maioris: & procedat cauterizatio vsq; ad superficiem ossis, & obseruetur, vt remaneat aperta, vt emittat pus vsq; ad tempus, quo tibi manifestabitur ex ratione, diminui pus, & ægri tudines catarrhales tolli.

De ophthalmia. Cap. 3.

CVra ophthalmia est secundū duas intentiones: vniuersalem, s. & particulare. Vniuersalis intentio diuiditur in sex res, prima res est commensuratio regiminis, secunda est subtractio materię exuberantis, tertia prohibitio catarrhi, & defectus ad oculos, quarta est inclinatio eius, & diuersio ad aliam partem, quinta est alteratio, & digestio eius, quod est transmissum, sexta corrigit accidētia. Particularis intentio diuiditur in curationē, & sedationē accidētium. Primam igitur rem cōplent cōmensurationes regiminum rerum sex, quas scis, & pro-

prie diminuendo cibum, & potum, vitādo vaporosa ex eis, & eligēdo cibos pauci nutrimenti, sed laudabilis: & alleviādo prandium, & diminuendo cenam, vel dimittendo. Et si materia fuerit calida, sint cibi frigidi actualiter, & potentialiter: & proprie cōditi cum rob granatorū, aut cū agresta remissę acetosiratis, & da cōgelata ex cucurbitis aut ex alijs, & supra cibū da aliquid ex coriandro, vel quod cōdit ex eo, & da ante cibū in matutinis aquam psyllij, & coriātri, & deuitet vinū, & carnes in principio. Et si fuerit frigida, sint cibi vitelli ouorum, & mica panis, & aqua carnis, sauich, & hordeū cōfractū cū paucis amygdalis, & sumat in matutinis mel cū aqua calida, & supra cibum aliquid ex pyris aut cydonijs. Et sit studium vt lenificetur natura, quātum possibile sit cū facilitate. Et sit in domo, in qua habitat, temperatus aer, & tenebrositas. Sōnus autem medicamentis eius bonū. Verum supra repletionem vitetur, & vitetur fatigatio, & prauitas animi. Secundā rem cōplent phlebotomia, & euacuatio cū medicinis solutiuis. Phlebotomia autem ex cephalica cōueniens est omnibus speciebus eius, & proprie sanguinea ex latere opposito prius: deinde ex latere eodē si phlebotomationis iteratio necessaria est. Et intendum nō sufficit hęc phlebotomia, & illud proprie quando materia fluit ad oculos, aut per arterias extrinsecas temporales, & aures; aut per venas frontales: & tūc necessaria est phlebotomia arterię temporalis, vt abscindamus cursum eius per ipsam. Et modus incidendi arteriā huiusmodi est, postquam tibi innotuerit illam esse, aut ex paruis arterijs, aut ex magnis, quod declarabitur tibi ex eo, quod inuenitur aliqua ex illis esse maioris pulsationis quā reliquę, & maioris plenitudinis, & caloris tactus, & tunc scinde cū incisorio cutim secundū longitudinem arterię, & excoriatim vsque dum peruenias ad arteriam, deinde ingeniare, vt trahas eam cum vncinis, separando ipsam ex omni parte à cuti, & carne, & si est ex paruis, incide ipsam oīno, & extrahatur ex sanguine extractio cōpetēs: deinde impleat vulnus cū aliquo, quod sit cauterizans extremitates arterię, si autem fuerit ex magnis, ligam eam cum filo de serico forti in duobus locis, vt sit inter duas ligaturas distantia sicut pollicis, deinde incide secundū totam arteriam in medio duarum ligaturarū, vel cauteriza eam: hęc est operatio secundū sapientiam. Si autem descensus materię fuerit per venas frontales, cōfert appositio sanguifugarū super frontem, & appositio ventosarum in nucha cū scarificatione, vel sine, si debilis fuerit, est enim ipsa magni iuuamenti, q̄ si non cōferat, post solutionē cū medicina, fiat cauterium super zuhēdeg, est enim vltimum in abscindendo fluxū catarrhi: nos quidem diximus fortū cauterizationis huius in capitulo, quod est ante istud. Euacuaciones

*Phlebotomia
in omnibus
speciebus.*

*Quomodo modo
arteria scindi
debet.*

MESVE DE ÆGRI. OCVLORVM

Solutiuum in materia calida.

In materia mista.

In materia frigida.

Diagnostum.

euationes autem, q̄ fiūt cum medicina solutiua in materia calida sunt, q̄ fiūt ex aquis fructuū, & violarū, & myrobalanis citrinis, & tumo- terre, & tamarindis, & similibus, & decoctio ca pillorum veneris dicta in antidotario, & aqua fructuū, & infusio de succis herbarū, & alia quo rū rememorati sumus in canone. At si cum ma- teria calida fuerit permistio materie grossę, ni- hil est, quod magis cōferat, quam infusio de a- loe cū aqua endiuicę, aut solatri: aut infusio hie rę picrę cum eis: aut fm̄, quod narratū est se- pe ex infusionibus hierę picrę, & proprie si ma- teria fuerit submersa, aut imbibita ī velamini- bus cerebri. Si aut materia fuerit frigida phleg- matica, fiat solutio cū pilulis cochys, & pilu- lis Galeni, & hiera colocynthidos, & similib⁹. Si vero fuerit melācholica, educenda est cum eis, q̄ ipsam educunt ex his, q̄ dicta sunt, neq̄ sis cōtētus in sufficiētia vnius euacuationis, aut duarū: sed iteratio, atq̄ iteratio est ex rebus lau dabilibus eis, & proprie cū facilitate, & pro- prie qualiscunq̄ sit materia. Tertiā autem rem cōplēt phlebotomia, & cauteria, q̄ diximus, & emplastrationes sup̄ tempora, & frōtem, & in- ter duo supercilia ex eis, q̄ dicemus iā, & pro- prie qn̄ materia, quę effunditur via effusionis, est p̄ vias extrinsecas. Et quandoq̄; cōplēt hoc ex rebus facientibus stypticitatē, & inspilla- tionē, vt prohibeāt descēsus materie eius. Ve- rum etiam interdum nocent: quoniam quę iā descendunt, materiā aggregant, & cōstringūt inter tunicas oculorū, & sunt causa maioris no- cumentis, quod si cōtingat, administranda sunt euaporantia, qualia sunt aqua calida, & aqua meliloti, & similia, & pprie, vt cōsideres in cu- ratione tua gradus tres, & distinguas eos ī cō- sideratione indigesti morbi, & accessus eius ad digestionē nō integre, & accessus ipsius ad di- gestionē, in qua est cōplexio, hoc. n. est quod est fm̄ sapientiam. Et quandoq̄; conferunt ad hāc partem administrationes de iacur, & gar- garismata facta ex eo: & similia quorum reme- moratio præcessit in c. de coryza, & catarrho, & ex eis, q̄ constringunt fluxum eius, verū fie- ri oportet post mundificationē, & cōceduntur solū aliqua ex eis, q̄ sumunt per os, quę requi- rātur ibi. Quartam rē cōplent gargarismata, & caputpurgia, cū facilitate diminuētia de ma- teria fm̄ quod exigit dispositio: & similiter fri- ctiones extremitatum, & cōpressiones, & liga- turę dolorosę ī extremitatibus, & clysteres, & ventosationes in nucha, & inter spatulas, & in hæmorrhoidibus, & prouocatio earū, & scarifi- catio facta in cartilaginibus auriū, & similia. Quintā rem complent administrationes me- dicinarum, fm̄ intentiones diuersas. In morbi .n. principio repercussiuus vtendum est, in qui- bus sit facilitas fm̄ omnem modū administra- tionis. Deinde vtendum est resolutiuis, & non euacuandę sunt à permistione istarum duarū

intentionū quęcunq̄ medicinę sint inter il- las, vt perueniatur gradatim, & cū successione paulatim ab eo, quod est repercussiuū vsq̄; ad resolutiuum, quoniā hęc est operatio, q̄ est se- cundum sapientiam. Administranda igitur in principio, si materia fuerit calida, quę materie acuitatem, & inflammationem reprimant: qua- lis sunt portulaca trita, & supposita, & endiuia, solatrū, & aqua rosata, & lingua arietis, & her- ba violę, & psyllū infusum in aqua rosata: hęc oīa singulariter, & vel coniunctim cū oleo ro- sato cōquassata, & oculis imposita sedāt, & di- gerūt. Destillentur aut oculis lac mulieris nu- trientis puellā, lac asinę, & albumē oui, aqua rosata, & mucilago psyllij. Et post diem vtēdū destillatione sief albi primi cū aliquo horum, q̄ diximus nunc. Cōsequenter admiscendę sunt his, & proprie cum iam lippitudinem oculi ha- bere ceperint, sed nō integre; & cursus lachry- marum subtilium, & acutarū nō est in ea per- seuerātia, sicut prius medicinę aliquid resolu- tionis, & maturitatis habentes, sicut mucilago seminum cydoniorum, & decoctio meliloti, & aqua fenugręci, vtendo eis proprie cum sief al- bo: secundo cum collyrio citrino. Si aut matu- rationis significatio vera adest, q̄ est effusio lip- pitudinis, & oīno abscissio lachrymarum sub- tiliū acutarum: tunc balneationis impressio est medicamen verum, subiliat. n. resoluit mate- riam: & est eis tunc medicamen proprium, pul- uis aluminis, & proprie cū mucilagine fœnu- gręci, & feminis lini, nō prætermittat, & admi- nistratio balnei, est. n. nobile ad ophthalmiam (sicut Hipp. dixit) & proprie corpore mundifi- cato. Si aut materia fuerit frigida phlegmati- ca, vtere in primis repercussiuis non plurime in frigidationis, sicut est sief de spica cū succo mē- tæ confortato, cum modico spicę, & succo ra- phani, & succo virgę pastoris similiter cōfor- tato cū spica, & in processu rei, cum signa ma- turationis apparuerint, vtendum emplastro ex anetho, & folijs maluę coctis in vino styptico, aut ex meliloto, & spica, aut fenugręco, & ro- sis coctis cū vino styptico, & destilletur in ocu- lis sief de spica cum aquis meliloti, aut fœnu- gręci, & similibus. Et si amplius signa matu- rationis appareant, vtendum est puluere citrino cum mucilagine fœnugręci, aut meliloti. Bal- neum quoque in huius modi hora est medica- men conueniens, & potus vini puri, & albi. Si autem à vêtositate fuerit, curetur cum embro- chis, & balneis facientibus euaporationem, & emplastris. Et iam laudatus est fœniculus in huiusmodi ophthalmia fm̄ omnē modum ad- ministrationis eius, & emplastrum factum ex eo, & vitello oui est iuuatiuum valde. Sextam rem cōplent administrationes medicinarum doloris sedatiuarum, scilicet puncturę, & mor- dicationis vehementiam sedantium: qualia sunt proprie medicamenta sedatiua, secundum quod

quod exigit dispositio, & narcoticitatis parum habentia, & repressæ, verū administranda sunt cum cautela, sicut proprie albumē oui cōquasatū cū aqua papaueris, aut mucilago psyllij cum aqua papaueris, aut cū succo pomorum mādragoræ, aut solatri, aut lactuce, & similiter mucilago seminū cydoniorū cum aliquo prædictorum, & mucilago fenugræci, & aqua meliloti, aut anethi cū aliquo ex eis. Et quandoq; propter necessitatē vtendum est opio, verum si accidit nocumētum propter narcoticū, vtendū est lauacris, & embrochis ex rebus, in quibus sit virtus maturans virtutē narcotici, sicut est pprie melilotum, chamæmelum, fenugræcū, malua, anethū, & similia. Hamech fili⁹ Zazar, emplastrū conferens dolori, & apostemati oculorum, & scabiei, & super calefactioni. Recip. croci, myrrhæ, olibani, opij, gummi arabici, ana, tere, & cōfice cū aqua rosata: & fac formulas, & fac sicari, & quando oportet, accipe ex eis, & fac emplastrū cū aqua rosata, aut albumine oui, est. n. expertū. Idē, aliud ad apostemata oculorum, & difficiles dolores, & facit ægrum dormire. Recipit croci, memithæ, lycij, aloes, gūmi arabici, acaciæ, ana, tere, & cōfice cum succo rubi, & fac formas, & cum oportet, dissolue vnā ex eis cum succo rubi, aut solatri, aut mucilagine psyllij, aut granorū cydonij, aut albumine oui, aut lacte mulieris lactantis puellam, & pone cum lana super oculū, cōfert enim, si Deus voluerit. Idem. Aliud valens similiter, quādo dolor est vehemens in oculis, faciens dormire. Recipit mandragoræ, opij, hyoscyami, ana, tere, & cōfice cū aqua pluuiali: ex pone soli quinq; diebus, deinde fac formulas, & qñ oportet, dissolue vnā ex eis cum aqua rosata, aut albumine oui: & lini sup frōtem, & tempora: & si oportet, lini super oculos. Idem. Aliud conferens doloribus oculorū calidis. Accipe succi solatri, succi foliorū hyoscyami, lycij, croci, zucchari, camphoræ ana, albuminis oui quantum sufficit, vtere cum coto: sedat. n. illa horas illius Zachariæ Arafī. Cōf. & tio emplastrū prohibentis fluxū ex oculo. Rec. aloes, acaciæ, sief memithæ, lycij, boli, gummi arabici, liniatur supra frontem cum albumine oui. Et si est supracalefactio vehemens, addatur eis sandali rubei, & faufel ana pugillus. j. & liniatur cum aqua coriandri humidi, & endiuæ, & aqua rosarum. Idem. Confectio emplastrū ad dolorem vchēmētē in ophthalmia. Rec. coriandri, meliloti, croci, seminis lini, tortellarum de sceni ana. Tere, & confice cum vino styptico, & fiat emplastrum super palpebras. Aboali. Emplastrum sedans fluxum materiei ad oculum. Recipit sief memithæ, aloes, seminum rosarum, croci, sarcocollæ, ramich, fauich hordei, balaustræ, ana confice cū succo solatri, & fac emplastrū ex eis. Idem ad doloris vehemētiam. Accipe succi lactuce, succi pomorum

A mādragoræ, succi papaueris ana partē vnā, albuminis oui partes tres, cōquasētur, & vtere cum coto, bonū, & expertum. Idem Epithema conferens ad dolorem vehementem, & ad multitudinem materiei. Recipit fauich hordei, dr. xvj. hyoscyami albi, drac. octo, thuris, dr. vj. myrrhæ, succi mandragoræ, ana drac. quatuor, opij, dr. iij. croci, rosarum recentium, ana drac. ij. vitellum oui vnus affi, contere, & cōfice cū vino styptico, & fiant formæ. Et quando oportet, administretur vna cum eo, quod conuenit ex liquoribus. Idem. Aliud faciens similiter ad dolorem calidum. R. croci, myrrhæ, aloes, olibani, opij, sarcocollæ, ana, fiant formæ, & super frontem, & oculū lini in principio doloris cū aqua endiuæ, aut portulacæ, aut solatri, hyoscyami albi, aut coriandri humidi. Aliud. Recip. fauich hordei, drachmas iij. opij, dra. j. croci, dr. ij. confice cum succis prædictis: & vtere super ophthalmiā calidam. Filius Serapionis. Emplastrum faciēs stypticitatem, & conferens in principio, & prohibēs fluxum materiei ad oculos. Accipe foliorū solatri, & virgæ pastoris, & arnoglossæ, & endiuæ, & portulacæ, & teneritarum rubi, & foliorum vitis, ana fac cum farina hordei emplastrū, & oleo rosaceo, & aqua decoctionis papaueris. Idem. Quando accidit, quod ægritudo consequitur vestigia maturationis, tunc misceas in emplastris vitellū oui, mucilaginis, fenugræci, & seminis lini, melilotum, & chamæmelum cū media parte croci, & oleo rosato simul incorporatis: & superimponere. Filius Zazar. Sief album, quo vtendum est in principio ophthalmiæ calidæ, cum dolor est vehemens. Rec. gūmi arabici, dragaganthi, amyli, ana drachmas quatuor, cerussæ lotæ, drac. vj. opij, drac. j. distēpera cū albumine oui, vel cū aliquo, quod conuenit ex liquoribus. Idē Sief aliud album conferens ophthalmiæ in augmento, & sedat dolorem. Recipit sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ, drac. semis. amyli, drac. iij. draganthi, dr. quatuor, opij, dr. j. olibani, drac. j. & semis. cerussæ ablutæ, drac. sex, tempera cum aqua pluuiali. Filius Zachariæ Arafī, Sief album confectis ophthalmiæ, & doloribus oculorum. Recipit cerussæ ablutæ, drach. quatuor, sarcocollæ grossæ, drac. iij. amyli, drac. ij. draganthi, dr. j. opij, drac. semissem. Fiant trochisci parui. Sief aliud albū descriptione Aboali conferens ophthalmiæ in principio, & augmento eius. Rec. cerussæ, drac. x. gummi arabici, amyli, ana dr. v. sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ, aut mulieris, drac. x. dragacanthi, drac. iij. opij, drach. & semis. cōfice cum aqua. Sief album descriptione Alexandri, expertum ad ophthalmiam calidam cum nimio dolore: & est mirabile. Recipit climiæ, prius tamen lotæ, deinde adustæ, & extinctæ in lacte mulieris, drach. x. cerussæ lotæ, drac. viij. scorix ferri drac. iij. opij, drac. ij. dra-

MESVE DE ÆGRI. OCVLORVM

dragacāthi, gūmi arabici, ana drachmas quatuor, confice cum aqua pluuiali. Sief citrinum descriptione eiusdem conferens doloribus vehementibus ophthalmiæ. Recipit climiæ secundum superiorem doctrinam præparatæ. drac. viij. cerussæ lotæ drac. xvj. croci, drac. iij. opij, drach. ij. dragaganthi drac. ij. aquæ pluuialis, quod sufficit. Vtere cum albumine oui. Sief citrinum aliud mirabile descriptione eiusdem plus operatiuum alijs: reprimit. n. magis superfluentes materias. Recipit amyli. drac. xxj. sief memithæ, dr. ix. sarcocollæ, dragaganthi, gummi arabici, ana drac. iij. croci, dr. ij. & semil. myrrhæ, drac. j. opij drac. ij. confice cum aqua pluuiali. Sief rosarum descriptione eiusdem efficac: & expertum ad ea, quæ diximus superius. Rec. foliorum rosarum, drac. xv. croci dr. viij. opij, drac. ij. spicæ indæ, drac. ij. gummi arabici, dr. ix. aquæ pluuialis, quod sufficit, facit. n. ad doloris vehementiam, & ad fluxū materiarum subtilium acutarum. Sabor Rex Medorū. Confectio collyrij citrini sublimis ad ophthalmiam, & doloris vehementiam: confert. n. statim. Recipit sarcocollæ, drachmas tres, cerussæ, drac. v. amyli, dragagāthi, gummi arabici, ana drac. ij. opij, dr. j. croci drac. j. & semil. Omnia præter opium tere, & redige in subtilissimū puluerem sicut alcohol: opium autē dissolue in aqua rosata, aut lacte mulieris, & misce cū alijs conterendo in vase lapideo cōtritione multa vsq; dum fiat liquidum sicut mel currens, & vtere expertum est. Idem. Sief de spica conferens ophthalmiæ, cuius materia est frigida, & est cū diurnitates. Recipit sarcocollæ drachmas v. spicæ, dr. ij. foliorum rosarum, drachmas quatuor, croci, drac. ij. opij, aloes, ana dr. j. gummi arabici, amyli, dragaganthi, ana dra. j. confice cum aqua pluuiali: & fiat sief, & vtere. Cū autem maturationis signum apparet, conficiatur Sief huiusmodi cū succo capparidis, expertū est enim. Mahemet Arafī. Confectio pulueris albi cuius operatio est mirabilis ad ophthalmiā calidam, & vehementiam doloris. Recipit sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ, aut mulieris, drac. x. amyli, drac. ij. opij, drac. j. & semil. camphoræ, drac. semil. bonum, & expertum. Idem: Puluis alius, cuius proprietas est abscindere lippitudinem, qñ non est sanies multa. Rec. sarcocollæ, drac. decem, spumæ maris, drac. j. zuccari, dr. iij. teratur, & administratur. Idem. Confectio pulueris citrini cuius iuuamentum est in sine ophthalmiæ, & est eius impressio fortis. Rec. sarcocollæ, drachmas decē, sief memithæ drachmas tres, lycij, aloes, ana drach. duas, croci, drac. j. & semil. spumæ maris, dr. semil. teratur, & administratur. Hamech. Puluis conferens calidæ ophthalmiæ. Recipit sarcocollæ, Sief memithe ana, fac puluerem, & vtere cum albumine oui. Isaac. Puluis citrinus conferens ophthalmiæ, quæ sequitur declinationem, &

ophthalmiam difficilem, & adhaerentem. Recipit sarcocollæ nutritæ, drach. x. croci, spicæ, aloes, ana drachm. j. teratur, & administratur. Hamech filius Zachar. Cohol conferens cū auxilio Dei apostemati, quod est in coniunctiua, & inflammationi oculorum, & fluxui materiarum, & lachrymarum, & pruritus: & vtere mane, & sero. expertum. Rec. tutiæ, lapidis hematitidis, ana drac. iij. lycij, acaciæ, climiæ auri, ana aur. j. spicæ, opij, tumach, ana dr. semil. amyli, aur. j. aloes rubei boni, drach. j. zuccari tabarzet, drach. iij. fac puluerem subtilissimū, & imbibe vice vna cū aqua myrobalanorum citrinorum, & alia vice cum succo seniculi, & tertia vice cū succo coriandri humidis, & quarta vice cū aqua sumach, & si est tempus granatorum, imbibe vicibus duab. cū succo granatorum muzorum, vel cum succo granatorum dulcium, & acetosorum, deinde misce cum eis camphoræ, drachm. j. quartam, deinde iterum tere, & cerne, & pone in vase vitreo: & fiat cū eo alcohol mane, & sero.

De doloribus oculorum. Cap. 4.

DOlores oculorum. Inquit Hip. Potus vini, balneatio, phlebotomia, & euacuatio per ventrem curant dolorem oculorum. Intellexerunt posteriores, quod vini potio confert phlegmaticis doloribus: balneatio cholericis, & melancholicis: phlebotomia sanguineis: vel si humores aliquantulum cū sanguine augmētentur. Euacuatio quoq; per ventrem confert doloribus phlegmaticis, cholericis, & melancholicis. Et quidem super hoc scrutiniū secundum sapientiā est thesaurus operationis. Quoniam vini potatio confert phlegmaticis, dum tñ maturatione, & euacuatio præcesserint, & iterata, quoniam agitationis suspicio tollitur ex agitatione particulariter, sublata multitudine. Et balneationis impressio similiter omnibus oculorum doloribus confert, et post debitam euacuationem, resoluit. n., & habilitat residuū materiei, & proprie adhaerentis, & difficilis, alias aut dilatat materiam, & conuertit ex partibus alijs ad locum doloris, & multiplicat fluxum. Hic aut sermo noster est sermo, quem non oēs comprehenderunt: nisi qui se exercent sñ prudentiam, & viam industriæ: & illud est, qm oportet, vt postponatur euacuationes, quæ sunt secundum partem, eis, quæ sunt secundū multitudinem. Agitatio enim multiplicatur ex agitatione particulariter multitudine non sublata, dilatat enim & incitat multitudinem: nisi materia secundū locum particulariter incumbat, & non cum communitate etiam alterius partis, & fit in quantitate parua. Principium vero euacuationis ab eo, quod est secundum partem, & non sublata multitudine, materiam dilatat, & agitat, & in loco doloris multiplicat, & hoc est illud, quod est error, & imperitia, sicut Galen. dicit. Hamech filius Zachariæ

charia. Cohol conferens doloribus oculorū. & A
est medicina regum. Rec. antimonij, drach. vj.
marchesitæ drac. v. tutiæ, drac. iij. emblicorū
mundatorum, drac. iij. amyli, dr. ij. piperis al-
bi, drac. j. tere, & cribella, & vtere vbi oportet.
Idem. Confectio sief conferentis oibus dolori-
bus oculorum. Accipe succi mororū rubi quan-
tū vis, & fac sicari temper agitando, & accipe
ex eo aur. iij. & misce cum eo ex albuminibus
ouorū, quod subtile est, & lactis mulieris quan-
titatem sufficientem: & fac sicari vsq; dū fiat
sief: vtere cum albumine oui, & lacte mulieris:
est. n. medicamen sublimen. Idē. Sief aliud cō-
ferens doloribus oculorum à cholera: & cōfert
statim. Rec. climiæ, auri, scorix ferri, an. dr. xv.
sief memithæ, drac. j. opij, croci, an. drac. semif. B
acaciæ, aur. semif. tere, & cōfice cū aqua, & fac
sief: & vtere cū aqua rosata, & lacte mulieris.
Idem. Sief cōferens dolorib. fortibus ex multi-
tudine materiæ, facit dormire ægrum ex illa
hora. Rec. sief memithæ, drac. viij. croci, sarcocollæ,
ana drac. iij. opij, dr. ij. succi mandragoræ,
drac. ij. Tempera cū aqua pluuiali, & vtere
vbi oportet. Amaran. Sief conferens omnibus
doloribus oculorum, & vtere eo ad oēs ægri-
tudines. Rec. tutiæ bonæ, lycij, ana aur. iij. my-
robalanorum citrinorum aur. j. & semif. zinz-
beris, piperis longi, & albi, ana aur. j. asfendeni,
sarcocollæ, ana aur. ij. tere, & cerne, & solue ly-
ciū in aqua pluuiali, & confice cū eo cetera, &
fac sief, & frica in toto cū aqua pluuiali, & al-
bumine oui, vel succo rubi. bonum si Deus vo-
luerit.

De vulneribus, & vlcibus oculorum.

Cap. 5.

Vulnera, & vlcera oculorū. Cura sunt sex
res. Prima est euacuatio multitudinis.
Secunda est prohibitio discursus materierum
ad oculos. Tertia est administratio intentionis
circa vulnus. Quarta est correctio accidētium.
Quinta est obseruatio regiminis in vita eius.
Sexta est, vt vestigium, quod ex vulnere rema-
net deleatur. Primam igitur rem cōplent pble-
botomia, quoniam est p̄cipium curæ, & pro-
prie cephalicæ, deinde solutiones lenes ven-
tris ex eis, quæ diximus in cap. de ophthalmia,
factæ cum iteratione. Secundam rem complēt
medicamenta, quæ sunt distincta supra in cap.
de ophthalmia. Tertiam rem complent admi-
nistraciones medicaminum facientium nasci
carnem in vlcibus, & consolidantium vul-
nera: sicut est sief album in principio cum lacte
mulieris, & albumine oui. Et administratur se-
cundū plurimū medicina desiccatiua non mul-
tæ mordicationis, vt non fiat saniei generatio,
est enim in hoc vulnere sanis suspecta. Et post
tempus principij si dolor non sedatur, senum-
græcum cum rosis coctis in vino styptico, aut
aqua rosata super oculum cataplasmetur. Et
vtendum est deinceps sief albo, & sief de plum-

bo cum albumine oui. Si autem dolor reprimi-
tur, sief de plumbo vtendum tantum simi-
liter cum albumine oui. Cum autem vulnus
repletum fuerit, vtendum est sief elixir. Ligatu-
ra præterea super oculos restringenda est, vt
cōprimat super puluillos, & super pilā cōstitu-
tā, & ordinatam super oculos: iaceatq; æger su-
pinus. Signum quoq; salutis est, quādo incipit
apparere in circuitu vulneris albedo: & post sa-
nū vulnus remaneat impressio albedinis in lo-
co vulneris. Quartā rē complēt administratio-
nes medicaminū sedantiū dolores, & punctu-
ras, & mordicationes oculorum pp vulnera ip-
sorū, ex his, q̄ p̄cesserunt. Quintam rē cōplent
administratio subtiliationis regiminis in sex
generib. rerum, sicut iā diximus. Sextam rem
cōplent medicinæ remouentes vestigium albe-
dinis, quod remanet post vulnus, cum eis, q̄ di-
cētur in c. de albedine oculorum. Filius Zacha-
riæ Araf. Confectio sief de plumbo, replentis,
& solidantis vulnera oculorū. Rec. plūbi vsti,
antimonij, tutiæ ablutæ, chalcuce caumenon,
gūmi arabici, dragagathi, ana dr. octo, opij, dr.
semif. Fiat sief cum aqua pluuiali. Idem. Aliud
sief faciens nasci carnem in vlcibus, & prohi-
bens egressum vuæ, & subtilians vestigia. Re-
cipit climiæ, tutiæ tritarum, & ablutarū multo-
tiēs cum aqua pluuiali, cerusæ, antimonij, oli-
bani, ana dr. ij. myrrhæ, dra. j. sarcocollæ, san-
guinis draco. aloes, opij, ana dr. j. & semif. fiat
sief, & administratur, bonum est, & expertum.
Idem. sief de thure maturans vlcera. R. thuris
dr. x. ammoniaci, sarcocol. ana dr. v. croci, dr.
ij. fiant ex eis sief cum mucilagine fenugræ.
Idem. sief elixir, cuius operatio est sublimis ad
vlcera maligna oculorū, prohibens egressum
vuæ. R. antimonij, sedenegræ, ana dr. x. acaciæ,
dr. iij. aloes, dr. j. fac ex eis sief cum succo rubi.
Filius Zesar. Cohol conferens vlcibus oculo-
rū. R. sarcocollæ nutritæ in aqua rosacea die-
bus pluribus, deinde nutritæ in succo rubi, ter-
tio nutritæ in lacte mulieris similiter diebus
pluribus, & exiccata, quantitatē sufficientem,
pulueriza, & fiat cū eo alcohol mane, & sero
bonū. Et sunt qui mittunt sarcocollā in lacte
mulieris tantū, & vtuntur. Sabor Filius Gir-
ges. Collyrium bonum ad vulnera, & vlcera
oculorū. R. sarcocollæ nutritæ in lacte mulie-
ris, aut asinæ, drachmas quatuor, antimonij,
sanguinis draco. sedenegræ, an. drachmas duas,
myrrhæ, aloes, ana dra. j. & semif. opij, drac. j.
Terantur vltima cōtritione, sicut alcohol: de-
inde cōfice cū succo rubi: sic cōterendo in va-
se lapideo contritione vehemēti, donec fiat
sicut mel currens, & reconde in vase vitreo, &
vtere mane, & sero: & expertum est.

De scabiē oculorum. Cap. 6.

CVra huius ægitudinis est im̄ considera-
tiones duas. Nam quæ subtilis est, & non
multi temporis, indiget corporis mūdificatio-
ne.

Mesua.

Oo

ne.

MESVE DE ÆGRI OCVLORVM

ne. Primo cum phlebotomia, & v̄tris solutione, & v̄tolatione in occipite, & nucha. Secūdo indiget regimine oculi substantiā teneram faciente: sicut est balneatio proprie, & fomētationes, & aliud regimen humectatiuum acqui sitū ex acre, & quiete: & ex his, quæ comeduntur, & bibuntur, & alijs. Tertio indiget medicinis, quarum proprietas est curare scabiē oculorum: sicut verbi gratia collyrium, quod sibi comparat Sabor Rex Medorū, & sief rubeum, & leue, & sief viride, & leue. Si autem fuerit scabies grossa, & chronica, tunc cura eius est post solutionem, & phlebotomiam frictio scabiei cum folijs parietariæ: aut cum folijs sici: aut cum aliquo instrumentorū conueniētium ad illud, aut cum radice liquiritiæ preparata vsque dū sanguis plurimus fluat, & remoueat asperitas, & durities, quæ est sicut filtrofitas: & appareat tenerum eius. Et modus fricādi cū instrumento est, vt fiat frictio sup oculū, & palpebras prius superposito puluere, & spuma maris, & zuccharo tabarzet, aut aliquo, qđ fit simile illis. Deinde lauetur oculus cū aceto, aut aqua rosata, aut vino forti albo, & nouo: de inde administret̄ residuū regimen eius ex eis, qđ dicta sunt, & proprie ex collyrijs, & sief lenibus, & acutis: & emplastretur tpe frigido cum amygdalis amaris, cymino, & mica panis infusa in rob cū pauco croco, & tpe calido cum vitello oui, & oleo rosato, & violato, & nō pretermittatur genera medicaminis oculis substantiā tenerā faciētis. Sabor filius Girges. Confectio collyrij boni ad scabiē oculorū, & sebel, & vngulā. Rec. cerussa. viridis æris, ana partē. j. tere cōtritione vltima cū vino albo, & succo rutæ vsq; dū fiat currēs in terminū mellis clari, & liquidi, & vtere eo mane, & sero. Si autē medicamē mitius facere volueris, pone ex cerussa partes ij. & qñque cerussa, & flos æris tere cōtritione vltima: & ponūtur in vase gneo limpido cū liquoribus prædictis: & dimituntur per diem, & noctem, deinde colatur, & ponitur colatura in vase vitreo, & destillatur ex eo in oculo mane, & sero. Mahemet Arafī. Confectio sief rubei valens sicut p̄dictum est. Rec. sedenagi, dr. iij. æris vsti, drac. ij. myrrhæ, croci, ana drac. j. piperis, drach. semif. & est leue. Si autē acutius facere volueris, adde cū p̄dictis floris æris, & salis ammoniaci, ana drach. semif. Idem. Confectio sief viridis valens similiter ad prædicta. Rec. floris æris, dr. iij. colcothar adusti, drach. vj. arsenici rubei, baurach, spumæ maris, ana drach. j. ammoniaci, dr. j. & semif. salis ammoniaci, drac. semif. ammoniacum dissoluatur in aqua rutæ, & fiant ex eis sief. Hamech. Cōfectio sief sanans scabiē oculorum, & consumens panum, & vngulam. Rec. floris æris, colcothar adusti, spumæ maris, ana drach. ij. chalcucecaumenon, drac. iij. baurach, salis ammoniaci, arsenici rubei subli-

mati, ana drach. j. fac sief cum succo chelidoniæ, & administretur sicut fricādo, est enim bonum, si Deus voluerit. Idē sief cōferens scabiei, pruritus, & sebel, & humiditati supfluę in oculo. Rec. cerussę, croci, gummi arabici, an. dr. vj. ammoniaci, salis ammoniaci, spicæ, opij, myrrhæ, succi agrestæ, ana dr. j. & semif. confice cū aqua pluuiali. Idē sief conferens vlcerebus, & scabiei oculorum à caliditate. Rec. climiæ, croci, scoriz æris, gūmi arabici, æris vsti, ana dr. iij. myrrhæ, sedenegi, spicę, ana dr. j. opij, rosarū, ana dr. j. piperis albi grana iij. Cōfice cum vino, & vtere cū albumine oui. Humain. Cohol cōferens scabiei oculorū, pruritus, & sebel, & tenebrositati visus. Rec. tutiæ, emblicorum, an. dr. j. antimonij nigri, aur. ij. castorei, climię, ana aur. j. & semif. memithę, dr. j. croci, drac. j. campho. aur. semif. suchaha danic. j. salis ammoniaci, dr. ij. tere contritione bona, & pone in vase lapideo mundo: & projice super eam aquam pluuialem, in qua infusi fuerint per dies duos ex myrobalanis nigris circiter. xx. postq̄ contriti fuerint, deinde cola aquam, & funde ex ea parum super medicinas, & dimitte siccare, vel quasi: deinde funde ex aqua prædicta, et fac sicut prius, & sic paulisper infundendo, & triturando vsque ad totius aquę consumptionem, deinde siccentur, & puluerizentur contritione vltima, pone in vase vitreo, dixit Humain, quod vendebatur pondere auri propter suę operationis excellētiā. Cohol axerumi, ex inuentione nostra, valet combustioni oculorum, & lachrymis, & scabiei, & sebel. Recipit tutiæ, carmeni, buruch, dr. j. elelegi, aspharzinziberis, ana dr. quinque piperis longi, memithæ, ana drach. ij. semif. & chirat. ij. melech indi, dr. j. tere simul, & tempera cū aqua agrestæ, & fac siccare: deinde tere, & vtere. Mulafi cōr. Alcohol sief conferens scabiei, & vlcerebus oculorū, & dolori, & debilitati visus. Recipit lycij, tutiæ indæ, ana aur. iij. chebulorū, aur. j. zinziberis, drach. j. fiat sief, cum aqua pluuiali, & vtere in cocto.

De sebel. Cap. 7.

Quæ subtilis est, & nō multi tēporis, curatur cū consideratiōibus prædictis in cura scabiei oculorum: .s. cum sublimatione regiminis, & dimissione vini, & cibariorum vaporosorū: & cū euacuatione corporis, & phlebotomia, & rebus tenerā reddentibus substantiā oculorum: deinde cum sief, & collyrijs dictis ibi. Si autē chronica fuerit, & grossa, vt appareat sicut tela aranę expāsa sup pupillā oculi cū venis manifestioribus, ita qđ visum phibeat, tunc est fm vnum duorum modorū. Aut .n. colligitur, & eleuatur dū apprehenditur, & suspenditur cū vncinis: & tunc cū incisorio inciditur postq̄ colligis eā: & separas ab oculo cum pilo equi, aut filo de serico: & curetur deinceps cum aqua infusionis cymini, & post illud

illud cum puluere citrino. Si autem non colligitur, nec eleuatur, curetur cū medicationibus acutis dictis in capitulo, quod est ante illud.

De albumine oculorum. Cap. 8.

CVra huius egritudinis commēsuratur eisdem regiminib., quibus, & sebel. Nā que subtilior est, quantum ex modo bene operādi comprehendendi potest, indiget assiduatione rerū oculi substantiam teneram faciētium, sicut est balneum, & assiduatio eius, & inclinatio super vapore aquæ calidæ, deinde vtatur puluerizatione post puluerizationem super oculum ex spuma maris, zuccharo, & sarcocolla: & interdum vtendum est frictione post frictionē cum eodem puluere, vel cum aliquo, quod sit sicut ipsum, & sunt qui addunt ad vigorādum prædicta, pulueris baurach, aristolochiæ ana, sicut ex prædictis, & sunt qui experti sunt super huiusmodi succum florum papaueris rufi cū succo, aut puluere hæg esse iuuamentū: & similiter cū stercore stellionis, aut lacerti viridis magni, & similiter expertum est ex stercore hirudinis, & similiter expertum est ex vrina pueri coagulata in vase cneo cū modico salis ammoniaci. Si autem fuerit dura, & in corpore duro eligatur ex medicaminibus, quæ magis acuta sunt, & pluris virtutis ex his, quæ dicta sunt: & dicemus, post frequentiam tamen balneationis sicut iam diximus. Dixit Alexand. quod sebel est cum super alba oculorum, & super nigredine videtur similitudo panni texti ex venis rubeis grossis. Ex medicinis autē cōuenientibus ad albuginem remouendam, & sebel, & vngulam, & alias oculi additiones, quæ plures scripsimus in capitulo de scabie oculorum. Nunc autem ponimus narrationes medicaminū priorum. Sabor filius Girges. Collyrium expertū ad albuginem oculorum remouendam, & est ei impressio bona. Accipe fellis tauri, succi huæg, vel pulueris radicū eius, radicū chelidoniæ, ana aur. iij. corticum radicū foeniculi, aur. iij. tere contritione grossa, & pone in vase æneo, & funde sup medicinas vrinę pueri circiter lib. j. & dimitte per dies quatuor, deinde decoq; vsq; ad lib. semif. & iterū reducās ad vas cneū vsq; dum inspissetur, deinde accipe massacumię, stercoris magni lacerti, spumę maris, zucchari tabarzet, salis gemmę adusti, aris adusti, salis ammoniaci, ana partes æquales. Terantur vltima contritione: deinde ponantur in vase lapideo mundo, & terfo, & fundatur super ea ex medicamine prædicto: & cōficatur terendo semper ante parum ex medicamine fundendo vsq; dū impinguet, & fiat sicut mel: deinde refunde in vase vitreo, & vtere, est enim expertum, & bonū. Medicamē Rasis valde vtile ad albuginem oculorū remouendam, & cito eradicaā: cui dixit nō inuenisse equa-

Ale. Recipit tutiæ, spumę maris, stercoris stellionis magni, baurach, zucchari de Mecha, ana partes æquales, deinde sumatur acori, chelidoniæ, ana dr. x. coquatur in li. j. aquæ donec ad dr. iij. redeat, & coletur, ex hac aqua imbiban tur species prædictæ, & conficiatur cum ea, & siccentur in vmbra, deinde teratur iterū, & cōspargantur vt prius, & siccentur, qđ postquam factū fuerit, siccentur, & teratur, & in oculo mitantur, huic .n. medicamini nullum cōpar existit in albuginis remotione, etiā si esset grossa, vt in brutis animalibus. Alexand. Medicamē lene ad albuginem remouendā. Accipe ossium sepiæ, dr. j. & semif. salis ammoniaci, cerussæ, ana dr. j. ammoniaci, dr. jj. vtere, & expertum est. Mahemet Arasi. Medicamen remouens albuginem oculorum, inclinatur prius super vapores aquæ calidæ, deinde aspergatur hic puluis. Recipit spumę maris, baurach, sarcocolle, zucchari tabarzet, stercoris muris, ana partes æquales. Idem. Confectio medicaminis sublimis ad albuginem cito remouendam. Accipe massacumię stercoris magni lacerti, spumę maris, baurach, zucchari tabarzet, ana partes æquales, deinde accipe radicū chelidonię, fenicu. huæg, ana dr. j. decoquantur in lib. j. aquæ, donec redeat ad drach. iij. deinde submergatur prædictarum rerum puluis subtilissimus in hac aqua, & exiccetur semper conterendo: deinde teratur, & fiat alcohol cum eo.

De cura vngulae oculorum. Cap. 9.

Dixit Alexand. qđ vngula est cū aliquid panniculo simile ex palpebra, quæ ex parte naris, oriri videtur, & albū oculi cooperire: & peruenit vsque ad oculi nigredinem. Cura huius est sicut diximus in sebel, cū collyrijs, & alijs, si recēs est, & si antiqua. Si autem non est possibilis eius eradicatio cum medicinis, suspendatur cum vncino, si est possibilis eius suspensio, deinde incidatur iuxta lachrymale, ita quod nō profundetur inciso, ne damnetur pellicula in organo lachrymali, & fiat cōtinua lachrymarum effusio. Si autē non est facilis, suspensio vngulæ, submittatur pilus, aut filum de serico cum acu curua: postea capias eam, & suspendas, deinde sicut excoriādo trahatur, & extirpetur. Quod si nec hoc sufficit, excorietur excoriatione subtili cum ferro, postquam autem abscideris eam, destillabis in oculū cyminum masticatum cum sale. Si autem ibi dolor generatur, aut mordicatio, emplastrabis cum oleo rosato, & violato, & vitello oui. Si autem aliquod residuum ex ipsa vngula remanet, eū collyrijs consumetur, & eradicetur. Iam superius medicamina ad vngulam, & sebel, & ad alias oculorum additiones scripta sunt, quæ sunt administrāda post balneum, & vaporem aquæ calidæ, sicut diximus.

Mesur.

Oo ij De

MESVE DE ÆGRI. OCVLORVM

De lachrymis oculorum, & earum exuberantia. Cap. 10.

CVra huius ægritudinis in quibusdā nō est possibilis: & proprie quando profundata est incisio in angulo lachrymali: & quando lachrymarū effusio est nociua. Verum si est occasione alterius morbi, sicut ppter febrē, tollitur sublata febre. Si autē causam habuerit per se, sicut est debilitas retētiua: vel quia nō fit crudorum digestio, & maturatio: vel quia fit eorum effusio propter multitudinem, aut propter qualitatem facientem dissolutionem: & tunc cura eius sunt quatuor res. Prima est obuiatio: & adæquatio causæ faciētis. Secūda est mundificatio corporis, & torius capitis. Tertia est administratio medicaminum cōmensuratē stypticitatē. Quarta est diuersio materici ad aliā partem. Primam igitur rem complent administratio medicinarū remouentium malitiam complexionis, & confortantium cerebrum, & vigorantium digestionem, & retentionem ex his, quæ dicta sunt in c. de catarrho, & coryza, post mundificationem corporis, quam dicemus. Secundam rem complent medicinæ euacuantes, quod superabundare vī ex multitudine intestinorum, rerum, quæ apparēt ex his, quæ dicta sunt. Tertiam rem complent administrationes medicinarum, quarum proprietas fluxum lachrymarum restringit, ex his, quæ dicemus. Quartam rem complent phlebotomia, aut incisio venæ, vel arteriæ, per quas comprehendimus materias fluere, & deriuari, & hoc quidem iam dictum est in c. de ophthalmia: & tu require illud ibi, si autem res nō superfluit, & fuerit in principio, emplastra sup venas, & arterias ipsas, restringētia, & confortantia pone. Et iā quidem dictum est, quod cauteriū super zuhēdeg est ad fluxum lachrymarum cura sublimis, & proprie quādo supfluit, & iam alia nō cōtulerint. Scripsimus in c. de scabie oculorū plures ex medicinis ad lachrymas stringendas, ex quibus est sief, qđ scripsit Hamech, & alcohol, quod scripsit Humain, & alcohol exerumi, & in capite de ophthalmia scripsimus ex emplastris plura stringentia lachrymas. Mahemet Arafī. Epithema prohibens fluxū ex oculo. R. aloes, tutiæ, sief memithæ, lycij, boli. ana partem. j. gūmi arabici partes. ij. liniā super frontē cū albumine oui. Idē. Cōfectio alcohol stringens lachrymas, & confortans oculos. Recipit tutiæ, drac. x. corallorū cōfricatorū, myrobalanorū, citri, & aloes. ana drac. ij. piperis, dra. semis. macropiperis, drac. ij. fiat cohol cum eo. Democritus. Medicamen satis vtile ad dolores oculorū, & lachrymas. Accipe lanā non ablutā, & cōbure, & cinerem eius diligenter tere, & ex eo cū albumine oui sup frontē, & tempora lini: statim .n. materici fluxū, & lachrymarū amputat, & dolorem tollit. Iudæus. Cohol conferens cum auxilio Dei

Cauterium est
medicina sublimis

E fluxui lachrymarū. Accipe fumi thuris, myrrhæ, tutiæ ablutā, ana partes æquales, sief memithæ, croci, ana partis. j. tertias duas, bonū. Idē. collyriū expertū ad lachrymas oculorū, & tenebrositatē. Accipe succi granatorum acetosorū cocti vsq; ad medietatē, & colati, lib. semis. deinde pone sup ipsū sief memithæ, aloes boni puri, lycij, & croci, an. dr. ij. muschi boni, dānic. ij. deinde pone in vase vitreo, & obtura orificiū eius, & dimitte in sole diebus quadraginta, & vtere eo mane, & sero bonum. Filius Zezar. Cōfectio alcohol desiccantis lachrymas, & cōferētis pruritu, & ardori. Recipit sedenegi, chalcuce caumenon, ana dr. ij. sief memithæ, climiæ, ana dr. j. aloes, spicæ, costi, opij, ana drach. semil. fac puluerē: deinde imbibe in succo fœniculi, & dimitte ficcari, & tere cōtritione vitima, & vtere. Amarā. Cohol conferēs cū auxilio Dei ad lachrymas oculorū, & pruritū, & ardorē, & visus obscuritatē. Accipe fumi thuris, dr. ij. myrrhæ, aloes, ana dr. j. & semil. gūmi assī, ceruilię, an. dr. ij. opij, aur. j. sedenegi dr. ij. & semil. pulueriza. & vtere. Filius Girges rex Medorū. Cōfectio medicaminis, & est cohol pomerij cōferētis lachrymis, & ardori, & asperitati oculorū, & ægritudinib., & fumo sitib. calidis, & cholera; & ei, qui patitur descensū aquæ, & ei, qui videt rē vnā esse duas. Recipit sarcocolle nutritę in lacte mulieris diebus pluribus., dr. iij. dragacāthi albo, libani, scoriæ ferri, margaritarū non perforatarū, ana dr. j. spicæ indæ, climiæ auri, & argēti, cachiaz, ana dr. semil. amyli, cerusa, ana dr. ij. tutiæ sub rubea, dr. iij. Tere oīa, & imbibe cū aqua rosata sic cōterendo, deinde fac ficcari, deinde imbibe succo granatorū acetosorum, & fac sicut prius: deinde cū aqua infusionis hæg: vltimo vero cū aqua solatri: deinde pone cāphuræ dānic. j. zucchari tabarzeg, aur. j. deinde tere vltima contritione, & fiant ex medietate eius sief cū aqua rosata, & ex alia medietate fiant alcohol, & vtere cū aqua rosata, vel albumine oui & lacte mulieris, est enim valde bonum.

De tarphasi. Cap. 11.

CVra huius ægritudinis est alterius modi in principio, & in fine, & in tēpore intermedio. In principio. n. indiget phlebotomia ex cephalica, & lubricatione, & solutione vētris, & administratione clysteriū, quoniā clysteres sūt melioris curæ in hac parte cū diminutione cibi, & potus, & dimissione vini. Deinde admittent repercussiuā in principio, sicut est bolus armenus, & lutū sigillatū, & chimolea cū albumine oui: deinde cū lacte mulieris. Deinde pcedendū est ad destillandū in cū sanguinem pulli colūbini statim cū decollatur, aut turturis. In fine vero misceant cū eo aliqua ex resolutiuis: sicut est arsenicū citrinū, & proprie sublimatum.

H

blimatum, & ablutum, & frictum cū aqua coriandri: & cōfert in huius hora, & destilletur in oculum collyrium Gabrielis, & fortius illo est sic Sabor, quod dicemus. Emplastretur autem in principio eius cum fœnugræco, & rosæ cōctis in aqua rosacea, deinde cōctis cum vino, et proprie cū præcesserit ægritudo, & vaporetur cum decoctione chamæmeli, aut meliloti, aut cum decoctione foliorum caulis. Et similiter emplastretur cum folijs caulis contritis, & cōctis cum vino forti, & antiquo. Mahemet Arafi. Sief conferens tarphati. Rec. thuris, myrrhæ, croci, ammoniaci, ana, drach. j. arsenici rubei, drach. semif. fiat Sief, & administretur cum aqua coriandri humidi. Gabriel. Collyriū conferens tarphati, bonum. Accipe thuris partem vnam, tere vltima contritione, & funde super ipsum ex aqua pluuiali, in qua dissoluta sit talis massa, & salis ammoniaci, & salis gemmæ circiter, ana partis. j. tertiam, diu teratur, & destilletur ex eo in oculum mane, & sero. Sabor. Sief expertum ad tarphati oculorum. Rec. arsenici loti, & sublimate, deinde fricti, & loti cū aqua coriandri, dr. iij. sarcocollæ, piperis, ammoniaci, lapidis lazuli, an. dr. vna, dissoluatur ammoniacum in aqua, in qua dissolutum sit ex sale ammoniaco, drach. semif. & fiant Sief, & vtere cum lacte mulieris.

De algarab oculorum, id est apostemate fistuloso in lachrymali oculi. Cap. 11.

CVRA huius ægritudinis incipienda est à corporis mūdificatione, & capitis, cum iteratione, & reiteratione, donec cōfidimus de abscissione super abundantium cum abstinencia, & cōmēsuracione rerū sex. Deinde ante sui eruptionē ponantur ex resoluētib. aliqua debilis resolutionis in principio: deinde fortioris, sicut ammoniacū proprie dissolutū cū oleo nucū, & succo feniculi, aut bdelliū, aut ammonia cū cū modico atramenti, aut nux rancida contrita, & supposita, qm̄ est vltima. Post eruptionem vero si morbus est recens, triplici indiget regimine curationis. Et primū quidem est mūdificatio cum eis: q̄ sunt proprie moderatæ abscissionis, sicut aqua mellis: aut mellicratū: & fortius illo est mellicratū cū modico aquæ rutæ, aut mel cū aqua rutæ, ista .n. destilletur hora post horā: deinde exicce locus, & exprimat virtus eius: deinde administret lanugo arūdinis inuenta in interiori parte ipsius, & proprie iuxta radicē cū melle pauco, vel sola p se sica, est .n. mūdificatiuum bonum. Sū vero genus curationis est oppositio medicaminis desiccatiui, & incarnatiui mediocris exiccationis, sicut est proprie administratio aloes, & myrrhæ, & sarcocollæ, sāguinis draconis, & chamēdryos, & aristoloc. & thuris, & similiū: pprie post expressionē vulneris, & mūdificationē, & ablu-tionē eius cum vino styptico hora post horā. Et dixerūt quidā, quod ruta est ex rebus mira-

A bilibus ad hāc ægritudinē: & proprie facto emplastro ex ea cū expressione granatorū, fanās, & remouēs vestigiū eius. Tertiū vero est cōsolidatio cū eo, quod est maioris desiccationis q̄ prius: sicut sunt collyria, proprie quorū narrationē sequemur post. Si aut ægritudo antiqua, & inueterata fuerit, quintuplici genere curationis indiget. Et primū quidē est remotio eorū, q̄ sunt cōtra naturā, sicut est caro corrupta, & fistulosa cū medicinis acutis, quæ sunt sicut colcothar, arsenicum, sal ammoniacus, atramētū alharat, aluminis, ana partē vnā, calcis viuæ partes duas, terant in vase cæneo cū vrina pueri: deinde post exiccationem vtere. Et q̄q; submergitur ægritudo, & imprimatur corrupens os, aut alterat superficiem eius, tunc totū, qd̄ corruptū est, radatur, & abijciatur vsq; dū apparet purū. Sū est abscissio materiæ fluere consuetarum cū eo, qd̄ conuenit: & iā locuti sumus in c. de catarrho, & in eo quod præcessit in c. de fluxu lachrymarū. Tertium est mūdificatio, & absterio cum eis, q̄ iā diximus; confortatur tñ cū aliquo acutorum leuiū, sicut est vnguentum ægyptiacū, cū modico aloes, & olibani. Quartū est administratio incarnatiuorum nō expoliatorum ab eo, qd̄ est sicut ziniar, atramentū, & similia. Quintū est sigillatio, & consolidatio cum eis, quæ dicemus. Q̄que vero apud possibilitatem morbi huius nō confert, & tunc eius cura cauterium est. Et modus operationis eius circa hoc est, vt abscindatur in longū vsq; quo perueniatur ad os. Tunc si os sanum fuerit habens solum, quod est in superficie tabefactū, radatur, & abijciatur totū, quod ex eo alteratum apparet, & curetur deinceps cum medicamine incarnatiuo ex eis, q̄ dicta sunt. Si autem ex os se manifesta quāritas corrupta apparet, cauterizetur sū illud, quod est possibile vsq; ad sufficientiam eius, & proprie sū cōsiderationem corrupti ipsius. Et sunt ex hominibus qui pforāt os: & proprie qm̄ iam percipitur ex morbo adhæsisse colatorio. Verum est, qd̄ istud raro recipi curam, nisi sicut à fortuna. Nos autem curauimus aliquos: & pauci ex eis sanati sunt. Hoc autem non præmittimus: quoniam oportet quādo cauteria fiant, aut medicinæ acutæ imponuntur fistulis lachrymalium, vt oculus compellatur ad angulum syluestrem compressione facta cū spongia infusa in aqua frigida, aut succo solatri, aut portulacæ: & sapius inouetur. Mahemet filius Zachariæ. Confectio medicaminis vltimi ad garab, quod administratur postquā abluitur fistula cum vino styptico, deinde exprimitur donec egreditur virtus eius. Recip. aloes, sarcocollæ, sanguinis draconis, myrrhæ, thuris, balaustia, boli ar. ana, drachm. quinq; ziniar, drach. j. & semif. climiæ argenti, dr. x. terantur, & puluerizētur, & supponant. Idē aliud valēs similiter. Rec. aloes, thuris, ana dr. j. sarcocollæ, balaustia, sāguinis

Mesua.

o o iij draco-

MESVE DE ÆGRI. OCVLORVM

draconis, antimonij, aluminis, ana drac. semif. floris aris quartam dr. j. fiant collyria, & vtere sicut prius. Dioscor. Accipe ex folijs chamæ dryos siccis, & tere contritione vltima, & fac ex eis Sief cum succo solatri: & vtere, bonū ad vlcera oculorum, & algarab, Gabriel. Confectio medicaminis ex ptu ad algarab, & vlcera. Accipe Sief memithæ, chamedryos, corticum thuris, myrrhæ, aloes, sarcocollæ, atramēti, aristolochiæ rotundæ, ana partes æquales, terātur sicut alcohol, & vtere sicut prius. Idem. aliud. Rec. myrrhæ, aloes, corticum thuris siccarum, ana vtere indefinenter cum aqua altaracon.

De almusaragi sine alimib: fir, & est egressio vna, sine pupille dilatio. Cap. 13.

Postquam confirmatur, aut quæ à natura est, non habet curam, facta autem à siccitate difficulter curatur: tamē succurritur ei cū bono regimine, & humectatione ex his, quæ scis. Et est, quæ fit ex humectatione. Et cura eius est quatuor res. Prima est euacuatio, & subtractio eius, quæ ex crescere videtur, materiæ, iterata cū interpolatione non frequēti, & phlebotomia, si appareat significatio humorū abundantium cū sanguine; & proprie cephalicæ, & post hanc, si exigit dispositio, ex venis lachrymalibus, & venis temporum: & fiat incisio arteriarum, aut cauterizatio ipsarum, si res postulat. Et quādoque fit cauterium, & cōfert proprie in zuhendeg, sicut diximus. Secunda est administratio medicinarū diuertentium materiam, ex loco, sicut scarificatio in auribus: & apertio cū ventosatione hæmorrhoidum, & appositio ventosarum in nuca, & super collum, & in spatulis. Tertia est abstinentia, & tolerātia famis, & regimen exiccantium. Quarta est administratio rerum resoluentium ex ipso oculo, & extrahētium humiditates dilatantes vnam, sicut proprie alcohol ex felle hēdi cum succo sceniculi, & pauco sale ammoniaco, aut ex felle ericij, aut ex felle testudinis, aut ex capitibus hirūdinū adustorū, & fiat inde collyriū cū succo chelidoniæ, & melle, quoniam est expertum. Est etiā, quæ fit à casu, & percussione, & cura eius sunt duæ res post regulationē, & abstinentiam in eis, quæ comeduntur, & alijs, & abstinentiā à vino. Et prima est, vt in p̄cipio fiat administratio repercussiuorum, & infrigidantium, & prohibentium effusionem materiæ, & hoc post phlebotomiam: sicut proprie est emplastrum ex farina fabarum excorticatarū cum aqua foliorum salicis, solatri, aut endiuicæ. Secūda fiat administratio resolutiuorū mediocrium, sicut proprie fit ex vitello, qui cū oleo rosato, & pauco vino emplastratur desuper: & proprie post instillationem in oculos ex sanguine turturis, aut pulli colūbini. Ad vltimū instilletur collyria resolutiua fortiora, quæ paulo ante dicta sunt.

De nyctalopa oculorum, id est qui post solis occasum non vident. Cap. 14.

CVra huius ægritudinis sunt quatuor res. Prima est regulatio vitæ. Secūda est subtractio materiæ. Tertia est abstergio eius, quod fluxit. Quarta est correctio nocuenti accidentis in spiritu. Primā igitur tē complent cōmenturatio in sex generibus rerū: & proprie cum alleuatione comestionis, & dimissione cenæ. Et sint cibaria digestionis obedientia ex his, quæ scis. Et detur in potu ante cibum, & post descensum eius à stomacho, vinum antiquum bonum purum postquā propinaueris ante illud sulfus resenigi, quod dicemus post. Et ex cibis qui currunt cursu proprietatis est hepar hircinum comestum, assūm, aut elixum; cum sale gemma modico, & modico piperis longi. Herba autem adhil, & electarium eius est sublimis iuuamenti ad illud. Secundam rem complent phlebotomia ex cephalica, si multitudinē cognoueris in sanguine, & ex venis lachrymalibus, & ex naribus, si inuirit necessitas. Si autē ex humorum grossitie fieri contingat euacuatio, fiat cum hiera picra, & hiera colocynthidos, & pilulis cochij, & cum gargarismario, & caputpurgijs ex eis, quæ scis. Tertiam rem cōplent collyria de fellibus, & instillationes in oculo, & proprie eius, qui currit ex hepate hircino, aut caprino, quā scinditur in multis partibus: & aspergitur super ipsum sal indus, aut sal gemma, & piper longum post contritionem eorum: deinde assatur, & quandoque huius hepatis assatur cum eiusdem speciebus super prunas, & fit inclinatio super fumum eius. Et iam dictū est, quod comestio eius est iuuatina valde: & similiter inclinatio super vaporem aque elixationes eius. Quartam rem complent administrationes medicaminum spiritum visibilem subtiliantium, & illustrantium: sicut est proprie vsus herbæ adhil, & cucubæ, & foeniculi, & chebuli conditi, & nux muschata condita, & alia, quæ diximus in c. 1. de ægritudinibus oculorum. Alexander. Confectio collyrij ad nyctalopem experti. Accipe succi feniculi cocti, & depurati partem vnā, mellis, & fellis hircini ana partem mediā, bonū, & exp̄tū. Idē. Prædicto collyrio admisce ex stercore crocodyli, aut stellionis, ana. partis vnus quartam, & sanat in paucis diebus. Idem fiat alcohol ex pipere longo, zinzibere, & spica, & confert.

De aqua descendente in oculum. Cap. 15.

QVando est in principio, & non est confirmata, succurritur ei cū medicinis, & proprie cum abstinentia, & diminutione ciborū, & vitatione grossorum, & vaporosorum, sicut sunt pulmenta, & pinguia, & iura, & pisces. & vinum, & similia ipsis, & cum mundificatione sapius iterata, & proprie cum cochij, hiera picra, & hiera diacolocynthidos: & cum administratione medicinarū solutiuum, sicut est aqua rura.

rutæ, & proprie cū serapino: aut aliquo ex fel-
libus animalium, cum melle, & succo feniculi:
aut serapinum cū felle hircino, & melle, & suc-
co feniculi: quoniam est vtilissimum. Filius Zacha-
riæ Arafî. Cōfectio collyrij de fellibus ad prin-
cipium aquæ, & nyctalopam, & alintifar. Acci-
pe fellis hirci exiccati in vase cneo, dr. x. pulpe
colocynthidos dr. j. & s. serapini, dr. ij. euphor-
bij, dr. ij. fiant Sief cum aqua rute, aut aquæ fe-
niculi, & vttere. Sabor. Collyrium bonū, & ex-
pertū. Accipe fellis hircini exiccati in vase c-
neo, & granorum auri exiccatorum, ana dr. v.
serapini, dr. j. gūmi, dr. s. fac ex eis collyrium
cum succo chelidoniæ, & vrina pueri non pol-
luti, & melle. Quādo autem passio fuerit con-
firmata, & fuerit ex eis, in quibus est possibili-
tas curationis: cuius signum est, quod dū aspi-
citur oculus, vel pupilla videtur clara, & cedit
dilatationi cū premitur digito, aut instrumen-
to, deinde redit ad ipsum, & non frangitur: tūc
est ex illis, quæ deponuntur ex recta operatio-
ne artificis. Et modus deponendi aquam cum
instrumēto est huiusmodi. Subtilietur regimē
eius ex cibo, & potu, & dimittat vinum omni-
no. Et sit cib. eius aqua ciceris, & sauiæ, & for-
bilis facilis digestionis, & boni nutrimenti, &
paucæ quantitatis. Et procedat cum iteratione
in mundificatione corporis, & capitis, proce-
dat cum phlebotomia, si necessaria fuerit. De-
inde in domo temperati aeris nō luminosa lo-
cetur: & iaceat supinus: & præcipiatur ei, vt cō-
uertat intuitum suū versus nasum. Deinde in-
cipe perforare ex parte syluestri lachrymalis
cum instrumēto, quod dicitur deponens aquam:
& procedat perforatio inter tunicam, & tuni-
cam, cum omni facilitate, vsque dum perue-
niat ad vacuum, quod est ante pupillam. Dein-
de incipe deponere aquam, & occulta e illam
sub cornea, donec deoculetur, quod sepultum
erat sub aqua, & videatur, & obiectur cū in-
dustria, ne quod deponitur ex aqua redeat: oc-
cultando, & sepeliendo eam in quantum possi-
bile fuerit, ne redeat: & hoc cum iteratione, &
iteratione, donec adueniat sanitas: & post hoc
pone super oculum vitellum oui, & oleū rosa-
tum cū pulvillo ex coto, & sit accubitus super
cervicem, & collum: & fiat hoc vsque ad tem-
pus quo remouebitur dolor, & non soluat li-
gatura nisi de triduo in triduum: & dū soluitur,
vaporetur oculus cū aqua rosata decoctionis
falicum, & similitum. Et sit domus in qua habi-
tat, tenebrosa. Et afferatur ad locū hunc dein-
ceps, quæ diximus in cura vulnerum oculorū.

De debilitate visus. Cap. 16.

Si contingat a re addita in superficie oculorū,
quam sensus comprehendit, sicut est vngu-
la, pannus, scabies, & sebel, dicta est cura eius.
Si autem contingat propter rem, quam sensus
non valet comprehendere, sicut nebula, vel va-
por: tūc eius cura est tertio cum eo, quod est re-

A solutionis mediocris: sicut scripsimus in cano-
ne. Si autem fuerit pp vapores, qui eleuatur à
stomacho posito sub dominio humiditatum vi-
scosarum, putridarum, & vaporosarū: aut sub
dominio cholericæ materiæ vaporosæ: cura e-
ius est mundificatio stomachi cum solutione, &
vomitu leni, & facili ex his, quæ diximus, cum
præcessione administrationis medicaminū in-
cisiuorū, sicut syrupi acetosi in calida materia,
& oxymelitis squillitici in frigida materia: &
subsequutione medicaminū, quib. appropriet-
tur duplex intentio. scilicet cōfortationis stomachi,
& prohibitionis elevationis vaporū cum eis,
quæ sūt sicut tryphera minor proprie, chebuli
conditi, & zuccharum rosatū cum mastiche, et
trochisci nominati diarhodon. Si autem fuerit
pp peccatum quod est in ipso oculo, tunc sic il-
lud, aut pp excessū siccitatis in ipso. & cura e-
ius est regimen humectatiuum, quod diximus
in canone, præterquā quod facit cadere in oppi-
lationem. Aut pp excessum turbidæ humidita-
tis in ipso, & cura eius sunt tres res. Prima est
adæquatio, & digestio materiæ sicut locuti sum-
us in canone. Secunda est euacuatio eius cū
eis, quæ sunt sicut pilulæ de hiera, & pilulæ co-
chia, & pilulæ lucis, & infusio de aloë, aut hie-
re in aqua endiuie, & aqua fructuū, & similia.
Tertia est resolutio, & tertio ex ipso oculo hu-
miditatis turbidæ obtenebratis, cū eo, quod est si-
cut collyriū de feniculo, & similia: quorum in
C. de cōseruatione sanitatis oculi meminimus,
quæ pp afferatur ad locum hunc, quod dictum
est ibi. Si autem contingat passio pp turbulen-
tiam aduenientē spiritui visibili, cura eius est
omnem bonum regimen in sex generibus re-
rum: cui subsequatur regimē mundificatiuum
corporis: post quod subsequatur regimē clari-
ficans sanguinem, & clarificans spiritus, ex his,
quæ præcesserunt in canone. Et quandoque
contingit propter subtilitatem, & paucitatem ip-
sius spiritus, & cura eius est cum administratio-
ne medicaminum addentiū in spiritum, & vi-
gorantiū ipsum, & ex summa horum sunt my-
robalani, & quæ componuntur ex eis. Afferā-
tur ad hunc locum, quæ diximus in c. de con-
seruatione sanitatis: quamobrē oportet, vt ca-
pitulum illud cū isto simul ligeretur. Inquit Gal.
Vela omnia abstergunt oculum, & clarificat
visum: eligantur ex animalibus quidem fel al-
gazel, & hirci syluestris, & bouis, & leporis, &
adib, & vrsi, & testudinis, & vulpis, & hedi, &
capræ montanæ, & ex volatilibus aquilæ, &
vulturis, & viuentium ex raptu, & hirundinis,
& passerum, & galli, & perdicum, & alcubugi:
& ex piscibus, fel labor, & porci marini: & sunt
iuuamēti vltimi. Mahemet Arafî. Alcohol su-
blime in cōfortatione visus: acuit. n., & clari-
ficat ipsum. Recip. tutiæ ablutæ nutritæ tribus
vicibus cum succo sampsuchi depurati, dr. xx.
deinde accipe zingib. piperis nigri, & longi,
cheli-

MESVE DE ÆGRI AVRIVM

lidonia, buruch, ana dr. ij. salis ammoniaci dr. j. terantur omnia cum succo fœniculi, aut sam-
 psuchi trib. vicibus: deinde fac siccari, & tere
 subtilissime, fiat alcohol cum eo. Rufus. Colly-
 rium satis bonum, quod acuit visum, & oculo-
 rum sanitatem custodit tempore multo. Acci-
 pe lycium, & tere cōtritione multa cum succo
 fœniculi depurati vsque dum fiat sicut mel, &
 reconde in vase vitreo, & vtere. Quidam autē
 ex posterioribus addiderūt ad omnem vnc. e-
 ius ex felle galli, aut perdicis, dr. j. tertias duas.
 Idem. Cohol valens ad idem. Accipe ex tutia
 quantum volueris, & lauetur cū aqua pluui-
 ali: deinde exiccetur, & nutriatur post illud, pri-
 mo cū aqua fœniculi, secundo cum aqua sam-
 psuchi, tertio cū aqua altarafacon semper con-
 terendo, deinde exiccetur, & nutriatur post il-
 lud: & fiat cum eo alcohol. Confectio alcohol
 ex inuentione nostra cōferens supercalefactio-
 ni oculorum, & debilitati visus causa subtilis,
 & acutę humiditatis, aut mordicationis, aut
 pruritus in oculis. Accipe tutiæ Carmenæ lotæ
 in aqua pluuiali, deinde in aqua ro. vicib. plu-
 rib. dr. x. frictionis myrobalanorū citrinorū cū
 aqua rosata, dr. vj. lycij, dr. ij. & s. zingib. pipe-
 ris longi, ana dr. j. aspergārur cum succo agre-
 stæ, & terātur cum eo: deinde exiccētur, & pul-
 uerizētur, & fiat cū eis alcohol. Hamech. Con-
 fectio alcohol conferens obscuritati visus: ab-
 stergit enim oculos, & clarificat. Recip. tutiæ,
 antimo. ana dr. vj. sal. gem. dr. ij. lycij, sief me-
 mithæ, ana dr. j. camphoræ, dr. j. tertiā. Teran-
 tur tutia, & antimonium, & misce conterendo
 cum aqua myrobalanorum citrinorū, & hoc
 per tridū: deinde cum alijs fiat cohol, & vte-
 re. Alexander collyrium satis efficax in clarifi-
 cando visum, ad auferendam caliginem. Rec.
 fellis perdicis, dr. j. & mellis dr. ij. lucci fœnicu-
 li depurati, dr. iij. pone in vase vitreo, & suspē-
 de in sole per dies septē: deinde vtere, est enim
 efficax. Sabor. Confectio trypheræ mirabilis
 vigorantis visum, cui accidit impedimentum
 propter fumos ignitos cholericos, aut salitos,
 & est ei impressio fortis; reducit .n. oculos ad
 formam vigoris adolescentiæ. Rec. myrobal-
 anorum chebulorum, citrinorum, & indorum,
 ana dr. iij. semiss. bellericorū, & emblicorum,
 ana dr. ij. zucchini, dr. v. tere in vase lapideo, et
 funde super ipsum aquam fontiu clarā, sicut
 aspergendo parum post parum, & hoc facias
 per dies tres, deinde dimitte siccari: & post hoc
 sparge super ipsum destillando ex oleo rosato,
 aut amygdalino, & contere per alios tres dies,
 & iterū dimitte siccari. Deinde accipe rosarū,
 sandali macaziri, cubebe, cardamomi, ana dr.
 ij. spodij, macis ana dr. j. such. dr. j. & s. deinde
 accipe zucchini tabarzet, lib. j. tamarindorum
 Keyron, dr. iij. pruna quinquaginta, fac ex eis
 formas similes auellanis: & da mane quolibet
 ā dr. ij. vsque ad aur. ij. cum aqua calida bonū.

Idem. Confectio alia addens in visum, auferēs
 tenebrositatem eius. Rec. herbæ albeduster, se-
 minis rutæ, ana dr. vij. & s. ficleos, calamēthi
 domestici, zingib. pulegij, cubebe, nucis mu-
 scha. ana dr. v. icelebrā, onc. j. & s. garyophyl-
 lorum, mastiches, margaritarum non perfora-
 tarum ana dr. j. & tertiam alterius, serpētis cō-
 busti, crystalli, an. dr. ij. & s. balsami, grana vj.
 & ponderis croci, dr. j. tertiam, zucchini lib. ij.
 fiant ex eis forme similes auellanis: & da ex eis
 ā dr. j. vsque ad ij. hyeme conueniunt senibus,
 bonum, expertum, si Deus voluerit,

De casu pilorum palpebrarum. Cap. 17.

SI accidat propter defectum materiæ, Cura
 est in primis cum eis, quæ reparant mate-
 riam ex bono, & largo regimine, sicut scis dein-
 de cum eo, quod trahit materiam ad locū ne-
 cessitatis, sicut sunt medicinæ, & collyria, quas
 dicemus post. Et quandoque fit ex causa pro-
 pria, & corruptione materiæ ægritudinis in ip-
 sis palpebris, sicut est silach: quæ est proprie cor-
 rosio cum rubedine, & asperitate, & pruritu in
 ipsis palpebris, & cura eius est, vt mundificetur
 caput ab humore nitroso salsuginoso, & acu-
 to. deinde administretur regimē humectatiuū:
 & frequētetur ingressus balnei, & inclinatio su-
 per vaporem aquæ calidæ, & emplastrationes
 ex medicinis humidis, sicut est portulaca cum
 lacte, & mucilago psyllij, cū oleo ros. aut mu-
 cilago seminū cydoniorum, aut amygdalæ a-
 maræ, aut dulces cum lacte, & similia. Postquā
 autem acquiritur palpebris temperies, & tene-
 ritas, tunc administranda sunt medicamina pi-
 lorum generationem facientia ex his, quæ dice-
 mus. Et quandoq; est sisach chronicum, gros-
 sum, durū; quare vapor, qui est materia pii nō
 inuenit transitū, & cura eius est mundificatio
 capitis cū iteratione, & phlebotomia: et vterosa
 tio crurū, & vsus balneationis, & emplastra-
 tio cū lētib. excorticatis in eo, qđ mulgetur ex
 granatis cōtritis cum rob. Deinde administra-
 tio medicaminum facientium pilorum genera-
 tionem, quæ dicemus. Et ex eis est lapis lazuli
 proprie, & lapis armenus alcohol factio ex ali-
 quo eorum cum spica, & productio cum radio
 super palpebras, aut ex antimonio, & spica &
 lapidi lazuli inest proprietas mirabilis. Mulsce
 aut si exiccantur abscissis capitibus, & fiat lini-
 mentum ex eis cū auellanis assis, & adipe ca-
 prino, aut vrsino, inuenitur efficax. Citrāgulo-
 rum quoque semina si adurantur, & liniantur
 cum adipe caprino, pilorum faciunt facile ge-
 nerationē. Mahemet. Araf. Confectio alcohol
 reparātis pilos in palpebris, & confortātis eos.
 Rec. ossium myrobalanorum adustorū partem
 vnam, fumi thuris partis vnius quartam, spicę
 romanæ, lapidis lazuli, ana partis vnius tertiā:
 liniatar super palpebra cū radio. Emplastrum,
 quo

quo vtendum est super palpebris, curās silach, A
& remouens prurium, & scabiem. Accipe gra-
narum vnum integrum, & decoque illud in a-
ceto vsque quo dissoluatur, & emplastretur su-
per palpebras.

*De cura inuersationis pilorum palpe-
brarum. Cap. 18.*

CVra huius agritudinis fiat secundū vnum
quatuor modorum. Primus est inuiscatio-
eorum cum aliquo leuis viscositatis: sicut cum
mastiche, aut cum sputo, & colla: aut cū gum-
ma pini, aut bdellio dissoluto in albumine oui,
aut cum aliquo talem. Secundus est ordinatio
pilorum, & restrictio eorum ad vnū ordinem.
Et hoc quidem fit secundum hūc modum. Ac-
cipe acum subtilē, & perfora in exteriori par-
te palpebræ, aut perueniat perforatio vsq; ad
interiorem partem vbi est ordo naturalis pilo-
rum; & deinde accipe pilū, & pone in foramen
acus, & extrahatur, vt pilus inueniat viam ad
ordinem: & sic fiat de alijs, si sunt plures vsq;
dum ordinentur cum alijs. Deinde ponatur
medicamen punctorum consolidationem fa-
ciens, & constrictionem. Tertius modus est, vt
auellatur pili, vnius post alium, & igniatur sty-
lus, aut acus, & cauterizetur locus, vnde est pi-
lus euulsus, cauterizatione sufficienti: & sic fiat
de alijs. Quartus est, vt post euulsionē pilorum
fricetur super loco medicamen pilorum gene-
rationem prohibēs, sicut proprie oua formica-
rum, aut rubigo ferri cum salina.

Cura hordeoli in palpebra. Cap. 19.

CVra huius agritudinis est secundū vnum
trium modorum. Primus est, vt prohibea-
tur collectio eius in principio sui cum eo, quod
est sicut aloë, acacia, & lycium linimento facto
ex eis, & supposito, aut bdellium solutum cum
aqua mentæ humida, & hoc post corporis, &
capitis mundificationem. Secundus modus est,
vt si illa non contulerint, administrantur reso-
lutiua mediocris resolutionis: primo post eua-
cuationes ex eis, quæ scis: & proprie resoluatur
bdellium in aqua, & liniatur super locum: &
fortius illo est opopanax: & adhuc fortius am-
moniacum cum aceto. Et scripsit Oribasius li-
nimentum bonum expertum: & est, vt accipias
olibani, myrrhæ, ana partem vnā, ladani
quartam partem vnus, ceræ, aluminis, baurach
armeni, ana partem sem. liniatur cum sēce olei
de lycio, aut accipe galbani, drac. iij. baurach,
vn. j. liniatur cū succo apij. Tertius modus est,
vt si resolutiuo nō obediatur, suspendatur palpe-
bra, & inuersetur, & scindatur secundum inte-
riorem palpebræ, & aperiat tunicā interior eius,
& exprimat, donec ingrediatur totū, quod
est sicut mucilago: deinde sanetur vulnus cum
linimentis, quæ sunt sicut sanguis draconis, cum
albumine oui, aut cerusa cum albumine oui,
& similia.

S V M M A V I.

*De curis agritudinum aurium. Et primo de
dolor aurium. Cap. 1.*



Sermo noster erit deinceps de agri-
tudinibus aurium, si Deus volue-
rit. Et primo de dolore earum, quī
quandoque accidit malitia com-
plexionis, sine materia, aut cū ma-
teria. Et si quidem sine materia, solū alteratio-
ne indiget. Si vero fuerit calida, iuuatur ex in-
fusione albuminis oui recētis, aut mucilage
psyllij, & similia ex eis, quæ dicemus. Si autē
a malitia cōplexionis frigida fuerit, conferunt
infusiones, & iniectiones calidæ. Si autē a mali-
tia complexionis sicca, iuuatur humidis. Si au-
tem humida, siccis, quæ sūt per trajectorium,
& emplastrationes ex ijs, quæ dicemus. Si autē
malitia complexionis fuerit cum materia, &
fuerit calida euacuetur per phlebotomiam: si
sanguinea fuerit ex repletionē in sanguine, de
vena cephalica, deinde procedendū est ad alte-
rantia, quæ dicemus. Quod si cholericā fuerit,
& est ille dolor, qui fit secundum plurimum, e-
uacuetur cum eis, quæ scis, & frequenter lenifi-
catio naturæ cum aqua fructuū. Deinde seda-
dorem cum alterantib. quæ dicentur. Si au-
tem dolor vehementior fuerit, concedimus ali-
qua ex narcoticis: sicut sief memithæ, proprie
cum aliquāto opij, & distemperetur cum lacte
mulieris, & instilletur in aurem. Si autem ma-
teria fuerit frigida, euacuetur cum eo, quod con-
uenit. Deinde alterantia sedantia administrē-
tur ex eis, quæ dicemus. Si autem dolor a gros-
sa fuerit ventositate, scribemus medicamenta
eius post. De doloribus auris fractis ab aposte-
mate, aut vlcere, aut oppilatione, aut ingressu
aquæ, aut animalis, singularia scribemus capi-
tula. Post hæc autem nō prætermittimus, quod
medicamenta, quæ destillāt in oculos, sem-
per actualiter frigida mittenda sunt, quæ autē
in aure, tepida, aut calida sunt apponenda, siue
sint ad agritudines calidas, siue frigidas. Medi-
caminum narratio ad dolorem auris calidum.
DAlbumen oui cum lacte mulieris tepido. Oleū
rosatum tepidum per se, aut bullitum cū ac-
eto pondere sui vsq; ad consumptionem aceti,
aut conuassatum cum succo cucurbitæ. Oleū
de salice secundum eandem doctrinam. Oleū
neufarinum. Oleum de semine cucurbitæ. O-
leum de papauere, si dolor est vehemens per
se, aut cum aliquāto camphoræ: est enim sana-
tium bonum. Lac muliebri calidū sicut mul-
getur cum succo solatri, aut aqua coriandri hu-
midi. Mucilago psyllij cum oleo rosato con-
uassata, aut mucilago feminum cydoniorū.
Oleum de iabrol quando dolor est acutus cum
lacte mulieris statim cum mulgetur. Lenticu-
las coctas cum panis mica cataplasmabis. Suc-
cus hyoscyami fortes sedat dolores. Lactuca
agrestis

MESVE DE ÆGRI AVRIVM

agrestis secundum omnem modum administrationis est eis medicamen bonum. Et similiter succus solatri, & papaveris, & mādragoræ, & salicis, & teneritatum vitis. Hamech. Ad dolorem auris ex caliditate. Accipe olei rosati partes duas, olei amygdalarum dulcium partem unam, aceti partes tres. Fac decoqui lēto igne vsq; ad cōsumptionem aceti: & cola, & admixtra tepidum. Idem. Rec. foliorum cucurbitæ, aut ipsius cucurbitæ succum: & misce cū oleo rosato diu cōquassando, & vtere. bonū est.

Narratio medicaminum ad dolorem aurium frigidum, & ventosum. Cap. 2.

Administrantur medicamina, quæ sunt sicut oleum nardinum, costinum, sampsinum, oleum de ruta, oleum de amygdalis amaris, oleum de chamæmelo, oleum anethinum, oleum laurinum, oleum de lilio, oleum de cheiri, oleum de narcisso, oleum de persicis, oleum de chrysomelis, oleum de beë proprie, oleum de Kerua, oleū de cinnamomo. Quodcunque horum fuerit, proprietatem habet ad dolorem auris à frigida causa factum, aut ventosa. Fundamentum autē, & materia preparationis singulorum eorum artificialiter est cæpe cauatam, in quo oportet parari, & decoqui cum facilitate in cinere prunarum. Et ex rebus admixtis eis sigillatim, ipsius virtutes mirabiles cum bonitate decoctionis in cæpe cum eis, est ruta proprie, & succus radicis, quæ comeditur, & spica, & sampsuchus, & scea, et chamemelum, & galbanum dissolutum in succo porri, & succus porri per se, & allium, & castoreum, & piper, & such, & succus cæpe, & succus pharasiō, & origanum, & succus asphedeli, & euphorbium, & elleborus niger, & albus, & proprie non est inconueniens huiusmodi permixtionibus admisceri mellis modicū: deinde tepidum destilletur. Si autem dolor est fortis, ex miscibilibus bonum est opium cum pauco castorei, & croci, aut philonium cū lacte mulieris, aut trochisci Stellæ, aut trochisci de croco, deinde remoue nocumenta narcotici cum eis, quæ scis. Ex vaporatorijs autē siccis est milium, aut panicū, & sal calefactus, & suppositus, aut bacca lauri cum melle pauco calefactæ, & superpositæ: aut pulegium cum melle, & olibano, aut grana lauri: & olibanum cum succo rutæ, vel anethi. Et dixit Gal. Saccelletur ex fursure cū vino cocto, & oleo nardino, aut rutaceo, cæpe marinum tusum, & oleo, aut butyro cocto, expertum est. Euaporatorium humidum fit cum aquis decoctionum rerum, quæ maturant, & carminant, & molliificant, sicut meliloti proprie, & anethi, & chamæmeli, & fenugræci, & volubilis, & foliorum caulis, & seminū eius, & herbe ventis, & sãpsuchi, & absynbij, & similia singulariter, aut coniunctim: ita ut recipiatur vapor eorum per cannulam: cuius vna extremitas sit fabricata sup vas, in quo res co-

In causa frigida.

E quantur, & alia extremitas applicetur auri. Et quæque est necesse, ut misceatur cum his rebus aliquid ex stupefacientibus, ut sedetur vehementia doloris: & tunc fiat illud cum cautela. Remouent autē nocumenta narcotici vapores superius dicti cum modico castorei, & croci, & piperis, sicut scis. Gal. Linimentum quod administratur, & sedat dolorem auris. Accipe medullam ceruinam, aut medullam cruris iuueni, ceræ, ana dr. v. oleū de nucellis, aut de amygdalis amaris, & succū genigem, idest polygoniæ, quātum sufficit: fiat ex eis vnguentum: & vnge in circuitu auris: est enim mirabile. Idem. Aliud valens similiter. Raphani radices cum oleo decoque, & destilla ex eo in auribus: et cū lana calida superpone. Idem. Vermes, qui sunt sicut faba media, & inueniuntur sub lapidibus: aut vermes plurium pedum coquantur cum oleo ex oliuis immaturis, & destilletur ex eo in aurem, est enim expertum. Fit etiam similiter ex scarabeo, & ex lumbricis terræ. Oleū similiter de scorpionibus est ad illud sublime. Idē. Fel tauri cum adipe anaris est iuuamenti mirabilis ad dolorem auris à causa vehementer frigida. Mahemet Arafī. Cōfectio medicaminis, de quo destillatur in aurem: & linitur ex eo in circuitu eius, & sedat dolorem frigidū, & ventosū. Accipe castorei, euphorbij, opij, styracis liquidæ, piperis, foliorum rutæ, calamenthi, sinapis, ana, fiant ex eis trochisci: & dissoluantur in oleo nardino, aut costino: & coquantur in cœpe cauo cæpe, & destillentur in aurem, sedat dolorem auris. Hamech. In vrina tauri, aut caprarum si dissoluatur myrrha, & destilletur in aurem, sedat dolorem auris. Isaac ad dolorem auris. Accipe baurach, mel bonum, & oleum rosatū, & acetum, misce, & pone in aurem: expertū est. Idem. Accipe mellis crudi, & olei laurini partes æquales, & contunde, & pone in aurē, expertum est. Idē, vntio conferens ad dolorem auris. Recipe meliloti vnc. ij. chamemeli, sampsuchi, ana vnc. j. semis. aquæ lib. j. s. bulliant vsq; ad lib. s. deinde pone olei de cheiri, & olei violati, & olei sesamini, ana vnc. ij. decoq; ad consumptionem aquæ, & vtere. Gabriel, linimentum conferens dolori auris expertū. Accipe aristolochiæ longæ, seminis capparis, fenugræci, ana aur. ij. piperis longi aur. j. anethi, aloes, foliorum sampsuchi, ana vnc. s. ellebori, dr. j. & quartam alterius, aquæ lib. s. olei. vn. j. bulliant vsque ad consumptionē aquæ, & vtere multoties, bonum. Dioscoridis. Accipe radicem, quæ comeditur, & calefac super cinerē, & calidam mitte in aurem, & fac multoties. Idem. Succus mentæ, & mel, ut sint de singulis partes æquales: & destilla ex eo in aurem: bonum est.

De bothor, & apostemate aurium. Cap. 3.
Si sit calidum, cura eius est phlebotomia, & significatio nature, & proprie phlebotomia cepha-

cephalicæ cum multa sanguinis extractione, si est possibile: & si non est, cum consideratione: et destilletur in aurem in principio, quod est sicut oleum rosatum, in quo iam consumptum fuit acet. vsq; ad dies duos, aut tres: & obseruetur regimen in vehementia doloris, ne deficiat virtus, & faciat cadere in lyncopim, & sudorē frigidū, & permissionem rationis, & mortem: quare destilletur in ea destillatione post destillationē ex oleo iabroth cum lacte nouiter mullso: & si excusari aliter non potes, cum modico camphoræ, aut opij exhibe, & postquā præterijt tertium diem, destilletur in cam. mucilago feminis cydoniorū, aut senu græci, aut althææ, & feminis lini. Si autem apostema non fuerit vehementis caliditatis, destillanda sunt aliqua ex mucilagibus cū adipe gallinæ, aut anatis, aut medulla cruris vituli: & expertum est. Diachylon distolutū in oleo anethino, aut chamemelino expertum est. Diachylon minus cum oleo de alcāna. Et ex eis, quæ sunt vltimi iuamenti, est hysopi cerotum, quod dicemus. Et confert administratio eupatorij humidī, quod diximus. Ioannis Serapionis. Emplastrum cōferens ad apostema auris. Accipe farinam hordei, & decoque cum rob, & oleo de chamemelo. Aliud. Accipe farinam fabarum, chamemeli, violarum succum, farinam hordei, althæam, melilorum: decoque cum aqua, & oleo chamemelino, & rob: & vtere. Idē medicamen, quod resoluit, & maturat apostemata, quæ sūt in auribus. Accipe farinam fabarum, & fac emplastrum cum expressione caulū, & oleo de lilio, & superpone. Aboali, hysopi cerotū, cuius iuamētum est sublime ad apostemata aurium, maturans, & sedans dolorem: bonum, si Deus voluerit. Accipe adipis gallinæ, butyri ouium, seu vacini loti, ceræ citrinæ, adipis caprini, melis, olei de lilio, hysopi humidē: de singulis partes æquales. Fiat ex eis cerotum: & tepidum in aurem mittatur: & liniatur in circuitu, expertū est. Idem. Confectio emplastri satis boni ad dolorem, & apostemata aurium. Accipe cape album, & elixetur, & conteratur cum butyro: & vtere. Mahemet Arafī. Confectio emplastri sedantis dolorem aurium apostemosum. Accipe bdellij, adipis caprini, ana dr. iij. farinæ senu græci, & feminis lini, radicū althææ, radicū lilij, ana dr. v. meliloti, chamæmeli, ana dr. j. croci, dr. j. vitellum vnum oui elixi. Cōficitur autem sic, chamæmelum melilotum, radices althææ, & radices lilij coquantur in aqua vsq; dum cocta sint. Bdellium dissoluatur in succo cape, aut in aqua decoctionis herbarum: & ex omnibus his, & cæteris fiat emplastrum, postquā additur rob, & olei sisamini, aut de lilio, ana vnc. ij. butyri quantum sufficit. Coquatur omnia vsque dum pinguescant, & emplastre-tur cum eo. Et quandoque apud necessitatem additur ei opij, drachmæ duæ, & est mirabile.

A Et quandoque pro opio papaueris albi, dr. vij.

De sonitu, & tinnitu aurium. Cap. 4.

Flt quandoq; propter debilitatem: sicut accidit conualescentibus. Et cura eius est cū reumptiuis, & addentibus ad virtutem corporis: & regimen conualescentium sicut scis. Et quandoq; fit propter aduentum crisis: & est silendum, & quiescendum in eo. Et quandoque fit propter abundantiam, & repletionē superfluum in capite. Et cura eius est solutio, & euacuatio cū hiera diacolocynthidos, & cochijis, & similibus cum iteratione, & iteratione. Deinde fiāt instillationes, & emplastrationes post embrochationes, & euaporationes p traiectoriū ex his, quæ dicemus. Et fit qñque à ventositate grossa, & conferūt ei caput purgia, & sternutationes post mundificationem radicū: & destillationes notæ & propriæ cum oleo de alcanna, & modico de euphorbio, aut oleo rutaceo, & castoreo, aut oleo de been cum modico succi porri, & qñque fit ex coarctatione humorum grossorum, & viscosorum, & confert in hoc nitrum cum melle, & aceto, aut elleborus albus cum castoreo, & melle, & aceto, & oleo de been. Hamech filius Zesar. Oleum raphani cum oleo rosato, & succo porri, & felle ouium confert tinnitui, & sibilo aurium. Succus porri cum oleo rosato, & lacte mulieris, & castoreo valet similiter. Vnguentum ex inuentione nostra valēs cū auxilio Dei sonitui auris, & grauedini auditus propter ventositatem grossam, & materiam frigidam. Recipe ellebori albi, castorei, costi, ana dr. j. rutæ, nitri, piperis longi, ana drac. j. tertia. Deinde accipe succi radices, quæ comeditur: succi porri, olei nardini chamemeli, olei de amygdalis amaris, olei anethini, ana vnc. j. coquantur ad succorum consumptionem: cola, & vtere, expertum est. Ioannes Serapionis. Si tinnitus à ventositate cōtingat, & inflatione. Accipe euphorbij, dr. j. & resolue in oleo de alcāna, & vtere, aut castoreum cum oleo rutaceo, aut oleum de been cū succo porri. Idē, si ex materia grossa coarctata in auribus contingat, vaporetur auris per traiectoriū, inde instilletur medicamen, quod. Rec. ellebori albi, castorei, nitri, ana partem vnam, croci partem vnius quintam, misce cum oleo sisamino, et aceto & destilla in aurem. Alexander. Ad diuturnos aurium sonitus, & tinnitus mirabile. Recipe euphorbij, & dissolue in oleo cyprino, & vtere. Filius Zachariæ Arafī. Accipe chamæmelum, sampuchum, calamentum, secham, hysopum siccam, absinthium: bulliant in vase, super quod ponatur traiectorium, & recipiatur fumus eius: confert enim post corporis mundificationem. Idem, si fiat sonitus aurium propter debilitatem succedentē febribus, destilletur in aurē acetum decoctionis absinthij cum oleo

causa.

C

D

oleo

MESVBE ÆGRI AVRIVM

oleo rosato. Aboali. Medicamen expertum ad E
sonitum, & tinnitum aurium. Accipe garyo-
phyllorum, feminis porri, ana drach. j. mulchi
grana ij. destillentur cum aqua sampsuchi, aut
foliorum pini, aut rutæ.

De debilitate auditus, & surditate. Cap. 5.

*Surditas in-
curabile qua.*

QVæ natiua est, non inuenit curam. Quæ
autem antiqua est, vix recipit curã. Quæ
autem fit propter apostema, aut bothor, dixi-
mus eius curam. Si autem fiat propter sanie-
m in aurem; aut propter aliquid quod intrauerit
in aurem, sicut est lapis, aut faba; dicemus cu-
ram eorum. Et quandoque fit propter consti-
pationem cholerae in corpore: & fit earum re-
dundatio ad aures, sicut Hippoc. dixit, & con-
fert in homi, vt euacuetur cholera euacuatio-
ne post euacuationem. Et fit etiam ex eisdem
causis, ex quibus fit sonitus, & tuba in aurē: si-
cut est repletio, & coarctatio humoris grossi, &
viscosi, & ventositas grossa. Et non differunt ni-
si secundum fortem impressionem, & debilem,
facta. n. debilis ab eis impressio facit tubam, &
sonitū, ex forti vero impressione tharas. Qua-
mobrem curam adhibeas: sicut diximus illic.
Fit etiam ex verruca, & carne addita: & raro
propter loci nobilitatem habet curam. Inter-
dum tamē curatur, & proprie cum administra-
tione medicaminis acuti vna vice post aliã vs-
que dum cōsumatur caro addita, aut verruca.
Deinde curetur medicamine incarnatio: &
quandoq; fit propter sordes, quæ sunt in auri-
bus, & eius est cura, vt extrahantur, & asseran-
tur ad locū hūc, quæ diximus in capitulo, quæ
sunt ante istud. Mahemet filius Zachariæ Ara-
bi. Confectio medicaminis ad grauem auditū,
& tinnitum aurium: bona si Deus voluerit. Ac-
cipe pulpæ colocynthidos, dr. ij. baurach, dr. j.
tertiarum duas, castorei, dr. j. succi absinthij, dr. j.
aristolochiæ rotundæ, dr. j. euphorbij, dr. j. ter-
tiam, costi, dr. semis. fiat siccum cum felle vaccino:
& destilletur cum oleo amygdalino amaro, &
hoc est post euaporationem in traiectorio. Ale-
xander. Ad idem expertum, & proprie si fiat
surditas ex humore frigido oppillate, & est ex-
pertum. Accipe elleborum album, castoreum,
nitrum, pyrethrum, coquatur in vino forti: de-
inde cola, & destilla ex eo in aures: prius tamē
sternutamenta prouocentur. Idem. Confectio
trochiscorum auferentium surditatem, & gra-
uedinem auditus, & sunt experti. Recipe elle-
bori albi, castorei, ana dr. j. nitri, dr. s. fiant tro-
chisci cum aceto, & administrētur cum aceto.
Idem, fiat puluis ellebori albi cum aceto posi-
tus cum lycinio. Filius Serapionis. Confectio
trochiscorum, quorum operatio est vltima ad
oppilationem, & tharas, quorum permistio.
Recip. ellebori albi, aur. ij. nitri aur. viij. croci,
aur. ij. confice postquā bene conteruntur cum

aceto, & factrochiscos, & administrētur cum
aceto, sunt enim admirabiles. Alexander, quā-
do surditas contingit ex humore cholericō in
aurib. coarctato: & hoc est restricto fluxu cho-
lerico abūdare consueto: tunc prouocato eo, &
educto per ventrem soluitur surditas: sicut ex
Hipp. doctrina colligimus. Si autem ex crudis,
& viscosis contingat humoribus; fortiora sunt
adhibenda medicamina difficilius enim mor-
bus soluitur, dandū est igitur oxymel: quod Lu-
liano prædici factū fuisse testatur ab Oribasio:
aut hiera Gal. cū iteratione, & iteratione: aut
dandum est hoc medicamen: quod Recip. salis
ammoniaci, piperis, ana dr. ij. euphorbij, dr. j.
dabis ex eo dr. iij. aut viij. cū ovo sorbili, aut
hydromelite: est enim mirabile ad vertiginē,
& epilepsiam; & mulieribus menstrua poterit
educit. Postquam autē purgatus fuerit, garga-
rismata, & sternutationes necessariæ sunt: verū
gargarismata fiant ex staphide agria, & sinapi-
cum mastiche, sternutationes autem ex ellebo-
ro albo, & pipere. Vltimo vero destilla in au-
rē, quæ morbū soluant ex his, quæ diximus. Si
autē adhuc passio permaneat, prouocetur vo-
mitus cum facilitate, & iteratione cum eis, quæ
sunt sicut elleborus albus cum proprietate in
hoc, & iterata expurgatione, & gargarismate,
& alijs, quæ superius diximus. Equitare autem
per loca arenosa, & decliua, & vectiones cum
curru, & balneationes in aquis thermarum, &
G salfarum ad hoc multum conferunt remouen-
dum. Et credo quod surditati factæ ex materia
frigida, aut ventosa conferūt olea calida, sicut
costinum, & anethinum, & oleū balsami pro-
prie, & similia, quorum rememorati sumus in
doloribus aurium. Et pulpæ colocynthidos, aut
succo cucumeris asinini, aut radicis eius, inest
proprietas mirabilis cum aliquo prædictorum
oleorum. Et ex eis est oleum nardinum cū ca-
storeo, & similiter siccum factum ex alne, castoreo,
& pulpæ colocynthidos partibus æqualibus.
confice cū felle vaccino; & instilla cum oleo ra-
phani, aut aliquo oleorum calidorū. Et oleum
raphani, & oleum staphidis agriæ iam experta
sunt: & expertus est puluis ellebori albi cum
H aceto instillatus in aurem, aut missus in aure
cum lycinio.

De vlcibus aurium. Cap. 6.

QVædam ex eis sunt manifesta: & habent
genera curationis nota, sicut diximus in
capitulo de algarab. Quædam vero ex eis sunt
occulta posita in profundo: & sunt ex eis, quæ-
dam, in quib. non multum præterijt tempus,
& alia, quæ sunt chronica antiqua, in quarum
curatione perueniemus administrando regi-
men subtiliatium in his, quæ comeduntur, &
bibuntur, & ceteris, & mundificando corpus
& etiam capitis solutionibus factis cū iteratio-
ne, & iteratione. At si vlcus recēs fuerit, dupli-
ci eget genere curationis. Primum est mūdif-
cario

catio, & absterfio, cū eis, quę sunt absterfionis mediocris, sicut est aqua mellis, proprie, aut vinū cum melle, aut acetū cum melle, aut oxymel squilliticū, & similia, factus ex eis iniectionibus post iniectiones per syringā, aut per aliquid aliud, quod est sicut cancellus pennę subtilis: deinde cum bombice, aut lana subtili abstergetur. Sīm genus curationis est exiccatio, & consolidatio eorū cum eo, quod est mediocris exiccationis, sine mordacitate multa, sicut est proprie olibanum solutū cum vino: aut sarcocolla, & olibanū soluta in vino, & melle pauco: & expertum bonum. Et ex eis est myrrha, & aloē dissoluta in vino: & sandaracha in hoc est mirabilis: & proprie trita cum vino, & melle immissa cum lycinio, sanat enim, & dolorē tollit, & similiter alumen cum aceto tritū contritione vltima expertum est, & similiter lycinium cum sief memithe. Alumen iamenum, & myrrha, & aloē, & sādara, & sarcocolla cū melle, & vino sunt ex summa eorum, & similiter sanguis draconis. Sief memithe, sarcocollę, myrrhę, aloes, spumę maris, olibani, ana pars j. aluminis adusti pars j. & s. terantur cōtritione vltima cum melle, & vino vsq; dum fiat in terminum mellis tenuis: deinde vttere cum lycinio. Si autem antiquum chronicū fuerit, triplici eger genere curationis. Et primū quidem est mundificare, & abstergere vlēus à viru, & putrefactione, & corruptione fœtida cū eis, q̄ sunt vigorosę absterfionis, nō nimis fortib. in principio, vt perueniatur paulatim ad ea, quę sunt fortiora. Ex rebus generum mediocrium est vrina pueri cū melle, absinthium cū vino, & melle modico salis gēmę: & oxymel squilliticum cum modico floris æris: & fortius est alchitran cū melle, & ex eis est vinū decoctionis radicū luf cū melle: aut succus asphodelorum cum melle modico salis gēmę: & cōfert succus foliorum nucis, cū melle, & vino: & adhuc fortius eis est fel tauri cū vrina pueri, & hoc apud vehemētiam putrefactionis, & fœtoris. Et ex cōpositis vltimis ad hoc est vnguētū ægyptiacum, quod diximus in antidotario: & proprie solutū in vino, aut aceto: & destilletur in aurem, & est mirabile, & similiter vnguentum de flore æris: aut medicamen huiusmodi cōpositū. Rec. floris æris, & tubel æris, ana dr. ij. succi porrorum, mellis puri, ana dr. j. vrinę pueri quantū sufficit, terantur vsque dū fiat sicut mel: & vttere. Sīm genus curationis est incarnatio, & reparatio eius, quod iam per putrefactionem deperditū est: & hoc quidem perficitur cū reb. mediocris exiccationis absque mordicatione vehemēti; & sūt ea proprie, quorum in consolidatione vulnerum non antiorum rememorati sumus. Tertiū genus curationis est exiccatio, & consolidatio vlceris cū reb. exiccatiuis, & consolidatiuis, in quibus fit permissio aliquorū acuitatē habētū, si-

cut myrrha, aloē, thus, & similia quorum processit rememoratio: quibus admisceantur aliqua, quę sunt sicut colcothar, flos æris, & similia, & nos trademus cōpositiones solēnes quātum pertinet ad hanc partē. Filius Zach. Araft. Cōfectio medicaminis ad vlcera, quę fiūt in aure, & est expertū. Rec. sarcocollę, san. dr. olibani, spumę maris, myrrhę, baurach, boli armeni, scoriz ferri, floris æris, aloes, colcothar, ana partes equales. Terantur contritione subtili: & ex media parte eius fiat sief: & destilla ex eis in aurē cum aqua mellis, aut melicrato, aut oxymelite: & ex alia medietate inuoluto lycinio in melle, & in medicamine mitte in aurē lorā prius ex aceto, & aqua, & exiccata cum bōbice, aut lana. Ioānes Serapionis. Vnguētū ægyptia cū cōferēs ad vlcera fordida, & putrida, & fœtida, siue in aure, siue vbiq̄que sint per corpus, & ad fistulas, & ad vlcera maligna, q̄ sunt in locis absconsis, & intricatis, & indigēt absterfione. R. mellis despumari, vnc. iij. aceti boni vnc. iij. ziniar, vnc. j. cōfice cū igne leui vsque dum mellis habeat spissitudinem, est. n. absterfiuū sublime. Idem modus cōfectionis scoriz ferri, cuius iuuamentum est sublime ad vlcera, quę fiūt in aure. Accipe ex scoria ferri, & laua eā cū aceto forti, postquē triueris eam vehemēter. Deinde exiccetur super latere calido: deinde fiat similiter vsque septies. Deinde teratur vsque dum fiat sicut puluis subtilis: & decoquatur in aceto decoctione vehemēti vsque dū habeat spissitudinē mellis: & destilletur ex eo in aurē, aut intromittatur cū lycinio.

De vermibus in aure. Cap. 7.

Vermes in aure indigēt medicamine necante eos in primis. Deinde ingenio educendi eos, ne pp remanentiam eorum accidāt putrefactiones, & vlcera. Et primum quidem perficitur cū medicinis, quibus est proprietas super hoc: sicut amaris proprie, & acuris, & acetosis: & quandoque ingeniatur, & dantur medicinz, quę sunt venenum eis, cum permissione dulcedinis, vt auidius recipant. Res autem, quibus est proprietas necandi eos, sunt sicut absinthium proprie, & tarasacō, & centaurea, quodcūque eorum coctum cum vino, & destillatum. Et calamēthum est fortius his: necat enim vermes: & dolorem sedat: & proprie succus eius, & similiter succus cappar. El lebori albi destillatio facta cum vino experta est. Et similiter scammonę dissoluta in aceto, & aloes cum vino, & succo cappar, aut calamenthi. Valet etiam cucumeris agrestis succus cum radice eius, & succus foliorum perfici cum aceto, & succus radicū mori. Ex bonis miscibilibus cū eis sunt tella, aut euphorbium: & oleandro inest proprietas mirabilis. Et dixit Galenus. Si cætera non conferat, sulphur viuum, & calx viua terantur: & ex eis cum melle fiant trochisci, & destilletur

Mesura.

Pp tur

Necantia vermes.

MESVE DE ÆGRI AVRIVM

S V M M A VII.

Et tur ex eis in aurem cū aceto, & alchitrā destil-
latus in aurē ex eis, quæ vltimo necant eos, &
similiter succus cucumeris asinini, aut calamē-
thi cum scammonia, aut sinapis semen cū suc-
co hyoscyami. Secunda res perficitur cum in-
geniatiōe educendi eos: & proprie, vt destil-
letur in aurē hora post horam oleum tepidū. De
inde sternutet cū cōdifi: et retineat os, et nares,
vt spiritus ferantur ad aures cū impetu: & qñ-
que rationabiliter applicatur ventosa in aure.
Si autē vermes putruerint in aure, impleatur
auris vna vice post aliā vino, & oleo tepidis:
& radio immisso in ea cum bombice, aut la-
na, abstergatur, & lauetur, vsq; dum totū ex-
cludatur corruptū. Hamech. Medicamen con-
ferens vermibus in aure, & doloribus eorū, ac-
cipe olei de persicis, olei de chrysomelis, olei
de amygdalis amaris: aut succi foliorum radi-
cis, & succi apij, ana partes ij. Bulliāt lēto igne
vsque ad consumptionem succorum. Et destil-
la ex eo in aurem mane, & sero.

De ingressione aque in aurem. Cap 8.

Cura huius ægritudinis fit secundum vnū
trium modorum: aut cum ingeniatiōe,
quā sequitur euacuatiō: aut attractiō: aut reso-
lutio. Prima quidem perficitur cū tussi, & ster-
nutatiōe, cōprehendendo os, & nares: aut ef-
fundatur in aurem aqua, vsq; dum repleatur:
deinde inuerletur cum velocitate, & excluda-
tur aqua tota: & immittatur radius subtilis au-
re existente inuerfa, & cōmoueat caput suum
frequenter: & descendat per gradus velociter:
aut tussiat, & sternutet. Hæc enim faciūt egres-
sionem aquæ facilem. Secunda res perficitur
cum sectionibus, & medicinis quæ attrahunt
aquam efficaciter; sicut spōgia marina immis-
sa in aurem ligata cum filo, vt facilius fiat eius
attractiō: aut lana, quæ inuenitur in cōchis ma-
rinis: aut frustum medullæ sambuci. Et ex in-
strumentis est cānellus, qui intromittatur in au-
rem: & fiat succio per ipsum: & quandoq; per-
mittitur in aurē extremitas cānellaris: & pro-
prie instrumenti, quod attrahit, quando subito
relinquitur ei vacuum: & est modus attrahēdi
vehemens: quare attrahitur aqua fortiter. Ter-
tia perficitur cū ingeniatiōe, qua fit aquæ re-
solutio cum facilitate: & est, vt accipiatur can-
nellus anethi, & inuoluatur sup vna extremita-
tum eius eorum, sicut vsq; ad tertiam ipsius,
& alia extremitas mittatur in aurem, & circū-
detur ei aliquid ex coto, vt sigilletur in forami-
ne auris, deinde accendatur super extremitatē
quæ est extra, ignis, & dixerunt aliqui, quod
prius fuerit submersa in oleo, resoluitur enim
aqua cum operatione hac, vice post vicem, ex-
tracta autem aqua, destilletur in aurem oleum
rosarum tepidum instillatione post instillatiō-
nem.

De ægritudinibus narium: & primo de factio-
re narium. Cap. 1.



Otor narium si fuerit propter vul-
nera in naribus, aut propter hæ-
morrhoidas natas in ipsis, dice-
mus curam. Si autē fuerit propter
humorem putrefactum in circuitu
narium aut suspensorum, aut adherentium in
partib. colatorij, aut in parte mammillari, aut
in vetriculis cerebri, tūc cura eius sūt tres res.
Prima est mundificatiō capitis pluries iterata
cū medicinis: quarū forma est apud te, & iam
scis eam: & hoc fiat post regimē bonum in sex
generibus rerum, sicut etiam scis. Secunda est
intentio circa partē, vt abstergatur, & mundifi-
cetur, quod de corruptione inhæret in partib.
alchaiafin, & hoc quidē perficitur cum medi-
cinis, quibus inest proprietas hoc facere: & ex
eis est vinum bonū odoriferum, de quo fiat col-
lutio post collutionem, primo simplici, deinde
cū vino decoctiōnis eorū, quæ sunt sicut myr-
rha, cyperus, rosę, calamus aromaticus, xylo-
loe, & similia. Deinde insuffletur in nares cala-
mus aromaticus, spica, cyperus, rosa, myrti fo-
lia, & similia, singulariter, aut coniūctim cum
modico salis gemmæ: & similiter cōfert puluis
calamenti mōtani insufflatus, aut xylobalsa-
mi, & fortius eis est elleborus albus. Inquit Ga-
le. Vrina asinorum est ex melioribus lauacris,
& infusionibus ad foetorem narium, & confē-
rūt immisiones tentarum, & proprie ex eis dē,
ex quibus fiunt insufflationes, quorū nomina-
tio præcessit: & proprie confectæ cū melle, aut
cum vino odorifero. Et ex rebus mirabilibus
ad hoc est tenta facta ex puluere hieræ picæ,
dr. calami aromatici, myrrhę, garyophyllorū,
ana drac. duas, spicæ folij, florum squinanthi,
dalseham, drachm. ij. & semisse, & factentur
cum vino bono. Inquit Dioscorides, dalsehabā
secundum omnem modum administratiōis
eius est ad hoc medicamen expertum. Tertia
res perficitur cum eo, quod facit diuersionem
materiæ ab emūctorijs, & partibus narium, si-
cut proprie cauterium factum in zubēdeg, cu-
ius formam narrauimus in capitulo de carar-
rho, & in curis oculorum. Fit etiam foetor na-
rium ex vapore eleuato à stomacho, & alia
parte, & cura eius est, sicut processit post corre-
ctiōnem stomachi, aut alterius partis. Sabor.
Confectio medicaminis auferens foetorem na-
rium, & faciens ex eis inspirare bonum odo-
rem. Recipe xyloalces crudi, garyophyllo-
rum, rosarum, ana drachm. ij. spicæ, such, ana
drachmam vnam, cōfice cum vino bono anti-
quo, & aromatiza cū muschi danich. ij. fac pi-
lulas in modum ciceris, & dissoluatur vna ex
eis in oleo nardino, aut aqua rosacea, & destil-
letur in nares, postquam laueris eas cum vino
deco-

decoctionis spicæ, & rosarū. Mahemet Arafī. Modus confectionis ad fetorem narium expertus. Accipe aluminis, myrrhæ, calamēthi, galliæ, ana, tere, & exuffla ex eo in nares: postquā laueris eas cū vino antiquo odorifero multis vicibus, deinde lycinium in eodē medicamine intinctum ponatur. Idē. Aliud. Accipe calami aromatici, dr. vna m, myrrhæ, gallæ, ana dr. s. muschi danich. s. fac sicut prius. Idem. Confectio decoctionis, qua lauādē sunt nares multis vicibus, abscindit fetorem narium. Recipe spicæ, galliæ, garyophyllorum, ana partes aquales. Coquantur in vino aromatico, & sugātur naribus, & lauentur nares, & lyciniū iussum in eo mittatur.

De fluxu sanguinis narium. Cap. 2.

Quando est ceticus, est expectandum super eo, nisi exuberet exuberatione super qua tormidatur de casu virtutis, & tūc succurrendū est, sicut dicemus post. Et quāq; sit fluxus sanguinis ē narib. succedens sodā, sedans sodā proprie pulsatiuam, & quiescendum in eo nisi superfluat, & tunc succurrendum est ei, sicut dī post. Et sit quandoque pp fracturā arteriarum cerebri: & raro recipit curam, verum ei succurrimus, sicut dicitur post. Et quāque accidit post ebullitionem factam in sanguine cum cōmunitate totius corporis: aut cum cōmunitate hepatis tū: quā pp supercalefactionem eius cadit ebullitio in sanguinem: & intētio in curatione eius est duplex, vniuersalis .i. & particularis. Vniuersalis quidem sit tribus modis. Primus modus est cum eo, quod alterat malam cōplexionē, & aufert acuitatē sanguinis, sicut proprie cibi, & potus frigidi, & congelantes: & infusiones, & balnea in aquis frigidis, & sessiones: in eis: & emplastrationes super hepar ex rebus veræ infrigidationis: & acetum in hoc est mirabile: & proprie emplastrationes pannorū infusorum in aceto infrigidato in niue, & posita super hepar, & sumē, & extrema super t. sticulos, vtendo permutacione post permutacionē: cautela sup hoc adhibita, ne vltima sequatur infrigidatio. Secundus modus est, vt fiat diuersio sanguinis ad diuersum, vel oppositum: & hoc quidē perficitur cū phlebotomia subtili ex latere opposito in principio, deinde ex eodem fiat. Et quāq; oportet ducere ad vltimam fere euacuationem, & vētosationem super hepar, si est ex nare dextra: aut super splenē, si est ex nare sinistra: aut super vtrāque, & sument, si est ex vtraque. Et conferunt etiam ventosationes super crura, & super calcanea ex parte domestica, quæ si non conferunt, administrantur ventosæ super ceruicē, & super spatulas cum scarificatione tenui. Ad hoc conferūt ligaturæ, & compressiones dolorosæ factæ in extremitatibus, & in testiculis virorū, & mammillis mulierum. Ad iudicauimus præterea secūdum sapientiam, vt si acuitas, & inflāmatio vincant in

A sanguine supra multitudinem, modus prius præponatur secundo. Si autem multitudo vincat, aut multitudo simul, & acuitas vincant in sanguine, modi secūdi sapiētia præponēda est. Tertius modus est, vt acquiratur coarctatio in vijs, & ductibus. Et hoc quidē perficitur cum linimentis super frontem, & tempora ex rebus infrigidatiuis, & cōglutinatiuis, & stypticis: & si oportet, stupefaciētib., ex his, quæ dicemus, Particularis autem intentio perficitur cū solitudine administrationis rerū per instillationem, & insufflationē, & immissiones tentarum fluxum sanguinis cōstringentium. Medicinæ, quidem facientes hoc, aliæ sunt cōglutinatiuæ, sicut puluis molendini proprie, & farina, et tela aranæ, & proprie, quæ est in molendino, aut quæ est vicina furno: & albumē oui, & spōgia marina cum alchitran combusta: & fumus picis, & thus, & fumus thuris, & stercus asini, & charta cōbusta, & pili leporis, & coagulum eius, & succus alfaraz, & gypsū, & gūmi assum, & dragacanthum combustum. Alia sunt vehementis stypticis, sicut rosa, & semē eius, & balaustra, & euistidos, & chacular, & succus albesadal, & succus albelach, & succus palma, & abon. cortices, & flores granatorū, & bolus, & terra sigillata, & alumē, & cāphora, & proprie hæmatites, & gūmi allum, myrrha, & charabe, & sanguis draconis, & antimonium, & succus foliorū salicis, & succus foliorū vitis, & similia. Alia sunt vehementis infrigidationis, congelantia sanguinem: sicut camphora proprie: & cortex mandragoræ, & succus eius, hyoscyamus, papauer, lactuca, & succi earū, & opiū, & similia. Et alia sunt, quæ sunt cauterizatiua: sicut calx, colcothar, chalcāthū, æs vltum, arsenicū, flos æris, & similia. Et alia sunt quæ operātur illud à proprietate, sicut frequentatio comestionis cerebtorū gallinarum, & stercus asini insufflatū, & succus albedagori instillatus, & succus porri, & succus portulacæ, & similia. Verum cōglutinatiuæ, & stypticæ sunt meliores eis: & sit per eas curatio vera. Congelatiuæ vero stupefaciētes, & cauterizatiuæ suspectæ sunt. Hæ enim aliquando moribundæ sunt congelando spiritus, & extinguēdo calorem vitæ. Aliq; vero licet restringentes, magnificant tamen vulnera, & post calus crustellæ vehementior fluxus redditur, quā fuerat prius. Verificatores vero, qui operātur secūdū sapientiam, aggregāt ex diuersis diuersarū intentionū, & perficiunt ex eis vnum virtutē habēs sigillatiuam, & carēs suspitione ex his, quæ timentur: sicut trademus post. Et oportet medicamina, quæ mitti oportet in nasū, vt teranē vltima cōtritione sicut alcohol. Deīde post iniectionē earum in nasum, stringatur super eas vehementer vsque dum imprimant, & sigillēt sup apertionē venæ impressione bona. Emplastrum, quo vtendum est super frontē, & tēpo-

Mesue.

P p 2 ra:

MESVE DE ÆGRI AVRIVM

ra: & linitur super ea, & sedat sanguinis fluxū. Accipe boli armeni, gypsi puri, succi barbæ hircinæ, ana partes æquales. Terantur cōtritione vltima: deinde contere cum aceto forti in vase lapideo, ita qđ elaboretur multum in eius cōtritione, vsque dum fiat sicut mel habens mediocritatē inter tenue, & spissum: & liniatur in frōte, & temporibus: & stringatur super eis cū pila facta ex stupis, & ligatura stringēte: est .n. expertum. Et quandoque apud necessitatē additur opij circiter pars semis. Infusio aquę veri frigoris super caput, & constrictio facta in temporib. ex pila infusa in aqua huiusmodi, stringit sanguinis fluxum: & similiter in aceto infrigidato in niue, aut succo foliorū salicū, & mētæ, & foliorum vitis similiter infrigidatis in niue: & qñq; commiscantur cū his aliqua ex stupefacientibus, sicut necessitas cogit. Hamech. Emplastrum bonum nobile ad fluxum sanguinis ex naribus, & est expertū, & forte: quare oportet super eo cautelam adhibere. Rec. cāphoræ, opij, succi alchafel, ana parrē j. farina hordei partes ij. cōfice cū succo albelach: vel cum succo vuę lupinę: vel cū aqua rosata, & lini super frontem ex eo, & tēpora. & pone cum licio ex eo in nasum. Idē. Medicamē abscindens fluxum sanguinis ex naribus. Accipe papyri combustæ, corticum ouorum combustorū, acaciæ, corticum granatorum, an. Misce cū eis parum infusionis aquę salis, & cum lycinio narib. immitte. Idē. Aliud valens ad fluxū sanguinis ex ruptura arteriarum. Rec. olibani, aloes, ana, tere, & confice cū albumine oui, & fiat sicut mel, & vtere cum lycinio. Medicamen ex inuentione nra, cito sanans. Accipe camphoræ, sanguinis draconis, an. dr. j. chachię, sandali rubei fricti, colcothar, aluminis iameni, thuris, papyri combustæ, ana dr. ij. Cōfice cum aqua salis, & fac trochiscos: & qñ oportet, dissolue cū encaustro scriptorum. Deinde fac ficcari, & cōbure ipsum: & cinerē eius naribus insuffla, est .n. expertum. Aliud similiter ex inuentione nra. Accipe panum lineum antiquum, & submerge ipsum in lycinio dissoluto in encaustro scriptorum: & vtere lycinio. Aliud similiter ex inuentione nostra. Rec. pannum lineū antiquum, & submerge ipsum in lycinio dissoluto in encaustro scriptorum: deinde fac exiccari, & cōbure ipsum, & cinerem eius narib. insuffla: expertū bonū, si Deus voluerit, vel solum lycinium in panno illini, & combure, & vtere. Gabriel. Aliud valens similiter. Accipe scoriz æris, & papyri combustæ, & corticum ouorū combustorum, chachiæ, corticum granatorum, ana cōfice cū albumine oui, & vtere. Dioscorides. Stercus asininum siccum, & recens insufflatū in nares, et ē odoratum, stringit fluxū sanguinis cū virtute. Et dixerunt quidā ex posterioribus qđ si misceatur cū eo opij, & camphorę circiter, ana partis eius sexta, est medicamen vltimum.

E Isaac. Accipe sanguinis draconis, ramich, papyri combustæ, ana partē vnā: seminis portulacę combustæ, balaustię, ana partem s. tere, & vtere cum cannello. & accipe ex eo: & cōfice cū succo coriandri humidī: & vtere cū lycinio. Fil. us Zacharię Araf. Confectio medicaminis, quod ponitur super frontem, & tpa, & abscindit fluxum sanguinis ex narib. Rec. chachiæ, succi barbæ hircinę, olibani, aloes, gallię, balaustię, gummi assī, myrrhæ, boli armeni, opij, ana. Fiant trochisci, & liniantur ex eis super frontem cum aceto, et liniantur super pectine, & renibus. & cōferunt miētui sanguinis, & fluxui mēstruorum, & pessariātur etiam in vuluam, & clysterizantur in ventrem: & conferūt cōgritudine sanguinis. & dysenterię: & conferūt fluxui sanguinis, & vulneribus, vnde cūq; xierit. Ioannes Serapionis. Medicamen abscindens fluxum sanguinis ex naribus, abscissione forti. R. colcothar, telæ aranę, aluminis, ana partes æquales: confice cum albumine oui, & vtere cum lycinio lineo, & liniatur super frontem, & tempora ex bolo armeno, succo barbæ hircinæ, farina lentis, & balaustię, & modico camphoræ, & opij, cum aceto. Idē. Accipe aluminis, terræ sigillatę, gallarum non perforatarum adustarum, & extinctarum in aceto, succi heuistidos, ana partem vnā, camphorę, opij, ana partis j. terciā. Insuffletur ex eis in nasum, & intingatur lyciniū in encaustro ī quo duplicatum fuerit colcothar. Deinde aspergatur super ipsū ex medicamine, & mittatur in nares. Alexander. Spōgiam marinam nouam in alchitram intinge, & combure, & vtere cū lycinio. Ioannitius. Cōfectio medicaminis abscindētis fluxum sanguinis ex naribus. Accipe balaustię, sanguinis draconis, fumi thuris, vel farine eius, aloes, colcothar, calcis viuę, gallarū adustarum extinctarum in aceto, aluminis iameni, gypsi, pulueris molendini, ana partes æquales, opij, camphoræ, ana partem s. insuffletur ex eo in narē, & vtere cū lycinio. Aboali. Accipe succi barbæ hircinæ, chachię, ana dr. s. camphorę, gr. ij. confice cum succo florum palmę, & destilletur ex eo in nasum. Idem. Accipe papyri combustę, corticum thuris, pulueris molendini, aloes, colcothar, ex medietate eorū fiat tenta cum albedagori, vel albumine oui, & ex alia fiat puluis, & vtere.

De nocumentis odoratis. Cap. 3.

Nocumēta odoratis sunt diminutio eius, aut priuatio, aut permutatio, aut mēdositas. Odorabile enim, aut sentitur debilitate, aut nullo modo sentitur, aut sentitur in contrariū eius, qđ cōprehendit ratio, aut sentitur ex odoribus odor, qui nō inuenitur in aliquo præsentium. Et contingunt quidem nocumenta huius, quandoque propter casum, aut percussionem in vijs, aut colatorio. Et accidit ex hoc vt cadant nocumenta in ossa, & tortuositas, & dislo-

dissolutio forme, & fortassis nō recipit curam. Et quāq; contingit ab apostemate, aut vulnere putrefacto, aut cancro, aut à carne addita, & putrefacta: & dicemus curam eius post. Et accidit interdum propter malitiam complexionis in caiafin, & nare interius, & partibus eius, sine materia, aut cum materia, aut ventositate oppilante caiafin, aut colatorium, aut duo emunctoria, quę sunt sicut capita mammillarū: & quodcunq; horum fuerit natium, aut chronicum, vix curam habet. Si autem malitia complexionis, sine materia fuerit: cura eius est per contrarium, administrando embrochas in prora capitibus, & suctiones per nares, & odoramenta, & caputpurgia ex his, quę dicemus. Si quidem fuerit calida, conferunt lauacra ex rosis, & coriandro, & suctiones per nares ex oleo rosato, & aqua rosata cū modico aceto, & similia. Et quęque misce utcum eis, quod est sicut caphora: & aqua decoctionis mentę humidę, aut sicca cū cyperis, est iuuamenti sublimis, & similiter euaporatio aceti, est enim vltima. Si autē fuerit à malitia complexionis frigida, quod est secundum plurimū, conferunt lauacra, & embrocha ex eis, quę sūt sicut spica, calamus aromaticus, calamentū, sampuchus, & similia, & inunctiones, & suctiones, quę fiunt naribus ex oleo costino, & rutaceo, & oleo de neridem cum eo, quod est sicut castoreum, euphorbiū, muschus, & similia. Si autem malitia complexionis fuerit cū materia, aut ventositate grossa oppilante, intentio tunc in curatione est duplex, vniuersalis, scilicet, & particularis, & prima quidem perficitur cum euacuatione materię, & iteratione eius, si oportet, secūda perficitur cū embrochationibus, & lauacris, & inclinatione capitis super vapore chamemeli, sampluchi, silymbrij, calamentū, spicę, & similia, deinde cum gargarismaribus ex eis, quę mundificant caput: & iam diximus ea, post hæc cū caputpurgijs, & suctionibus per nares cum castoreo, & scilibus animalium, & condisi, & nigella, & rebus odorabilibus, sicut serapinum proprię, castoreum, & piperā, & muschus, & similia: & proprię mista cū oleo nardino, chamemelino, & similibus: & assiduo odoris rutila est experta in hoc capitulo: & similiter caputpurgium ex ea: & caputpurgium ex nigella trita contritione vltima, quę fait infusa in aceto, & mista cū oleo antiquo: & fugat naribus vehementer, est enim mirabile. Et caputpurgium ex vrina cameli, & elleboro, aut pulpa colocynthidos, aut euphorbio est sublime: & similiter ipsa vrina per se. Cū autē caputpurgia, & effusiones generant ardorē, & combustionem in naribus, tunc succurratur cū oleo rosato, & lauacris ex aqua calida, & aqua furfuris, & oleo de cucurbitis, & similib. Mahemet Arasi. Puluis bonus ad oppilationes nariū, & defectū factus. Recipe arthanitę, condisi, salis ammo-

niaci, ana, terantur sicut alcohol: & suffletur ex eo in nares postquam euaporaueris eas aceto calido. Idem. Aliud valens similiter, & est bonum. Rec. nigellę, fellis gruis, colocynthidos, ellebori albi, ana. Terantur contritione vltima. Deinde funde super ea conterendo vrinam cameli arabici: deinde facias exiccari, & tere, & fiat ex eis sief cū oleo sambucino, aut sampuchino, destilletur in nares, est enim expertum bonum. Si autem dolorē patiantur succurratur eis cum aqua calida, & oleo de semine cucurbitę, aut aqua furfuris. Idem. Aliud sublime. Accipe nigellam, postq̄ infusa fuerit in aceto, & exiccata, conterere sicut alcohol: deinde misce cum oleo veteri. Et modus vtendi eo, est vt impleat patiens os suum aqua: & reclinet caput retro: deinde instilletur ex medicamine aliquę gutte in nares: & fugat vehemēter, donec egrediatur humiditas plurima tenēdo os apertum super vaporem aquę calidę: deinde lauet cum aqua calida, & alijs: & faciat hoc tribus diebus, & tribus vicibus.

De apostemate narium. Cap. 4.

Intentio in curatione eorum est triplex. In principio namq; indigent medicamine repellente materiam, sicut proprie oleum rosatum, & oleum myrtinam cū aqua rosata, quod eunque eorum fuerit. Post hoc vtendum est: quod est sicut oleum coquassatum cum aliqua ex mucilagibus, aut cum lacte mulso recenti. Vltimo vero indigent medicamine maturatiua, sicut proprie diachylon dissolutum in oleo, aut mucilagine maturatiuę dissolutę in oleo, aut mucilago radicū lilij conquassata oleo, aut radix lilij cocta in lacte, & trita cū adipe gallinę, aut porci, & adeps gallinę cum oleo de amygdalis amaris confert in hac hora. Hammech. Medicamen conferens apostemati, & bochor sanguineis. Recipe farine hordei, rosarum, ana partem vnā, caphorę partis vnitus quartam, tere, & confice cum aqua rosata, vel succo granatorum, acetosorum, vnge intus, & extra, probatum est. Idem. Aliud ad apostemata ex sanguine. Accipe succi solatri, & succi acetosorum granatorum, & aquę rosatę partes equales, olei rosati partes duas. Conquassentur cū modico camphorę, & vnge intus, & extra. Idem. Aliud ad apostemata ex cholera rubea. Recipe mucilagine psyllij, aut semina cydoniorum, aut albumen oui: & conquassa cum oleo rosato, aut violato: & infrigida ea, & vtere, bonum est, expertum.

De vulneribus, & ulceribus narium.

Cap. 5.

Quędam ex eis sunt manifesta exterius: quędam occulta interius. Quę autem manifeste ita sunt, alia sunt sicca sicut crustę: alia humida lenia. Et prima quidem curantur cū medicinis mediocris exiccationis, sicut vnguento de cerussa, proprię vnguento triapharmacō, aut

Mesue.

Pp 3 oleo

oleo rosato dissoluto cum mastiche, & pulvere rosato misto, & similibus. Si aut fuerint vulnera humida, curatur cum medicinis minoris exiccationis, sicut oleo rosato, adipe gallinæ, & cera simul dissolutis, & similibus. Consuetudinaria aut vulnera, quæ sunt sicut crustæ, bothor, & asperitas rubei coloris rosarum accidentes naso fm exterius eis, curantur cum duobus cauterijs positus inter labia, & gingiuas iuxta dentes caninos, vt ascendat hinc inde ad colatoria nasi. Occulta aut interius latentia in partibus alcaiasin prava sunt: & peiora, quæ sunt in partibus colatorij, & adhuc magis, quæ sunt in ventriculis cerebri: & in eis, quæ sunt sicut capita mammillarum. Et ex eis quædam sunt recentia, quibus non multum præterijt tempus: alia sunt antiqua chronica. Recentium autem duo sunt genera curationis. Primus quidem est mundificatio, & perficitur cum medicinis lautiuis debilis absterfionis: sicut aqua mellis proprie: & quæ hoc cursu præcedunt. Sicut vero est consolidatio, & sigillatio eorum: & perficitur cum medicinis debilis exiccationis: sicut vnguento triapharmacō, & vnguento de cerussa confortato cum modico myrrhæ, & olibani, et sanguinis draconis. Chronica autem, & putrida vulnera triplici egēt genere curationis. Et primum quidem genus est mundificatio eorum, cum eo, quod est mediocris absterfionis: sicut vinum, & proprie mel, & similia. Et quæque expetit necessitas apud multitudinem putrefactionis, vt misceatur cum eis, quæ sunt sicut colcothar, aut vnguentum ægyptiacum, & vrina quidem infantium est mundificativum bonum, & nos diximus multa ex eis in capitulo de vlcerebus aurium ad hæc conferentia. Sicut vero genus est incarnatio vulneris cum eis, quæ sunt sicut vnguentum de cerussa, aut vnguentum triapharmacō, aut confortata cum eo, quod est colcothar modicum, & similia. Tertium vero est consolidatio vulnerum, & sigillatio eorum: & perficitur cum medicinis exiccatiuis non multæ exiccationis, sicut proprie, mara factum ex rebus, quæ sunt sicut olibanum, myrrha, sarcocolla, & similia. Et quandoque apud necessitatem miscetur cum eis, quod est sicut aristolochia rotunda, & colcothar, & similia, & proprie, quæ timemus de futura putrefactione, dicta sunt in capitulo de vulneribus aurium, quæ afferantur ad locum hunc. Excepto, quod vulnera aurium sicciori, & acutiore indigent medicamine, quam vulnera narium, & tuum est discernere, & mensurare ista. Et confert cauterium in zuédeg. Hamech filius Zachariæ. Medicamen bonum conferens vulneribus narium recentibus, & antiquis, & fecit Hispanus. Rec. cerussæ, olei sisamini, medullæ cruris vaccæ, & olei amygdalini dulcis, ceræ albæ, & gummi albotin, ana, dragaganthi, gummi arabici, an. partem mediâ. fiat ex eis gluten cum modico aquæ rosatæ, & fiat vnguentum cum ceteris: & vtere super morbo

cum lycinio de panno. Si autem alcaiasin vulnera occupant: & descendunt per foramina usque ad palatum, & ad guttur; fugat naribus. filum usque dum descendat ad palatum, & trahatur per os, & ducatur filum sicut serra, usque dum locus sanguinetur, deinde vnge filum cum medicamine: & hoc fiat omni die usque dum sanus fuerit: est .n. expertum. Idem. Medicamen conferens fistulis in naso, & vlcerebus siccis, expertum. Rec. ceræ albæ partes ij. medullæ cruris vaccæ partem j. olei chamæmelini, sisamini, olei nardini, olei de amygdalis dulcibus, ana partem j. fiat vnguentum: & misce cum eis mucilaginis, dragaganthi albi, & mucilaginis heuisei, & mucilaginis semin. cydoniorum, psyllij, & semi. lini, ana partem j. sextâ. fiat ex eis vnguentum cum paucis croco, & vtere sicut primum, valet et ad scissuras labiorum. Idem. Aliud valens similiter. Accipe ceræ rubeæ partem j. olei rosati partes vj. dissolue ea, & misce cum eis lithargyrij, cerullæ, siccis argenti, ana partem vnius tertiam: fac vnguentum: & vtere: & eo saepe tægat nasum. Sabor. Aliud bonum valens ad idem. Accipe lithargyrij, olei rosati, & olei myrtini, ana partem j. aceti, & succi myrti, ana partem mediam, confice, & vnguentum est, si Deus voluerit. Et quandoque fit sine aceto, & pro aceto pone succum myrti, quinque pro aceto, vinum. Et est bonum. Gal. vnguentum de flore æris, bonum, mundificans vulnera saniosa, & consolidans ipsa. Rec. ceræ, dragaganthi, & olei antiqui, vel facti ex oliuis immaturis, dr. xvj. floris ægris pulverizati sicut alcohol, dr. ij. fiat ex eis vnguentum, & vtere cum lycinio. Et quæque additur, vel minuitur ex flore æris fm, quod exigit necessitas. Vnguentum ex inuentione nostra sanans vulnera narium, & vlcerebus siccis in corpore. Accipe lubene, & triphyllon acetosum, ana vnc. ij. projice super ea postquam fuerit concussa, olei rosati, olei myrtini, ana vnc. v. & dimitte in vase lapideo per dies vij. deinde ebulliant ebullitione vna, & cola, & cum ceræ citrinæ, vnc. ij. & s. fiat vnguentum ex eo in lycinio: & vtere, & quandoque admiscetur ad omnem vnciam istius vnguenti ex flore æris, dr. j. Filius Serapionis. Medicamen conferens vlcerebus. Recipe cerullæ, merdasengi, & plumbi adusti, ana partes æquales, abluantur vicibus pluribus, postquam fuerint trita. Deinde fac ex eis vnguentum cum vino, & oleo myrtino diu teredo in mortario, nunc oleum, nunc vinum: ante parum infundendo usque dum impinguetur, expertum bonum.

De polypo, qui fit in naribus. Cap. 6.
Polypus, qui fit in naribus, durus, & niger, et non tractabilis, & mollis, putridus, & fetidus fortassis non sanatur. Et qui elongatur, & pedet, & aliquando egreditur extra, habens radicem gracilem, tenuem, non nimis profundatam, curatur incidendo, iuxta radicem eius, cum forficibus, postquam apprehendis, & trahis cum tenaculis:

culis: deinde post incisionē cauterizetur super eo, quod remanet de radice cum ferro ignito, aut cū medicamine acuto, & hæc quidem fiant post corporis mūdificationē pluries iteratam: & post phlebotomiam. Et quāque necessitas expetit, vt fiat cauterium in zuhēdeg, & proprie apud fluxū rheumatis ad partes narium, sicut dictū est in eis, q̄ sunt de curis catarrhi, & coryzæ. Si aut polypus descendit per foramina palati ad palatū, & guttur, trahatur similiter cum tenaculis: & incidatur secus radicem eius cum forficibus ignitis, & curetur deinde cū medicamine acuto, sicut iam diximus. Si aut eius incisionē non fuerit facilis s̄m modū, quem diximus: tunc accipe duos, aut tres pilos caudę equi, & torq; singulū eorum per se: deinde ex eis retorquendo fac sicut filum vnum, & fiant in eo nodi tres, vel quatuor: mittatur per nares cū acu plumbea: & declinetur cū ea ad foramina palati: & trahatur per ipsū palatū cum facilitate, donec filum exeat p̄ foramina palati: & tūc accipe vtramq; extremitatem fili, & ducas, & re ducas ad modū ferrę vsq; dum tota incidatur caro: & si aliquid remaneat, tunc facias sicut superius dictū est, abiecta aut tota carne polypi curetur deinde cū vnguento viridi, & medicamine incarnatiuo. Plerumq; autē polypus nō est multę additionis: & curat̄ præter incisionē cū medicinis acutis, & alijs sicut dicemus post. Si aut fuerit canerosus, cura eius est difficilis: Curatur tamen quandoq; cum medicinis acutis, & alijs, q̄ diximus in capitulo de vlcerebus nariū, loco aut narium a polypo perfecte mundificato curetur cū vnguento viridi, & vnguento de cerussa dictis in cura vlcerū. Dioscorides. Medicamen auferens polypum narium, & omnem additionē carnis in eis: & hæmorrhoidas narium canerosas. Accipe semen lus, & tere cū succo malorum granatorū coctorū cum cortice suo, & liniatur sup̄ polypo in circuitu eius: est. n. medicamen bonum. Vna etiā lus, & proprie succus eius idem operatur, & similiter succus radicū eius: & proprie lana ex aliquo eorū imbibita, & immissa naribus. Et est expertum. Galenus. Medicamen sanans, & cōsumens oēs additiones carniū in naribus cū lenitate sine dolore, & sanās vlcera in eis, & efficit operationem suam tpe longo, quapropter sine cessatione vtendum est eo. Accipe ex tribus generibus granatorum partes æquales, & tere ea s̄m totalitatem eorum, & extrahe succum ipsorum, & decoq; in essentia rob tenuis, deinde tere substantiā granatorū contritione multa, vsq; dum fiat sicut pasta: & fac cū succo eorum formas similes nasalibus, & intromitte ex eis in nasum vnā post vnā præliniendo, tū cum succo prædicto: & hoc fiat tempore extenso: efficit. n. operationem sine dolore: & est expertum. Quidā vero ex experientibus admiscuerūt cū eis ex trochiscis alcacalon quantitatem sufficientem ad

vigorandum operationem ex ipsis. Filius Serapionis. Cōfectio medicaminis cōsumentis polypum, & omnem carnem additā. Rec. scoriae æris aur. iiii. chalcāthi aureos duos, ellebori nigri aur. j. arsenici rubei, drac. j. Tere, & fac puluerem, insuffla in nasum: aut cōfice cum vino, & vttere cum licinio. Idem. Cōfectio trochiscorum alcadicō, quorum iuuamentū est virtuosum: cōsumunt. n. polypum, & cancrum, & oēs additiones carniū in omnibus locis. Rec. calcis non extinctæ, arsenici citrini, ana partes ij. colcothar, floris çris, aluminis, ana partē. j. gal larū, chachia, balauſtia, ana partem semil. cōfice ea in mortario æreo cū aceto forti, contritione vltima vsq; ad quinq; dies: deinde fiant ex eis trochisci: & cōseruetur in vase vitreo in loco frigido, & succo, distempera vnum ex eis cum vino, & vttere cum licinio: expertū forte.

De Sternutatione. Cap. 7.

Sternutatio est in quibusdam utilis, in quibusdam nociua. Utilis post maturationem coryzæ: & post digestionem sodæ, & phrenesis, & lethargiæ, & subeth, & intercessionis memoriae, & epilepsiæ, & apoplexiæ, & ægritudinum neruorum, & scotomię: & faciliat partū, & expulsionem secundinæ. Ex his, quæ submovent sternutationem, & incitant, alia sunt, quæ fumuntur per os, sicut cępe acutum, & allium, & sinapis, & vinum forte, & acutū, & similia, alia sunt ab extrinsecis incitātia: sicut radius solis, ventus acutus, fumus, & similia, et ex eis est approximatio ad iuuentulam, & hæsitatio, & desiderium coitus, & alia sunt odorabilia, & intrantia narem, sicut rosa proprie odorata: generat enim sternutationem calefactis, & folia myrti cum aceto, & succus foliorū vitis instillatus, & similiter agreſta, & similiter camphora cū omphacino, & opio insufflata in nares, & nenufar odoratum, & solatrū, similiter, & sief memithæ cum camphora, & vapor aceti, & similia. Infrigidatis vero sternutationem stimulantia sunt mezereon, euphorbium, elleborus, condisi piper, oleander, sella animalium, castoreum, arthanita, cucumer asininus, zinziber, pyrethrum, sampſuchus, auricula muris, iris, nigella infusa in aceto, pulpa colocynthidos, baurach, opopanacis, serapinum, aloë, sulfel, gallia, sinapis, ruta syluestris, & similia. Composita vero incitantia sternutationem plura dicta sunt in capitulis, quæ præcesserunt. Nociva vero sunt sternutatoria in principio catarrhi difficilis: & in ægritudinibus catarrhalibus pectoris, pulmonis, & fauciu, & costarum, & ante digestionem sodæ ex plenitudine, & etiam, omnium ægritudinum, quarū nominatio præcessit: & ante mundificationem corporis communem. Sternutatio autem facta per se quandoq; fit propter fortitudinem cerebri vigorosi ad

Quæst. Sternutationis utilis est.

Sternutationis incitantia.

Quæst. Sternutationis incitantia.

est.

ad

ad expellendū superflua, & est significatio laudabilis in agritudinibus cerebri: desperatur. n. de eo, qui sternutare non pōt, in ipsis etiā medicaminibus adhibitis, & quandoq; fit propter passibilitatē cerebri patientis de facili impressiones frigoris, & caloris, & impressiones redūdātes ex austro, & borea. Quare fit coarctatio, & expressio propter impressionē ex frigore, & boreas; & expellitur materia coarctata, aut dissoluta, & expulsio propter impressionē ex calore, & expellitur austro materia dissoluta. Sternutationem autē prohibentia sunt proprie passionēs animales, sicut gaudium proprie, & ira, & sollicitudines, & cogitationes, & frictions aurium, & extremitatū, & contorsio nasi, & frictions gingivarū, palati, & linguę, & oculorū. Et si contingat pp incitationem factam à calore, aut austro, sedant vehementiam eius oleum rosatum, & oleū de salice, & similia odorata, & effusa in ambabus auriculis super caput, & forbitio aque frigide, & sugere eā naribus, & lauare faciem cū ipsa. Si vero contingat propter incitationē à frigore, & borea, conferunt infusiones oleorū calidorū sine mordicatione in ambabus auriculis, & super caput, & et nares, & forbitiones calide, & balneationes, & odorare chamamelum, & poma redolentia, & galliā, & spicam, & myrrhā, & ambrā, & xyloaloe. Et conferunt etiam odores herbarum, quę nascuntur in mari, & spongię, concharum maris, & lanarum, & pilorum, qui sunt in eis.

Sternutationem prohibentia.

S V M M A VIII.

De agritudinibus oris, & primo de scissuris labiorum. Cap. 1.



Scissura labiorum quandoque fit in superiori, & cum communitate narium, & fit post coryzam, & catarthum solitum fluere ad partes illas: quare turget natus, & labiū cū vestigijs rubedinis interdum, & interdum bothor, & interdū cū crustis, & scissuris, & asperitate. Et cura eius est tres res. Prima est mandificatio ab humore, qui superabundare videtur. Secunda est diuertere materiā cum phlebotomia si peccatum est in sanguine; aut cū vērosis cum scarificatione in occipitio, & in collo: aut cum cauterio in zehendeg, si necessitas expetit: & quęque sunt cauteria duo, quę diximus in capitulo de vulneribus narium, & sunt mirabilis iuuamenti. Tertia pars est adæquatio loci, & correctio nocuementorum, quę cadunt in locis ipsis, & hoc quidem dictū est in capitulo de vlceribus narium. Et quęque fit in labio superiori, aut inferiori absq; communitate aliarum partium, & proprie pp contractionem accidētē musculi transuerfari ipsius labij, quare accidit ei vt scindat labiū scissione profundate: & mul-

tiplicatur huiusmodi apud multiplicationem boreę: & cura eius est cū vnguento de cerussa, aut oleū rosatū cum cerussa: aut licinium cum oleo rosato, & cerussa: & alia quorū mentionē faciemus post. Et sunt ex hominibus, qui incidunt musculū ipsum sū transuerfum eius profundantes cum sagittella vsq; dū incidatur sū totalitatem eius, deinde imponunt puluerē cinamomi, & gallarum vsq; dū sanctur. Et sunt qui cauterizat sū transuerfum ei numo aureo subtili, deinde curant cū vnguento de cerussa, & alijs similibus. Democritus. Medicamen expertum ad scissuras labiorum. Accipe sursuris, & pilorum caudatum equi partes æquales, cōbure super laminā ferream, & misce cinerē eorum cū melle, & vnge locū manes, & sero vsq; dum sanctur. Cerotū lanans scissuras labiorū, & est expertū. Accipe glutinis alboti, mellis, mastiches, hyssopi humidę, atq; partes æquales. Fac sicut cerotum. Aliud ex inuentione nostra. Accipe gallarum, cerussę, ana partem j. dragaganthi, amyli, ana partem semis, cōfice cū adipe gallinę quantum sufficit, vt ere sicut primo. Aliud valens ad ardorem, & cōbustionem, & vicera labiorum: & est iuuamē expertū. R. lithargyri, cerussę, frictions plumbis, olei hyoscyami albi, & cerę, ana partes æquales, olei rosati quantum sufficit, expertum est. Dioscorides. Ad scissuras labiorū. Accipe gallas, & pulueriza sicut alcohol: misce cum melle, & vtere: aut misce cum terebinthina, & adipe gallinę aut anatis: aut accipe gallas, & tere sicut alcohol, & misce cū terebinthina, & mastiche, et hyssopo, & croco, & melle, expertum bonum. Filius Zacharię. Medicamen bonū, conferens scissuris labiorum, & faciei, & manuum. Accipe cerę citrinę, hyssopi humidę, baurach, adips anatis, ana partē j. olei rosati partes duas, amyli, dragaganthi, mucilaginis seminis cydoniorum, ana partem semis. fiat ex eis marā, ex quo loco prius frictō ingrediatur balneū, & exiens inungat locum ex maram: & ex dragagantho trito sicut alcohol superaspergat: & hoc faciat vsque dum sanctur.

H De dolore dentium. Cap. 2.

Intētio in curatione duplex est: vniuersalis, & particularis. Et quidem vniuersalis intētio est tres res. Prima est euacuatio materię. Secunda diuersio eius. Tertia prohibitio fluxus ipsius. Et prima quidē res perficitur cū euacuatione per phlebotomiā, & ventris solutionem. Et illud significabitur tibi accidere cum communitate cerebri, & partium capitis. Verum si dolor fuerit propter apostema, quod est in gingiua, cuius materia est sanguis acutus, confert phlebotomia cephalicę, & scarificatio, & incisio venarum, quę sūt in labijs, & sub lingua: & hoc fiat gradatim, & conferunt etiam sanguis-

guis
latio
stun
nistr
Et si
phle
Si au
cua
ra di
cōpl
mus
cōpr
dec
& p
part
ture
Ter
dica
dēte
xan
rho
scri
dico
ver
den
me
rhe
lida
dē
tud
ex
rofa
etia
de
my
& c
tra
leu
huc
ni
ēte
mo
ua
teri
sun
rof
hoc
fop
tior
sun
stap
lia
do
pet
scy
ex
ten
pli
ris
uer

guifuge appofita in radice dentium, & ventofatione fub mento cū incifione. Et fi abfq; apofte-
 matione fuerit, tamen ab eadem materia; admi-
 niftrada eft phlebotomia, & alia que diximus.
 Et fi cū hoc fuerit fanguis acutus cholericus;
 phlebotomia, & ventrisolutio neceffaria eft.
 Si autem ex humorofitatibus fiat frigidis, euacua
 cū eo, quod eft ficut pilulæ cochæ, & hycra
 diacolocynthidos, & fimilia. Secūdam rem
 cōplent phlebotomia, & ventofatio, quas dixi-
 mus, & fricciones extremitatum, & ligaturæ, &
 cōpreffiones dolorofæ, & cauterium in zaen-
 dech, & fimilia. Et dixit Gal. Si teratur alium,
 & ponatur in radice manus iuxta palmam ex
 parte domestica, & pprie ex manu, que fequitur
 dolorē, fanat dolorē dētis, & expertum eft. B
 Tertiam rem complent adminiftrationes medi-
 caminum prohibentiū fluxum declinare ad
 dētis: ficut sūt pilulæ alchaiber, quas fecit Ale-
 xander, & nos fcripimus in capitulo de catar-
 rho, & coryza: & nos plura intentionis huius
 fcripimus ibi. Particularis autem intērio diuidit
 in curam veram, & curam mēdoſam. Et
 vera quidē cura habet tres feminas. Prima qui-
 dem eft, vt in principio doloris adminiftrētur
 medicinæ, quæ confortent dentes, & repellant
 rheumatizationes materiæ: & fi fit materia cal-
 ida cum eo, quod eft ficut retentio aque frigi-
 dæ in ore cū aceto, aut aqua roſata, aut viciffi-
 tudo eorum, aut aliqua infrigidātia, quæ funt
 ex fuccis, & decoctionibus rerū, quæ funt ficut
 roſa, myrtus cum modica camphora: & huius
 etiam intentionis eft oleum roſatum, & oleum
 de falice: & oleū de oliuis immaturis, & oleum
 myrtinum per ſe, aut confortatum cum aceto,
 & camphoræ modico. Cum autem incipit per-
 tranſire tempus principij, adminiftrandum o-
 leum roſatum cū decoctione maſtiche. Et ad-
 huc poſt hoc oleum roſatum cū decoctione vi-
 ni, & maſtiche, aut oleum roſatum cum deco-
 ctione vini, & paſſularum, aut ſænugræci: vlti-
 mo vero gradatim perueniendum ad reſoluti-
 ua, & maturatiua ex his, quæ dicemus. In ma-
 teria vero frigida adminiftrētur in principio, q̄
 funt ficut oleum roſatū cum maſtiche, aut oleū
 roſatum cū ſuch, aut ramich, & fimilia, & poſt
 hoc oleum roſatum cum eo, quod eft ficut hyſ-
 ſopus, & alhaſce, aut ſuccus porri poſt ebulli-
 tionē eorū, & fimilia. Poſtremo vero ea, quæ
 funt ficut radix colocynthidos cum aceto, aut
 ſtaphis agria, aut pyrethrum, aut aliū, & ſimi-
 lia. Cura autē mendofa eft cura, quæ blandien-
 do ſedat doloris vehementiā, & hoc quidē ſtu-
 pefaciēdo. Et huius quidē intētionis eft hycra-
 ſcyamus, & pprie ſuffumigatio facta ex eo: &
 expertū eft de opio, & oleo roſ. linitis ſup den-
 tem, & ſimiliter pyrethrum, & cāphora, ſi ap-
 plicētur ſuper dentē, ſedant vehementiā dolo-
 ris eius. Et ex expertis annexis ſup dentē remo-
 uentibus dolorē eius eft medicamē iſtud. Rec.

A hycryami albi, opij, ſtyracis, galbani, ana dr.
 j. piperis, alia ſætidæ, ana dr. ſemiſ. miſce cum
 rob vug, & cū endiuia, & liniatur ſup dēte do-
 lorofa. Aliud. Accipe opij, caſtorei ana partes
 equales, & defulletur ex eis granum vnū, vel
 duo cū oleo roſato in aure ſequentē dolorē, &
 ex eis eft ſagzenea proprie, & trochiſcus Stel-
 le, & Philoniū, ſunt. n. mirabilis iuuamenti: &
 proprie miſto cū eis aliquanto opij. Narratio
 medicaminū ad dolorē dentiū calidum. Cōfe-
 rūt collutiones oris factæ ex aceto decoctionis
 hycryami, aut radicis eius cū oleo roſato, &
 aceto. Acetū autē decoctionis ſpolij ſerpētis eſt
 ad illud mirabile proprietate, q̄ eſt in ipſo. Sā-
 daracha cū aceto eſt iuuamēti ſublimis, prohi-
 bet. n. rheumatizationem a dentibus, & gingi-
 uis, & ſedat dolorē vehementer, & conſtringit
 gingiuas. Aqua roſata cōfortata cum modico
 cāphoræ valet ad dolorē dentiū colluto ex ea
 ore. Valet etiam oleum roſatum ſine maſtiche,
 & cū maſtiche gallarū decoctio cum aceto va-
 let, ſimiliter ſolatrium cū aceto eſt medicamen
 expertū. Mahemet Araſi. Conſectio trochiſco-
 rum ſedantiū dolorem dentium calidū, & do-
 lorē apoſtematis in gingiuis. Recipit coriādrī,
 feminis portulacæ, iumach, lentiū excorticata
 rū, tandali citrini, roſarum, pyrethri, cāphoræ,
 ana partes æquales: fac trochiſcos cū ſucco ſo-
 latri: & lini dentē doloroſum cū vno eorū diſ-
 ſoluto in aqua roſata, & aceto, præcedentibus
 phlebotomia, euacuatione, & ventofatione ſi-
 cut prædiximus. Filius Zachariæ. Medicamen
 conferēs doloribus dentiū, & corroſioni eorū.
 Recipit carmezit, drac. v. ſpolij ſerpētis, dr. j.
 alchannæ de mecha, drac. ſemiſ. corticum ra-
 dicum papaueris, drachm. ij. bulliant cum ace-
 to, & teneatur tepidum in ore in parte doloris:
 expertum eſt. Idem. aliud conferens dolori, &
 motionibus dentium. Rec. gallarum, corticum
 glandinum, corticum granatorum, ana partes
 æquales, bulliat cum aceto medietas eorū, &
 vttere colluendo, & ex alia medietate fiat pul-
 uis, & poſt collutionem vttere ſuper dētis. Nar-
 ratio medicaminum ad dolorem dentium fri-
 gidum. Conferunt collutiones diu retentæ in
 ore: factæ ex rebus, quæ funt ſicut cortices radi-
 cum capparīs, & acetum, poſtquam ex deco-
 ctione eorū fit collutio in parte laſa, & ex eis
 eſt tēda pinguis, & cortex eius, & lignum pini,
 & cortex eius, & radix colocynthidos, & pul-
 pa eius, & proprie acetum decoctionis eorum,
 & acetum, quod iā bulliuit in teſta colocyn-
 thidos ſpatio multo, & eſt magni iuuamēti, & cō-
 dyſi bullitum cum vino eſt vltimum, decoctio
 calamenthi cum aceto aut vino eſt iuuamenti
 valde, & ſimiliter radix raphani, & folia alme-
 zereon, & pyrethrum, & zinziber, & radix cu-
 cumeris aſinini, aut ſuccus eius: & ſimiliter
 harmel cum aceto. Pyrethrum eſt cum aceto,
 et ariftochia rotūda ſunt experta: & ſimiliter
 ſlipites

M E S V E D E Æ G R I . O R I S

stipites alij cum pyrethro, & aceto, & qñque
exigit dispositio: & indiget administratione
apud vehemētiam doloris rerum maturatiua-
rum in collutionib. ad sedandum dolorem, si-
cut proprie oleum calefactū, in quo de cocta sit
radix althææ, & chamæmelum, & melilotum,
& fenugræcum singulariter aut coniunctim,
quæ sunt sedatiuum bonū. Rerum autem, quæ
applicantur super dētes, & sedant dolorē, sum-
ma hæc est. Piper, & alchitran administrata su-
per dentem resoluunt dolorem cōgelatiuū: aut
piper, & euphorbium cū melle: aut piper, & as-
sa fætida: aut sinapis, & assa fætida; aut serapi-
nū. Ex expertis, est medullæ nucleorum perfici
pars j. piperis pas semif. confice cum alchitrā,
aut pithri, piperis, zīziberis, staphidis agriæ,
ana drac. j. baurach armeni, drac. semif. fricen-
tur cum eis gingiuæ: sunt .n. iuuamenti subli-
mis, & similiter nigella cum oleo antiquo: &
opopanax cū pyrethro, & serpentis spoliū cō-
bustum mistum cum oleo ad spissitudinē mel-
lis linitum super dētes est mirabile in sedatio-
ne doloris, & ex origano, & nitro puluis factus
sparsus super dētes, & gingiuas mox dolorem
tollit. Res autem, quibus dentes suffumigātur,
& tollitur eorū dolor, sunt semē porri cum al-
chitran, postq̄ recipitur ex eis fumus per traie-
ctorium super dentem dolorosum: sedat enim
dolorem, & occidit vermes: & similiter ex se-
mine cæpe cū alchitran: & similiter ex semine
hyoscyami, & semine porri, & alchitrā parti-
bus equalibus, factis ex eis formis sicut auella-
na, & suffumigationes factæ vna ex eis per traie-
ctoriū. Res vero quib. fit vaporatio exterius
ad dolorem dentiū, sunt sicut malua, anethū,
althæa, & herba nitri, chamæmelū, melilotum,
fenugræcū, semen lini, semen caulium, & folia
eius, semē porri, iris, radix lilij, hyssopus, & si-
mililia: & qñq; fit emplastrum ex eis: & qñque
fit emplastrum ex cæpe aslo, & oleo chamæme-
lino, aut anethino, & qñq; fiunt linimenta ex-
terius cum oleo chamæmelino, aut anethino,
aut rutaceo, aut amygdalarū amararum, aut
de lilio, aut oleo de been, aut oleo persicorum,
aut hyssopi cerato, & similibus, & quandoque
fit ex alijs vnguentis. Et quandoq; fiunt eua-
porationes ex reb. siccis, sicut cum sale, & mi-
lio, & panico, & similibus. Res aut, quibus fiūt
iniectiones per aures, & sedant doloribus den-
tiū, sunt hæc. Succus asphodeli tepidus iniectus
p̄ aurē, quæ est ex parte doloris sedat dolorem.
Et similiter oleū de amygdalis dulcibus, & a-
maris, & oleū de persicis, & oleū sambucinū:
quodcunq; eorū fuerit coctum in cæpe per se:
aut postq̄ distumpit in eis aliquid castorei, aut
euphorbij, & quandoq; aliquid opij apud ne-
cessitatem. Et ex eis succus cucumeris asinini,
aut succus radicem capparidis postquam deco-
xerimus cum aliquo ex oleis prædictis: aut de-
stillantur per se: succus autem alzanaham est

Sedantia de
dentibus.

Vaporaria.

Linimenta.

E mirabilis. Ioannes Serapionis. Confectio me-
dicaminis ad dolorē dētiū bona, & vocatur
furificō. Rec. piperis, drac. decem, staphidis a-
griæ, pyrethri, ana dr. iij. baurach armeni, dr.
vj. tere, & fac trochiscum cū succo radicū cap-
paris, aut aqua decoctionis eius, lini vnū ex eis
super dentes, & gingiuas. Alexander. Modus
decoctionis de alijs cito sedans dolorem den-
tium. Rec. alij spicas. v. olibani, dr. j. & semif.
myrrhæ dr. j. decoq; cum aceti hemina. j. vsq;
ad cōsumptionem medietatis semper agitando
cū spatula tēdē pinguis: & hoc fiat oris collu-
tio, & diu calidū teneat in ore, & hoc fiat plu-
ries. Idem. Confectio trochiscorū dolorē den-
tium cito sedans: quando ex vno eorū fit frica-
tio super dentē, & gingiuam, expertū bonum.
Rec. aluminis, drac. iij. piperis, drach. iij. hyo-
scyami, drac. iij. pyrethri. dra. ij. fiant trochisci
cū aceto, & vtere. Mahemet Arasi. Confectio
theriacæ mirabilis ad dolorem dentium. Rec.
piperis, castorei, myrrhæ, assæ fætida, opij, ana
partes æquales. Confice cum melle quantum
sufficit. Idem. Confectio alterius medicaminis
valentis similiter: & est medicamen bonum, &
expertum. Recip. castorei, assæ fætida, styracis,
myrrhæ, aristolochiæ rotūda, opij, piperis, zin-
ziberis, hyoscyami, ana partes æquales. Cōfi-
ce cū melle aut alchitran: & lini super dentem
dolorosum: & applica super ipsum. Idem. fiat
formæ ex styrace, & semine hyoscyami parti-
bus equalibus, & fiat suffumigatio ex vna ea-
rū in traiectorio. Aboali. Confectio medicami-
nis experti ad dolores difficiles dentiū, & cor-
rosiones eorū. Recip. castorei, opij, myrrhæ, pi-
peris, galbani, ana partes æquales. Cōfice cum
rob, & fac trochiscos ex eis, & linia ex eis su-
per dentes. Idem. operatio decoctionis olei cō-
ferentis ad dolorem dentium pulsatiuum. Ac-
cipe pulpæ colocynthidos, aloes partes aqua-
les, olei, & aceti ana partes. vj. bulliat ad aceti
consumptionem, & destilletur ex eo in aurem
destillatione post destillationem.

De extractione dentium. Cap. 3.

H Q Vandoq; propter vltimum nocentū
cadens in dentes medicamenta non con-
ferunt, nec dolores vehementiam diminuant.
Quare ne alijs ēē dentibus nocentia pariat,
consulimus ad eradicationem eorum accelera-
re, cum regimine bono prohibitiuo apostema-
tis, & proprie cū processione euacuationis: &
proprie iterata, ne fiat extractio eius apud ve-
hementiā doloris eius, ne sit causa syncopis, &
mortis; & fiat causa excitationis, & cōmotio-
nis rheumatis vehementis, & suspecti; aut fiat
causa generationis apostematis timorosi, sed
expectandum vsque dū sedetur dolor, & ma-
turetur, deinde extrahatur cum ferro, postquā
scarificaueris eum à carne gingiuarum, scarifi-
catione

catione profunda. Et postquam extraxeris ipsum, teneat in ore suo acetum infrigidatum: & proprie decoctionis gallarum, aut balauſtię, & si remaneat dolor, teneat in ore suo oleū rosatum cum decoctione mastiches, & similia illis. Regimen autē extractionis cum dentiū medicina, est s̄m hunc modū. Fiat scarificatio, sicut ante diximus: deinde ponatur medicamen in radice dentis, et hoc fiat cū cautela, ne alijs dētibz noceat. Quare distinguatur inter dētem, & dētem cum cera, vel aliquo alio, quod sit sicut ipsa: & obseruetur hoc vsq; dum dentis fiat facilis exitus. Et sunt ex hominibus, qui cauterizant dentem solo ferro ignito immisso per canelium vsq; ad dētem: & acquiritur ex eo, qđ mitigatur dolor, & dens post tempus, & tempus cadit frustatim: & quādoq; cauterizant cū nucleo nucis accenso: & quādoq; cum grano olibani accenso, & ignito, & similibus. Filius Zacharię Arafī. Confectio medicaminis facile eradicantis dentes. Rec. pyrethri, radicem colocynthidos, & corticū eius, & corticem radicem capparis, corticem mori, seminis almezereon, & foliorū eius, huruth, arsenici citrini, lactis alscebram, aut fustis eius. Terantur cum aceto tribus diebus cōtritione vehemēti, deinde projiciantur super ea bdellij, & assā, ana pars j. ita, qđ prius dissoluatur in aceto forti, & fiat ex eis trochisci, & liniatur ex eis in radice dentis hora post horā per aliquot dies, facit. n. facilem eradicationem in ipsis. Idem. Medicamen aliud, quo impletur corrosus dens, & frāgit ipsum. Recip. semen, almezereon, & lac alscebrā, & conficiantur cū alchitran, & impleat corrosus dētis. Aliud. Accipe baurach, corticū mori, ana partē j. arsenici citrini partes duas, confice cum melle, & applica super dentem in circuitu eius, & facit eius eradicationem festinā. Aliud, adeps ranę viridis, quę habitat in arboribus, frangit dentes si liniatur ex ea, & similiter, si liniatur ex lacte alscebram, aut tithymali, & similiter lac celsi cum arsenico citrino.

De agitatione, & commotione dentium.

Cap. 4.

Si causa habuerit corrosionem factam in radice dentiū, aut in gingiuis, dicemus curā eius. Si fuerit propter humiditatem lubricam effusam, aut imbibitam in neruo ligante dentem: & fuerit cum communitate cerebri; cura eius est tres res. Prima est, vt euacuetur materia: & si oportet, cum iteratione. Secunda, vt fiat exiccatio humiditatis mollificātis colligationem dentis, cū eo, quod est sicut myrrhā, & acetum decoctionis pyrethri, & acetum squilliticum, & acetum decoctionis staphidis agrię aut ellebori, aut colocynthidos, & similiū facientū humiditatē multā fluere, & consumētium, & abstergētium ipsam. Tertia est admi-

Anistratio medicaminum stringentium, & colligantium ligamenta dentiū, & gingiuas, & abstergentium humiditates, sicut proprie cōmasticatio mastiches, & collutio ex decoctione ipsius cum rosis, & balauſtijs, & similibus. Et quęque accidit commotio dentiū propter percussionem super eos, & curantur cum cōstringentibus, stypticis, ex his, quę diximus, & dicemus. Sabor. Confectio medicaminis constringentis, & confirmantis dentes, & stringentis gingiuas laxas. Recipe stipitū capillorum veneris adustorum, drach. iij. aluminis iamēni, rosarum, pyrethri, spicę, ana drac. ij. nucum cypressi adustarum, drac. ij. & semif. cornu cerui adusti, centaureę ana drac. vi. charmezit, drac. iij. cyperei, drac. ij. salis gemmę assī, drac. ij. & semif. & fac ex eis pulu. rem, & immittatur in radice dentium, expertum bonum. Idē. acētū squilliticum, cōfirmat dentes, & cōstringit gingiuas, expertum. Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis stringentis dentes, & remouētis putrefactionē gingiuarū. Rec. aluminis iamēni, balauſtię, rosarū, cyperei, sumach, spicę, salis gemmę, cornu cerui adusti, carmezit, ana partes equales, mastiches partes ij. pulueriza, & vtere. Alexander. Decoctio valens similiter. Accipe gallarū partes duas, myrrhę partem vnā, corticū granatorū, ireos ana partem semif. decoque cū aceto, & colluatur ex eo os, & fricetur gingiua. Filius Zacharię. Medicamen cōstringens dētes cōmotos. Accipe gallarum, balauſtij, rosarū, cyperei, sumach, ana partē j. aluminis partem semif. liniatur super radicem dentis, & gingiuam, & applicetur ibi. Idem. Aliud. Rec. carmezit, rosarum, spodij, balauſtij, aluminis, ana fac sicut primum. Idem. casum motorum dentium prohibent such, alumen, balauſtię, galle, chachie, euphiltidos, terantur, & fiat ex eis dētifriciū. Idem. aliud. Rec. myrobalanorū citrinorū, emblicorū, aluminis, ana, fac puluerem, et vtere cum aceto. Hamech. Medicamen conferens commotioni dētiū, & corrosioni gingiuarum. Accipe gallarum, cupularum glandium, aluminis iamēni, corticū granatorū, ana, tere, & applica ex eo in radice dētiū, & gingiuarum intus, & extra, fac mane, & fero: expertum bonum. Idem. aliud. Accipe gallarum, aceti fortis, ana fac bullire vsq; ad consumptionem aceti, & exicca totū acetum in ipsis, deinde fac sicari in vmbra, deinde tere sicut alcohol, & frica gingiuas, & radices dentiū, & sunt qui miscēt aluminis, & myrrhę, ana partem semif. Idem. Medicamen cōferens cōmōtioni dentium. Recipe gallarum, corticū granatorum, corticū glādium, ana, tere, & vtere in radice dentium. Idem. Aliud conferens dolori dentium: & confirmat eos, & confortat eos, & confortat gingiuas. Recip. piperis albi, rosarum, balauſtiarum, cupularum glandium, ana cōfice cum alchitran, & vtere cum fortis

MESVEDE AGRIORIS

Fortis sit dolor, & si est foramen in dente, pone ex hoc medicamine, & confestim confert: & si sunt ibi vermes, occidit eos, & expellit, expertum est. Aboali. Medicamen conferens commotioni dentium, & corrosioni gingivarum. Accipe colcothar, aluminis, ana, aggrega cum alchitran, conterendo, donec redeat in substantiam mellis: et lini ex eo super dentes, & teneat os apertum, donec currat humorositas, deinde ablue cum aceto decoctionis gallarum, deinde accipe aluminis, fructus tamarisci, gallarum, rosarum siccarum, cupularum glandium, boli armeni, ossium myrobalanorum citrinorum, asforum, sumach, corticum granatorum, ana partes equales. Terantur, & liniatur super dentes.

De corrosione, & perforatione dentium, Cap. 5.

Vra huius aegritudinis est tres res. Prima est euacuatio humiditatum putridarum cum eis, quae scis. Secunda est resolutio earum ex ipsis dentibus, cum eo, quod sit sicut acetum decoctionis nigellae, aut nigella trita cum alchitra, & linata super dentes: aut collutio facta cum aceto decoctionis radicis capparum, aut zinzib. & similia. Tertia res est prohibitio corrosionis, cum eo, quod est sicut galla, & cyperus, quando impletur ex eis dens corrosus, aut linatur ex eis, galla quidem sola est prohibitiua putrefactionis, & ex eis est mastiches, & cyperus: & collutio oris cum aceto est sublimis: caphora vero est ad hoc, medicamen bonum: & hyoscyamus cum styraque simul mistus habet operationem mirabilem, quando sit suffumigatio per traiectorium super dentem corrosam. Et ex compositis est trochiscus stellae cum galbano positus in corrosione dentium. Et ex eis est medicamen Alexandri. Recip. opij, myrrhae, styracis, ana drach. ij. piperis albi, croci, galbani, ana drach. j. Confice conterendo cum rob, & mitte ex eo in perforatum dentem, & annecte super ipsum.

De congelatione dentium. Cap. 6.

Congelatio dentium. Confert ei masticatio portulacae, & seminis eius, & frictio dentium cum nucleis nucum, & amygdalis, & auellanis: & stringere dentibus panem calidum, & caseum assum, & vitellum oui calidi, & fricare super dentes ex squilla, aut sale, aut cordumeni, aut baccis lauri, aut assa foetida.

De vermibus dentium. Cap. 7.

Vermes dentium occidit semine hyoscyami albi, & semen porri, & cape, & proprie factis ex eis formis cum alchitran, & auellanis, & similibus, et facta suffumigatione ex vna earum per traiectorium. Et quandoque sunt huius-

modi formae cum adipe renum caprae, & semine hyoscyami, porri, & cepae: & quandoque sunt collutiones cum aceto decoctionis earum, & deinde succedit suffumigatio.

De corruptione coloris dentium. Cap. 8.

Corruptio coloris dentium. Conferunt medicinas absterfivas, & mundificativas, in quibus est virtus radendi, & abscindendi eruginem post frictionem, sicut proprie spuma maris, & sal, & sal gemma, & alchail, & massacumie, & similia. Veritatem oportet, ut abstergeat a melle, & a pinguib., & a satietate nauseatiua, & somno super repletionem, & sine dubio usus mellis alterat colores dentium, & aliorum dulcium, & aliorum pinguium. Et nocent et pulmenta ex frumento cocto, & fungi, & filamus, & similia. Ex rebus autem maxime dentes corrumpentibus, & colores eorum alterantibus est vomitus, quare post ipsum fiat collutio cum aqua rosata, & acceto. Gabriel. Dentifricium abstergens, & mundificans dentes, ex pipere albo fiat trochiscus cum vino albo antiquo, & melle: licentur in furno debilis caliditatis, deinde accipe ex eis. dr. v. salis gemmae dr. j. & semis. spumae maris, dr. j. & semis. carmezit, drach. ij. & semis. ligni aloes, drach. j. fiat ex eis dentifricium: est. n. bonum. Idem. Aliud valens similiter. Accipe sal massae, & fac trochiscos cum melle, & inuolue in foliis ficis, aut in charta, & coebure in latere calido, & accipe ex eis partes duas, charmezit partem vnam, & vtere, bonum, & expertum. Humain. Dentifricium bonum mundificans dentes. Accipe trituram vasorum de sceni, salis gemmae adusti, cyperi albi assi, ana drach. ij. spumae maris, carbonum radicis canae, ana drach. j. fac dentifricium cum eis, bonum. Idem. Aliud valens sicut, & alia. Recipe salis adusti, drach. iij. cyperi assi, drach. ij. cornu cerui vsti dr. quatuor folij, partem. j. & semis. spicae, florum squinanti rosarum ana dr. j. fac dentifricium cum eis, bonum. Haly. Dentifricium aliud valens sicut alia. Rec. massacumie, trituram vasorum de sceni, spumae maris, sauiich, hordei adusti, nasturtij assi, salis vsti, aristol. rotunde assae, ana pulueriza, & vtere. Filius Zachariae. Dentifricium mundificans, & abstergens aruginem dentium. Recip. salis gemmae, seminis hyoscyami, fracturam vasorum viridis, spumae maris calidae, ana fiat dentifricium cum eis: & vitet nauseatiuam satietatem. Filius Zachariae. Medicamen mundificans, albificans, & abstergens dentes, & confortans eos. Accipe hordei combusti, capreolorum vitis combustorum, sccha, salis gemmae, spumae maris, ana drachmam vnam, pyrethri, cubebae adhebe, ana drachmas quinque, aluminis iameni assi, garyophyllorum, ana drachmas duas, sumach, drachmas, quatuor, tere, & vtere vna vice post aliam. Isaac heben maran. Dentifricium albificans

cans dentes, & confortans. Accipe sulfuris boni combusti, spumæ maris, ana dr. quinq; salis gemmæ, drachmas decem, tere, & vtere, bonum est.

De generatione dentium. Cap. 9.

Generatio dentiū. Quandoq; tardatur eorum egressio, & tamen signa ortus dentium multiplicantur. Et accidit ex hoc, vt languent pueri tempore extenso à multiplicatio- ne accidentium, quæ multiplicantur à planta- tione ipsorū, & tunc succurrendū administrā- do ea, quæ ortum eorum citum, & facilem faci- ant. Et ex rebus hoc facientibus sunt frictio- nes gingiuarum, vt sæpe ac sæpe stringat eas super carnem pinguem callosam, & super cutem carniū, & pedes arietum, & super buc- cillaria ossium boëdorum, & agnorum; & stu- pefiat sensus eorum, ne subtilietur caro, & cō- fert etiā fricare gingiuas digito, & vt stringat super ipsum, & proprie inunctum super cum pinguedine, & adipe gallinæ, aut anatis, aut an- seris: & mordere super carnes earum pingues, & sæpe fricare cum adipib. earū, & melle, aut pineis enucleatis, & melle pauco, aut sine mel- le: & cū amygdalis mistis cū modico hueg. ce- rebrū leporis est in hoc mirabile, & pprie diu fricatum sup gingiuas. Cōferunt et embrocha- tiones sup caput, collū, & mandibulas ex aqua decoctionis maluarū, melilori, chamemeli, ane- thi, & similiū, facta infusione sup ea cum lana hysopi. Deinde liniantur cū butyro vaccino, medulla cruris eius, aut medicamine bono. Et expertū est hysopi cerotum Gal. quod scripsi- mus in antidotario. Aliud mirabile. Rec. ceræ citrinæ, vnc. j. olei chamemelini, vncias quatu- or, hysopi humidæ, vnc. tres, adipis gallinæ, & anatis, & medullæ cruris vacce, ana aur. iij. Cū autem dentes apparere incipiūt, vtere embro- chationibus superius dictis, præcedente tamen hæc omnia regimine temperato.

De apostematibus gingiuarum. Cap. 10.

Dictum est de eis supra in capitulo doloris dentiū, & tu requiras ibi, aut in alio loco.

De vulneribus, & ulceribus gingiuarum. Cap. 11.

Ex eis sunt quædam saniosa, in quibus non est multa pfundatio: & ex eis sunt vulne- ra putrida multæ putrefactionis, cæcrosa, & cor- rosiva. Et prima quidem curantur duplici ge- nere curationis. Et primum quidem est mun- dificatio cum eo, quod est sicut vinū proprie: & acetum decoctionis foliorum salicis, & rosa- rum, & oliuarum syluestrium, & lentium, & sumach, & corticum radices granati syluestris, & aristolochiæ rotundæ, & carnezit, & simi- lium. Et diamoron quidē est mundificatiuum bonum, & proprie cū aceto. Et si videris abun- dare in eis sanguinem, post phlebotomiam ce-

Aphalicæ fiat scalpellatio gingiuarum cū extra- ctione multi sanguinis, deinde abluantur cum eis, q̄ diximus. Secundum vero perficitur cum medicinis stringentibus gingiuas, & cōsolidan- tibus vulnera, q̄ sunt proprie sicut alumē con- fricatū super gingiuas: & collutio facta ex ace- to decoctionis eius, qm̄ sunt ppria: & sicut car- nezit, & balauſtia, & rosa, & cortex granato- rū, & alumē, coquatur cū aceto, & colluatur ex eis gingiuæ, deinde liniatur super eas, qd̄ est si- cut rosa, cupulæ glandiū, cortices thuris, cype- ri, farina orobi, sāguis draconis, fiat ex eis pul- uis subtilis, & vtere. Et nos plura diximus ex his in c. de commotione dentiū. Secunda vero sunt q̄ n̄ vnū duorū modorū. Alia .n. sunt fistu- laria, & alia cancroſa herpetica. Et in his inten- tio in curatione est duplex: alia est vniuersalis, alia particularis. Et prima quidē perficitur cū euacuatione, q̄ fit per phlebotomiā, & solutio- nem ventris, sicut necessitas expetit. Secunda vero pficitur triplici genere curationis. Et pri- mum quidē est mūdificatio, & absterſio, virus, & putredinis, nec non, & partiū corruptarū in ipsis. Et quidem si sit vlcus fistulatum, & sit in carnib. gingiuarum; in oportet, vt videatur, si corrosiuū penetrat vacuū eius. Deinde immit- tatur medicamea acutum, sicut pprie alcohol vsq; ad fundū eius, cōsumens carnes fistrosas, putridas, post hoc vtendum est mundificatiuo multæ absterſionis, sicut est acetū squilliticum proprie, & similia, vsq; dum caro appareat pu- ra, & si conuenit medicamē acutū, immitatur in fistulam oleum de oliuis cum modico trochi- scorum alcalalon iniectione post iniectionem vsque ad consumptionem impuri. Et nos qui- dem diximus trochiscos alcalalon in c. de po- lypo narium. Et quandoque ex trochiscis præ- dictis facimus tentas, & ponimus eas vsq; ad fundum fistulæ, vsq; dum consumatur caro pu- trida ipsius. Verum si per medicinas acutas do- lor superfluit, & cōbustio, teneat in ore oleum rosatum per se, aut cōquassatum cum albumi- ne oui, aut cū lacte, donec doloris remissio fiat, & similiter puncturæ. Si autem fistula vsq; ad radices dentium penetrauerit, ita, quod à radi- ce dentium processerit: curetur similiter cū me- dicamine acuto, & alijs abstergentib., sicut di- ximus. Si aut non contulerit, cauterizemus vs- que ad radicem dentiū cum stillo facto ex cu- pro, vt edo prius illius mūdificatiuis, & abster- ſiuis, sicut diximus, quod si nec malitia sic tolla- tur dens abijciatur, qd̄ si aliquid corruptionis remanet, leui medicamēto tollat. At vero si cor- ruptio cadat in os mādibulare, aut maxillare: oportet elargare vulnus vsque ad os corruptū. Deinde cum instrumentis radendi totum id, quod ex osse corruptū est, abijciatur, vsq; dum appareat os purum. Vulnera autem cancroſa herpetica curari oportet cū appositione medi- caminis acuti vice vna post aliā vsq; ad cōsum- ptionem

Mesua.

Qq

ptionem

MESVE DE ÆGRI. AVRIVM

ptionem carnis cancrose, & cessatione cor-
 sionis cum successione medicaminis eius, quod est
 sicut acetum squilliticum, & similia, una vice, &
 cum successione olei rosati, & similitum. Et si dol-
 lor, & punctura propter medicamen acutum ex-
 creuerit, vice alia. Verum si caro cancrofa multa,
 & dura fuerit, & difficilis medicationis, & con-
 sumptionis ex medicamine acuto: tunc cauteri-
 zetur super ipso cum cauterio de auro cauteriza-
 tione post cauterizationem usque dum perueniat
 ad viuum. Deinde tenendum in ore butyrum cum
 oleo rosato, aut oleum rosatum solum. Et si post
 illud aliquid ex cancroso remanserit, ipso alcan-
 calon curetur. Secundum genus curationis perficitur
 cum medicamine incarnatio: sicut proprie
 cum corticibus thuris coctis cum vino, aut aceto,
 aut oxymelite squillitico: & facta collutione
 cum eis, deinde autem cum medicamine de corticibus
 nucum, aut cum diamorbo, deinde autem cum
 unguento aegyptiaco, & aceto squillitico liniatur
 super gingiuas, quod est sicut cortex thuris san-
 guis draconis, myrrha, sarcocolla, aloë, & simi-
 lia, attribuendo eis vicissitudinem. Tertium ge-
 nus curationis est consolidatio: & perficitur cum
 medicamine induratio, & coadunatio car-
 nium gingiuarum. Et nos plura ex his paulo an-
 te scripsimus in capitulo de commotione dentium:
 similiter etiam scribemus adhuc, si Deus volue-
 rit. Dioscorides. Acetum decoctionis colocyn-
 thidos, aut frusti tithymali, & collutio facta ex
 eo confert putrefactioni, & vlcere gingiuarum:
 & similiter acetum decoctionis zazarum, & oliuarum
 syluestrium, & similiter acetum elixationis piscium
 salitorum: ossa autem piscium salitorum, & proprie
 taracha adurantur, & cum duplo cineris corum, &
 rosis siccis, aut capitibus suis puluerizentur, &
 & liniantur super gingiuas, prius tamen lotis, & con-
 fricatis cum aceto squillitico, consumuntur. n. putre-
 dines gingiuarum. Israelita. Confectio medica-
 minis efficacis ad corrosiones, & putredines
 gingiuarum: mundificat eas, & abstergit, & con-
 solidat: bonum si Deus voluerit. R. aluminis ia-
 meni assati extincti in aceto, dr. j. & tartari, & au-
 ri pigmenti ligatorum in panno lineo, & infusorum
 in aceto die ac nocte, deinde vstorum, ut fiat si-
 cut carbo, & extingtorum in aceto, ana partes du-
 as, & semis. ossium cancrorum assorum, rosarum sic-
 carum cum pedibus suis, piperis nigri assati, ana par-
 tes duas, fiat eorum puluis subtilis, & utere post
 ablutionem cum aliquo ex liquoribus, quos dixi-
 mus. Ioannitius. Medicamen incarnans gingiuas,
 & consolidans, & confirmans dentes, & facies
 odore cris bonum. Rec. spodij albi, rosarum chey-
 sim combusta, ana drac. j. & semis, margaritarum
 non perforatarum: sanguinis draconis, boli ar-
 meni, an. dr. ij. cornu cerui adusti, sandalorum
 rubeorum, granorum harmel, memithae, ana dr.
 semis. myrrhae, granorum lentium, ana dr. semis.
 camphorae, dr. j. tertia. Et fac puluerem, & ap-
 plica super gingiuas, & radicem dentium. Ma-

hemet Arasi. Medicamen conferens tumori gin-
 giuarum, & putrefactioni sanguinea, & phleg-
 maticae bonum. Recip. rosarum, granorum myrrhi
 assorum, & extingtorum in aceto, & iterum tosto-
 rum, gallarum infusarum in aceto, deinde tostarum,
 ana parte una, granorum harmel, & colcothar,
 aluminis adusti, ossium myrobalanorum citri-
 norum combustorum, chachiae, massiches, ana
 partem semis. tere, & utere. Isaac heben ama-
 ran. Medicamen conferens gingivae sanguinea,
 & mollificat, & confortat carnem. Recipit ba-
 laustiarum, rosarum cum pedibus suis, & spo-
 dij, ana dr. quinque heil drachmas quinque, &
 semis. alchannae dr. ij. sanguinis draconis, dr.
 iij. tere, & utere. Medicamen ex inuentione no-
 stra conferens mollificationi gingiuarum, &
 putrefactioni, & corrosioni carnis earum, & al-
 chola, & commotioni dentium, & calcificationi
 oris, & est medicina propria, si Deus voluerit.
 Rec. olibani, fructus clenbuch, balaustiae, su-
 mach, duplicis aluminis, corticum granatorum,
 gallarum, lufur, myrobalanorum citri. cineris
 vitis, spuma maris, salis indi, pip. lon. buruchi,
 costi, memithae, liquiritiae, gummi arabici, dra-
 gaganthi, spodij, ana aur. j. tere, & confice cum
 melle, & unge gingiuas, & dentes, & fiat gar-
 garismus ex eo cum syrupo acetoso: bonum, et
 expertum. Medicamen aliud ex inuentione no-
 stra, consolidans gingiuas, & excrecere facies
 carnes earum. Accipe corticum thuris, sangui-
 nis draconis, ana drac. ij. aristolochiae rotunda
 assa, ireos, aluminis assati, rosarum cum pedibus
 suis, balaustiae, cupularum glandium, ana dr. j.
 trochiscorum orobi, drach. vj. fiat puluis, & ex
 medietate eius fiat sicut linimentum cum oxy-
 melite squillitico: & liniatur super gingiuas
 confricando: & alia parte annectatur super eas:
 deinde lauetur cum aceto decoctionis surur,
 & foliorum oliuarum syluestrium. Confectio
 trochiscorum orobi. Accipe farinae orobi, quat-
 tum volueris: & misce cum ea tantum mellis,
 ut confici possit ex eis, sicut pasta dura, & fac
 trochiscos, & pone super laterem: & dimitte in sur-
 num usque dum semina durantur: bonum facit
 nasci carnem. Democritus. Alumen siccatum
 super gingiuas curat putrefactionem earum,
 & similiter collutio facta ex aceto decoctionis
 eius. Alexander. Linimentum occidens cancrum
 gingiuarum, & consumens putrefactiones earum.
 Rec. colcothar adusti, aceti squillitici partes con-
 ueniētes, tere fortiter ea, & lini ex eis in gingi-
 uis. Idem facit unguentum aegyptiacum factum
 cum aceto squillitico. Sanat, si Deus voluerit.
 De apostematibus linguae. Cap. 12.
 A Postemata linguae curantur in principio quod-
 dem, antequam confirmentur ex regimi-
 ne corporis communi cum phlebotomia, & so-
 lutione ventris, si expedit, & in apostemate, quod-
 dem calido fiat phlebotomia ex cephalica, de-
 inde ex eis, quae sunt sub lingua. Et si oportet,
 fiat

fiat post id v̄tosatio sub mento cū scarificatio-
ne. Et existimauit Rufus, quod scalpellatio fa-
cta in spatio, q̄ est inter frontē saliuæ, & den-
tes, confert, & asserūt hoc idem plures post eū.
Venter autem soluat̄ cū aqua fructuum. Ad-
ministrēt̄ deinde gargarismata, & collutiones
oris cū aqua rosata, & aceto: aut cū succo sola-
tri, & aceto: aut cū succo coriā dri humidi, & o-
leo rosato, aut cū aceto decoctionis coriā dri, &
sumach, & lētium cum modico camphoræ: aut
cum aceto decoctionis rosarū siccarum, & simi-
lium, quæ in alchola scribemus. Postquam aut̄
transiuit tempus principij, administrādum est
diamorō cū aceto decoctionis foliorum oliua-
rum, aut alchēna, & in rob myrti est impressio
bona, & proprie cum syrupo rosato: & si res vl-
terius processerit, administrādum est cum rob-
mororum dulcium, & oleo violato vsq; dum
perueniatur ad mel rosatum cū sale ammonia-
co, aut syrupus acetosus cum modico sinapis,
aut lac dulce cum chelmes. Si autē apostema
frigidum fuerit, soluat̄ venter cū eo, quod est
sicut cochix, & hiera, & similia. Deinde admi-
nistrēt̄ gargarismata, & collutiones rob mo-
rorum in principio, & rob cum melle ros. & sy-
rupo acetoso melino, deinde re-proc. dente, cū
secaniabin, & melle rosato & aliquātulo almu-
ri, aut sinapis. In fine vero, cū decoctione ficuū
siccarum, & salis ammoniaci, aut baurach. Si
vero apostema suppuracionem fecerit, aperia-
tur, & curetur cura vulnerum, sicut in proprio
loco suo dicemus.

De vulneribus, & vlcibus lingue. Cap. 13.

Vulneribus, & vlcibus lingue, & scissuræ
conferūt medicinæ, quas dicemus in ca-
pitulo de alchola, si Deus voluerit ad scissuras
aut, q̄ sunt in lingua, & ad inflāciones, con-
fert retentio in ore mucilaginis psyllij cū zuc-
charo: & cōmalticatio portulacæ cū aceto: & re-
tētio in ore albuminis oui recētis conuassati
cū oleo rosato vice vna, & vice alia tamarin-
dorū infusorū in aqua rosata, & cōfert retentio
maran in ore. Cuius permistio hæc est. R. mu-
cilaginis psyllij, & mucilaginis dragagāthi, &
gūmi arabici, ana partes equales, syrapi viola-
ti partes duas, tamarindorum partes tres, semi-
nis portulacæ assī partem mediā, spodij partis
vnius tertiā, cāphoræ partis vnius octauā, terā-
tur cōtritione vltima vsq; dū fiat maran. Et li-
niatur ex eo super scissuras omni hora, precedē-
te collutione facta ex aqua rosa, & aceto p ho-
ram vnā, aut ex acetositate citri, & aqua rosa-
rū. Hamech. Medicamē cōferens vlcibus lin-
guæ, & pustulis, & similiter oris palati. Rec. se-
minis portulacæ, seminis rosarū, amyli, zuccha-
ri tabarzet, spodij, croci, balaustix, rosarū, dra-
gagāthi, tere, & cōfice cū syrupo rosa. aut vio-
la. & vnge ex eo. Cōfert. n. corporibus teneris.

De mollificatione lingue. Cap. 14.

Mollificatio lingue, & grauedo eius, quā-
do natiua est, non curatur: & fortassis in
pluribus rectificatur in processu dierum. Et
quandoque accidit post lethargiam, & chroni-
catur post illud, & fortassis nō recipiet curam.
Et si non est chronica, curatur quemadmodum
dicemus post. Verum quandoque accidit illud
ab humiditate sanguinea, aut aquosa, sepul-
tis, aut imbibitis in lacertis, & musculis lingue
cum communitate cerebi, aut sine communi-
tate eius. Et cura ipsius sūt quatuor res. Et pri-
ma quidem est euacuatio materiæ. Secunda ve-
ro est diuersio eius. Tertia est resolutio, & exic-
catio residui ipsius per eandem partem. Et pri-
ma quidem perficitur cum phlebotomia, si ma-
teria est sanguinea: & proprie ex cephalica, de-
inde venarum, quæ sunt sub lingua, & si adhuc
necessitas expetit, ventosetur sub mēto, & pro-
prie quando est multa materia, si aut multa nō
fuerit, sufficit phlebotomia venarū, q̄ sunt sub
lingua, & ventosatio sub mēto. Si aut materia
phlegmatica, & aquosa fuerit, euacuet̄ euacua-
tione post euacuationē cū hieris minoribus in
principio, deinde cū maioribus, & hoc cū itera-
tione, & multiplicatione, vt pueniat gradatim
ad id, quod est sufficiens. Secūdam rē complēt̄
frictiones in extremitatibus, & v̄tosaciones in
spathulis, & administratio clysteriū acutorum
vna vice post aliā, primo leniū non multū ele-
uatorū in gradu acuitatis, deinde fortiū. Tertiā
rē cōplēt̄ administrationes medicaminū pro-
prie puppi cerebri, & nuchæ resoluentiū ab eis
supfluitates humiditatū aggregatarū in ipsis,
& neruis, & lacertis seruiētib. lingue: sicut p-
prie euaporatoria, & inūctiones, & embrochia-
tiones factæ ex reb., quarū narrationē fecimus
in capitulis de agritudinibus neruorū: quare
oportet, vt pars illa asserat̄ ad hunc locū, admi-
nistrādo ex euaporatorijs proprie, deinde em-
brochis, cōsequēter ex linimētis, & emplastra-
tionibus, quæ vtiliora cognoueris: & sanat, si
Deus volet, & interdū administramus rubifi-
cātia: & interdū cauteria, & proprie q̄n iā alia
nō cōferunt. Formā aut cauterizationis est fm
hūc modū, fiant tria cauteria fm longū in fon-
tanella puppis capitis, q̄ dicitur lenialis, & duo
fiant ex transuerso in radice cranei distantia ad
mensurā pollicis: & tria hinc, & tria inde linea-
liter distincta separātia colli spōdylia. Quartā
rem cōplēt̄ gargarismata, & collutiones oris,
& administrationes frictionū factæ ex reb., q̄
materiæ residuū exiccant ex eis, quæ dicemus.
Et oportet, vt perueniatur gradatim ad admi-
nistraciones eorum incipiendo à debilioribus,
paulatim procedendo ad fortiora: hoc enim
est, quod est secundum sapientiam. Per in-
terualla vero est danda theriaca, mithrida-
tum, & similia, & hoc est secundum totam curæ
latitudinē. Filius Serapionis. Gargarisma cō-
ferens

Mesue.

Q9 2

ferens

M E S V E D E Æ G R I . O R I S

ferens iuamentum manifestum. Rec. hierē pi-
 cræ, sinapis, staphidis agrîæ, zinziberis, origa-
 ni, pyrethri, corticū radicis capparis, myrihæ,
 ana, fiat gargarismus cū eis, & oxymelite. Gar-
 garisma ex inuēctione nostra, experti iuamenti
 ad dissoluendū phlegma, quod agg. egatur
 in capite, neruis, & lingua, & confert paralyfi,
 & torturæ: cuius permistio hæc est. Rec. origa-
 ni, pyrethri, zinziberis, piperis nigri, & albi, &
 longi, salis ammoniaci, sinapis, cinnamomi,
 hyssopi, nigellæ, sampsuchi, costi, ana, confice
 cum oxymelite squillitico, & rob, & gargariz-
 zetur diebus cōtinuis cum eo. Gargarisma fa-
 ctū cum oxymelite squillitico est adhuc iuua-
 mēti sublimis: & similiter muri, & aceto squil-
 litico. Et quandoq; cōfortatur cū eis, quæ sunt
 sicut hæc, organū, staphis agrîa, sinapis, con-
 disti, cortices radicū capparis, pyrethri, zinz-
 ber, & tria piperata singulariter, aut coniunctim;
 quandoq; facimus præcedere frictionē linguæ
 cum eo, quod est sicut sal ammoniacus, & zin-
 ziber, cū cape vsq; dum currat plurimū phleg-
 ma: & faciemus deinde sequi gargarizationes,
 & collutiones ex oxymelite squillitico, & est
 operatio digna. Filius Zachariæ. Medicamen-
 expertū ad grauedinem linguæ, & mollifica-
 tionē eius. Accipe sal ammoniacū, pyrethri,
 staphidē agrîæ, piper, sinapi, hueg, ana, fricetur
 cum eis lingua secundum omnem partē ipsius
 sæpius in die. Dioscorides, hueg secundū om-
 nē modum administrationis eius: est medicina
 propria mollificationi linguæ, & paralyfi eius:
 & similiter castoreum, & proprie retentio eius
 sub lingua, & confictio in ea, & quandoq; ex
 eo cum gummi albotin fiunt pilulæ, & tenentur
 sub lingua: & quandoque ex glutino albotin,
 & assa foetida, & sunt efficaces. Confectio ana-
 cardina maior quam scripsit. Filius Zachariæ,
 & scripta est in capitulis ægritudinum neruo-
 rum: & est medicina vltima paralyfi linguæ:
 & proprie linita ex ea lingua, & factū empla-
 stro ex ea in parte capitis posteriori, & origine
 neruorum, & est medicina sublimis. Sal Iolu-
 tius scriptus in capitulis prædictis linitus su-
 per linguam cōfert mollificationi eius. Et plu-
 ra scripta sunt in capitulis prædictis, quæ affe-
 rantur ad locum hunc: sicut diamyrtus pro-
 prie, & confectio hueg, & confectio de pyre-
 thro, & alia, quæ requirantur ibi: quibus uten-
 dum est inter purgationem, & purgationem.
 Ioannitius. Quando contingit paralyfim acci-
 dere propter lesionem cadentem in neruos po-
 steriores, caputpurgia conferunt, propterea,
 quod ad diuersum trahunt: quare eligantur ad
 hoc vtilia in capitulis prædictis.

De spasmō linguæ. Cap. 15.

Spasmus linguæ quandoq; accidit causa fe-
 brium adurentium. Et cura eius est retentio
 oleorum refrigeratiuorū in ore, & rerum pluri-
 mæ humectationis, & refrigerationis, sicut olei

violacei proprie, & nenufarini, & de cucurbi-
 tis, salice, & rosari singulariter, aut coniunctim
 conuassatorum cum mucillagine psyllij, aut
 cum succo portulacæ, aut cum aqua infusionis
 feminum portulacæ prius contritorū, aut cum
 mucillagine maluarum, aut cum lacte dulci, &
 similibus. Et conferunt embrochationes, & la-
 uacra in collo, & nucha cum aqua dulci cali-
 da, & inuēctiones ex prædictis oleis super poste-
 rius capitis: & super prædicta loca, & ex ceto-
 Galeni conuassatis cum lacte dulci, aut si-
 ne eo, & cōfortunt etiā caputpurgia cum eis,
 & omne regimen tale. Et quæque accidit ex hu-
 miditate grossa, & viscosa replente lacertos
 eius, & extendent. In latitudinem, & abbrevi-
 ationem à longitudine sua naturali: sicut ac-
 cidit follicibus factis ex corio, cum replentur. Et
 cura eius est hæc eadem, quam diximus in ca-
 pitulo de spasmo, & in capitulo de mollifica-
 tione linguæ, præterquā quod oportet, vt me-
 dicinæ incisivas, & subtiliativas præcedant
 medicinæ digestiue, & maturatiue: sicut pprie
 vaporetur in primis radix colli, & collum cū
 eo, quod est sicut chamamelum, melilotum,
 anethum, sampsuchus, squilla, & similia: &
 gargarismata fiant cum aquis, & oleis eorum.
 Deinde perueniatur ad fortiora, sicut tu scis.

De alcoholi, & prauis pusulis oris. Cap. 16.

Cura sūt quatuor res. Prima est adaquatō
 causæ faciētis, & prohibentis aduentū eius.
 Secūda est euacuatio materiæ. Tertia est diuer-
 sio ipsius. Quarta est intētio particularis. Et pri-
 mū quidē rem cōplent si accidat vel timeat, vt
 accidat pueris; rectificēt lac lactātis eos, cibā-
 do eā in ea, q̄ distinguemus iā: vt prohibeatur
 casus corruptionis in lac. Imo alterēt in eis cō-
 trariū, qd̄ timēt ex illo. Et si accidat vt timea-
 tur aduentus eius pp̄ dyserasiā pestilentialem,
 aut propter dominium vaporosā, & corruptæ
 materiæ, aut acutē vlcerauique, alteretur in exi-
 gentiā ipsius, & quidem calida cū eo, quod est
 sicut syrupus acetosus, & syrupus de granatis
 acetosis, & rob eius, & syrupus de ribes, & sy-
 rupus acetositatis citri, & rob eorū: & similib.
 In frigida vero, cū eo, qd̄ est sicut syrupus ace-
 tosus, melinus, iuiubinus, & oxymel squilliti-
 cū, & similia. Et sint cibi eorū, & pprie i calida
 cōditi cū rob acetositatis, & stypticis sicut
 proprie assecumia, & siglez, & zereschie, & su-
 machie, q̄ cōditur cū granatis acetosis, & lē-
 tes eum aceto, & cucurbita cū granatis, & quæ
 hoc cursu procedunt. In frigida vero comedāt,
 quæ sūt sicut cappares cōditæ cū aceto, & oliuæ
 cōditæ cum muri, & origano, & similibus. Se-
 cundā rem complent in calida quidē, & frigi-
 da euacuationes per phlebotomiā, & vētris so-
 lutionē, secundum formā assignatam in capi-
 tulo de apostemate linguæ. Tertiam rem com-
 plēt vērosationes sub mēto cū scarificatione,
 & administratione clysterū. In calida quidē le-
 nium.

niū, si nō sunt maligna, corrosiua, & si sunt maligna, cū eis, quæ educunt materiā acutam vehementius, dūmodo nō transcendant granū lenitatis. Infrigida vero cū reb. acutis nō multæ acuitatis, tñ cum processu gradationis vsq; ad id, qđ est sufficiens. Quartam rem complent administrationes particulariū medicinarū curatiū alchola. Et calidum quidē cū administratione rerum acetosarum habentium et stypticitatē: sicut proprie rob de ribes, & rob acetosæ, & rob de moris syluestribus, & aqua decoctionis sumach, & myrti: & lentiū excorticatarum cū aceto, & extremitates vitis, & extremitates tubi, & zarur, & aqua granatorū acetosorum, & spondylium, & galla, et rosę, & acacia, & coriandrū, & aqua coriandrū humidū, & similia: Et memithe quidem, & alchanna communes sunt in vtraq; materia, similiter galla. Alchola quidem calidū speciē habet quandā herpeticam malignam, cuius curatio est difficilis, & oportet, vt succurratur ei per tria genera curationis. Et primū genus curationis est mundificatio, & absterfio virulēti, & corrosiui: & hoc quidē pficitur cū administratione medicaminis acuti, & proprie alcalcolō dicti in capitulo de polypo, vna vice post aliam, vsq; dū appareat totū herpeticū cōsumptum esse, vel quasi: deinde succedat ei administratio medicaminis refrigeratiui, sicut olei rosati proprie, cōquassati cū albumine oui, vice vna post aliā vsq; dū ardor, & cōbustio tollatur, & si hęc nō cōferāt, administretur cauteriū, sicut in capitulo de vlcēribus gingiuarum dictum est. Secundum vero genus est perficere cū medicamine partiū in carnatiuo ex his, q̄ diximus, & dicemus, & partim mundificatiuo. Tertiū vero genus curationis perficitur cū medicamine consolidatiuo: & nos scribemus multā huius generis, si Deus voluerit. Alchola autē frigidū, aliud phlegmaticū albū, aliud nigrū malignū. Et phlegmaticum quidē indiget duplici genere curationis. Et primū quidē genus perficitur cum medicinis absterfuiuis, & exiccatiuis, sicut secaniabin cū modo dico aluminis, aut colcothar, aut almuri, cum aceto squillitico, aut aqua oliuarū salmuri, aut vinum, & mel, & similia. Sñ vero genus perficitur cū medicinis exiccatiuis, & cōsolidatiuis, ex his, q̄ dicemus. Nigrum autē malignum est deterius omnibus: & indiget triplici genere curationis. Et primum quidē genus perficitur, sicut in alchola herpetica dictum est. Sñ vero genus pficitur cum medicinis absterfuiuis multæ absterfionis cū continuitate multi tēporis in illo, sicut proprie cū vnguēto egyptiaco, & aceto squillitico: aut cū aceto, & colcothar, & galla, aut cū aceto decoctionis gallarū, & memirem, aut cū aceto decoctionis almezereō, et similiū. Tertiū vero genus est cōsolidatio ex eis, q̄ dicimus post. Sabor ex Medorū. Medicamen conferēs alcholæ calido in ore, & in lingua, & do-

A lori gulæ à caliditate. Rec. lentiū excorticatarum, drac. quinque, rosarum, coriandrū sicci, alchannæ de Mecha, boli armeni, adhibe, ana drac. ij. & semif. seminis portulacæ drach. iij. & semif. camphorę, drac. j. partes duas. Teneat ex eo in ore, & suffla in guttur: & ex eo, qñ oportet fiant eis sicut maran cum rob myrti, aut cydoniorum, bonum, si Deus voluerit. Idē. aliud conferens alcholę calido, & corrosioni gingiuarum, & putrefactioni sanguineæ, & cholericæ. R. sumach mundi, rosarum, ana aur. j. spodij albi, balauſtiæ, ana aur. semif. ramich, drac. semif. tere, & accipe ex eo parum, & frica super locum: vel accipe ex eo, & misce cū rob cydoniorum, & fiat ex eo oris collutio: & hoc fiat sapissime: sanat enim, si Deus voluerit. Itae heben amaran. Medicamen conferens alcholę calido. Rec. seminis portulacæ, drac. x. alchannæ, adhebe, elebul, sumach mundi, ana dr. iij. cardamoni, heb. de, croci, ana dr. j. tere, & misce cum eis succū coriandrū humidū, vel aquam rosatam, & colluat ex eo os, bonum Deo volente. Hamech. Medicamen alchole, & omnibus inflammationibus oris, & partium eius, & gulæ in corporibus teneris, & infātibus: & est expertum. Recip. amyli, drach. vj. spodij memiren, ana dr. j. seminis rosarum dr. iij. croci, drach. j. zucchari tabarzet, drac. iij. cardamomi, drach. j. camphoræ chirat. j. & semif. tere quodlibet per se, & cerne per pannū de serico, & vtere sicut diximus. Filius Serapionis. Medicamen cōferens ad alchola calidū. Recipit seminis rosarum, sumach, amyli, sangui. drac. seminis portulacæ, lentiū excorticatarum, spodij, sandali albi, alchannæ balauſtiæ, ana partes æquales, camphorę, partis j. quartam administrētur post collutionem factum ex eis, quæ diximus in canone, & cum successione collutionis. Mahemet Arafī. Medicamen conferens alcholæ. Rec. spodij, rosarum, & seminū earum, coriandrū sicci, sumach mundi, lentiū excorticatarum, seminis portulacæ, alchannæ, amyli, butrucho, ana, camphoræ partem mediam, zucchari quantum est medietas omnium, & quandoque fit sine zuccharo. Terantur, & teneantur in ore: & fiat collutio post illud cura aceto, & aqua rosata.

Narratio medicaminum alchole phlegmatico.

Cap. 17.

A Boali. Confectio medicaminis alcholæ phlegmatico. Rec. trochiscorum orobi, gallarū, rasura pergameni, ana partem vnam, memithe, corticum radicum cappais, colcothar, ana partē semisē, aluminis balauſtiæ partē vnus tertias duas, alchannæ partē semif. confice cū aceto, & melle, & vtere, aut applica super morbo ex puluere eorū, deinde collue cū aceto, & melle. Bonū, si Deus voluerit. Trochisci orobi scripti sunt in capitulo de vlcēribus gingiuarū. Idē. Medicamen conferens alcholę

Mesua.

Q9 3 per mi-

M E S V E D E A G R I O R I S

permissiois cholerae, & phlegmatis. Rec. memirem, sief memithe, spodij, seminis plantaginis, capitulum rosarum, & seminum earum, myrobalarum citri, balaustris, allithis, foliorum oliuarum siluestrium siccorum, carmezeit, aluminis iameni, ana terantur, & administrantur sicut diximus. Idem. Medicamen sicut aliud. Rec. memithe, myrobalanorum citrinorum, balaustris, cardamomi, spodij, ana, vtere sicut aliud. Filius Serapionis, Medicamen conferens ad alcoholum nigrum, & herpeticum. Rec. foliorum oliuarum, foliorum citri, & foliorum rhamni siccorum, acaciae, ana dr. viij. aluminis iameni, colcothar, ana dr. ij. croci, dr. j. terantur, & administrantur. Idem. Aliud conferens alcoholum nigro, & maligno. R. arsenici rubei, pyrethri, partes aequales, terantur, & cribellentur, & confice cum alchitram, & comburatur, deinde coterantur, & administrantur. Confectio medicaminis ex inuentione nostra, conferens alcoholum putrido, & maligno, & expertum bonum. R. corticum radicum capparum, gallarum, memirem, zinziberis, piperis adusti, trochiscorum alcancaalon ana, dr. ij. chartarum combustarum, drac. iij. arsenici drachmas duas, & semissem. Fiat ex eis puluis subtilis: & ex vna parte eius fiat frictio, & ex alia linimentum: & ponatur super ea frustum chartae madefactae, vt circundet super ea. Plura etiam scripta sunt in cap. de vlcerebus gingiuarum: quae afferantur ad hunc locum.

De fatore oris. Cap. 18.

Foetor oris si causam habeat putrefactionis in partibus oris, iam diximus curam eius, & quandoque accidit ab vlcere, & putrefactione partium pectoris, & pulmonis: & dicemus curam ipsius, & quandoque accidit ex humore aggregato, & putrefacto in stomacho, & partio eius: & eius cura sunt tres res. Prima quidem res est euacuatio illius materiae cum iteratione, & iteratione sapius, cum eo, quod conuenit. Et si quidem fuerit cholericum fetida putrefacta, cum eo, quod est sicut infusio aloes in aqua endiuiae, & similia, de quibus loquemur in capitulis de stomacho, si Deus voluerit. Si autem fuerit materia phlegmatica fetida putrefacta, fiat purgatio eius cum eo, quod sicut hiera, & stomaticum nostrum, & pilulae arthreticae, cuius explicationem scribemus, si Deus voluerit. Et dixit Filius Zachariae. Qualiscunque sit materia siue calida, siue frigida, confert vomitus post esum acruminum, & acetosorum, aut post melones, cum successione syrapi acetosi, aut secaniabin, aut hydromelitis: & vitet pinguis post illud, & grossa, & viscosa, & nauseatiua satietate, & hoc non comedat pulmentaria, sed frixa habentia semina, & al macamar, & vratur almuri, & assachanne in prima comestione, & alzegé. Et in secunda mensa comedat cydonia, pira, & condita ex eis, aut zinziber conditum, aut diacyminum, aut diatrio, & similia. Et sit vinum eorum conditum cum specie-

Ebus, quarum narrationem faciemus post. Et ex potibus est miua, & conditum, & rob de pomis cum speciebus, & sine speciebus. Secundam rem complent administrationes medicaminum acquirunt temperiem receptorij, vt fiat de inde minera in eo aggregationis materierum conuenientium. Et ex hoc quidem facientibus in cholericum est administratio rerum, quae sunt proprie sicut chrysomela humida, aut persica cum proprietate, & infusiones eorum, dum sunt sicca: & hoc in ieiunio. Et ex eis sunt zarur, & cydonia, & rob acetosifatis citri, & miua, & syrapius de pomis, & confectio de pomis, & diacydonite, & confectio acetosa, & similia. In materia vero phlegmatica administrantur ea proprie, quae sunt sicut zinziber conditum, & tryphera maior, & sahane, & muri, & acetum squiliticum, & trochisci diarrodon: & zuecharum rosatum cum mastiche, & xyloaloe, & trochisci de garyophyllis, latificans, & similia. Tertiam rem complet administrationes medicaminum proprie, quarum proprietates est genere in ore, & in vniuerso corpore odore bonum, sicut proprie folia, & cortex citri, & balderebus, & grana eius, & teneritas myrti, & thus, & rosa, & macaziri, & caniphora, & alfelgemisch, & poma odorifera, & cydonia, & such, & ramich, & emblicij, piperis, & xyloaloe, & cubebe, & garyophylli, & mastiche, & nux muschata, & doronici, & spica, & similia, & res quibus conficiuntur sicut rob myrti, & rob de citro, & rob de acetosa, & mel emblicorum, & mel chebulorum, & chesnes, & vuc pasae dulces, & vinum, & similia. Ioanitus. Confectio trypherae, cuius iunameta multa, & ex parte sunt, & proprie ad aegritudines stomachi, confortat. n. in eo mineras virtutum, & operationum nobiliu: & facit oris odorem bonum, & totius corporis: & occultat fequitatem coloris, & acquirit corpori viuicitatem, & coloris pulchritudinem, & conseruat corpus in vigore adulescentiae, et iuuentutis, et retardat canos, et confortat cor, et generat hilaritatem continuam, et addit in coitu, et est medicina regum, cuius permissio. Rec. myrobalanorum chebulorum, emblicorum, belliricorum, ana partes aequales, terantur, et fundatur super eos conterendo in vase lapideo hora post horam aqua fontium dulcium cum aliquantulo zuechari, et hoc per dies tres, deinde per alios tres dies destilletur vna vice post aliam super eos tenui in stillatione ex oleo rosato, aut amygdalino, & per agitando cum spatula, deinde dimitte siccare eas in umbra. Deinde accipe huius permissiois, drachmas xvij. rosarum siccarum, drachmas sex, cyperi, drachm. quatuor, ligni aloes, extremitatum myrthi humidae, garyophyllorum, mastiches, spicae, ana drachmas duas, et tertiam alterius, cynamomi, zurumbet, croci, cardamomi, heil, macis, nucis muschatae, ana drachm. j. et semis. ambræ crudae, et such, ana drac. duas, muschi, drac. j. tertias duas, confice cum

cū melle emblicorū ex chesmes, & fiant ex eis formæ similes auellanis ponderis drachmarū trium, da in mane cum vino, & in sero similiter. Aristoteles. Suffus, quod exquisita inuentione composuit Alexandro Imperatori, confortat stomachum, hepar, & viscera debilia, & rectificat digestionem, & facit oris odorem bonum, & generat gaudium. Recipit ligni aloes, cyperi, extremitatū myrti humidæ, cinnamomi, folij, heil, myrobalanorum chebulorum, emblicorum, & belliricorum præparatorū secundum superiorem doctrinam, macis, selège misch, darfeni, vñe, piperis, macropiperis, zingiberis, garyophyllo, nucis muschatæ, cardamomi, granorum granatorū, ana dr. ij. ambreg, muschi, camphoræ, ana dr. j. zuchari tabarzet sextuplum ponderis omnium, dosis eius est ā dr. j. vñque ad aureos duos cū aqua frigida ante cibum, & post cibū: expertum verax. Filius Zachariæ Arasī. Confectio pilularum conferentium, & procurantium digestionem, & facientium oris odorem bonum. Recipit garyophyllorum, suchelmese, darfeni, nucis muschatæ, cyperi, spicæ, corticum citri, ligni aloes, ana aureos duos, muschi, aurei vnius, decimā. Cōfice cum vino, & da drac. iij. & partem earum transglutiat, & partem earū commasticet dentibus, & transglutiat succum. Idem. ad idem. Accipe extremitatū myrti humidæ, & chesmes partes æquales, terantur, & fiant ex eis formæ sicut nuges, & da mane, & sero vnam cum condito aromatico. Idem. Confectio trochiscorum de garyophyllis facientium odorem oris bonum. Recip. garyophyllorum, corticum citri, cyperi, spicæ, nucis muschatæ, such almisse, xyloaloes, cinnamoni, macis, heil, cubebæ, ana dr. j. muschi chirat. j. fac ex eis trochiscos cum aqua malorum: & teneat in ore suo super cibū, & deglutiat ex eis duos, vel tres. Idem, dentifricium ad idem. Rec. spicæ, cyperi, rosarum, folij, galliæ, corticum citri, garyophyllorum, cardamomi, ligni aloes, mastiches, salis combusti, ana, mellis, vt conficiat ea. Fiant trochisci, & ficcentur in furno debilis caliditatis, & fiat ex eis dentifricium. Idem, ex eis, quæ nimis occurrant foetorem oris mirabiliter, est frequens comestio apij. Idem. Cōfectio experta est efficax ad foetorem oris causa materiei putridæ in stomacho. Rec. extremitatū myrti humidæ, darfeni, emblicorum, cyperi, spicæ, corticum citri, florū squimanthi, mastiches ana partem j. galliæ, garyophyllorum, nucis muschatæ, cubebæ, heil, zingiberis, ana partem semis. cōfice cum melle patularum, quod sit duplum ponderis omnium, & cū vino antiquo odorifero, aut cum chesmes, & fiant formæ sicut nuges: & sumatur ex eis omni mane vna, & omni sero: & hoc fiat post vomitum, & solutionem vētris iteratam, læpius, sicut diximus in canone prædicto.

De dolore oris. Cap. 19.

Dolor oris fit à causis, quas diximus in capitulo de particularib. curis egritudinū ipsius, & diximus curas. Hamech elengezar. Medicamen conferens doloribus in partibus oris, & radice linguæ, tumori faucium, & gingiuarum, expertum. Recip. sumach, foliorum myrti, foliorum rosarum, ana aur. j. bulliant in aqua pluuiali vsque ad medietatem: & fiat ex ea gargarismus tribus vicibus omni die: deinde puluere hoc vtatur. Rec. spodij, gallarum, granorum hacel, foliorum rosarum, ana, tere, & vtere. Idem. Medicamen conferens dolori oris, bonum, & expertum. Rec. amyli, aluminis iameni, rosarum, seminum citri, myrihæ, ana, tere, & accipe ex eo parum, & misce cum aqua, & melle: & fiat gargarismus: et teneat in ore vna hora. Idē. Medicamē cōferens bothor in partibus oris, & faciēs oris odorem bonum. Recip. anisi quantum volueris, & tere: & cōfice cum melle, & succo myrti humidæ, aut vino odorifero: & fac gargarismus cum eis, & teneatur in ore vsque ad horam vnam.

Finit particula prima, sectionis primæ.

SECUNDA PARTICVLA
sectionis primæ.

Celum celi fecit Deus, & terram posuit in puncto. Concordias nutrit ipse solus, & discordias arctat, concordies ergo, discordesq; regulat: sanum simul, & morbidum sanat, igitur ipse solus dat salutem, eaq; ab ipso solo dari creditur, humilis gaudeat natura: natura naturans regulis sic certis astringit alterutrum, vt quibus dissideat, hoc pati reformetur ab altero. Celatum quodq; gerit in se, quo alteri proffit, sed non vt noceat. Sed qui hoc recte nouit discutere quod excelsus largitus est, magni doni est munus. Libenter igitur disce largiri magna munera: munus munere non compensans. Tradimus vobis cum auxilio excelsi: postquā narrationem expleuimus de curis egritudinum membrorum capitis, vt narremus narrationem de curis egritudinum membrorum seruientium spiritui secundum promissionem nostram in ipsis. Sed vt verificetur processus, fructumque, & veritatem inueniat: ipsum regulari ab illo, qui excelsus cuncta scelicitat, petimus, qui sit benedictus.

SECUNDA PARTICVLA
huius primæ sectionis continet summas quinque.

Summa Prima est de curis egritudinē faucium, & gutturis, & vicinarum partium.

Secūda de curis egritudinū pectoris, et pulmonis.

Tertia

MESV B DE ÆGRI. GUTTURIS

Tertia de curis agritudinum cordis.

Quarta de curis agritudinū forinsecarū pectoris.

Quinta est de curis agritudinū spōdyliū, & dorst.

S V M M A I.

De curis agritudinum faucium, & gutturis, et vicinarum partium. Et primo de strangulatione. Cap. 1.



Strangulatio causas habet à rebus, quæ sunt intra, & dicemus eas si Deus voluerit. Et quandoq; contingit à rebus aduenientibus extra, & operantibus extra, sicut stratio cum fune, & similia, & palā est cura ipsius, aut à rebus aduenientibus extra, & operantibus intra: sicut pprie ex rebus, quæ comeduntur, & bibuntur: sicut est bolus magnitudinem, aut asperitatem, aut stypticitatem habēs, sicut proprie panis opirus nō masticatus, aut militatus, aut aliquid, quod est sicut os, aut spina: & cura est, vt illico puocetur vomitus, & incipiamus cōprimere collū inpingendo percussiones post percussiones super ipsum, & inmitendo digi- tum in guttur, aut instrumentum ex ligno, aut cornu lene, curuitatem habens, & hoc fiat cum facilitate, & si sit spina, aut os gutturi infixum, & sensus cōprehendit ea, tenaculis extrahatur, aut vincino cōprehende sin aliquid eius, aut chorda arcus, si autem sensus cōprehendere non potest, post cibaria grossā administrantur gargarismata ex mucilagib. & deglutitiones ex eis, aut ex rob, aut ex nasturcio infuso, & cōquassato in rob: deinde fiat vomitus post administrationē retū viscosarū comestariū sine masticatione plurima. Et quandoque ann- etimus cum filo bolus carniū pinguium pelli culosarum, & viscosarum, & damus ad deglu- tiendum: deinde extrahimus subito, & quādo- que facimus cū spongia marina, & quāq; cum ficu sicca pingui, & similibus: & extrahitur, si Deus voluerit. Fit interdum ex quibusdam eo- rum, quæ sumuntur, strangulatio, non propter quantitatem, sed propter rei malitiam, sicut ex quibusdam generibus fungorum mortifero- rū: quod sanatur ex succo raphani, factō ex eo gargarismate cū oxymelite, & imbibito cum melle. Et nos loquemur hoc, quando loque- mur de rebus venenosiss post, si Deus voluerit.

De agritudinibus vuae. Cap. 2.

SVnt casus eius, & apostematio, & vulnera. Et casus quidem vuae cura sunt tres res. Pri- ma est, si vua est vehementis inflāmationis, & rubedinis, phlebotomia cephalicæ, aut solutio ventris, si fuerit cū permissione cholerae cū eo, quod est sicut aqua fructuum, & myrebalano- rū. Et si fuerit habens albedinem, cū eo, quod

Est sicut hiera, & cochia. Secunda est diuersio causæ eius: & hoc quidē perficitur cū eo, quod facit cadere materiam ad partem diuersam, si- cut v.g. cum frictione auriū, & extensione ea- rum sursum vehemēter, & attractione doloro- sa, & positione ventosarum ad partem opposi- tam. Hæc, n. tollunt vnam, & secluat. Et ex eis, quæ expecta sunt ad eluacionē eius, est, vt ac- cipiatur cereus, vel manipulus capillorū zuē- deg, & colligatur manibus, & p̄cipiatur infir- mo, vt taceat. Et tu quidē pone pedes tuos su- per humeros eius, & trahe manipulū capillo- rum vehemēter vsq; dum curis dislocetur di- slocatione aliqua à zubēdi g. eleuatur. n. vua ex hoc illico. Et iā quidē expertū est, vt liniat super zuēdeg, emplastrum ex succo acaciæ, & hoc in principio, aut ex acaciā cū aceto, aut ex gallis adustis cū aceto, quā eleuant ipsam, ster- nutamēta et conferēt eis. Tertia est particula- ritas operationum circa ipsam vnam, & est, vt in principio incipiatur eū medicinis, quæ re- pellunt materiā, & prohibent aduentū humi- ditatis plurimæ, sicut proprie gargarisma cum aceto, & aqua rosata, si materia fuerit calida, et vua fuerit inflāmata, & rubens, aut aqua sola- tri, & semē rosarum, & folia ipsarum, aut aqua granati acetosi triti cum tota substantia cū sty- pticis. Et liniatur palatum, & vua cū medica- mine factō ex balaustijs, & rosis, sandalis, & modico camphorę, fiat ex eis puluis subtilissi- mus, & vttere cōprimendo cū instrumento, & ex eis sunt galgē, & balausticę, & alumē. Et ex suc- cis duorum granatorum contritorum cū tota substantia fit gargarismus bonus, similiter ex in- fusione sumach in aceto, & aqua rosata, & ad- huc ex diamorō factō ex moris rubi immatur- ris cū aceto, & eo melius, quāntū in casu hoc, il- lud qđ sit ex moris thamni, & proprie immat- uris. Et nos dicemus species diamorō, & alio- rū in capitulo de squinaria. Postq̄ aut pertran- siuit tēpus principij, vtendum est stypticis, cū eis, quæ habent aliquantulū absterfionis, sicut mel proprie, & diamoron ex moris de sceni, q̄ hoc cursu procedūt: & gradatim dehinc perue- niendū est ad maturatiua, & resolutiua fortia, sicut est proprie myrrha, crocus, sal ammoniac- us, & pyrethrum, & similia; quorū narratio- nem consequemur post. Si aut passio fuerit ex abundātia phlegmatis, & fuerit decliuus ad al- bedinem, vtendum in principio gargarismate factō ex succo nucū cum rob, aut ex diamorō, aut ex syrupo acetoso cum galis: deinde grada- tim perueniendū ad sinapim, & salem ammo- niacum, & almuri, & pyrethrum, & similia. Et si necessitas postulat, eleuetur cum instrumento ad superiora cum medicinis, quas diximus, & dicemus iam. Filius Serap. Medicamē exper- tum colligens, & confortans vnam, & eleuans eam. Rec. balausticę, dr. ij. aluminis iamēni, dr. j. croci, & cāphorę, ana dr. j. tertiam, fiat ex eis puluis

puluis subtilissimus, & administratur cum cochleari paruo post gargarismū ex aceto, & diamoron. Item. Aliud valde bonū. Rec. ramich partem j. salis ammoniaci partem mediam, vtere cum instrumento, aut gallarū, & salis ammoniaci, ana partes æquales, myrrhæ, aluminis, ana partem mediam, vtere sicut diximus. Medicamen ex inuentione nostra bonū, & expertum. Rec. cinnamomi, piperis, zingiberis, pyrethri, balaustie, corticū granatorum, foliorum rosarum, & seminum earum, ana partes æquales, & vtere cū instrumēto post gargarisma, ex eis, quæ scis. Aliud similiter nostrum. Rec. aluminis iameni, gallarum viridium, ana partem j. pyrethri, myrrhæ, piperis albi, salis ammoniaci, ana partes. tere, & vtere sicut diximus. Hebengezar. Rec. piperis longi, & nigri, mirrhæ, salis ammoniaci, ana exuffletur ex eo in guttur, & vtere cum instrumento. Filius Zacharia. Confectio experta ad idem. Recip. gallarū, balaustia, salis ammoniaci, ana, exuffletur ex eo in guttur, & ponatur ex eo super cochleari, & eleuetur cum eo.

De apostemate vna. Cap. 3.

Apostema vna indiget eodem regimine secundū quod dictum est. Veruntamen terminatur secundū vnum trium modorum. Aut enim resoluitur, aut suppuratur, aut delet, & corrumpit membrū. Si ergo cōtingit ex medicina adhibitis nō posse resolui, sed intumescit amplius, & dolor multiplicatur; tunc perueniendum est ad gradum maruratiuorum, sicut est proprie apozema dactylorū, & ficū, & vuarum passarum, & radicum lilij, & rosarum, & emplastrum ex fæce eorum. Et quandoque miscetur cum eis ex confortantibus ipsam membrum, ne cadat putrefactio in integrum ipsius, & destruat membrum, sicut, vbi gratia balaustia, ramich, myrtus, rosa, & similia, quodcumque corū magis oportere videbitur. Postquam autē suppuratum fuerit, aperiat sicut in cura synanches dicitur, & mūdificetur deincep, sicut ibi distinguimus. Si autem vna corrumpitur, & mortificatur, & pendet gracilata radice ipsius, tūc oportet, vt incidatur, non .n. amplius regitur a natura, & melior modus incidendi eam est cum incisorio aut reo ignito, postquam reciditur vna in cōcauitate lacerti instrumenti cannularis, ita, quod per mediū extremitatis alterius cannuli incisoriū ipsum mittatur, vt perueniat extremitas eius ad vna, & radicem ipsius, sine contactu aliarū partum, neque ita radiceus incidatur, quin aliquid extremitatis eius remaneat: fortassis .n. tumet aliquid officium ex ipso, natura, deinde colluatur locus cū aceto decoctionis aluminis, & gallarum, & curetur sicut in capitulo de vlcibus oris diximus. Si autem vna tumida, et rubens fuerit, secundū Hippocratis mandatū, timendum est eam incidere: quare satagendum

si rectificari potest, si vero non, immo ad gracilitatem, & nigredinem tēdit; expectetur super ea vlque dū relicta sit a natura: & tunc incide.

De apostemate duarum amygdalarum.

Cap. 4.

CVra huius agritudinis est tres res, sicut diximus in e. de vna. Et prima quidem perficitur sicut ibi distinctū est. Secunda vero perficitur cum operatione faciente cadere materiam de vna parte in aliam partem: sicut verbi gratia, cum frictione brachiorum dolorosa, & proprie cum ligno habente extremitatem rotundā: & fiat frictio ex parte syluestri brachiorum scilicet super dorsum focium, & fiat idē in die pluries. Et quandoque ponimus allium tritū in radice manus ex parte syluestri, & deligamus, & efficit operationem bonam, & sedat dolorem. Conferunt etiam ventosationes positæ in brachijs, & cruribus. Confert etiam administratio olei amygdalarum dulciū tepidi, & destillatio eius in aurē, quæ sequitur dolore, vt edo omni hora instillatione post instillationem, quoniam est efficax. Et similiter olei anethi, & chamæmeli. Tertia vero est administratio particularis mētiosis, quæ perficitur, sicut in cap. de vna diximus. Terminatur autem hæc passio ad vnum trium modorū, aut enim resoluitur apostema, aut suppuratur, aut induratur, & illud sit raro: propterea, quod facilius est, vt recipiat ex digestionē, quod est resolutio, aut suppuratio, quā ex compactione, quod est sicut induratio, & hoc facit posse loci, & vicinitas locorum digestionis. Adiuuant autem ad resolutionem diamoron dulce cōfortatū proprie cum eo, quod est sicut myrrha, crocus, & similia vsq; ad gradum eorum, quæ sunt sicut sal ammoniacus, pyrethrum, almuri, & similia, & proprie factis linimentis, & gargarismatib; ex eis. Et huius etiā intētiosis sunt emplastrationes factæ ex ficub; succis, & baurach, aut ex melle, & farsure, & sale, aut ex melle, & myrrha, & olibano, & iride decoctis cū rob, & pauco melle. Ex emplastris autem mirabilib; ad apostema duarum amygdalarū, & glandularum, & synanches, est emplastrum factum ex radice alleuregeug decocta in rob, & cōtrita vehementer, deinde admisceatur ei adipis porcine antiquæ lotē vehemēter, & colatē pōdus eius cū modico baurach. Et ex eis similiter est radix ireos preparata secundū eandem doctrinam. Et expertum est emplastrum de radice portorum nō transplantatorum cum adipe antiqua, & rob, aut radix lilij cum baurach, & rob, & adipe porcina, & hoc etiam valet ad synanchen, & vigoratur posse suum, si cū prædictis rebus iūgatur succus scabiosæ, qui ad hoc est mirabilis multū. Et hyssopi cerotum est iuamentū bonum. Et deinde superpone lanam hyssopi, & similiter cerotaria ex adipe gallinæ, & anseris, & butyro, & cera cū oleo anethi no.

MESVE DE ÆGRI. GVTTRIS

no. Et est expertum emplastrum, quod recipit, farinae hordei, seminis lini, ana, vnc. j. carniū dactylorum, & ficuum siccarum, & nigrarū, & pinguium, ana aureos viij. micæ panis aur. v. Coquatur omnia cum rob, postquam trita fuerint sicut medulla, & superponatur. Res autē quæ aggregat virtutē resolutionis, & maturationis est diachylon. Et quā addis compositioni eius iridem, erit operatio eius nobilior, & similiter diachylon magnum, & diachylon parū. Postquam autem apostema collectionē saniei fecerit, apostema eperiat, & curetur vulnus, sicut in synanche dicemus. Si autem apostema induratur, experiantur super ipsum aliqua ex resolutiuis fortib. sicut proprie baurach rubeū insufflatum in guttur, aut linitum cū melle. Et ex eis est succus cucumeris asinini, et cetaurea: & fortior eis, & conuenientior est assa foerida. Si autē ex eis non resoluitur, & dealbatur cutis, quæ est super ipsam, tūc oportet, vt extrahatur vna, vel vtraq; si oportet. Et modus operationis est, vt accipiatur cum vncino bicipiti, & suspendatur. Deinde fiat incisio in lōgum, ægritudinis cum incisorio habente aliquid curuitatis: & extrahatur vna post aliā in totalitatem earū, & dimittatur post illud sanguis fluere ad illud, quod est decens: post quā inclinat super pectus ipsius, post hoc colluatur os cum aqua rosata, et aceto infigidatis, cæterum si sanguis plurimū exuberat, administrantur cōstringentia ipsum, sicut proprie coleothar, & alumē, & similia, et fiat gargarismus ex decoctione gallarum, & foliorum myrti, & similibus. Et quāque accidit, vt cauterizetur, & tūc melior cura est, vt cauterizet cauterio aureo, & est timorosū.

De synanche gutturis. Cap. 5.

CVra huius ægritudinis sunt sex res. Prima est subtractio causæ. Secunda est prohibitio eius, quæ fluit. Tertia est diuersio eius, quod fluxit. Quarta est intentio particularitatu. Quinta est correctio accidentium. Sexta est regulatio vitæ. Et primam quidem rem cōplent euacuationes factæ cum festinatione, & proprie phlebotomiam, & ventris solutionem. Et quidem canon est, si accidit à plenitudine sanguinis solum, principium nostrum erit à phlebotomia. Si autem à multitudine sanguinis, & multiplicetur cholera: præponimus euacuatium extrahens cholera à sanguine; & hoc si oportet, cum iteratione: & facinus sequi phlebotomiam post id. Et sic quidem sunt cōditiones in phlebotomia obseruandæ quinque. Prima est, si fuerit materia sanguinea calida, phlebotomia ante omnia adhibenda est, & proprie ex vena cephalica. Et secunda est, quod si significatur esse dominium sanguinis, qui retinetur, & cōsuetus est fluere, & est patiens ex illis, qui cōsuevit cadere in synanchiā, tunc phlebotomia fiat ex latere, quod sequitur dolor, si autem hoc expressum non accidat, melior est phlebotomia

Ex latere opposito. Tertia vero est, quod si dominium fuerit in sanguine in totum tūc nō est inconueniens phlebotomare ex vtraq; cephalica, cum vicinitudine, et nedum ex cephalica, sed ex basilica, & saphena, si virtus toleratur. Quarta est, vt qualiscunque fiat phlebotomia, non fiat extractio semel, & subito, sed cū iteratione renouante numerū, vt saluetur virtus, & perueniatur ad expulsionē plenitudinis cū rectitudine sapiēter. Quinta est, vt post phlebotomiā cephalicæ, phlebotometur eodē die vena, quæ sunt sub lingua, neque tardetur illud, sed phlebotomentur eodē vespere, & maxime tunc festinandum est, cum plenitudo in eis apparuerit. Si autē cholera cum sanguine dominari contingit, ante phlebotomiam, & post, natura soluenda est cum reb. cholera educentibus leniter, & iterato, & sit solutiū pluris alterationis, quā euacuationis. Et hoc quidē si virtus tolerat, & soluat natura cū aqua solari, & fructuum: & si oportet cū iteratione, & euacuationes et factæ per clysteria debilia si febris adest; aut fortia, si febris nō adest, sunt iuuamenti sublimis, & tua interest mensurare medicinæ naturæ in oibus, quæ iam diximus. Si autē sanguinis dominium fuerit cum phlegmatis exuberantia, post phlebotomiam, soluat natura cū cochis, & hiera, & cum similibus, & cum enematis fortibus, & collyrijs ex his, quæ scis. Secundā rē complent administrationes de iacur, & aliarum medicinarū fluxum materiæ catarrhalis sistētium, et impinguantium subtilē, et acutam, & subtiliantium grossam, de quib. in catarrho locuti sumus. Tertiam rem complent frictiones dolorosa, & ligaturæ in brachijs, & tibijs, & vctolationes in ipsis, & positio vctolarū super zahendeg est iuuamētū magni, & similiter super nacham, & vctosa super collum est iuuamenti sublimis, & proprie apud spondilē secundā, elargat .n. fauces, & guttur, & adiuuat ad attractionē aeris, & expirationē humorū, & remouet prohibitionem deglutionis: quapropter oportet, vt sepius iteretur, & sit proprie vctosa magna. Conferunt etiam ventole super mentum, & sub maxillis, & etiam cum incisionem sub manilla, faciūt enim materiæ diuersionem facilem. Conferunt et: destillationes in aurem, quæ sequitur dolorem, post destillationes, proprie ex oleis, quæ sunt sicut oleū rosatum, & oleum de amygdalis dulcibus, & similia. Quarta, quæ est administratio particulariū operationum, diuiditur in tēpora morbi, præcedāt ergo euacuationes primo, vt styptica in augmento administrantur. In statu autem styptico simul cū resolutione vtēdum est. Verum in principio ægritudinis particularitas administrationis suspēcta est, fortassis .n. rheumatizat materiā in loco, sed tūc quidem competūt cū iam euacuationes præcesserint. Distingua-
mus autem in administratione particulariū
opera.

operationū pro tempore morbi hoc modo. In horis quidem augmenti sit magis vincens medicamen stypticum, prohibitiū agitationis, & discussionis, & alteratiuum ipsius, v.g. si sanguinea sit passio, incipiendū est ab administratione gargarismatū, sicut est proprie aqua rosae cum aceto, hæc est .n. conuenientior omni speciei eius, aut aque infusionis sumach, aut ribes, aut succus corticum nucum recētiū cū aqua sumach, & aqua coriandri humidī, & sumach, et ex eis aqua granatorū acetosorū, & dulcium tritorum cum tota substantia, & succus solatri cum semine rosarum est admirabilis, & similiter cydoniorum, forborū, & iacur, & bellach, & similitum, & quæ admiscetur cum istis, quæ est sicut balaustræ, & gallæ, & semina rosarum, & alumē, & similia, & vigoratur operatio eorum, & succi agrestæ sicci cum prædictis liquoribus. iuuamentum est sublime, & similiter succi sumach sicci, & similitū, & ex cōpositis est diamoron cōfectum cū moris syluestribus, aut ex moris rhāni, & est iuuātius, & ex sufflationibus in guttur, quæ sunt proprie huius intentionis, sunt alumen proprie, balaustræ, & cortices sumach, & succus agrestæ, & oleum omphacinū, & similia. Si autem cholericā sit materia, cōferunt hæc, quæ diximus, facta magis intrigidātia cū eo, quod est proprie, sicut succus solatri, & rosæ, & sādali, & cāphora, & mucilago psyllij, & similia. Et quædam ex eis non tm̄ gargarizata, sed etiam bibita, sunt iuuamēti sublimis; sicut, v.g. rob de papauere bibitū, est iuuamēti sublimis vehementiā, & proprie cum aqua sumach, & similiter lac, quod mulgetur ex semine papaueris, et aqua rosata, et ex eis est succus solatri deparatus, & bibitus, mane, & sero, s̄m mensuram duarum testarum oui, aut trium, & similiter mucilago psyllij cum coriandro, & grano vno, et dimidio camphoræ. Si autem materia fuerit phlegmatica, gargarizādum est in principio cū aqua rosata, & aceto. Deinde fiat cum rob nucum: & diamoron confortatis cum eo, quod est sicut galla, & alumen, & acacia, & similia. Si autem ad statum processerit ægritudo, tūc medicamine styptico simul, & resolutiuo vtendū est. Et in calida quidem materia administratur sicut mel rosatum, aut mel cum aliquo eorum, quæ sunt styptica, quorū narrationem faciemus iā. Et ex his est succus solatri cū melle rosato, aut melle, & pulpa casie fistulæ cū ipso est cōuenientior, aut cum rob mori. Et lac ex istis, quæ conferunt, gargarizatur in hac hora, lenit .n. & dolorem sedat. Et quæque administratur cum medulla casie fist. & confert gargarizatum, & bibitum, & proprie cum pauco zucchero, & croco. Et oportet, q̄ administratur lac calidum, & proprie cum mulgetur, & oportet, vt sit proprie lac caprinum, aut asininū. Et huius est intētionis, est, meybuthcog ex coagulato vuae, & rob, & rob nucū cū eis, quæ sūt

A sicut myrrha, & crocus, & ex eis est rob mororū cum ipsis, aut decoctio ficuum, & scenu græcum bdellio, & rob, & similiter decoctio passularum, & scenu græci, & ficuum, & dactylorum cum eo, quod est sicut myrrha, & crocus. Et si fuerit materia frigida, cōferunt aliqua et corū, quæ nunc dicemus, & ex eis rob ficuum, & rob mori facta fortia cū pyrethro, myrrha, & croco. Et similiter lac caprinū cum stercore canis albo, & melle, aut aqua mellis cum pauco sinapis, aut syrupus acetosus cū succo raphani. Si autē vltimetur hora status, vtendum est tūc medicamine maturatiuo aggregāte in se lenificationē, similiter, & resolutionem: sicut v.g. decoctio ficuum cum baurach, & decoctio papaueris, & passularum cum baurach. Ex eis aut, quibus vtimur ad lenificandū, sunt lac proprie, & decoctio ficuū, & passularū, & mucilago psyllij in calida materia, & sem. cydoniorū, & sem. lini, & fenug. & altheæ, & decoctio dactylorū, & meybeg ex coagulato vuae, & aqua furis, & liquiritiæ, & rob, & similia. Resolutiua autem, quibus vtimur cum prædictis, sunt sicut sal muri, & meybeg, baurach, myrrha, crocus, sal ammoniacus, pyrethrū, harmel, sinapis, assa foetida, raphanus, stercus canis albū, & proprie, qui comedit ossa: stercus infantis nutriti ex lupinis, stercus hirundinis, & puluis hirudinum combustarum, & similia. Et nos modum comburendi hirūdines dicemus post diuersos modos cōpositionis s̄m diuersos philosophos. Vtendū autem est extrinsecus emplastris, quibus emplastretur exterius guttur cū rebus aggregantibus virtutē maturationis, & attractionis, de quibus mentionē fecimus in c. de apostemate duarū amygdalarum, quare oportet, vt pars illa afferatur ad hūc locum. Sinanchia terminatur s̄m vnum trium modorum, aut .n. resoluitur, aut suppuratur, aut pmutatur. Verū medicamina, quibus resoluitur, iā diximus: et medicamina, quæ ipsam materiam deducunt ad maturationem similiter diximus. Cum aut ad maturationem peruētum fuerit: tūc ad apostematis aperitionē studendum est cum medicamentis proprie aggregatib. intētionē duas, aperitionis. s. et lenificationis, v.g. sicut ex medicamentis acutis, sicut baurach, aut stercus hirudinū, misceat cum aliquo eorum, quod est sicut succus herbe albedustar. quā est sablimis. Rerum autem aperientium apostemationem huiusmodi sūma hæc est, sal ammoniacus proprie, et baurach, et myrrha, et hermel, et assa foetida, stercus canis albū, qui diu pastus est ossibus, et stercus infantis pastus ex lupinis cum vino, et stercus hirundinis, et cinis pullorum hirundinum vstorum s̄m formam, quam scribebimus postea, & ex his est stercus adib: & ex summa lenitiuorum, quæ admittit eis faciunt aperitionem apostematis, sunt lac, & succus herbe albedustar, per excellētiam, succus caulium, & deco-

In fine huius capituli.

Sinanchia terminatur tripliciter.

De apostema aperitionibus.

MESVE DE ÆGRI. GUTTURIS

decoctio ficuum, & decoctio fermēti, vel infusio eius in rob, aut decoctio ficuum. Si aut cum istis non fuerit apertum apostema, tunc recurrendum ad cōposita, ex istis, quę dicemus post. Et si adhuc non aperiatur ex istis, recurrēdum est ad apertionem eius cum ferro. Et sunt ex hominibus scindentes huiusmodi apostemata cū vnguibus postquam immiserint digitos in guttur. Cum autem manare cęperit sanies, locetur super faciem suam, & liniatur guttur ipsius & palatum fricando ipsam digitis cum melle, & sale pauco: & frequētentur gargarizationes ex eis, vt mōdificetur locus, & de cætero fiat processus noster cū abstergētibus, & mundificantibus, deinde cū sigillantibus, sicut in capitulo de vlcērib. gingiuarū, & alchola diximus. Permutatio synanchiæ est sū vnū duorum modorum, aut delitescit subito, aut non subito. Et eius quidē delitescētia, aut declinat in occultum corporis, aut manifestum eius. Et declinās quidē in occultum corporis, & subito, sicut est raptus proprie ad pulmonē, aut cor, interficit: sed raptus eius ad cor interficit illico, aut cōfestim præfocat; ad pulmonem vero non subito, & dixit Hip. quod in vij. diebus: & si cōtingat, quod hoc effugiat, incolumitantur: & illud ideo, quā virtus est, quę vincit, aut vincitur. Et inest virtuti forti, vt nihil possit ei resistere, cęsi sit imprimens experimentibus fortibus sicut venenū. Vincit .n. virtus fortis supra veneni posse, & expellit illud. Quod autem declinat in occultū corporis, & nō subito, causa est interdum pleuresis, peripneumonix, aut phthisis. At vero, quod declinat in manifestū corporis, facit apostemata exterius: & aliqñ bothor. Et dixit Gal. quod plerunq; synanchia permutatur in erysipelas, & ignem persicum, & proprie in ceruicem, & manēs quidem accelerat salutem, & delitescens subito cum mentis permissione petit cerebri medullas, & demū interficit. Quintam rem cōplēt administrationes medicaminum dolorem vehementē sedantiū, sicut de iacur proprie, & syrupus de papauere, & clausurā gutturis elargiantium, de quib. locuti sumus in tertio canone. Sextam rem cōplet regimen conueniens in generib. rerum sex, vt locetur in aere temperato. Et sint contenti in cibis eorum in p̄cipio hydromelite, & aqua zucchari, deinde procedant ad aquā hordei, deinde procedant ad aquā lētium excorticatarū, & hordei, extinguunt .n. inflammationē, & acuitatē sanguinis: & sint hordei par. ij. & lentiū pars j. deinde ad ius cicerū cum aqua hordei, deinde ad ius cicerum solum, deinde gradatim procedāt ad sorbitiones ex farina fabarū, atque ex amylo cum melle, deinde ad iura fursuris cum melle, post hoc perueniendum est ad vitellos ouorum sorbilitium, & iura pullorum, & similia. Et sic quidem commensurandum est, vt administrētur primo lenitiua cōuenientia: deinde ma-

aturatiua: vltimo vero resolutiua, & aperitiua. Commensurandus est et eis somnus, nā in multitudine eius timeretur suffocatio: quare oportet, vt parū dormiant: & cum dormiunt, excitentur saepe: & pprie cū videtur molestari in spiritu, & offendi stertēdo, & in nocte molestior est eis somnus quā in die, & somnus immediate post sorbitiones est molestus eis. Alexander. Oportet metiri medicamina sū mensurā posse virtutis cuiuslibet, teneris .n. corporib. debiliora: duris aut fortiora sūt adhibēda medicamina, quare oportet ex debilib. & fortib. medicaminib. summa consideres. Alexander. Diamoron simplex conferens ægritudinib. vna, & synanchiæ, & apostematib. duarum amygdalarū, proprie in principio. Accipe succi mori de sceni mediocriū in maturatione, & acerbitate, & mororū rubi similiter mediocriū inter maturum, & acerbum, & mellis, & rob, ana partes æquales, decoquantur semper abijciendo spumas vsq; ad essentiā mellis tenuis, & sunt ex hominibus qui ponunt ex succis mororum, ana partes iij. & s. & est operatio eius melior. Idē rob de moris aliud est maturatiuum, & lenitiuum. Rec. succi vtrorumq; mororum perfecte maturatorū, ana partes iij. mellis partem j. decoque sicut prius. Idem. Diamorō ex succis mororum thāni, & proprie non maturorū, & est stypticus, ceteris, & eius operatio fortis in principio est. Idē. Diamoron, qđ Gal. cōposuit. Accipe vini mororum, vini styptici, ana lib. iij. & s. mellis lib. s. omphacij, aut succi rosarū, ana vnc. ij. coquatur succus prius cū vino, vltimo pone mel: postquam coctionem habuerit, pone puluerē: & sunt qui addunt myrrhē, aluminis, ana dr. s. croci, dr. ij. Idem. Rob de cydonijs, aut pyris, aut mellis granatis, aut mēpilis, aut zarur, ad hoc cōueniens est, & qñque miscetur cum prædictis. Idem. Rob nucum omnibus his excellentior est, dicta est autem operatio rob nucum in antidotario. Idē. Medicamē conferens synanchiæ, apostemati gulę sanguineo, & cholericō, & est medicina leuis, resoluit .n. ipsū. Quandoque bibitur ex eo parum, & qñq; sit gargarismus ex eo. Accipe succi solatri, & feniculi, ana lib. semif. bulliant duabus, aut tribus ebullitionibus, & cola: & da cum zuccharo tabarzet, vnc. semif. croci danich. j. bonū, & expertum, si Deus voluerit. Mahemet Araf. Cōfectio medicaminis ad synanchiam experti. Rec. seminis harmel, sinapis, pyretri, seminis raphani, myrrhæ, assæ, baurach, salis ammoniaci, piperis, calamenthi, stercoris hirundinis, stercoris canis albi sicci, stercoris hominis sicci, cineris hirundinum, ana partes æquales. Terantur, & fiant sicut alcohol, & ex vna parte eius insuffletur in guttur, & ex alia fiat gargarismus, postquam conficitur cum melle, & accipiatur sicut vna galla ex ipso ad gargarizandum cū aqua mellis. Hoc autem medicamen est vtile, cum ægritudo

Regimen post
apostematibus
primum ser-
uandum.

Diap.

Folio
medic.

agritudo fuerit vltimata. Aboali. Medicamen
conueniens in sine synanchie, qñ festinatur ad
apertionem ipsius. Rec. cineris pullorū hiru-
dinū combustorum, stercoris canis albi adusti,
stercoris adusti, infantis pasti ex lupinis, stercor-
is hirundinis adusti, ana, salis ammoniaci par-
tē s. Fiat ex eis puluis subtilissimus, & suffletur
ex eo in guttur, & liniatur cū melle, & gargari-
zetur ex ipso, & fiat hoc in die cū iterationib.
pluribus. Gal. Cinis pullorū hirundinū siue re-
centiū, siue salitorum, et proprie cum radice li-
quiritiæ, & sint partes eorū æquales, sedat ve-
hemētiam synanchiæ statim, & hoc quidē bi-
bitum, vel linitum, & insufflatum in guttur, &
gargarisma ex eis. Idē. stercus canis albi come-
dentis ossa, & exiccātū, et redactū in puluerem
subtilissimū, & sufflatū in guttur, & linitum
cum melle, & gargarizatū, est ad illud medici-
na sublimis, & si liniat ex eo cū modico succi
cucumeris asinini, & melle, guttur deforis, &
cōferūt iuuamentū magnū. Ioānes Serap. Me-
dicamen cōferens synanchiæ fortiter. Rec. ba-
lausticæ, rosarum, salis ammoniaci, aluminis ia-
meni, ana dr. j. pyrethari, cubebe, ana dr. s. galla-
rū, spodij, croci, ana, chirat, iij. rob, dr. j. rob de
moris, vnc. iij. aquæ castæ sif. vnc. ij. Fiat ex eis
garga. Idē. Confectio diahirundinis iuuamēti
sublimis ad dolorē gutturis, & præfocationē,
& synanchiā. Rec. anisi, sem. apij, ameos, florū
squinarū, lilij clysteris, cinnamomo, amomi,
aristolochiæ longæ, aluminis iameni, harmel,
myrrhæ, castæ, liquiritiæ, croci, an. aur. ij. trochi-
scorū croci, magnæ, sem. rosarū, ana aur. iij.
costi, cineris hirūdinis recentis, ana aur. vj. spi-
cæ, amyli, ana aur. j. gallarum aur. j. & s. cōfice
cum mel. colato. Conferunt medicamen istud
in sine synanchiæ, & aliorum apostematū gut-
turis, & tunc proprie cum indigēt apertione, &
est ad illud fortius oī medicamine: & sumatur
ex eo, quātitas gallæ, & dissoluatur cum aqua
mellis, aut bordei, aut succo rosarum, aut aqua
rosata, aut lentium, & radicū liquiritiæ, & gar-
garizetur cum eo: & liniatur cū eis deforis in
guttore pluries in die. Modus autē comburen-
di hirundinis est in hūc modum, oportet eas,
primo decollari, vt sanguis earum fluat super
alas ipsarum. Deinde puluerizetur super eas
sal, deinde mittātur in olla vitrea stricti orificij,
& cooperietur, & sigilletur cum loto sapiētia,
& ponantur in furno vsque dum adurantur, et
conseruetur cinis earum, & vttere cum necesse
fuerit. Confectio trochiscorum croci magna.
Rec. cinnamomi, croci, ana dr. ij. rosarū, amo-
mi, costi, ana dr. j. myrrhæ, dr. iij. radicū liqui-
ritiæ, folij Indi, ana dr. ij. & s. Agrega cum vi-
no, & fac trochiscos.

De raucedine vocis. Cap. 6.

Raucedo vocis aliqñ accidit à malitia cō-
plexionis sine materia, & eius cura est al-
teratio sola. Si. n. accidat à siccitate acquisita

A ex puluere, aut fumo, aut vëto sicco, aut cibo,
aut potu inducete siccitatē, & imprimete in la-
certo vociferationis; Cura eius est cū lenitiuis,
& humectantibus de quorū summa est draga-
gāthum, & gummi arabicum, & liquiritia, &
& loch corū, & cōposita ex eis, & similia. Et si
sit ex inflāmatione, & asperitate, cura eius est
cū extingētuis, et lenitiuis, de quorū summa est
mucilago psyllij, & sem. cydoniorū, & medul-
la sem. cucurbitæ, & citruli, & aqua melonis
Indi, & similia. Et si sit à frigore lædente, & as-
perante lacertū vocalē, cura eius est cū reb. ma-
turantib. & frangentib. quod acquisitū est ex
infrigidatione, & cum hoc ē lenificātib. de
quarū summa est crocus, myrrha, & liquiritia
cum vitello oui, & ex eis est olibanū cum mel-
le; & passulæ, & similia, q̄ dicemus, & distingue-
mus post. Et qñque accidit ab humiditate iup-
flua: & cura eius est cū eis, quæ resoluunt ven-
tositatē, & humiditatē, de quorū summa est ca-
lamenthū, & iris, & piper, & similia. Aliqñ autē
accidit hæc passio à malitia complexionis cum
materia calida, vel frigida, & cura eius est due-
res. Prima est subtractio causæ. Secūda est adæ-
quatio, vel rectificatio effectus. Et prima quidē
perficitur cum educatione materiæ faciētis: & si
quidē fuerit sanguinea: cū phlebotomia cepha-
licæ, aut basilicæ, & si fuerit cū permisione cho-
lere, administranda est euacuatio eius cum eo,
quod est sicut aqua fructuū, & similia, & si nō
fuerit febris, tūc euacuetur cum lacte dulci, &
castia sif. & iuiubis, & similib. Si materia fuerit
phlegmatica, resoluatur cū hiera, aut cochijs,
& similib. Cōferunt ē in calida, aut in frigida
materia clysteres, & enemata solutiua in rei
exigentia. Secūda rem complent administra-
tiones medicinarum, impedimenta lacerti vo-
calis remouētium, & sunt quædam ex eis cali-
da, quædā frigida, quædā lenitiua, quædam ve-
ro humiditatē superfluā exiccantia, quamuis
siccum per se sit asperatium vocum. Summa
aut calidorum medicaminū emendātium no-
cumēta vocū, hæc est. Cubebæ, proprie cōma-
sticatio, & administratio eius cum chesmes cla-
rificat vocem, & ex eis est squilla sū oēm mo-
dum administrationis eius, & similiter loch ip-
sius; & loch de caulibus, & medicamēta facta
ex croco, & myrrha, & medicamēta facta ex
piperib. aut ex assa fetida cum aceto squilliti-
co, & croco, et acetū squilliticū est medicamen
bonum, & similiter opopanax, & radix eius, et
styrax calamita, & gluten albotin, & olibanū,
& calamenthū. Et expertum est medicamen,
quod. Rec. olibani partes v. myrrhæ partem j.
da cum vitellis ouorum, & cibi corū sint sibi
riones farinæ, aut mucilagines cum melle. Fri-
gidorū autem summa hæc est, mucilago psyl-
lij, & cydoniorum, & aqua melonū indorum,
vnum quodq; eorum administratū cū zuccha-
ro, & similiter aqua citruli, & aqua cucurbitæ.

Mesur.

Rr

& me-

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

medulla feminū corū, & portulaca, & semina eius, & grana papaueris, & ius atriplicis, in cibis, & maluarū: & aqua hordei, & aqua granatorū, & amyli, & amygdalarū, & iuiubæ, & cucurbitæ, & cucumeris, & citruli, & iuleb, subtilis, et similia. Lenitiuorū aut sūma hæc est, liquiritia, & succus eius administrata in oēm modū administrationis eius est lenitiuū bonū, clarificās vocem, cui accidit exasperatio pp quācumq; causam, & ex eis sunt chesmes passulæ sine ossibus, & mel passularum, & grana pini, & ficus siccæ pingues, & dactyli pingues, & fenugræcū, & semē lini, & radix lilij, & zucharrum, & cāna mellis, & coagulatū vnæ, & rob, & meybutege, & sorbitiones ex tabis, & medulla tritici, & vitelli ouorū, & lac cū melle in ieiunio, & sorbitiones furfuris ex tritico, & ex amylo, penidijs, & amygdalis dulcib., & amaris, & cerebella cū melle, & iuniores carnes cū rob, aut zucharo, aut melle, aut iusculis: et hydromel, & syrupus melinus, & vinū dulce, & succus de granatis dulcib⁹, et vinū de passulis, & de dactylis, & sorbitiones factæ ex eis. leuini vrantur loch alchiochiris cū loch de liquiritia cum melle, & similibus. Superfluitatem autem, & humiditatem exiccantiū, & mollificationē impressam in lacerto vociferationis, summa hæc est: squilla pprie, & acetū, & oxymel ipsius, & maxime vocē corroboratiū in hoc casu est sandaracha, & pprie cum aceto squillitico, ana, parum, & sæpe gargarizata, & ex eis succus alphefare, & loch eius, & loch de caulibus & de squilla, & piper cū vitellis ouorū, & cubebæ similiter, & olibanū de rob; & sint cibi eorum ius caulium, & cicērum cū pipere, & tali alphefare, in primis cum eleuatur a terra, & oua apparatus in cinere, & raphanus. Et cōfert eis vomitus, & pprie cū raphano, & similib. Rebus aut, quæ sūme aggregat qñq; in sorbitionibus, qñque in gargarismatibus, & qñque in lenitionibus, & lambitionibus, & qñq; necessitas expetit permissionem ex aliquibus rebus, quæ sunt in summis, & tunc facimus id cū consideratione, sicut ex necessitate cogimur, et de hoc nos loquemur, si Deus voluerit. Gal. Loch conferens raucedini, & asperitati vocis. Rec. sem. lini assi, xyloaloes, granorum pini, amygdalarū assarū, passularū enucleatarū, ana tere, & cōfice cū melle quantum sufficit. Gal. Confectio lenificans vocē. Rec. dragaganthi, vnc. s. granorū pini, vnc. j. & s. infunde dragaganthū in rob, quantum sufficit ad infundendū, deinde cōfice cū melle despumato, dosis eius, dr. v. mane, & sero, & vratur sicut labēdo. Idē. Confectio pilularū bechicarū. Rec. carnū dactylorū, dr. j. piperis longi, vnc. j. & s. cubebæ, dr. ij. sem. fen. dr. ij. & s. pinearū purgatarum, vn. s. amygdalarum purgatarū, zuchari, ana dr. viij. & cōfice & da in modum nucis. Filius Zazar. Loch clarificās vocē exasperatā cau-

sa caliditatis. Rec. dragagan. gūmi arabici, liquiritiæ, amyli, se. cucurbitæ, cucumeris, mellis, citruli, portulacæ, an. dr. ij. penidiarū, dr. iij. croci, dr. j. Fac formas similes lupinis, et teneat sub lingua. Idē. Aliud in causa frigida. Accipe liquiritiæ, pipe. albi, cubebæ, myrrhæ, olibani, gūmi arabici, an. aur. i. spicæ, au. j. rob, penidiarū, & mellis colati, quantum sufficit. Da cū aqua decoctionis liquiritiæ. Idem. Aliud valens similiter. Rec. sem. lini assi, amygdalarū dulcium mundatarū, & amararū, an. dr. x. penidiarum, vnc. j. & s. croci, cinnamomi, piperis, ana, dr. j. et s. mellis quantum sufficit. Lohoc ex inuentione nostra remouēs asperitatē vocis, et raucedinē. R. dragaganthi, dr. v. gūmi arabici, amygdalarum dulcium, amyli, sem. cucumeris, ana dr. iij. sem. cydoniorū, liquiritiæ, sem. citrulorū, an. dr. iij. penidiarū, vnc. iij. cōfice cū melle colato. Aliud ex inuentione nostra. Rec. ficū pinguium siccarum, carnū dactylorū, ana vn. j. et s. calamenthi sicci, vnc. s. dragaganthi, cubebæ, ana dr. et s. cōfice cū melle colato. Isaac Israelita. Confectio pilularū de croco conferentium cum virtute Dei, asperitati, et raucedini vocis ex frigiditate. Rec. croci dr. iij. cubebæ, drachm. j. et semis, succi liquiritiæ, olibani, ana dr. j. fac pilulas cum rob, et sint pilulæ magnæ, et teneat vnā sub lingua; et glutiat saluam eius, et est expertum bonum. Isaac Hebē Amara. Medicamen conferens dolori gulæ, et asperitati, et raucedini, expertum. Rec. croci, myrrhæ bonæ, piperis albi, an. aur. j. passularū enucleatarū, dragaganthi albi, ana aur. iij. amygdalarum dulcium mundatarū aur. iij. tere omnia, et confice cum melle colato, et reconde in vase vitreo, dosis eius est sicut auellana vnā. neat sub lingua. Sabor. Cōfictio medicaminis cōferentis raucedini vocis pp cām calidam, et dolori, q est in lacerto vocis, et remouet inflammationem, et sedat sitim. Rec. gummi arabici, drag. sem. cucumeris, ana dr. j. succi liquiritiæ, amyli hordeacei, vel frumētū, ana dr. ij. tere, et confice cum meibureg, vel cum mucilage seminis cydoniorū, et pyllij, et fac formas similes auellanis, et accipiat lambendo mane, et sero. Democritus, medicamen conferens abiectioni vocis a caliditate, et sedat sitim. Rec. sem. enc. mūdati, dr. v. succi liquiritiæ, dr. viij. sem. portulacæ, dr. j. confice cū albumine oui, et fac trochiscos, et teneat mane, et sero j. sub lingua.

S V M M A II.

De medicinis agritudinum pectoris, & pulmonis. Et primo de astmate. Cap. 1.



Asthma quandoque contingit propter causam, quæ est in ipsa pulmone, et partibus eius, et quandoque propter confluentiam ad ipsam a cerebro, et partibus capitis: quandoque propter communitatem ipsius cū alijs membris, Et contingens causa pulmonis,

monis, quā cōicat ei thorax sit ī occupatione, & cōpatiuntur in alterutrum, & tūc proprie cum sepelitur pulmo in thorace eadē occupatione concluso; est illud quod est suspectum, & timorolum, pereūt .n. plurimi subira p̄focacione, & interdum quasi p̄focati spumas emittunt, & turget eorū facies, & liuet: & oculi quasi foras p̄eminēt. Et quāq; est p̄p̄ impedimentum in ipso pulmone, & partib. eius tm̄. Est autē egritudo hęc senib. familiaris, & nō sanatur in eis. Pueris vero ēt accidit, verum, quāq; sanatur in eis in permutatione aetatis eorū, & iuuenib. raro tollitur, & quāque cū eo senescunt. Mulierib. vero nō s̄ape accidit: & citius sanatur in eis, q̄ in masculis. Contingit autē hyeme, & maxime in fine hyemis s̄m plurimum, & contingens in estate est praua, & multiplicatur in locis humidis, & in antris, & cauernis, et testudinib. Est ēt familiaris his, qui metallica operātur, & mine talia: & qui vtuntur odore sulphuris, & colophonie, & picis: & qui exercent artes plūbeas, & qui conlant argentum viuum. Et curantur quāque elongatione ab ipsis. Distinguendum autem in speciebus, asthmatis hoc modo. Si causa est in pulmone ipso proprie: & est materia grossa adherens, aut cōclusa in pulmone ipso, & cauernis, & meatib. spiritus, & est illud, quod est s̄m plurimum: tūc eius cura est quinq; res, prima est commensuratio regiminis in generibus rerum sex, secūda est adaequatio materiei eius, tertia est subtractio eius, quarta est diuersio eius, quinta est, correctio accidentiū. Primā quidem rem cōplēt commensurationes regiminis eius, primo aeris, vt locentur proprie in aere tēperato declināte ad siccitatem magnā, & laudatur eis cibi abstinentia, & potus, & paritas eorū, immo gradatio fiat in eis iuxta virtutis exigētiam, & morbi tolerantia, & sint cibi eorū proprie calidi, & sorbitiones calidae: & sint boni chymi, & sint, qui ventrem lubricū faciāt, sicut aqua hordei, & proprie aqua cicerū cum amygdalis amaris, & aqua hordei cū meloto, aut scōnugrēco. Dāda ēt sunt iuscula ex maluis cum amygdalis, aut ex chrysochana, aut blita. Deinde perueniendū est ad vitellos forbiles, & ad carnes teneras, & sūt proprie ex animalib. carnis leporis, & capreolorū, & carniū. Et ex volātib. carnes pullorum gallinarum, & pdicū, & similiū. Et pulmones animalū sunt mirabiles eis, & proprie vulpis, & ericij. Panis vero quo vtuntur, sit coctus, habēs semina, proprie sicut anisum, cyminum, scōniculum, nigelia, carthamus, nasturtium, & similia. Ex piscib. vtātur piscib. quāmosis, & petrosis, & agilibus. Et saturitas est eis mala. Potus autē eorū sit vinū subtile, antiquū, pauca quantitatē, & vinū dulce est amicū eis cōfortatum cū aliquo ex subtiliatis, & hydromel est eis potus bonus, & potus supra cibum est eis malus,

quare oportet, vt expectetur supra cibū diu, deinde bibat parū, hora post horā. Vitēt autē repletionem, & nausēā, immo si accidat, vomitu expellatur. Et ex bono regimine est, vt eis semper affluat vētris lubricitas cū eis, q̄ sunt sicut ius galli antiqui cū medulla carthami, & aqua volubilis, & sicla, & pp̄rie administrata ante alios cibos: & cōferunt ad hoc carnes cōditae, & salitae, & oua tarachi. Si autē cū his natura nō leuatur, administretur aqua hordei cocta cū modico euphorbij, est .n. iuuamētī sublimis: aut aqua hordei, cū puluere ireos: aut decoctionis epithymi, cum rob, aut melle: aut decoctio ficū cū iride, aut cum hafec, aut calamentho: aut decoctio calamenti cū melle, aut hyssopi cum rob: aut passularū, & scōnugrēci cū melle origani perfici. Decoctio cū aqua hordei est mirabilis, & proprie cū melle, & similiter passij, & radicū raphani, & similiū. Vitent somnū supra cibum, & paritēt somnum: iaceāt in domo lucida, & modus sit accubitus, vt videātur potius sedere q̄ iacere, sedendo .n. melius, q̄ iacēdo respirant, iacēdo autē difficulter. Exercitati autē oportet cum gradatione extardo ad velocē, ex paruo ad magnū qualiscūque fuerit, in ieiunio. Et exercitatio p̄ loca decliua, & arenosa, cōfert, & similiter currere p̄ ea interdū iuat: & vehi p̄ mare, & nō multū, ne virtus defatigetur: & similiter duci de loco ad locū lecto p̄cili. Exercitia autē animi iucūda cōferunt eis. Secūda rē cōplēt administrationes medicaminū morbi materia carminantiū, & maturatiū, & aggregantiū in se humectationē, & subtiliationem, & incisionē, vt cada maturatione in corpus materiae integra. Quare vitāda sunt subtiliātia, & incidētia, & prouocātia, ne excludatur, & separet subtile a grosso, & nō amplius recipiat curā. Ex vere autē maturantib. est ius galli antiqui p̄parati s̄m artē, & oxymel squilliticū cū aqua passularū, & ēt syru. de hyssopo, & decoctio de hyssopo, & syrū recipiens passularum enucleatarū, & scōnugrēci partes æquales: quā est iuuatiuus valde, & syrū de passio, & alia, quorū narrationē faciemus post. Et inungātur pectora eorū cōfricando frigatione cōueniēti, vel vehemētī cū oleo de cheiri, & pp̄rie citrino, & anethino, ole. de chamæmelo, aut laurino tepidis, superponendo eis lanas hyssopi calidas. Et ex vnctionib. magni iuuamētī est oleum de lilio, & oleū de iride: & eis fortius est hyssopi cerotum, & cerotum nostrum, cuius narrationem faciemus post, si Dens voluerit. Tertiam rem complēt administrationes euacuationum ex phlebotomia & solutione ventris cum medicina, & enematis solutiuis. Et si quidē materia fuerit calida sāguinea, cōfert phlebotomia basilica, & si cōringat passio propter retentionem hæmorrhoidum, aut menstruorū, eorum prouocatio est iuuamenti decentis. Si abūdat

Mēsa.

Rr 2 cum

MESVE DE ÆGRI PECT. ET PVL M.

cum sanguine cholera. soluaturnatura cū tro-
chiscis de violis, quorū narrationē faciemus, et
scribemus, & similib. Si vero contagiāt ab exu-
berātia phlegmatis viscoli, & pinguis, & est, id
quod est sū plurimum, euacuetur cū cochijis,
aut hiera, & pilulis de agarico, & pilulis de co-
locynthide, quarū permissionē scribemus post
& alijs. Et si non fuerit natura obediens, facie-
mus elyteres precedere purgationē, & pprie,
si oportet acutos. Et ex bono regimine est, vt
fiat euacuatio, & pprie renouās numerū, & ca-
dat inter purgationē, et purgationē administra-
tio vomitus post raphanum, & pisces salitos, &
almuri. Et sunt ex hominib. qui insigunt fustes
ellebori albi in raphano, & propinat raphanū
per diem; ac noctem extracto inde elleboro. Et
sunt, qui prouocāt vomitum cum sinapi, sale,
& almuri in aqua, & melle, aut in oxymelite,
aut cum sinapi, & baurach, & oxymel, & caue-
ne cadat in vicissitudinē administrationū fre-
quentia, & debilitetur virtus, sed sit interpola-
tio competens. Quarram rem cōplēt fricatio-
nes factæ in extremitatibus, v̄ecolationes factę
in scapulis, & cruribus, & appositiones rubifi-
cantiū, & cauterium in zuhendeck, & similia.
Quintā rē cōplēt administrationes medicami-
num anhelitum facilitantiū, aut materias, quæ
sunt in pectore per screatum facile educētium,
aut humiditates superfluas exiccātium. Medi-
cinarū anhelitum facilitantiū summa hæc est,
squilla assata, & administrata cū melle, aut tro-
chisci ex ea cum rob, aut oxymel ipsius, et ace-
tū, & loch ipsius, elargāt anhelitus vias, & ab-
stergunt. Et ex reb. mirabilib. ad hoc est pulmo
vulpis siccus, & pprie, dr. ij. cū eo, quod con-
uenit ex potibus. Et ex eis est hyssop⁹, & hæce,
& calamentum, & organum persicū, & ani-
sum, & piper. Gal. autem dicit, quod decoctio
passularum enucleatarum, fenugr. & rutę cum
modico castoreo commodius frequenter data
operatur. Itē dixit, quod gutta ammoniaci pro-
pinata cū oxymelite potenter liberat. Et ex eis
est decoctio hyssopi cū melle, & ficub. Et ex eis
est crocus cum melle: elargat. n. anhelitū, & si-
militer cyminum mistum cū aceto. Et ex val-
de expertis difficultati anhelitus est laurus, &
grana eius, & oleum ipsius sū omnē modum
administrationis eorum siue bibitum, siue loch
ex eis, & siue vnctiones. Et ex reb. expertis est
enula, & succus eius. Et ex vnctionib. expertū
est oleum laurinum, & olū de spica, & oleum
rutaceum, hyssopi cerotū, & similia. Et ex eis,
quæ emplastrantur, sunt anethū, & chamæme-
lū, & sampuchus, quæ decoquantur, & euapo-
rētur eis, pectus, & partes vicinę. Ex medicinis
autem compositionis, quæ conferunt stricturæ
anhelitus, & difficultati eius, sunt mithridatū,
& theriaca, & athanasia magna, & parua, me-
dicina de muscho dulcis, & amara, & diasul-
fur, & diamarte, pprie sagzencia magna, et par

Facilitantia
anhelitum.

ua, & philoniū, & pprie diatrion pipereō, &
alia, quorū narrationes faciemus post. Medica-
minū vero pectus mūdificantium, & pulmonē
ab humore grosso, & putrido, et oppilationē,
summa hæc est hyssopus pprie sū oēm mo-
dū administrationis eius, & hæce, & organū,
& serapinum, & pprie cū vino, & medicina
de squilla: vrtica vero, & semen eius iuuamen-
tum est manifestum: educit. n. humores grossos
sepultos in pulmone, & pectore, & pprie for-
bitiones decoctionis eius in aqua mellis, & hor-
dei, & ficubus siccis: & radix alfesare sū oēm
modum administrationis eius est mirabilis: &
simili: et tali eius in primis cū eleuantur: & ex
eis est nasturtiū cum incisione, & subtiliatione
sua, & similiter capparitis salita, & similiter por-
rū, & semen eius cum aqua hordei, & melle, &
decoctio volubilis cum oxymelite est mūdifi-
cat uū bonum: & similiter sceli cum melle: &
similiter iris: expellit. n. materias, & mūdificat
pectus efficaciter. Serapinum aut cum aqua ru-
tæ est ex mundificantib. pectus, fortiter extra-
hēs ab eo humores crudos, & pprie eius, dr.
j. tertiæ duæ. Mundificant et pectus oēs species
granorum pini à sanie, & grossis humorib. sū
omnem modum administrationis eorū. Iuua-
mentum decoctionis calamenti cum ficubus,
aut passulis enucleatis in extractione grossorū
humorum ex pectore, & pulmone, & dilataro-
ne anhelitus est sublime; similiter facit come-
stio ipsius cū amygdalis, & zuccharo, aut mel-
le, aut ficub. siccis, huius est intentionis est alha-
sce, & sator arabicū, et laurus, et grana eius cū
melle. Medicinarum autem exiccātium super-
fluā humiditatem aggregatā in pectore, & pul-
mone, quib. vtēdum est in suffumigijs, et inter-
dum potionibus, summa hæc est. Arsenicū tri-
tū, & distēperatū cū vitellis ouorū. Deinde ac-
cipe ferulā, et incide eam per frustra rotūda, et
imbibantur prædicta medicamina, & dimitte
exiccari. Et fiat suffumigatio cū eis, & recipia-
tur fumus in os per traiectorium, & assiduetur
per aliquot dies oī die ter, quā sanat. Et derelia
quatur vehementia exiccationis in pectore, &
pulmone redeundo ad mollificationē pprie,
H sicut est syrup. de chesmes, & decoctio ficub., &
ius gallinę, & ius atriplicum, & maluarum de-
coctarum cū gallinis, & quæ hoc cursu proce-
dunt, & ad inuentiones pectoris. Deinde redeun-
dum ad administrationes medicaminum sum-
mæ huius, & non negligatur operatio hæc, quā
sanat. Huius est intētionis est sulphur citrinum
mistum cū arsenico, & pprie sint eorū partes
æquales, & fac formas similes auellanis cū adi-
pe renum caprarū, aut vacę, & vtire, sicut di-
ximus, per traiectorium. Et ex eis est myrrha,
costus, aristolochia, et casia, et crocus, et arseni-
cum. Fiant ex eis formæ cum adipe caprarū, &
vtire. Similiter * arsenicum, & aristolochia, si-
militer cum adipe caprarū. Et huius intētio-
nis ex

nis ex eis, quæ dantur per os, est sulphur cū ouis
 forbilibus: aut sulphur, & * arsenicū cum ouis,
 Et cū melle, aut * arsenicum cū aqua mellis, aut
 pilulæ ex * arsenico, & gummi pini, & nos plura
 intencionis huius scribemus postea, si Deus vo-
 luerit. Cura autem asthmatis facti à materia ca-
 tarrhali est duæ res. Prima est intentio, quā ad-
 hibere oportet in prohibitionē catarrhi, & hoc
 quidem dictum est in cura eius. Secunda inten-
 tio est in maturatione, & expulsionē eius, quod
 aggregatū est in pectore, & pulmone: & hoc di-
 ctum est in præsentī cap. Factum autē à comple-
 xionis malicia sine materia, curatur cū eis, quæ
 diximus. Et si quidē fuerit à siccitate, & corru-
 gatione pulmonis ad seipsum: tūc pōt cōtinge-
 re s̄m duos modos. Aut. n. est sine febre, & cura
 eius est inunctio pectoris cum enematibus, aut
 cum emplastrationib. vel vnctionib. mollib. &
 frequētatio potus lactis, & proprie caprini, aut
 asinini, & comestionis eius: & oportet, vt sit pa-
 tus animalium ex reb. humidis, sicut proprie
 herba hordei, lactuca, & malua, & similia. Et
 frequēter balneatio in tina cum frictione facta
 cū ouis, & mica panis infusa. Et sunt cibi eorū
 iuscula ex attriplice, et malua, et portulaca: aut
 pullis, aut oua forbilia: & accipiant ex loch, &
 alijs medicinis curantibus siccitatē pectoris, de
 quibus loquimur post. Si autē fuerit cū febre,
 cura eius est potus aque hordei, & iuleb subtile,
 & aqua melonū Indorum, aut cucurbitæ, aut
 aqua eorum zucc. aut per se, & sit cibus eorum
 proprie cucurbitæ, lactucæ, oleræ, & herbæ hu-
 midæ cum oleo amygdalarū dulcium, & detur
 in potu in matutinis, & in sero mucilago psyl-
 lij in aqua citruli, & cucurbitæ, & melonis In-
 di. Inūgatur autē pectus eorū cū cerato Gal. aut
 cū cera, & oleo violato imbibitis in mucilagi-
 ne psyllij, aut in aqua portulacæ, aut lactucæ, &
 citruli, & similiū, & vtatur loch, & syrup. & me-
 dicinis conuenientib. quæ dicentur post. Cū au-
 tem febris declinauerit, intret tinā, & fricetur
 corpus, sicut iam diximus. Factum autem à su-
 percalefactione pulmonis, & pectoris, curatur,
 sicut hic proxime diximus. Gal. ait cū peruen-
 tum ad accessionē fuerit, tunc potius blandien-
 dum, quā curandum. Peruenitur .n. interdū ad
 præfocacionem in exiccatione medicaminum,
 quare regimina distinguenda sunt. Et primo in
 regulatione vitæ eorū, vt parcitent cibis, & po-
 tib. cum gradatione, sicut natura expostulat: &
 regulentur in alijs generib. rerum, sicut scis. Se-
 cūdo, peruenitur ad maturantia, & proprie me-
 dioctis abstersionis, aut debilis, ex his, quæ scis;
 & gradatim ad linimenta, & vaporaciones ex
 his, quæ scis. Tertio ad frictiones, & ligaturas in
 extremitatib. cum gradatione. Quarto, si signa
 plenitudinis sanguinis appareāt, phlebotomē-
 tur in basilica, si autem signa aliorū humorum
 appareant, differāt à purgatione, & vomitu, &
 clysterizatione, quousque iam vehementia pa-

A roxyfmi cessauerit, & maturatorū, & faciliū
 excreatum apparuerit abundantia, & anhel-
 tus melicratio, tunc. n. audendum est super his,
 cum cautela. Quinto si paroxyfmi vsque ad
 xl. dies non declinauerit; tunc inter spatulas
 ventosetur cum scarificatione, vsq; dum com-
 petens sanguinis euacuatio fiat, deinde admini-
 strentur hieræ, & euacuaciones notæ, & clyste-
 res acuti, cum gradatione, & vomitiua medici-
 na, sicut in canone distinctū. Sexto, si adhuc vi-
 terius paroxyfmi extēdatur, sinapismus in pe-
 ctore, aut medicamen rubificatiū apponetur,
 hæc. n. operatione, & ordine tollitur ægritudo,
 si Deus voluerit. Democritus. Dāda in primis,
 quæ aptant materiam, & digerunt; & ad termi-
 num facilitatis & maturationis adducūt: qua-
 lia sunt foenugræcum, vuæ passæ, ficus sicca, &
 pingues, & dactyli pingues, & mel, & syrup. ex
 eis. & ex eis sunt vnctiones circa pectus, et pro-
 prie ex hyslopi ceroto cum calida lana. Cū au-
 tē materia, & sputamina digesta apparuerint,
 administranda deinceps, & maturantia prædi-
 cta, & materiā digestā educentia, pectus quoq;
 mundificantia, qualia sūt vrticæ semina cū hy-
 dromelite, & organū, & hyslopis sicca, & ca-
 lamentum, & iris, & pulegium, hæc. n. pectus
 mundificāt. Et si materiæ apparuerit exuberā-
 tia; vomitum prouocabis, & cum iteratione, &
 proprie cū elleboro in radice raphani incluso,
 & oxymelite. Et si adhuc opus maius, p ventrē
 materiam educes. Vltimo autem, cum res ma-
 gis processerit, danda sunt, quæ exiccant mate-
 riā, & pectus elargāt, qualia sunt squilla in ace-
 to cocta, pumices, baurach, fæces vini cōbuste,
 auripigmentum, sulphur, de singulis partes æ-
 quales, fiat eorū contritio bona, & misce cum
 melle, & da mane quolibet cochlearium. i. hoc
 nāque medicamē asthma difficile, & tussim cu-
 rat. Filius Zachariæ Arafī. Imprimis vtendum
 est rebus, quæ materiam maturēt in pectore si-
 cut est proprie decoctio hæc. Rec. ficuum sicca-
 rum, dr. x. passularum enucleatarū, dr. x. dacty-
 lorum pinguium, dr. vij. se. apij, feniculi, capil-
 lorum ven. liquiritiæ, hyslopi, prassij, foenugre-
 ci, ana dr. v. coquantur in aqua sufficiēti, & da
 D ex eo in omni die circiter li. s. cum mellis, vnc.
 j. Et cum maturationis signū apparuerit, da ex
 decoctione prædicta cum dr. ij. confectiois hu-
 ius, cuius hæc est permistio. R. succi liquiritiæ,
 hyslopi, capillorum veneris, ana dr. x. cordume-
 ni, piperis, amygdalarum amararum, aristolo-
 chiæ rotūde, seminis vrticæ, ireos, baurach, na-
 sturtij, seminis raphani, ana dr. v. mellis despu-
 mati quantum sufficit, est enim medicina bene-
 dicta ad expellēdum superfluitates sepultas in
 pectore; potenter enim repellit eas. Cum au-
 tem hoc per octo dies, aut amplius feceris, pro-
 uocabis vomitum, & proprie post esum sina-
 pis, & mellis. Et postquā hoc feceris, tertio vē-
 trem solues cum pilulis: quarū descriptio hæc

Mesua.

Rr 3 est.

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

est. Rec. agarici, dr. iij. pulpæ colocynthidos, E
 hyslopi, ana dr. ij. & s. lucci liquiritiæ, dr. tres,
 prassij, ireos, feminis vrtice, sinapis, ana dr. j. &
 semil. turbitih, hieræ picræ, ana dr. v. dosis earū
 est à dr. ij. vsque ad iij. dabis autem ter vsque
 in hebdomadā: perfecte enim mundificatur
 pectus, & si post hæc tota non tollatur ægritu-
 do, redi ad administrationem omnium, quæ di-
 cta sunt secundum scriptū ordinem, & hoc fa-
 cias vsque dum tollatur ægritudo, si Deus vo-
 luerit. Isaac Heben Amaran, curauit quendam
 patientem difficultatem anhelitus, & tussim dif-
 ficilem secundum hunc modum. Imprimis de-
 dit maturantia, & digerentia materiam, secun-
 do euacuauit cum his pilulis, quas nominauit
 cochias. Recipe aloes rubei, dr. vj. agarici, dr.
 iij. mastiches, colocynthidos, sarcocollæ, ana
 dr. ij. stegchados, hasce, scamoneg, ana dr. j. &
 semil. fiant pilulæ sicut cicer cum aqua feniculi
 humidil, dosis earum est dr. ij. & sem. de quar-
 to in quartum diē in mane. Deinde habeat ci-
 bum, pullos coctos cum maluis, aut atriplice,
 tertio dedit de electario huiusmodi, quod con-
 fert tussi, & constrictionibus anhelitus. Recipe
 feminis melonis, citrulorum mundatorum, al-
 cheremben, feniculi, anisi, amygdalarum, pi-
 nearum mundatarum, hyslopi, capillorum ve-
 neris ana drachmas decem, croci aureos duos,
 casie, dragaganthi, liquiritiæ, ana dr. ij. opij au-
 reum, j. tere, & confice cum li. j. penidiarum, &
 dosis eius est aur. j. in mane cum decoctione
 hyslopi: & in sero ponat ex eo sub lingua circi-
 ter dr. j. & trāsgluriat saliuā eius, & sumat om-
 ni mane iusculum ex amylo, & fursure cum pe-
 nidijs, & amygdalis, & feminibus feniculi trit-
 tis, & in sero comedat maluas vel atriplices,
 vel bletas cum pullis, vel pullos cum zuccha-
 ro, croco, et amygdalis, et passulis, et pauco ace-
 to. Eterat ei de consuetudine si corpus erat
 plenum abundans, post quartam purgationē,
 & si tempus fauebat, phlebotomare patientem
 de basilica, & præcipiebat trahi de sanguine à
 dr. l. vsque ad dr. octoginta, & secundum istam
 viam curauit plurimos. Isaac Heben Amaran
 fecit cuidam pati. nei asthma, & difficultatem
 anhelitus, & tussim. Rec. farine cicerum, amyg-
 dalarum dulcium, sem. melonis, dragaganthi,
 thuris masculi, botron, ana dr. x. prassij, capillo-
 rum ven. hyslopi, calamenthi, ana dr. iij. ho-
 scyami albi, liquiritiæ, sem. papaueris albi, ana
 dr. x. tere, & confice cum mellis duplo ponde-
 ris omnium, & reconde in vase vitreo, dosis e-
 ius est, dr. ij. teneat sub lingua, & trāsgluriat sa-
 liuam eius. Zeid. Medicamen conferens tussim,
 & asthma, ac strictionem anhelitus. Recip. sem.
 melonis, citruli, cucumeris, cucurbitæ munda-
 tæ, feminis lactuce, liquiritiæ, amygdalarū dul-
 cium, & amararum, granorū emeluth magno-
 rum, ana dr. x. papaueris albi, dr. xx. styracis,
 granorum mahalep mundatorū, feminis mal-

ua, ana dr. v. croci, opij ana dr. ij. confice cum
 melle, et zuccharo, & sit dosis eius sicut nux cū
 aqua tepida, & inūgatur pectus cū aliquo eo-
 rum, quæ conueniūt, & ieiunet omni die super
 medicamine, circiter hor. vij. Idē. Loch confe-
 rens asthma, & tussi siccis factis à cholera sic-
 ca, & facit spuere, & cōfert apostemati pulmo-
 nis, & panniculi, & est expertū. Rec. farine fa-
 barū, dr. x. amyli, dr. v. feminis cucumeris, me-
 lonis ana dr. vij. & s. cydoniorum, malua, dra-
 gaganthi, liquiritiæ alcheboron, an. dr. vij. pa-
 paueris albi, dr. xxx. tere, & confice cū rob, dr.
 c. penidiarum, dr. xxx. & fac formulas similes
 nucibus, & teneat sub lingua, & trāsgluriat sa-
 liuam eius, deinde bibat sorbitiones surfuris te-
 nues cū pauco oleo amygdalarum dulcium, et
 penidijs: & in sero comedat spinachia, aut atri-
 plices, aut siclam cum oleo sisamino, aut amyg-
 dalarum. Hamech. Syrupus de prassio mirabi-
 lis, conferēs cum auxilio Dei asthma, & diffi-
 cultati anhelitus, & tussi, & phlegmatis aggrega-
 to in pectore senū, bonū, & expertum. Rec.
 passularū pinguium enucleatarum, iuiubarum
 pinguiū sine ossib. & sebestē, ana dr. c. ficus pin-
 gues, xxx. capilli ven. hyslopi, calamenthi, li-
 quiritiæ, ana dr. xx. corticū radicū apij, fenicu-
 li, anisi, ana dr. x. prassij, dr. l. aquæ pluuiialis, li.
 xv. Bulliant vsq; ad lib. iiii. & pone super re-
 duo aquæ lib. vj. & bulliāt vsq; ad lib. ij. deinde
 accipe vtrāq; aquā, & pone super eā mellis
 boni, & penidiarū, & meibueg, dr. ana cl. & sit
 dosis eius, vnc. iij. cū aqua calida. Et cib. eorū
 sorbitiones factæ ex fursure, aut tritico cū mel-
 le aut penidijs, & oleo amygd. carnes cū tritico,
 vel bletis cū speciebus humidis, sicut est pro-
 prie zingib. anisū, darfeni, & similia. Hamech.
 Syrupus alius de prassio mirabilis, conferēs cū
 auxilio Dei tussi phlegmaticæ, & asthma diffi-
 cili, & aggregationib. phlegmatis in pectore se-
 num. Rec. prassij, dr. xx. liquiritiæ, hyslopi, cala-
 menti, capilli veneris, ana dr. x. radicū apij, fe-
 niculi, anisi, ana dr. v. amygdalarū pinearum
 mundatarū, & sentgr. ana dr. ij. & s. passularū
 enucleatarū, dr. c. iuiubas, & sebestē, an. l. ficus
 siccas x. mellis, rob, penidiarū, an. li. ij. fiat sicut
 prius bonū, & expertū. Hamech. Syrup. iuiubi-
 nus cōfert asthma, & ægritudinib. pectoris sã
 guineis, & cholericis, et asperitati, et siccitati ip-
 sius, et dolori. Accipe pulpæ iuiubarū pinguiū,
 & pulpæ sebestē, ana dr. c. liquiritiæ mūdare, ca-
 pillorū veneris, ana dr. xxx. sem. mal. dragagā-
 thi, an. dr. xx. sem. melonis, dr. xx. aquæ pluui-
 lis calidæ lib. xv. dimitte die, ac nocte, deinde
 bulliāt lēto igne vsq; ad li. v. deinde cola, & po-
 ne super residuo iterū aquæ li. viij. & coque vs-
 que ad lib. iij. deinde accipe vtramque coctio-
 nem, & pone mediū pondus aquæ ex penidijs,
 & zuccharo, et fiat syrupus, et dosis eius sit vn-
 j. cum aqua calida. Et si adsunt vigilia, adiūge
 seminū papaueris, & corticum eius, & seminū
 lactu-

Quoniam mi-
 Isaac asthma-
 ticum curauit
 etc.

Syrupus de
 prassio mirabilis

Syrupus iuiubi-
 nus

lactucarum, ana dr. x. vel exprime lac eorū, & misce cum syrupo, & da. bonū, si Deus voluerit. Hamech. Si asthma sit ex grossis humoribus, detur syrupus pectus, & pulmonē à grossis humoribus mundans, & conferens anhelitui. Recip. radicem apij, fēniculi, anisi, ana aur. vj. radicem liquiritiæ, aureos iij. amygdalarū dulcium, & amararū, ana dr. iij. anisi, hyssopi, feminum maluæ, ana dr. v. passularum enucleatarum, carniū iuiubarum, ana drac. xx. ficus ficcas vj. coq; in li. vij. aquę vsq; ad tertiā partem, & da bibere cum melle aut penidijs: & da vsq; ad hebdomadam vnam, deinde da cū eodē syrupo electarium, quod recipit ireos, hyssopi, orobi, aristol. rotidē, calamēthi, hasee, casie, an. dr. ij. costi, spicæ, an. aur. semif. prassij aur. j. & semif. ficus ficcas pingues, dactylos pingues, ana dr. v. passularum enucleatarum, amygdalarum dulcium, & amararum, pinearum mundatarum, ana drachmas sex, confice cum melle colato quantum sufficit, & sit dosis eius, dr. iij. Hamech. Si asthma, & tussis fuerit cū dominio sanguinis, aut cholere, phlebotometur basilica. deinde succus scariolæ, aut solatri, & fēniculi humidi coctus, & depuratus deī cū melle vel zucchero violato, aut syrupus violatus cum aqua cucurbitæ, & si indiget mundificatione soluat cū aqua fructuū, quæ est fm hūc modū. Recipe carniū iuiubarum, drac. xx. succi cucurbitæ decoctę in pasta, drach. quatuor, succi solatri, & fēniculi humidi, ana vnc. iij. casie fistulæ, zucchari violati, tereniabin, ana vnc. j. olei amygdalarum dulcium, & recentium, dr. vj. lactis mulieris iuuenulæ, drac. j. Pectus aut inungatur cum ceroto fm hunc modum. Accipe olei violati, dr. iij. cereę albę, vnc. j. coquassentur prius in aqua dulci p vices plures, deinde coquassentur cum mucilagine semin. cydoniorum, & mucilagines psyllij, & mucilagine dragaganthi, & lacte mulieris, conuassatione super coquassationem vsque dū impinguetur. Confectio loch conueniens eis. Rec. sem. melonis, & citruli, & cucumeris, & cucurbitę, ana drachmas ij. sem. lactuceę, & portulacę, an. aur. j. papaueris albi, aur. ij. Terantur omnia contritione vltima: & inuolue ea cū oleo amygdalarum dulciū, & recenti, deinde confice cū syrupo. Cuius hic est modus. Rec. aquę cucurbitę coctę in pasta lib. j. & semif. & projice super ipsam feminum cydoniorū aur. ij. psyllij, dr. ij. dimitte ea p horas duodecim, deinde coquassentur manibus, & coletur. Accipe mucilaginis eorū, vnc. vj. syrupi violati, vn. viij. coquat vsq; dum mediocrē habeat spissitudinē: & fiat loch cum alijs, & sit dosis eius, dr. iij. vel iij. cum lacte recenti, si non est febris: & si est febris, cum aqua hordei, aut cucurbitæ, aut citrulorū, aut feminum portulacæ, & confert etiam febribus exasperantibus, & siti vehementi cū aqua frigidissima. Et si adsunt vigiliæ, da cum lacte, qđ

A mulget ex papauere albo, & aqua frigida. Dioscorides dixit. Aquam decoctionis ficuum, hyssopi sicca, fœnugræci, esse mundificarium bonum pectoris, & pulmonis, aut aquā decoctionis hyssopi, passularum, & fœnugræci cum melle. Et dixit aquam decoctionis hordei cū vrticis similiter mundificare pulmonem, & pectus à grossis humoribus: aut semen vrtice cū aqua hordei, & melle, & est fortius. Dixit iterū porrorum elixaturā, aut semen eorū in aqua hordei cum melle valere asthmati, & mundificare pectus, & si fiat vomitus cū ea, & baurach, est iuuamēti sublimis, & dixit, quod ius galli multæ antiquitatis, & proprie cum hyhopo, & hasee, & cartamo, est ad asthma medicina mirabilis. Et decoctio quandoq; galli, & ireos confert similiter, abstergit enim, & mundificat absterfione, siue mundificatione forti. Et quandoque additur polypodium cum anetho. Dixit iterū. Grana lauri cum aqua hyssopi, passulis, & melle esse medicamen sublime, aut cum aqua calamenthi, & hasee, & melle. Hermes tradidit medicinas mirabiles ad asthma, & tullim, & eius descriptio est. Rec. sauinæ foliorum siccorū tritorū sicut alcohol, vn. j. inuolue cū butyro vacino pluries loto aur. iij. confice cum melle colato quantum sufficit, & post ipsum alij addiderunt liquiritiæ, drac. v. pinearum purgatarum, amygdalarum mundatarum, ana drac. iij. dosis eius est ab aur. ij. vsq; ad au. iij. Paulus. Medicamen ad idem. Recip. sauinæ aur. ij. mellis, & butyri quantum sufficit ad aggregandum, & sit dosis drachmæ iij. cum decoctione passularum, & hyssopi. Rufus inquit. Trado medicamen expertum, & est maxime secretum, & est, vt des pulmonis vulpis sicci, drac. ij. cum aqua mellis, & sumat cū celeritate, & pprie frequēs ipsius sit administratio. Filius Zachariæ Arasi. Modus decoctionis hyssopi, & est decoctio minor conferēs tussi, & asthmati à caliditate, & asperitati pectoris. Rec. ficus ficcas. x. & iuiabas xxx. sebesten totidē, passularū enucleatarum, liquiritiæ rasæ, ana dr. x. feminum altheæ, cydoniorum, hyssopi, violarum siccarum, an. dr. v. decoquantur cum aqua lib. iij. vsq; ad lib. j. & dosis eius omni die sit vn. iij. cum myrobal. violarū ab aur. iij. vsq; ad vnc. j. & sumat post illud mane, & sero ex hoc loch, quod Recipit capilli ven. feminum melonum, citrulorū, ana drac. v. confice cum syrupo violato, & sit dosis eius, dr. iij. & si sufficit, bonū. Et si fuerit cum eo febris, detur ei in potu cū vadit dormitum mucilago psyllij cū aqua citruli, aut cucurbitę, aut cū aqua, qđ mulget ex semine portulacę: & teneat in ore suo formas similes lupinis, quarū hæc est descriptio. Recipe succi liquiritiæ, dr. x. seminū cucurbitæ, citruli, portulacæ, ana dr. v. confice cū mucilagine psyllij, & albumine oui, & bibat cum aqua permissionis iuleb. Si autem nō fuerit cum eo febris, detur lac recens

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

ad porandum, & comedendum cum pane, & forbendū ex ea hora post horam, vt frangatur fitis, & sit lac, qđ mulgetur proprie ex capris, quarum pastus sit herba hordei, & lactuca, & spilia. Et confert emplastrare pectus cū cera, & oleo violato imbibitis in mucilagine psyllij, aut aqua portulacæ, aut lactucæ, & similiū. sit cibus eorum pedes, & capita hœdorum, aut puli cum cucurbitis, aut chist cum oleo amygdalino, aut sorbitiones, & sauch hordei, aut tritici cum zuccharo, & frangat aquā frigidam cum iuleb. Si autem sit in pectore aut pulmone materia calida aliquid grossitiei habens, admistrentur trochisci cū decoctione hyslopi prædicta, quorum hæc est descriptio. Recipe succi liquiritiæ, violarum siccarum, ana dr. decem, amygdalarum amararum, sēminū althææ, dragaganthi, sem. fēniculi, ana drach. iij. Confice cum mucilagine psyllij, & femine lini, & cydoniorum, & da cum syrupo violato, festināt. n. maturaciones, & faciūt sputum facilem. Si autem mundificatione corporis indigeret, soluat natura de quarto in quartum diem cū hac infusione. Recip. pulpæ castiæ fistulæ, myrobal. violarum, siracost, ana vnc. j. trochisci de viol. drach. iij. distemperentur cum decoctione hyslopi prædicta, & da in mane. Confectio trochiscorum de violis est huiusmodi. Rec. foliorum violarum mediocriū in exiccatione & humectatione. drach. vj. turbith boni arundinei, dr. iij. succi liquiritiæ, tereniabin, ana drachm. ij. scammonæ, drachm. ij. Fac trochiscos, valent autem ad constrictionem anhelitus, & leniunt naturam, & mundificant pectus. Filius Zachariæ. Modus confectionis hyslopi, & est decoctio maior, conferens etiam tussi, & asthmatis a materia grossa multæ humiditatis, mundificat enim pectus, & pulmonem ab ea, & saniam si fuerit in ipsis. Recipe ficus siccas albas, & pingues. x. numero, & dactylorum pinguium tantundem, foenugræci, radicem apij, fēniculi, semi. vtriusq; feminum vrticæ, anisi, hyslopi siccæ, calamenti, ireos, prassij, ana drachm. v. liquiritiæ munda, drach. x. capillorum veneris drachm. vij. decoquantur in lib. iij. aquæ vsq; ad tertiam, & sit dosis eius, vnc. iij. cum melle, & datur conuenienter. Medicamen de gentiana, quod maturat, & educit a pectore humorē grossum aut saniosum. Recip. capillorum ven. drachmas v. passularum enucleatarū, carniū iuiubarum, ana drac. x. amygdalarum amararum, drac. v. ireos, drach. iij. corticum radicem capparis, orobi, feminum apij, & fēniculi, ana dr. ii. gentianæ, aristolochiæ rotundæ, ana dr. v. confice cū melle despumato, & sit dosis eius a drachm. ii. vsque ad aur. ii. Confectio formarum similiarum lupinis conferentium dyspnœæ quæ tenentur in ore, & conferunt vehementer. Recip. succi liquiritiæ, papaueris, zucchari, ana partes æquales, fiāt inde prædictæ formæ. Cō-

fectio vnguēti, quod maturat, & lenit materi- as in pectore. Accipe ceræ citrinæ, vnc. i. olei de cheiri, & proprie citrinæ, drach. iij. adipis anatis, & gallinæ, & mucilaginis foenugræci, & feminis lini, ana drac. v. styracis, drac. vi. fiat eorū aggregatio bona, & vngatur pectus ex eis, est enim expertum bonū. Cōfectio pilularum de agarico ex nostra inuentione, mundificans pectus, & pulmonem: & cōferens asthmatis, & tussij antiquæ. Recip. agarici drachm. vi. ireos, prassij, ana drachm. i. turbith, drach. viii. hieræ picræ, drachm. viii. colocynthidos, sarcocollæ ana drachm. iij. myrrhæ, drach. ii. confice cum rob, & dosis earum sit drachm. ii. Ceratum ex inuentione nostra leniens pectus, maturas materias in pectore, & pulmone. Rec. hyslopi humidæ, drach. xij. ceræ citrinæ drachm. x. olei de cheiri citrina, drach. xl. medullæ cruris vituli, adipis anatis, & vituli, & gallinæ, ana dr. viii. myrrhæ, bdellii, & mucilaginis foenugræci, fem. lini, ana drach. viii. sigiæ, terebinthinæ, ana drachm. vi. mucilaginis althææ, drachm. viii. confice sic. myrrha, & bdellium redigantur in subtilem puluerem, & misceantur cum mucilagibus vsque dum dissoluantur in eis, deinde cum ceteris fiat vnguentum, & fiat inunctio ex eo tepido. Ioannes Serapionis. Loch ad asthma conferens ad cōstrictionem anhelitus, & subtiliat humores grossos. Recipe squilla asfata, drachm. vi. radicem liliæ celestis drachm. iij. hyslopi, prassij, ana drachm. ii. myrrhæ, croci, ana drac. i. tere, & confice cum melle. Loch aliud eiusdem bonum ad asthma, & contritionem anhelitus. Recipe sisami excorticati, nasturtii, ana drach. xxx. penidiarum, drach. xx. hyslopi, drach. vii. confice cum penidiis, & sit dosis eius, drachm. v. cum decoctione hyslopi. Confectio vaporis exiccantis humiditatem in pectore, & confert asthmatis, & tussi humidæ. Recipe arsenicum, & tere contritione bona, & distempera cum vitello oui, & accipe ferulam siccam, & diuide eam in rotūdula multa, sicut est magnitudo nucis: deinde illinias eam cum medicamine, & dimitte siccare, & cū volueris vnge cum cum sepo renū caprarū, aut bonum, & fiat suffumigium ex vna post vnam per hebdomadam, & recipiat paties vaporē ore aperto. Aliud. Accipe arsenicum, & sulphur, & fac formas similes auellanis cū sepo renū caprarum, & vtere similiter. Aliud conferens tussi, & asthmatis plurimæ humiditatis. Recip. aristolochiæ rotundæ, myrrhæ, styracis, thuris, ana dr. j. arsenici, drach. v. tere, & confice cum buryro vaccino, & fac formas similes auellanis, & suffumigetur vna post vnam. Ea aut, quæ bibuntur secundum hanc intentionem, aut lambendo sumuntur, dicta sunt in canone.

De tussi. Cap. 2.
Tussis quedam est humida, quedā sicca, & quacunque earum fuerit, aut est causa in

sa in membris ipsius spiritus, aut ab alijs membris, sicut tussis catarrhalis; & tussis, quæ fit cū communitate aliorum membrorum, sicut stomachi hepatis, & splenis; aut corporis totius, sicut in febrilibus. Tussis quidem catarrhalis cura sunt due res. Prima est sedatio fluxus catarrhi, & diximus curam eius. Secunda est secundum duos modos, primus est mutatio eius, quod fluxit, secundus est educatio, et abstergio eius, ex eis, quæ dicemus iam. Cura autem tussis, quæ fit à communitate, est due res, prima est rectificatio illius membri, secunda est occurrere impressioni illatæ in spiritualibus membris ex his, quæ dicemus. Tussis autem humida, cuius causa est in spiritualibus membris, est secundum vnum duorum modorum: aut à malitia complexionis siue materia, & dicta est cura eius: aut cū materia calida, & frigida, grossa, vel subtili: & dicta est cura eorū in capitulo de asthma sufficiens. Sicca aut tussis est secundum duos modos, aut cum febre, aut sine febre, & qualiscunq; sit, dicta est cura eius in capitulo de asthma à simili causa. Mahemet Arasi. Tussis catarrhalis à catarrho acuto calido, & subtili in intentionem primam curatur cū rebus proprie ingrossantibus, & coadunantibus ipsum, et tardantibus velocitatem sui fluxus, sicut proprie syrupus de papauere: & fortius est eo de iacur, & gargarizet ante somnum aquam decoctionis balaustræ, & rosarum siccarum. Deinde ponat sub lingua sua ex his trochiscis. Recip. amyli, dragaganthi, amygdalarum dulcium excorticatorum, farinae fabarū, seminis papaueris albi, & nigri, et corticum eius, gummi arabici, et boli armeni. Fac ex eis formas similes lupinis cum mucillagine psyllij, & seminis cydonij, et detur enuti dormitum ex de iacur circiter vna drachma, & est fortius eis. Et si significatur cū hoc plenitudine esse in sanguine, phlebotomamus cephalicam post sedationem acuitatis, & inflammationis superflua. Et manus damus aquæ hordei, decoctionis iuiubarum, & sebesten cum myrobal. viol. & cū syrupo de papauere in sero. Et damus cibos, & sorbitiones ex farina fabarū, & aqua hordei cū eo, quod mulgetur ex semine papaueris albi, aut ex semine, & cortice, si enim vigilæ adsunt, cum oleo amygdalino dulci, & penidiarum. Et damus etiā triplitem, & maluas, & ex lactucis cū amygdalis: & sorbitiones ex tritico donec dissoluatur, aut ex fauic. Si autem indigent ventris solutione, & tussis fuerit sicca, & asperitas in pectore, tūc accipe iuiabas, & sebesten, ana xx. numero, passularum enucleatarum drac. x. violarum, liquiritiæ, ana drac. v. ficuum siccarum numero x. decoq; in libris tribus aquæ vsq; ad j. & dissolue in ea casig fistule, tereniabin, ana vnc. j. Et si patiatur calorem, cum hoc, da myrobal. de viol. aut aquam hordei. Si autem iā scire ceperit, occurrit nobis iā intentio secūda, & cum volu-

amus, vt ventris solutione pectus mūdificetur, dabimus tūc myrob. violarum cum decoctione hysopi minore, q̄ diximus in cura asthmatis calidi, & similia pectus mūdificantia. Si autem fuerit tussis à catarrho frigido, & grosso tunc præcipimus, vt lambat omni sero ex myrrha circiter drach. j. cum melle, & gargarizet ante somnum proprie, myrrham, & crocū cum aqu. mellis, aut rob, aut cum iacur, si necessitas expetit. Et si necessaria est ventris solutio, fiat illud cum pilulis cochijs, aut cū hiera diacolocynthidos: & si post illud fortiore indiget medicamine, da ex his pilulis. Recip. styracis liquidæ, myrrhæ, thuris masculi, & opij, croci, succi liquiritiæ, ana. Fiant pilulæ sicut cicer. dosis à drach. iij. vsque ad iij. & sumat ex eis nocte. Cum autem, quod aggregatum est in pectore, iā maturatur, & expuitur, da decoctione hysopi maiorū, & alia, quæ dicemus in tussi à materia grossa, & humida. Si autem catarrhus cū his nō sistitur, & tussis superfluit; oportet vt de mus aliqua ex stupefacientibus, & catarrhi vehementiam sedantibus, ex his, quæ dicemus. Si aut hęc non sufficiunt, tūc oportet, vt radatur caput, & fricetur in loco zühendeg, in balneo cū panno multæ asperitatis, donec locus rubeat, & si non sufficit, liniatur in eodem loco cum emplastro ex linapi contrita, & decoctione ficuū, & dimittatur, donec vesicetur locus: deinde aperiantur vesicæ: & non consolidentur tempore extenso. Et si adhuc non cōtulerit, cauterizetur super zühendeg: & teneatur cauterium longo tempore apertum. Hęc autem tussis curanda est exquisite, cū multa sollicitudine, perducit enim ad phthisim plerumque.

Medicina frigida ad tussim catarrhalem.

Cap. 3.

MAhemet Arasi. Confectio syrupi de papauere mirabilis ad tussim ex catarrho calido, & phthisim. Rec. papaueris albi, & nigri, ana drachm. c. sem. lactucæ, drachm. cc. semi. hyoscyami albi, drach. xxx. coquantur in aquæ libr. vij. vsque ad libr. ij. deinde cola, & proijce sup ipsum mucilaginis psyllij li. semis. rob lib. j. coquatur donec inspissentur, et admixtrentur. Idem. Confectio trochiscorum de papauere conferens vt supra. Recip. papaueris albi dr. xxx. sem. cucurbitæ, citruli, hyoscyami albi, ana drachm. xx. amyli, dragaganthi, gummi arabici, ana drac. xv. confice cum mucillagine psyllij, dosis drachm. iij. cum syrupo de papauere, aut cum aqua hordei: sunt enim boni ad tussim calidā catarrhalē, cū qua de spūtum subtile citrinum, bonum, & expertum. Idem, confectio pilularum de papauere ad tussim siccā, quæ infestat in nocte, & ad catarrhū calidū. Rec. opij, amyli, gummi arabici, succi liquiritiæ, ana partem j. opij, papaueris partes ij. fiant pilulæ sicut cicer. & da ex eis à iij. vsque ad iij. in sero, conueniunt etiam pueris, qui volunt

Pilula de Phthisi.

Syrupo papa.

Trochiscis de Pa.

Pilula de pa.

Pa.

nunt

MESVE DE ÆGRI· PECT· ET PVLM·

munē, & non possunt dormire propter tussim. E

Medicina ad tussim catarrhalem frigidam.

*Diapa. ex in-
ventione pro-
pria.*

De iacur, & de diacodion dictum est in Graba-
din nostro. Diapapauer ex inuentione nostra
conferens cum auxilio Dei tussi catarrhali no-
ua, & multi temporis: & maturat ægri-
tudines pectoris: & est mirabilis. Rec. papaueris drac.
xxx. liquiritiæ, dragaganthi, penidiarum, ana
drach. xxx. gummi arabici, succi liquiritiæ fa-
rinæ fabarum, sceniculi, anisi, seminis lactucæ,
amylis, sem. portulacæ, maluæ, ana drachmas
decem, feminum cucumeris, melonis, cucur-
bitæ, ana drachm. v. confice cum melle colato,
aut cum penidijs, & melle, ana quantū sufficit,
dosis est aur. ij. Syrupus de papauere ex inuen-
tione nostra confert catarrho, & tussi ab eo: &
proprie cū caliditate, & asperitate, expertum.

*Alius syr-
pus de papa-
uere ex inuentione
propria.*

Recipe papaueris albi, drach. xxx. papaueris
nigri, drachmas decem, sem. maluæ, gummi
arabici, dragaganthi, feminum citruli, & cydo-
niorum, ana drachm. v. liquiritiæ, drachm. xv.
psyllij, drach. vj. omnia præter psyllium contū-
de: & pone super ea aquæ libras vj. & dimit-
te die ac nocte: & fac bullire vsq; dum redeat
ad li. iij. deinde cola, et pone in eo meibuthē-
gi li. j. penidiarum lib. semis. coque lento igne
vsque ad mellis spissitudinem. da. bonum, si
Deus voluerit. Diapapauer similiter ex inuen-
tione nostra conferens cū auxilio Dei, tussi ca-
tarrhali nouæ, & multi temporis: maturat ægri-
tudines pectoris, & est mirabile. Rec. papau-
eris, drach. xxx. gummi arabici, succi liquiritiæ,
dragaganthi, penidij, ana drach. xxx. sem. scē-
niculi, anisi, seminis lactucæ, maluæ, ana drach.
decem, sem. cucumeris, melonum, cucurbitæ,
ana drac. v. confice cum melle colato, aut cum
penidijs, & melle, quod sufficit, dosis, au. ij. Ha-
mech filius Zachariæ. Syrupus de papauere cō-
fert tussi, & catarrho. Rec. papaueris albi cum
corticibus suis, drac. xxx. papaueris nigri, dra-
gaganthi, gummi arabici, ana drach. x. liquiri-
tiæ, sem. maluæ, ana drach. xv. sebesten. xxx.
contunde omnia, & fac coqui cum aquæ li. v.
vsq; ad lib. duas. deinde cum meibuteq, & zuc-
chari, an. vnc. viij. fiat syrupus, bonus, si Deus
voluerit. Idem diapapauer, cuius iuuamen-
tum est sublime ad tussim catarrhalem cum ca-
liditate, & asperitate, & siti, & ad raucedinem
voci, & ad pleuresim. Recipe papaueris albi,
penidiarum, ana drach. xxv. succi liquiritiæ,
gummi arabici, dragacanthi, ana drachmas vi-
ginti, amygdalarum dulcium, drac. viij. amy-
li, seminis cydoniorum, seminis portulacæ, ana
drac. v. sem. cucumeris, citruli, melonis, & cu-
curbitæ, lactucæ, & maluæ ana drac. iij. tempe-
ra cū syrupo violato, dosis eius ab aur. ij. vsq;
ad vn. semissem, cum aqua hordei decoctionis
iuubarū, & sebesten, & si habet vigilias, cum
eo, quod mulgerur ex papaueris semine cum
cortice suo.

*Confectio mi-
rabili facili.*

*Alius syr-
pus de pap.*

*Aliud diapa-
pauer.*

Cap. 4.

HAmech Arai. Confectio pilularum de
styrace ad tussim catarrhalem absque ca-
liditate, quæ inquietat in nocte, & inducit vigi-
lias. Rec. styracis liquidæ albæ, olibani, myr-
rhæ, succi liquiritiæ, opij, ana partes æquales,
fiat pilulæ sicut cicer. dosis earum est ij. aut iij.
Sabor, Girges. Confectio pilularum quarum
iuuamētum est vltimū ad tussim catarrhalem
& phthisim. Rec. styracis, myrrhæ, croci, opij,
olibani, castorei, ireos, pinearum purgatarum,
ana confice cum galbano, & styrace dissolutis
cū pauco melle, & da bis, vel ter in hebdoma-
da da ij. vel quatuor. Gal. confectio trochisco-
rum ad tussim catarrhalē, qui tenentur sub lin-
gua: & sistunt catarrhum, & sedant tussim, &
conferunt phthisi. Recip. medicaminis trochi-
scati, quod habuimus ab Andromacho, pinea-
rū purgatarū, amygdalarū dulcium, ana aur.
v. amyli, gummi arabici, dragaganthi, papau-
eris albi, ana aureos duos, fac formas similes lu-
pinis, & da in sero tenendas sub lingua: Alexā-
der dixit canonem, quem præterire nō iubeo.
Et enim ante curabis catarrhum, quam ægri-
tudes catarrahales: nisi in duobus casib., scilicet
cū timueris, ne præfocetur; & succures tūc cū
vomitu: & cum timueris aduentū apostematis
in parte nobili: præuenies autē phlebotomia.
Et dico, quod narcotica postquā ex catarrho
in pectore, & pulmone plenitudo acciderit, da-
re suspēdū est, dabis igitur ante plenitudinē,
post vero plenitudinem euacuabis prius, dein-
de securius dabis, si ista dari oportet. Alexan-
der. Confectio pilularū ad tussim catarrhalē, &
est ex medicinis benedictis, & est ex secretis, &
cōfert ad oēs ægri-
tudines catarrhales, & vocā-
tur pilulæ alchabei, & diētæ sunt in capitulo de
catarrho. Idem. Conf. ctio alia pilularū exper-
ta ad tussim, & ad alias ægri-
tudines catarrha-
les. Rec. styracis, myrrhæ, opij, ana, fac pilulas
cū melle despumato. Aliq, sū eundē modum,
myrrhæ, opij, galbani, ana, fac, vt prius. Isaac.
Heben Amaran. Pilulæ sedantes tussim antiq;
& nouā. Recip. styracis, castorei, opij, granorū
pini, ana partem j. croci partem j. tertiā. Confice
cū rob. Ioannes filius Serapionis. Cū tussis
sicca, & aspera cū caliditate fuerit, & rubore,
& apparuerit sanguinis plenitudo, sicut dixi-
mus in asthmae simili causa factō, facies scili-
cet vt phlebotomes, ministrando deinceps
aquā hordei cū sebestē, cū syrupo violato, aut
myrobalanis, de violis, & inūgimus pectus ce-
rato Galeni, imbibito in mucilagine psyllij aut
ex cera, aut oleo violato similiter imbibitis. Et
si est necesse materiā sepultā in pectore educe-
re, dabis myrobal. prædictū cū decoctione hy-
sopi frigida: & dabis species loch ex mucilagi-
nibus psyllij, & cydoniorum cū gūmis, & gra-
nis, & medullis ex hisq; dicemus. Cibabis au-
tem

*Styrace de
styrace*

*Styrace de
styrace*

*Trochisci ad
tussim catarr-
halē*

*Conferunt
phthisi*

*Styrace de
styrace*

*Styrace de
styrace*

reos forbitionibus, & proprie cū farina fabarū, & penidijs, & oleo amygdalino dulci, aut hordeo contracto. Et quāque miscemus propter vigilias illud, quod mulgetur a semine papaueris albi, & aqua hordei: damus etiam forbitiones, & ex tritico contracto cū zuccharo: nec non, & iuscula ex attriptice, & maluis: & quandoque miscemus pullos, & pedes hedorum, & capita, & aues minutas teneras, cum eis, aut vitellos ouorū diei sui: & cucurbita est bonus cibus eis, & medullę frigidę, sicut citrulus, & cucumer, et similiter bleta, et portulaca cū amygdalis. Bāt aut aquam hordei, aut aquam frigidam, & iuleb, cum maturationis signa apparuerint, & sputū iam incipit impinguari, dādo ea, q̄ faciunt ipsam ad excreandum, sicut de cocuo hysopi frigida proprie, & electuaria, q̄ lambuntur, & similia. Confectio loch, quę sumitur in hora hac. Rec. passularum enucleatarum, pincarū, fistulicorū, amygdalarū dulcium, seminū citruli, melonis, & cucurbitę, dragagāthi, gummi arabici, papaueris albi, succi liquiritię, portulacę, zucchari tabarzet, & penidiarū, ana fac formas similes lupinis: & teneat sub lingua vnā ex eis, pectus aut ex maturatiuis inūgatur. Si autem corpus mūdificatione indiget, fiat istud cū trochiscis de violis, drachmis quatuor, pulpę castę fistulę, vnc. j. zucchari violati, & tereniabin, ana aur. v. dissolutis cū decoctione hysopi frigida. Ioānes Serapionis. Loch conferens tussi facit ex caliditate, & siccitate, & asperitate multa: & est medicamen bonū. Rec. amygdalarum dulcium excorticatarum, dr. ij. seminū maluę, althęę, ana drachmas decem, seminū citrulorū mūdatorum drachmas decem, gummi arabici, dragaganthi, amyli, granorum cydoniorū excorticatarū, succi liquiritię, granorum dulcium pini, ana drac. viij. penidiarum fabari, vnc. j. terantur oīa contritione bona: & misceatur cū syrupo, cuius hęc est permissio. Accipe passularū dulciū, radicū liquiritię, sebesten, iuiubarum, ana partes equales. Decoq; in aqua donec inspissentur, deinde cola, & projice in eam rob, quantū sufficit, deinde coagulentur cum ea medicinę: & da cū forbitionib; ex aqua surfuris, & hordei cū farina fabarum, cū penidijs, & oleo amygdalino dulci, & bibat super ipsum aquā hordei. Idē. aliud valens similiter. Rec. psyllij, granorū cydoniorum, ana drachmas v. semin. pap. albi, drach. decem, sebesten. l. iuiubas. xxx. radicis liquiritię, drachm. viij. chesmes, drachm. xv. castę fistulę mundatę vnc. j. decoq; in aquę lib. viij. donec impinguentur, deinde cola, projice super ea rob lib. ij. zucchari, salis iameni, syrapi violati, penidiarū, ana vn. vj. farina fabarum, drachmas tres, dragagan. gummi arab. an. au. iij. coquantur vsq; dum transeat in essentiam mellis, deinde. Recip. seminum cucurbitę, melonis, cucum. citruli, ana aur. duos, papaueris

albi, aur. iij. anisi, feniculi, ana aur. ij. cōfice, & conferua in vase vitreo, dosis eius est ab au. ij. vsq; ad iij. teneat parū sub lingua: deinde bibat aquā hordei, est enim medicamē benedictum. Cōfctio formarū similiarum lupinis, conferentiū tulli, & asperitati, & est ex inuentione nra. Recipe dragaganthi, gummi arabici, sem. maluę, seminū nucum. et citrulorū, amygdalarum dulcium, farine fabarum, an. dr. iij. semis, portulacę, amyli, ana dr. ij. fac formas cum mucilagine psyllij. Et si vigilias patitur, adde seminū lactucę, papaueris, ana drach. iij. Filius Zacharię Atali. Confectio pilularū conferentium tussi calidę, & siccę, & auferunt eam. Rec. succi liquiritię, amyli, dragaganthi, gummi arab. amygdalarum excorticatarum, ana dr. j. zucchari tabarzet, drach. iij. confice cum mucilagine, seminū cydoniorum: & fiant inde prædictę formę, & teneat in ore die ac nocte, Idē. Pilulę bechicę, quę conferunt similiter. Recip. succi liquiritię, zucchari tabarzet, ana aur. vj. amyli, dragagāthi, amygdalarum dulciū, ana drach. iij. cōfice cū mucilagine psyllij, vel cydoniorum. Idem. Confectio trochiscorum festinantiū maturationē in tussi calida, & pleuresi facilitantiū sputum. Rec. succi liquiritię, violarum, ana drac. quinque, amyli, dragagāthi, seminum althęę, foeniculi, ana dr. j. & tenuis. confice cum mucilagine psyllij, & semine lini, & semine cydoniorū, da cū aqua hordei, & syrupo violato. Idē. Confectio alia trochiscorum ad tussim siccam cū caliditate venemēti, & sitti. R. succi liquiritię, violarū, ana aur. iij. sem. citiulorum, cucurbitę, tereniabin, ana aur. j. & s. fac trochiscos cum mucilagine psyllij, & seminum cydoniorū. dosis aur. ij. cum aqua hordei, & syrupo viol. Filius Zacharię. Loch conferens tussi calidę, & maturās eam, & facilitās in ea sputum. Rec. iuiubas. xx. sebesten. xl. ficus. vj. liquiritię mundę, passularum enucleatarum, ana drachmas decem, capillorum ven. drachm. v. aquę lib. v. bulliant vsque ad lib. j. deinde. Rec. penidiarū, & rob, an. dr. v. coquantur cū facilitate, vsq; dū sint sicut mel currens, deinde accipe sem. lactucę, cucumeris, cucurbitę, portulacę, fabarū excorticatarum, ana drachm. iij. gummi arabici, dragaganthi, amyli, papaueris albi, amygdalarum dulcium, ana aur. j. confice cum prædictis, dosis drachm. v. Idem. Confectio similis lupinis conferens tussi calidę, & abscissioni vocis, & sedat sitim. Rec. sem. cucum. mundat. drac. vj. succi liquiritię, drac. vj. sem. portulacę, aur. j. aggrega ea post bonam contritionem cum albumine oui. fiant inde prædictę formę, & teneat quotidie sub lingua. Sabor. Confectio pilularum conferentium tussi. Rec. dragaganthi, gummi arabici, seminū cuc. papaueris albi, portulacę, amyli, croci, zucchari, vel penidij, ana cōfice cū rob: & teneat quotidie sub lingua, est enim exper-

Pil. sub lin-
g. ad. idem.

Alia pilula
sub lingua ad
idem.

Pil. bechica
ad. idem.
Troch. si
pro. ad. idem.
Troch. si
pro. ad. idem.
Troch. si
pro. ad. idem.

Alia troch.
ad. idem.
Troch. si
pro. ad. idem.
Troch. si
pro. ad. idem.

Loch ad
tuss. cal.

Pilula sub lin-
g. ad. idem.
Troch. si
pro. ad. idem.

MESVE DE AGRY. PECT. ET PVLV. M.

rum, si Deus voluerit. Sabor rex. Medicamen
 mirabile cōferens tussi calide antiquę, & egri-
 tudinib. pectoris a caliditate, & siccitate, exp-
 tū. Rec. mucilaginis psyllij, extractę fm scien-
 tiam lib. iij. rob. penidiarū, zucchari, sal* gem-
 mę, ana lib. j. & semif. coq; lento igne vsq; ad
 mellis spissitudinem, auferendo continue spu-
 mam eius, deinde recipe feminum cucumeris,
 melonū, citrulorum, cucurbitarū mūdatarum,
 ana aur. x. amyli, amygdalarū dulciū, grano-
 rum pineę maioris, ana drac. xv. gummi ara-
 bici, dragaganthi albi, feminis lini assi, ana dr.
 viij. sem. cydoniorum mundatorum, drach. j.
 croci drachm. j. anisi drac. vij. opij, aur. j. femi-
 nis lactuce, drach. x. tere, & pulueriza, & pone
 super medicamine. Et si nō potest dormire, ad-
 de cum prædictis, feminis papaueris, drac. xx.
 hyoscyami, drach. xv. reconde in vase vitreo,
 dosis eius est, dr. iij. vel iij. teneat sub lingua,
 & glutiat saliuam eius: est enim medicamē be-
 nedictū. Syrupus de hyssopo ex inuentione no-
 stra conferens cū auxilio Dei tussi calidę diffi-
 cili, & confert phthisi, & dolori laterum. Rec.
 liquiritię, radicū feniculi, vel seminū eius, ana
 drac. x. hyssopi, capillorum veneris, ana drac.
 v. ficus pingues. vij. pruna. x. iuiubas. xx. passu-
 larum enucleatarum. drac. xxx. sebesten. c. de-
 coq; cum aquę lib. v. vsq; ad lib. ij. da tepide,
 vnc. j. cum dra. vj. zucchari rosati, vel violati.
 Et si vis, accipe huius aquę lib. ij. & pone sup
 eam penidiarū sahari, zucchari, meibuheg, sy-
 rupi violati, ana lib. semif. dragagāthi, vncias
 quatuor, et est valde bonū tussi sicę, vel phthi-
 si, & siccitati pectoris, & asperitati, da cum aq.
 cucurbitę assę, vel citruli. Aliud valens simili-
 ter. Accipe prædictę decoctionis li. ij. & pone
 super ea penidiarū lib. j. olei amygdalarū dul-
 cium, vnc. iij. granorum albę excorticorum
 li. semif. fac decoqui: & accipe violarum sicca-
 rum tritarum, & cribellatarum, dragaganthi,
 ana vnc. j. gūmi arabici, vnc. semif. pone in va-
 se vitreo, dosis eius est sicut galla, bonum, et ex-
 pertum. Syrupus alius de hyssopo ad tussim, et
 asthma ex asperitate pectoris. Recipe hyssopi,
 capilli veneris, ana drac. xvj. violarum, papa-
 ueris albi, hordei mundi, feminis malux, ana
 drac. x. feminum cydoniorum, lactucarum, cu-
 cum. ana drach. v. passularum enucleatarum,
 dr. x. ficus x. iuiubas, sebesten, ana xl. cum zuc-
 chari li. ij. fiat syrupus. Syrupus alius de hyssopo
 ad tussim, & asthma ex asperitate cum cali-
 ditate. Recip. liquiri. drach. xx. sem. maluc, cu-
 cumeris, hordei mundi, drag. feminis citrulo-
 rum, ana drac. iij. maratri, apij, capillorum ve-
 ne. hyssopi, ana vncias decē, feminis cydonio-
 rum malux, anisi, ana dr. v. iuiubas, sebesten,
 ana xl. ficus pingues albas, decem, passularum
 enucleatarum, dr. decem, zucchari lib. ij. fiat
 syrupus. Dioscor. dixit, quod fructus algipur
 antiquus assus igni, deinde comestus in sero cū

melle confert tussi difficili, & laboriosę. Et di-
 xerunt quidā ex posterioribus, quod si infigan-
 tur in eo tria grana thuris, ita quod sepeliatur
 in ipso, & deinde assetur, & comedatur in sero
 cum melle, cōfert mirabiliter, seruetur tamen
 illo sero sine cœna, & est expertum.

De tussi humida. Cap. 5.

Alia autem tussis humida ponitur cōple-
 xionalis: alia materialis. Materialis qui-
 dem est secūdum alterum duorum modorum,
 aut cum caliditate, aut cū frigiditate. Et huius
 quidem cum caliditate, cura est tres res. Pri-
 ma est adequatio causę eius. Secunda est sub-
 tractio ipsius cum subtractione communi. Ter-
 tia est educio ipsius educatione propria. Primā
 igitur rem complent commensurare regimini
 eius sex res, quemadmodum in capitulo de
 asthma dictum est, & post illud administra-
 re ex medicaminibus, quę ipsius materiam di-
 gerunt, sicut est decoctio capillorum veneris
 proprie, & syrupus ex eis, syrupus ex iuiubis,
 & decoctio sebesten in aqua hordei, & deco-
 ctio hyssopi facta de papauere albo, et fabis ex
 corticatis, & hordeo cum zuccharo rosato, aut
 violato, & similia. Secundam vero rem com-
 plent euacuationes factę cum iteratione, & fa-
 ctę de quarto in quartū diem ex casia fistula,
 & tereniabin, & myrobalanis, & violis cū de-
 coctione hyssopi facta. Et quādoque addimus
 ei, quod est sicut trochisci de violis, & similia.
G Et damus inter solutiuum, & solutiuum ex ma-
 derate vomere facientibus, sicut est raphanus
 assus cū oxymelite, aut syrupo aceroso de radi-
 cibus, aut radices assas, & oxymel, & similia.
 Et si corpus est plenum, & facies pulchra cum
 abundantia sanguinis, phlebotomamus ex ha-
 silica: & quandoque cum phlebotomia remo-
 uente materiam. Tertiam rem complent ad-
 ministraciones medicaminum plenitudinē pe-
 ctoris, & pulmonis per secretum educentium,
 sicut loch de pino, & proprie loch de fabis, &
 loch de hyssopo, & syrupus de hyssopo, & con-
 fectio de orobo, & similia. Humidę vero, & fri-
 gidę tussis cura est quinque res. Et prima qui-
 dē est digestio, & maturatio causę eius. Secun-
 da est subtractio eius subtractione communi.
 Tertia est educio eius educatione ppria. Quar-
 ta exiccatio residui supflui humiditatis eius. Quin-
 ta corrigit accidentia. Prima quidem res perfici-
 tur cum administratione medicaminū, sicut
 in capitulo de asthma diximus. Secundam
 rem cōplent euacuationes factę cum eo, quod
 est sicut pilulę cochix, & hiera diacolocynthi-
 dos, et pilulę de agarico, quas diximus in capi-
 tulo de asthma, et pprie cū iteratione, & ite-
 ratione, & cum interpollatione administratio-
 nis rei vomitiuę: & si oportet, vt deueniat ad
 administracionem solutiuorum etiam, sicut in
 capitulo de asthma diximus. Tertiam rem
 complent administraciones medicinarū mate-
 riam

Et si rimum
 ad tussim calidam

Syrupus de
 hyssopo

Si vis ad
 tussim

Alius Syrupus
 de hyssopo

Alius Syrupus
 de hyssopo

Ex libro
 de tussibus

Tussis de
 tussibus

Ex libro
 de tussibus

Ex libro
 de tussibus

iam educendum à pectore, quas in capitulo de
asthmate diximus, & deinceps ostendemus:
Quartã re complent administrationes medica-
minum materiã dissoluentiũ, & resoluentium,
& cõsumentium: & huiusmodi quidẽ medica-
mina cõsueverunt medici exiccariua vocare, q̃
administrãda sunt postq̃ administrationes mũ-
dificantium cõmuniũ, & propriorum cũ ite-
rationibus p̃cesserunt conuenientibus, vt exic-
cetur residuũ rei. Administrare aut̃ ea in princi-
pio est p̃focare, & ponere egrum ad mortẽ.
Administratio aut̃ huiusmodi est sũ duos me-
dos, s. aut lãbendo seu bibendo, aut vaporãdo:
& nos plenã faciemus narrationem ex his: Et
huius quidẽ summe est lãbere ex myrrha, dr. j.
cũ melle: faciliat. n. anhelitũ, & consumit hu-
miditatem. Huius est int̃tionis est styrax, & o-
popanax, & p̃prie cũ ouis, aut melle, aut sera-
pino, factis ex eis pilulis cũ aqua ruta: aut glu-
tẽ alborin cũ melle, aut alchitrã cũ melle, aut
sulphur cũ ouis forbilib., aut arsenicũ similiter
cũ ouis, aut cũ grano pini, & similia. Ex euapo-
rationibus aut̃ ad tussim antiquã est arsenicũ
citrinũ cum aristolochia rotũda partib. æqua-
libus, cõfice cũ butyro vaccino: & fac formas
similes auellanis: & fiat suffumigiũ per embotum
in iciunio, dicitur. n., quod statim liberat.
Vapor alius. Rec. arsenici citrini, stercoris lepo-
ris, & farinae hordei, corticũ filitici, ana, fac for-
mas cũ vitello oui, suffumigetur cũ eis trib. vi-
cibus. Alius. Rec. aristolochiã rotundã, styrax,
galbani, ana, arsenici ad pondus omniũ: ag-
grega cũ butyro vaccino, & vtere. Alius. Rec.
styracis, myrrhã, thuris, aristolochiã, ana, arse-
nici ad p̃odus omniũ, aggrega cũ butyro vac-
cino, fiat suffumigatio omni die bis, vel ter, &
bibat super ipsam aquã cũ butyro ouino. Plu-
ra huius int̃tionis scripta sunt in capitulo de
asthmate, canone vltimo. Quintam rem com-
plent administrationes medicaminũ cõfortan-
tiũ pectus, & pulmonẽ, aut elargantiũ, & si vi-
centium. Sũma aut̃ sedantium tussim cum cõ-
fortatione pectoris, & pulmonis est hæc. Rob,
aut syrupus factus ex succo granorũ myrti cõ-
pletorũ est ad illud mirabilis, & hoc in tussi ca-
lida. Sed in frigida quidem cũ myrrha, & cro-
co modico, pulmonis aut̃ vulpis sicci iuuamen-
tũ est sublime in calida, & frigida, in calida qui-
dẽ aurei vnus ex eo cũ syrupo myrtino, in fri-
gida vero, cũ melle, & aqua calida. Huius aut̃
int̃tionis est crocus cũ syrupo myrtino, aut
cũ syrupo de hysopo, & similiter sandaracha
cũ melle, & nux cypressi cũ vino, & melle: &
grana pini sunt ex rebus magnis in hac parte.
Ex medicinis magnis aut̃, q̃ sedãt tussim, & pe-
diantuschus dulcis, et amarus, et athanasia ma-
gua, & parua, et diamarthe est cõfectio mirabi-
lis Rabi regis, quã scribemus: & similia. Sũma

A autem medicinarũ pectus elargantium scripta
est in capitulo de asthmate. Sũma aut̃ medici-
narum tussim sedãtium, & corrigentiũ super-
fluitates vigiliarũ dicitur, qñ de medicinis stu-
pescientibus sermonẽ faciemus, si Deus vo-
luerit. Afferantur ad hunc locũ plura, q̃ scripta
sunt in capitulo de asthmate humido, siue cali-
do, siue frigido, & proprie medicina q̃ scripsit
Filius Zachariã. Filius Human. Modus deco-
ctionis de capillis veneris cõferens tussi humi-
dã cũ calore. Recip. capillorũ ven. non vltime
recentiũ, vnciã vnã, hysopi sicce, fabarũ ex-
corticatarum, seminis fenic. anisi, seminũ la-
ctucarũ, portulacã, papaueris albi, amygdala-
rũ dulciũ, & amararũ, hordei excorticati, ana
drach. v. seminis melonis, cucurbitã, granorũ
myrti, ana drac. iij. gummi arabici assi, drac. ij.
passularũ enucleatarum, drac. xv. daçtylos pin-
gues. v. ficus siccas. v. iuiubas. xxx. decoquan-
tur in aquã lib. iij. vsq; ad lib. j. & semif. & da
omni mane, dr. iij. cũ zuccharo rosato, aut vio-
lato. Et si volueris, accipe ex hac decoctione, li.
ij. & cũ meibueg, & zucchari, vnc. x. fiat syrũ-
pus, dosis eius est, vn. j. Filius Amaran. Syr. de
hysopo conferens tussi humidã cũ frigiditate.
Rec. hysopi sicce, drac. v. capillorũ veneris, li-
quiritiã, ana drac. vj. corticum radicum apij,
feniculi, & seminis anisi, ana dra. v. foliorum
prassij, dr. iij. passularum enucleatarũ, vnc. j. iu-
iubas xx. ireos, fenugrãci, ana dr. ij. & semif.
C seminis maluã, & bismaluã, ana drac. ij. ficus
pingues. vj. numero, daçtylos. v. foliorum cala-
menthi, aur. j. decoquant in aquã lib. v. vsq; ad
lib. j. & semif. cũ melle, & meibueg, ana lib. se-
mif. fiat syrupus, dosis, vnc. j. Idẽ. loch cõferens
tussi, & ægitudinib. pectoris, & pulmonis, &
est expertũ. Rec. farine fabarum, liquiritiã mũ-
data, thuris masculi, gummi albotin, amygda-
larum dulcium, & amararum, ana dr. x. semi-
nis feniculi, anisi, croci, succi liquiritiã, draga-
ganthi albi, seminis cydoniorum mundatorũ,
papaueris albi, an. drac. vij. calamethi, prassij,
ana drac. x. opij, drac. iij. tere, & cerne, & adde
eis penidiarũ, drac. xxx. deinde cõfice cũ melle
colato, drach. cl. & contunde in mortario, & fit
D dosis, drac. ij. in mane cũ decoctione hysopi, &
in sero teneat ex eo sub lingua. Democritus.
Modus cõfectionis ad tussim humidã cum fri-
gidityte. Accipe calamethi fluuiialis, drac. v.
granorũ pini, drac. vj. seminis vrticã, ireos, an.
aur. j. piperis nigri, seminis lini, ana aur. ij. cõfi-
ce cum melle chesmes, & fit dosis ab au. j. vsq;
ad ij. cũ decoctione hysopi. Idẽ. loch bonum,
& expertum cõferens ad idem. Rec. mellis bo-
ni, vnc. iij. vitellorum ouorum recentũ, & bu-
tyri, ana drac. iij. Mel, & butyrum decoquãtur
vsque dum habeant modicum spissitudinis, de-
inde dimittantur modicũ in frigidari, & misce
cum eis vitellos ouorum cõmiltione bona, de-
inde misce piperis nigri puluerizati, dr. xij. &

Mefra.

Sf

suma-

Ductio de
capit. vi.Locus ad tuf-
sim. & ad
ægitudines pe-
toris. & pul-
monis.Confectio ad
tussim humi-
dam.
Aliud loch ad
idem.

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

sumatur ex eo lambendo mane, & sero, est .n. E. & est medicamen bonū. Accipe ficus albas, & expertū. Paulus. Pilulæ, quæ tenentur in ore cōferunt ad tussim frigidam, & siccam, & sunt expertæ. Rec. myrrhæ, croci, granorum pini, granorū coti excorticatorū, feniculi, anisi, amygdalarum dulcium, & amararum, papaueris albi, succi liquiritiæ, ana confice cū penidiarum partibus iij. & succo feniculi humidī. Hamech Filius Zachariæ. Cōfectio conferens tussi antiquæ, & frigide, & ventosæ. Recipit penidiarū, dr. decem, prassij, capilli veneris, hysopi, foenic. anisi, ana aur. iij. croci, calamēthi, zucchari, ana aur. ij. succi liquiritiæ, pinearū purgatarū, & amygdalarum dulciū, ana vnc. j. confice cū melle despumato quātum sufficit, da dr. iij. Hamech Arasi. Syrupus de prassio cōfert tussi de phlegmate grosso, & ventositate. Rec. prassij, dr. xl. liquiritiæ, hysopi, calamenthi, capilli veneris, ana drac. xx. radicū foeniculi, apij, an. drac. x. amygdalarum mūdatarum, pinearum purgatarū, fenugræ. feminis feniculi, ana dr. v. mastiches, darfeni, zinziberis, ana vnc. ij. passularū enucleatarum, dr. c. iuiubæ, sebesten, ana drac. c. aque calidæ lib. xxij. dimitte die ac nocte: deinde coq; vsq; dum redeat ad lib. x. deinde adde mellis, & rob, & penidiarū, ana lib. ij. deinde suspende in medicamine, croci, drac. j. dosis earum ab vnc. j. vsq; ad ij. Idem. Loch cōferens, vt ipsum: Accipe liquiritiæ, amygdalarū dulcium, & amararū, feminis lini assi, an. dr. iij. feminis feniculi, farina fabarum, & pinearū mundatarū, an. vnc. iij. myrrhæ, croci, olibani, darfeni, ana dr. j. & semis. penidiarū, vnc. ij. cōfice cū rob. & fiant formæ similes lupinis, & teneat sub lingua. Sabor. cōfectio. Loch de allijs, quod cōfert tussi phlegmaticæ, & maturat materiam eius, bonū, & expertū. Accipe alliorum mūdatorum lib. semis. & elixa ea in aqua decoctionis cicerū, & hysopi sicce, vsq; dū sūt bene discocta, deinde colentur, & terantur allia sicut medulla: & proijce sup ea mellis, & butyri, ana vnc. vj. & decoquatur lēto igne vsq; ad terminum loch, & vtere, bonum est. Idem. R. succi caulii lib. v. lēto igne coq; auferēdo spumam eius, vsq; dum redeat ad lib. ij. deinde coquatur cū rob, & mellis lib. j. vsq; dum ingrossetur, & bonū est. Idem. Loch squillæ expertū, & efficax in tussi humida, educit .n. ex pectore materiā eius. Recip. succi squillæ, & mellis, ana coquatur vsq; dum ingrossentur. Idē. Cōfectio medicaminis ad tussim humidam cū frigiditate. Recip. spicæ, croci, ana drac. j. hysopi sicce, prassij, ana vnc. iij. myrrhæ, ireos, ana dr. ij. farina orobi, & fabarū, ana vnc. vij. piperis, dr. j. & semis. chesmes, & carniū daetylorum, ficuū pinguium, & pinearum mūdatarum, an. dr. vj. confice cum loch de caulibus, verum, & expertū. Confectio medicaminis ex inuentione nostra. Syrupus valens asthmari, & tussi; & maturat eas, & cōfert vlcereb. renū, & vesicę,

pingues. l. numero, iuiubas. c. decoque in aque lib. v. vsq; ad iij. & cū rob lib. semis. zucchari, li. j. fiat syrupus. Syrupus alius. Rec. ficuū siccarū pinguiū, vnc. iij. hysopi sicce, capillorum veneris ana vnc. j. rutę, prassij, liquiritiæ, an. dr. iij. radicū marathri, apij, ana vnc. v. anisi, seminis maluæ, ana drachmas duas, carniū iuiubarū vn. ij. Fiat syrupus cū melle, & rob li. j. Alexander. Electarium mundificans pectus, & pulmonem, & cōferens tussi. Accipe granorū pinearum, amygdalarum dulcium, ana dr. x. daetylorumq; pinguium, dr. xv. pinguedinis ficuū, & chesmes, ana dr. j. dragagathi albi, seminis foenic. ana dr. vj. ireos, dr. xv. confice cum melle crudo, dosis a dr. ij. vsq; ad aur. j. Alexander. Ad tussim, quæ inquietat in nocte, & nō finit dormire, & ad tussim catarrhalē. Fiat pilule ex styrace, myrrha, & opio, ana croci part. i. quarta cōfice cū melle aut rob in forma cicerū, & da in sero. ij. aur. iij. aut ex myrrha, opio, & galbano, & pauco croco, aut ex styrace, vn. j. galbani, sulphuris viui, opij, piperis, terebinthi, an. vn. j. aut styracis, zinziberis, opij, croci, galbani, granorū pini, ana partibus æqualibus, cōfice, & vtere. Ista enim sedāt tussim antiquam, & nociuam. Gal. Medicamen, quod ponit Rabi rex, dicitur, quod est rāta virtutis, quā nullum aliud ei æquiparetur ad sedationē tussis. Est enim mirabile. Rec. radicū opopanax vn. j. & semis. loco radicū opopanax ponatur opopanax aur. v. castorei, sem. lini assi, ana aur. iij. feminis lactucæ, aureos v. foliorū rutæ siccorū, myrrhæ, an. aur. iij. & semis. opij, croci, ana aur. ij. & semissem, cōfice cū melle colato, & da in sero sicut briticantibus cū aqua calida, & nō febricitantibus cū vino, & sit dosis eius, sicut magnitudo fabæ, est enim expertū, & bonum. Galenus ex libro decē tractatū. Cōfectio pilularū, quarū iuuamentum est vltimatum, ad tussim antiquā humidā, aut catarrhalem. Accipe castorei, myrrhæ, mastiches, liquiritiæ, galbani, anisi, fenic. enulæ, (& in alio rasen) gēria-næ, hysopi sicce, ireos, dragaganthi, gūmi arabici, ana, croci part. vnius, tertiam. cōfice cū rob, da post menses tres. Galenus ex eodem libro. Confectio loch, quæ exptus sum ad tussim, & ad asthma ex materia grossa, difficilis eradicacionis. Rec. liquiritiæ, ireos, styracis liquide, phisticorū mundatorū, amygdalarū dulciū, & amararum, granorū pini, ana aur. iij. olibani, glutinis albotin, gummi dragag. agarie. cinnamomi, feminis foeniculi, ana drac. duas, & semis. aloes, myrrhæ, ana aur. ij. chesmes. drac. j. tere, & sicca, & pulueriza. medullas vero cōtere cōtritione vltima: aloen vero, & myrrham infunde in rob circiter dr. ij. aut iij. mellis colati, & ceræ quātum sufficit, deinde dissolue in eo styracem, confice contundendo in mortario cū cæteris, & sit dosis eius a dr. j. vsq; ad aur. j. lu-

Confectio ad tussim.

Pil. sub lin. gaur.

Syrupus de prassio.

Loch conferens ad idem.

Loch de allijs.

Loch de caulibus.

Medicamē ad tussim humidam.

Syrupus valens asthmari.

Et. Rabi rex. dicitur. quod est rāta virtutis. quā nullum aliud ei æquiparetur ad sedationē tussis.

Pilule de Rabi rex.

Et. Rabi rex. dicitur. quod est rāta virtutis. quā nullum aliud ei æquiparetur ad sedationē tussis.

Galenus ex libro decē tractatū.

Galenus ex eodem libro.

Galenus ex eodem libro.

Galenus ex eodem libro.

Inquit Gal. faciebam hanc medicinam præcedere Syrupū alchermes, & hysopi, & decoctio nem eorum, et alia ex maturatibus: quorū forma est apud te: & hoc, tempore conuenienti, vt digerat, & maturetur materia. Gal. Trochisci cognominati assemus, & sunt trochisci Stellæ, conferunt huic tussi iuuamentū sublime: & proprie dati cum rob, & sit dosis tertia, drac. j. v. lq; ad drac. semif. & sunt ex hominibus, qui dant cum aqua hordei. Hamain. Cōfectio alba, cui est iuuamentū, & operatio vehemens ad tussim difficilem, & antiquam ex materia grossa, viscosa: & aperit oppilationes pectoris, & pulmonis, & mūdificat ea, & clarificat vocem, & educit saniem, & materias corruptas ex pectore, & cōfert phthisi. Rec. seminis lini assi, passulorum enucleatarum, ana vnc. quatuor, amygdalarum dulcium, et amararum, granorū pini, ana vnc. ij. auellanarum assarū, ireos, glutinis albotin, ana aur. ij. thuris masculi, croci, myrrhæ, an. aur. j. fac ex eis trochiscos cū lacte asina, & dimitte sicari, deinde tere, & confice cū melle: & est dosis eius, drac. j. mane, & sero, teneat sub lingua. Archigenes. Cōfectio, quæ cognominatur mirabilis, conferens cum virtute Dei ad sputū sanguinis, & ad tussim chronicā, & antiquam, ex materia putrida saniosa ex vlcere, & phthisi, mūdificat enim, & abstergit cū virtute Dei à materia grossa, & putrida: & sūt vsi hac medicina prudētes, & cū sit ex fortib., non ambigitur super ea: & cōfert p̄focacioni matricis, & paralyfi, & vesicæ: & cōfert fluxui vētris, & periodis februm, & resistit venenis, cuius permistio hæc est. Recip. castorei, piperis, lōgi, & nigri, styracis, spice, costi, galbani, opij, ana drachmas quatuor, croci, drachmas duas, confice cum melle despumato quantum sufficit, dosis eius est sicut faba, cum aqua mellis.

De fluxu sanguinis ab ore. Cap. 6.

Sanguinis exitus ab ore est secundum vnum quatuor modorum: aut enim expuitur tantum, & est ex parte oris: aut egreditur, cum rascatione, & ē aut à colatorio, aut ab vuula, aut à palato, & partibus eorum: & quandoque egreditur cum vomitu; & est aut à meri, aut à stomacho, aut ab hepate, aut à sinibus eorum, & quandoque cum tussi; & est aut ex pectore, aut à pulmone, aut à canna, aut lacerto vocali, aut epiglotti. Et quidem qualiscūque, horum fuerit, est secundum vnum quatuor modorum. Aut enim est secundum semitam redundationis ex aliquo, sicut à venis, aut arterijs, & proprie quando accidit ebullitio in sanguine, aut agitatio in apostemate sanguineo, cuius materia est facilis resolutionis. Secundus est secundum semitam redundationis, sicut accidit pluribus à retentione menstruorum, & cōstrictione hæmorrhoidum non s̄m sapientiam, & sicut accidit pluribus propter exuberantiā sanguinis in toto. Tertius vero ex ruptura venæ,

apertione eius cum vulnere, aut sine vulnere. Quartus ex vlcere, & corrosione super venā. Sanguinis autē, qui expuitur, dicta cura est in cap. de vulneribus, & vlceribus oris, & partiū eius. Cū vero egreditur cum rascatione, cura dicta est in cap. de fluxu sanguinis nariū, & in capit. de vlceribus vuæ, & palati, & in cap. de alcola, & conferunt eis gargarizationes ex rebus stypticis: & si non tollitur, phlebotometur ex cephalica, phlebotomia subtili, vice post vicem, & fiat alia, quæ sunt dicta ibi. Egressionis autem sanguinis cum vomitu cura est tres res. Prima est rectificatio membri, à quo est passio. Secūda est, vt fiat diuersio, & hoc fit cum subtractione sanguinis ex vena seruiēte illi membro, & cum applicatione ventosarum super ipso, & similibus. Et si est ex corpore toto, propter exuberantiā sanguinis in ipso, fiant phlebotomiæ, cum iteratione ex basilica, nunc dextera, nunc sinistra, & quandoque ex saphe nis: & hoc quidem differenter, nam si solum in quantitate exuberat phlebotomia larga necessaria est, vel medioeris largitatis, si autem acuitas, & inflammatio sit in sanguine cum subtilitate, & ebullitione, subtili phlebotomia vtendum est. Tertia est administratio rerum conglutinantium, & consolidantiū, sicut competit ex his, quæ dicemus. Nunc vero eorum, quæ compingunt, & ingrossant sanguinem, ex his, quæ dicemus. Sanguinis autem egressio cum tussi est ex pectore, aut pulmone: & eius cura est praua. Dixit enim Hippocrates. Scream sanguinis ex pectore, & pulmone concomitatur sputum putredinis, & post illud phthi sis, & post illā desperatio, & mors. Verū, quod est ex pectore est minus suspectum eo, quod est ex pulmone. Raro, quidem solutio continuitatis in pulmone sanatur: & illud est p̄pter quin que res. Et prima quidem res est, quoniam motio resistit consolidationi: immo addit ad ipsā, et dilatat eam, et nosti, quod pulmo in similitudine folliū fornacis dilatatur, & constringitur continue ob causam vitæ. Secūda vero est, quæ sanies in spongioso membro diu retinetur: & diu retenta magis acuitur: et magis acuta profundat vlcera. Tertia est quoniam solutio continuitatis cadens in pulmone dilatat ipsum, & retardat officium eius, quod diximus: quare fumi calidi difficulter egrediuntur: imo cumulātur in solutionis loco, & inflāmantur, & addunt ad solutionem, & dispersi per corpus sunt causa desiccationis membrorū, & febris hec tica. Quarta est, quoniam pulmonis caro multè passibilitatis est, & teneritatis, cito subiecta putrefactioni: & illud ideo, quoniam nutrimentū eius est ex sanguine subtili, & acuto, & est ipsum receptaculū phlegmatis, quare cito fit in eo repugnatio contrarietatis in alterum: & ex hoc cito accidit putrefactio, & corruptio. quinta est substinētia eius, catarrhis paulatī vulnerā-

Cura fluxu sanguinis per vomitum.

Quinque de causis solutio continuitatis in pulmone raro sanatur.

Secūda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Mesua.

Sf 2

tibus,

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVLV.

tibus, & vlcerautibus. Ex his aut pater, qd̄ ex pulmone sāguinis excreatio, aut in eo cōtinuitatis solutio, est suspecta. Et quidem. Hipp. dixit sanguinis screatus ex profundo qualiscūq; ascēdens suspectus est: à superioribus aut fluēs non est suspectus. Egressionis autem sanguinis ex pectore, aut pulmone cura est sū duas intētionēs, vniuersalē, scilicet, & particularē. Vniuersalis aut intentio est quatuor res, prima est sanguinis adæquatio, secunda est diuersio, tertia est mundificatio, quarta est accidentiū correctio. Primā igitur rem cōplent correctiones cadentes in exuberantia, in qualitate, & quantitate sanguinis, aut in vtrifq;. Et quātitate q̄dem cum diminutione cibi, & potus, & dimissionē vini, & si excusari non potes, sit multē p̄missionis cū aqua, & sit vinum stypticū. Et dimittat dulcia, & pulmēta ex lacte, & frumēto, & tritico, & vitet omnia generaliter, q̄ dilatāt, & multiplicat sanguinē ex his, quæ comedūt, & bibūt. Et abhorreat quietis superfluitatē multiplicatē materias somni, & proprie sub radijs solis, & lunæ: & abhorreat laborē in horis vehementis caloris, & laborē agitatiū, & clamorem, & irā, & portationes ponderum, & coitus superfluitatē: & frequentationes balnei dulcis, & similia. Et sit cōtentus sorbitionibus factis ex sauch hordei, & rizo, & milio: & cōceditur caseus recens, et lac, ex quo extractū sit butyrum, & fructus styptici, & ex oleribus, portulaca, et lactuca, et endiuia, et atriplices, et cucurbitę, & citruli, & ex carnibus, perdicum, turdorū, et minutarū auium minus pinguium, leporis, & similiū, decoctæ cū fructibus stypticis, & succis eorum, & ex granis comedant lentescorticas, & mel, & sauch hordei, & rizū, & miliū, & geguers, & farinā fabarū, ex piscibus, pisces degentes in locis petrosis, & cancras aquarū dulciū coctos in lacte sine butyro, & aqua hordei, & q̄ hoc cursu procedūt. Bibāt aut aquā rosatā, aut decoctionis rosarū, & aq̄ de minera ferri, aut aquā, in qua extinguit ferrū cum rob myrtino, aut aquam hordei decoctionis cancrorū aquæ dulcis, & similia. Si aut peccatū sit ex parte acuitatis sāguinis, & ebullitionis, sedamus id cum rebus extinguentibus inflammationem, & ingrossantibus sanguinem, sicut sunt proprie cibi, & potus frigidi, & proprie styptici, & extinctiui inflammationum, sicut cibi congelati ex lentibus cū succis aliquibus stypticis, aut ex cucurbita, aut citrulis: & portulaca est ex rebus mirabilibus ad illud, sedat .n. inflammationem, & stringit sanguinem, & concedūtur eis cibi pauca acetositas: sicut zetoschia, & sumachia, & cucurbita cum granatis acris, & dulcibus, aut muzis, tritis cū granis suis: & carnes pullorum, & paruarum auium cū succis stypticis, & cōgelatum ex eis. Et confert eis iouamentum magnum administratio psyllij assi cōquassati in aqua rosata cū

coriandro asfo: similiter aut semen portulacæ cum aqua rosarum: & hoc in matutinis, hæc .n. ingrossant, et impinguant sanguinem; huius est intentionis est lac acetosū extracto butyro ex eo: & si extinguatur in eo ferrū, magnificatur eius operatio: & caseus recens est bonus eis: & laudātur eis iuibæ, & aqua decoctionis earū, & fructus styptici, & succi eorū, & similia. Et ex rebus etiam sanguinis inflammationem, et acuitatē sedātibus sunt emplastrationes, & epithemata circa hepar, & cor ex rebus, & succis frigidis, & stypticis: & appositiones aquæ veri frigoris cū aliquib. eorū circa ipsa: & sedere in aqua frigida, & similia, q̄ diximus in capitulo de fluxu sanguinis ex narib. Si autem peccatū in quantitate sanguinis simul, & qualitate fuerit, tunc nostra occupatio erit circa vtrumq;. Secundam rem complent administrationes phlebotomię cum iterationibus, si oportet, ex vena basilica, nunc dextri, nunc sinistri brachij; mediocris apertionis, si solū in quantitate sanguis exuberat: aut subtilis apertionis si subtilitas, et acuitas dominantur in sanguine. Et quandoq; conuertimus sanguinē ad longinquam diuersitatem, sicut ad partes inferiores: & hoc cū phlebotomia saphenę, & ventosatione crurium, & scarificatione in ipsis. Et quāque exigit dispositio, hæmorrhoidū aut menstruū prouocatio, & facimus id. Et cōferunt ventosationes in hypochondrijs sine scarificatione. Et dixit Rufus, quādoq; accipit mulieri, vt spueret sanguinē, postq̄ lac delituit in māmillis eius, & restrictus est puocato lacte: at accidit ei illud tertio, et curata est post exuberantiā lactis. Tertiā autem rem cōplent administrationes medicaminum sanguinē mundificantium, & si quidem fuerit acuitas, & inflamatio, & ebullitio in eo propter missionē cholerae acute in ipso, oportet, quod euacuet cholera prius, deinde phlebotometur, hoc .n. est sū canonem artis, demum sequatur infrigidatio, & si oportet, vltima infrigidatione. Cholera autem euacuabitur cum aqua fructuum, facta ex eo, quod mulgetur ex seminibus portulacæ prius assis, in rheubarbaro ē virtus mirabilis in hac parte. Euacuat enim cholera, et stringit de proprietate sanguinem, et proprie cum succo linguæ arietis, aut cum aqua, q̄ mulgetur ex seminibus portulacæ. Si autem phlegma abundat cum sanguine faciens exuberare ipsum, euacuetur phlegma cū eis, quæ scis, deinde phlebotomia. Et ex eis etiam, quæ mundificant sanguinē simul, et diuertunt motum eius, et inclinant inferius, sunt administrationes clysterium debiliū, et si oportet, habentium acuitatem, ex his, q̄ scis: nisi timueris agitationes fieri in ipso, et proprie apud ebullitionem eius, tūc autem oportet blandiri cum clysteribus debilibus: hæc est enim operatio secundum sapientiam. Quartam rem complent nūc abstinentia, et cessatio à rebus mouentibus, et agi-

Cura sanguinis ex pectore aut pulmone.

Pulm.

Motus.

Abst.

Pulm.

De portulaca.

Cura sanguinis ex pectore aut pulmone.

Cura sanguinis ex pectore aut pulmone.

Cura sanguinis ex pectore aut pulmone.

& agitationibus sanguinem, nunc autē pręuen-
tio, & pręseruatio à fluxu eius: & pprie in ex-
posito ad illud, nunc vero remotio nocumēti fa-
cientis cadere in illud, res autē mouētes, & agi-
tātes sanguinē, sunt cibi acuti, & medicinę acu-
te, et labor vehemēs, et ebrietas multa, et rixę,
& vociferationes, & casus, & percussio, & his
similia. Expositi autē ad sputū sāguinis sūt ha-
betes pectus stricū, & nudum, & humeros sic-
cut curuaturas alarū, & collū subtile, et longū,
& depressū inter alas, et humeros: et frequētat
eis tussicula cū punctura interdum, nunc apud
dextram nunc apud sinistram spatulam, nunc
apud aliquam mammillarum. Hos autē prę-
uenimus, ne cadant in illud, cum phlebotomia
ex basilica, & inclinatione sāguinis ad inferio-
ra cū phlebotomia saphenę, & positione ven-
tosarum, & prouocatione hęmorrhoidū, aut
menstruorū, & fricatione facta in extremita-
tibus & correctione in sex generibus rerū sicut
scis. Et hęc omnia maxime obseruāda sunt, pprie
in principio veris, & in toto vere, est enim
tēpus exuberare faciens sanguinē. Nocumen-
ta autē faciētia cadere in sputū sanguinis sunt
sicut catarrhus acutus, tussis vehemēs, aposte-
ma pleureticum, aut peripneumonicū, aut hep-
aticum: & ex his est retentio mēstruorum, &
constrictio hęmorrhoidū consuetarum fluere.
Et quidem iā catarrhi curā scripsimus, & tussis.
Et in pleuresi quidē, & peripneumonia san-
guineis, apparēs sputū est signū laudabile, re-
sudet enim ex apostemate aliqd post aliquid,
ex eo, qđ materia est resolubilis, non prohibi-
ta propter adhęrentiā, aut compactiōem. In
apostemate autem hepatico est eius apparitio
aliquādo causa ad malū, & pprie cū aposte-
ma est magnū exuberās: & quandoq; est signū
boni: & pprie apud resolutionem ipsius. Hę-
morrhoidum autē, aut menstruorū constrictio
non sē sapiētiā, si faciat cadere in illud, aut
si sit suspēctio de illo; tunc eorū prouocatio ex-
cusat à suspitione, sicut Galenus super verbis
Hip. dixit, inquit enim, chronicus hęmorrhoi-
dum fluxus constrictus, & subito, cadere facit
in hydropisim, aut maniā, aut sanguinis screa-
tum, & phthisim. Particularis autē intentio ha-
bet quatuor modos. Primus cogit vertere intē-
tionem nostram ad curationē screatus sangui-
nis, qui cōtingit propter resudationē ipsius. Et
si quidem fuerit ab apostemate sanguineo, cu-
sus materia ponitur in resolutione alicuius ca-
sus post aliquid, curari non indiget: est enim si-
gnificatio salutis. Si autem fuerit sū semitā re-
sudationis ex venis pulmonis, aut arterijs, vel
ē pectoris, propter agitationem, & ebullitio-
nem cadentem in sanguine; dabimus medica-
mina sanguinis feruorē reprimētia, & ipsum
summa hęc est: portulaca pprie cōmasticata
frequenter, & parū post parū deglutitus eius

A succus potēter stringit sanguinē, & sedat ebul-
litionē eius, & cōpingit ipsum. Et similiter se-
men eius assum, & tota planta ipsius etiam sū
omnem modum administrationis eius, & simi-
liter album papauer assum. Iuiubę autem sūt
huius intentionis sū omnem modum admini-
strationis earum. In mucilagine autem psyllij
cum lapide hęmatite diligenter loto, & cōtri-
to contritione vltima, inest virtus mirabilis: &
similiter in coriādō, & similiter in lapide hę-
matite cum succo arnoglossę. Psyllium autem
assum, & conquassatum cū aqua expressionis
portulacę, aut feminis eius vsq; dū fiat mucil-
aginosū, est ad id mirabile. Et similiter semen
hyoscyami cū succo arnoglossę: huius etiam
est intētionis lac coctum cū lapidibus fluuiali-
bus, aut cū ferro ignito, prius extracto butyro
ex eo, & similiter lac acetosum extracto ex eo
butyro, & caseus recens similiter. Lutum autē
asemen, & lutū armenū, & sigillatum sunt ex
medicinis veris ad illud, & pprie cum succo
plantaginis: ista enim sunt cum virtute infrigi-
dationis, & cōglutinationis: & ex eis cōposita
sunt vltima ad id: & quęcunq; sunt huius intē-
tionis. Et laudāt eis aqua ferri, & aqua pluui-
lis cū gummi arabico asso, aut dragagātho. Et
laudātur eis etiam aqua hordei, & pprie as-
si, cum cancris fluuialibus, aut spodio, & simili-
bus. Et quandoq; exigit necessitas apud vehe-
mentē agitationē, & vigilias, vt cū eis aliqua
ex narcoticis tribuamus, & tunc facimus id cū
cautela. Secundus modus docet vertere inten-
tionem nostrā ad curationē eius screatus san-
guinis, qui sit sū semitā redundationis: & hu-
ius curā iam diximus, quādo modos diuertē-
di fluxū sanguinis docuimus. Tertius modus
qui est ad curandū apertionē, aut rupturā ve-
nę cū vulnere, aut sine vulnere, indiget admi-
nistratione medicaminū stypticorū, & cōsolida-
tiorū. Et hoc quidem facientiū sūma hęc
est: sanguis draconis pprie, & charabę, & bo-
lus, & lutū sigillatū, & balausticę, & rosę, & cor-
nu ceruinū adustū, & coralli adusti: & cachie,
& hypocyttis, & cortices, & flores granatorū
& hęmatites, & gummi assum, & mumia, &
D rheubarbarū pprie assum, & cortices thuris,
& cortices mastiches, & coagulum leporis, &
coriādōrum, & semen linguę arietis, & capita,
& virgulta rosarū, & fructus, & folia myrti,
& spodium, & cortices cancrorum vstorū, &
similia. Fundamentū autem, & medicamina,
cum quibus hęc miscenda, & propināda sunt,
vel aliqua eorū, quę sunt, succus pprie plan-
taginis, & succus albuth, sandali, & succus por-
tulacę, & succus albeda regi, & aqua alsauicę,
& aqua pluuialis infusionis gummi assii, & a-
qua rosata, & succus cydoniorum, & miua, &
succos granorū myrti, & syrupos ex eis, & mu-
cilago psyllij, & semen cydoniorū, & aqua su-
mach, & similia. Medicinas autē cōpositas scri-
Mesue. Sl 3 be-

Veni ruptam
confidantia.

iisdē succis stypticis. Et iam expertū est, quod
 feminum arnoglossæ, granorū myrti, & capi-
 tum rosarū cum folijs suis, ana dr. j. & s. admi-
 nistrata cū succo arnoglossæ, sunt ad illud me-
 dicamentum vltimum. Et in semine hyoscy-
 ami est operatio bona: & hoc qñ ægritudo est
 praua, & proprie cū aqua mellis, & in mumia
 similiter est operatio pfecta, & in proprie spu-
 to sanguinis ex percussione, aut casu, & sit po-
 tio ipsius chirat. j. & proprie cū vino styptico.
 Andromachus. Confectio trochiscorū ad spu-
 tum sanguinis, & sreatū eius. Recipit acaciæ
 dr. iij. rosarum, balaustræ, ana dr. v. gūmi ara-
 bici, dr. ij. dragag. dr. j. confice cū aqua pluui-
 ali, dosis, dr. j. cū aqua frigida, & est expertum.
 Paulus. Confectio trochiscorū restringentium B
 sreatum sanguinis, etiam si sit antiquus: & se-
 dantiū agitationes, & inducentium somnum.
 Recipit acaciæ, scendene lotē, hypocistidos, ba-
 laustræ, florū meli granati, ana dr. v. gallarum,
 dr. j. & s. opij, et croci, ana dr. tres, fac trochiscos
 cum aqua pluuiali, dosis aur. s. cum aqua frigi-
 da. Filius Zachariæ Arasi. Cōfectio trochisco-
 rum scendene, conferentium sputo sanguinis,
 & eius manationi vndecūque, & sunt experti.
 Rec. thuris, sanguinis draconis, balaustræ, ana
 dr. tres, & tertiā alterius, charabæ, dr. j. scende-
 ne, terre sigillatē, ana dr. iij. aluminis, dr. ij. &
 s. opij, cinnamomi, ana dr. ij. hyoscyami, dr. j.
 & s. fiant ex eis troch. iij. & sit dosis .i. cum al-
 bedagori, aut aqua portulacæ, aut linguæ arie-
 tis. Idē. Confectio epithematis, qua linitur pe-
 ctus: & sedat dolorem, & restringit sāguinem,
 & consolidat, & linitur super stomachū apud
 vomitum sāguinis, & vesicam, & super renes,
 apud iuncturam * sanguinis, & pessariatur in
 matricæ, apud superfluitatem mēstruorum, &
 stringit fluxum hæmorrhoidum. Recip. succi
 eufiltidos, acaciæ, sang. draconis, galle, balau-
 stræ, croci, gummi arabici, myrrhæ, boli armeni,
 opij, ana. fiat trochisci: & lini ex eis vbi oportet.
 Sabor. Confectio papaueris conferentis cū
 auxilio Dei ei, qui sput sanguinem propter
 acuitatem, & inflammationem, & dolorem pe-
 ctoris, & pleuresim. Recip. rosarum, gummi ara-
 bici, ana dr. iij. amyli, dragaganthi, papaueris,
 ana dr. ij. spodij, croci, ana dr. s. succi liqui-
 dr. ij. confice cum syrupo de papauere: da cum
 aqua pluuiali, & syrupo myrtino, aut rob eius,
 aut syrupo de papauere. Idē. Confectio tro-
 chiscorum cōferentium sputo sanguinis, & e-
 manationi eius vndecūque. Recip. luti sigil-
 lati, dr. iij. boli armeni, amyli, rosarum, ana dr.
 iij. charabæ, granorū myrti, ana dr. v. cancro-
 rum vstorum, seminis portulacæ, ana dr. x. co-
 rallorum, dragagan. spodij, ana dr. v. gummi
 arabici, liquiritiæ, ana dr. iij. cōfice cum succo
 portulacæ, & aqua rosata: da cū aqua pluui-
 ali. Isaac Israelita. Confectio medicaminis con-
 ferēs sreatui sāguinis à pectore, & pulmone,

& emanationi eius, & vomitui, & hoc medica-
 men non permittit cadere in phthisim. Accipe
 psyllij assi, drac. xv. granorum portulacæ asfo-
 rum, gummi arabici assi, boli armeni, ana, dr. v.
 papaueris albi, lactucæ, ana dr. x. charabæ asfæ,
 rosarum cum pedibus suis, ana drac. iij. coralli
 assi, dra. iij. tere omnia sicut alcohol, dosis eius
 est, dr. iij. cum aqua frigida mane, & sero. Et sit
 cibus eorum vitelli ouorū, & pedes arietum,
 & hædorum. Idem. Confectio lohoc, quæ ad-
 ministratur ad manationes sanguinis ex pecto-
 re, & pulmone, bona. Rec. dragaganthi, gum-
 mi arabici, sanguinis draconis, boli armeni, ro-
 sarum, amyli, spodij, ana dr. iij. scendene gi, se-
 minis arnoglossæ, papaueris albi, mumix, aca-
 ciæ, succi eufiltidos, ana dr. ij. penidiarum saha-
 ri, dr. iij. cōfice cum syrupo facto ex rosis ficcis
 quantum sufficit: aut cum syrupo myrtino, &
 administretur. Phylimon. Confectio philonij
 perfici vchementis virtutis ad manationem
 sanguinis vndecūque, & sreatum eius cum
 tussi, & sine tussi, & superfluitatem mens-
 truum dolorosam, & hæmorrhoidum, & egestio-
 nem sanguineam, & ad mulieris prægnantes,
 quibus erumpunt menstrua, & conseruat fœ-
 tus in matricibus earum. Cuius hæc est permi-
 stio. Accipe papaueris albi, hyoscyami, ana dr.
 xx. opij, terre sigillatē, ana dr. x. scendene gi, cro-
 ci, ana drac. vj. castorei, spicæ, euphorbij, pyre-
 thri, margaritarum non perforatarum, chara-
 bæ, zedoariæ, doronici, ramich, ana dr. j. cam-
 phoræ dr. j. tertiam, confice cum melle rosato
 colato quantum sufficit, dosis à drac. s. vsq; ad
 dr. j. cum succo arnoglossæ, aut cum aqua rosa-
 ta, & modico vini puri.

De Pleuresi. Cap. 7.

Pleuresis autem quædam vera, quædam non
 vera, vera quidem est apostematio cadēs
 in panniculis, & lacertis distinguentibus inter
 velamen magnum, & costas, & proprie secus
 extremitate costarum terminatarum in pecto-
 re, aut sub eo: aut accidens in panniculo distin-
 guente, & est diaphragma: & eius materia est
 sanguis, aut sanguis cholericus, aut cholera pu-
 ra. Et non vera quidem pleuresis est, quæ fit in
 velamine, & lacerto extrinsecis cooperientib.
 pectus, & distinguentibus inter costas, & com-
 missuras earum, & communicantibus cum cu-
 te. Et eius materia, aut est phlegma putrefactū,
 & inflammatum, & hoc est raro: aut melan-
 cholia, & hoc est rarius. Et illa quidem, quæ
 fuerit in velamine distinguente costas cū com-
 munitate cutis, minus suspecta est: quæ vero in
 velamine, quod sub costis, magis, quæ autem
 in velamine distinguente, est praua, fit enim
 cum permissione intellectus circa augmentum,
 & statū eius: & illud ideo, qm̄ communicat cū
 cerebro mediāte neruo magno, qui dirigitur,
 & di-

Iberal seu-
tum sang.Phylimon, &
aprimo ad
sreatū san-
guinis.Tro prægnan-
tibus mēstru-
antibus.Quid sit vera
pleuresis.Quid non ve-
ra.

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVLV.

*Aqua bona
re sit. et pluri-
mū plicatū.*

*Agri medii
terminatur
pleurige.*

*De non pleu-
ritis per reser-
uationem.*

*Qualiter su-
spitum est se-
per tere ma-
teriam pleu-
ritis.*

& dilatatur in substantiā panniculorū. Et qui-
dem cōe est intrinsecis, & extrinsecis pāniculis
ab oī materia apostemari posse, verum à san-
guine, & cholera frequentius: à phlegmate, &
melancholia rarius, et illud ideo, qm̄ ad mem-
brū panniculare, & densum, raro grossum, aut
viscosum penetrant. Pleuresis autē qualiscun-
que fuerit, aut resoluitur, aut suppuratur, aut
permutatur. Ars autē, & ingeniatio ad resolu-
tionem ipsius est s̄m vij. res. Et prima quidem
est repercussio materiei: Secunda est regimen
ingeniatium, quo requiritur sciētia, utrū sit à
plenitudine humoralī, aut v̄tosali. Tertia est
diuersio materiei. Quarta est subtractio eius
subtractione cōmuni post digestionem ipsius.
Quinta est educio ipsi⁹ educioe pprie post
preparationē eius. Sexta est correctio acciden-
tium. Septima est regimen vitæ eius, quod in
tota protelatione curæ extendendū est. Et pri-
mam quidem rem complent administrationes
medicaminum membrum confortantium, ip-
siusque virtutem coadunātium, vt nō recipiat,
nec ipsum vincat, quæ ad ipsum fluit, materia.
Et ex hoc quidem facientibus est emplastratio
facta ex lētibz excorticatis coctis cum aceto,
aut ex farina fabarum cocta cum aceto, aut sa-
uic cū aceto, & fortius eis est emplastratio ex
lentibus non excorticatis, lotis in aqua calida,
deinde coctis cum aceto. Huius etiam intētio-
nis est euaporatio facta cum spongia infusa in
aceto decoctionis rosarum, aut balaustiarum,
aut similium. Verum hoc est suspectum, nisi cū
materia pauca fuerit, aut in principio princi-
piatē, cū nondū materia respit in locum, & hęc
quidē cautela est, vt administretur regimē di-
uersum in eodem tūc, hęc enim cura est s̄m
sapientiam. Secundam rem complent admini-
strationes euaporationum, nūc humidorum,
nunc siccorum; sicut dispositio materiei exigit.
Et præcipiamus spōgiam marinam aqua cali-
da infusam, & expressā alia euaporatoria præ-
cedere, prius tñ loco palma manus leuiter fri-
cato, & oportet, vt sit spōgia lata, & ampla ex
oī parte circundans. Et oportet inter carnē, &
spongiam pannum antiquum subtilem, & sic-
cum interponi, supra siccum alium permutari
singulis iterationibus, absque iterationibus ad
ministrationis spongiæ: & oportet esse aquam
dulcem, ac leuem: & quandoque decoctionis
chamæmeli, aut anethi, aut similium, & aqua
falsa est fortior aqua dulci: & hoc qñ oportet,
& qñque facimus illud cum vesica, aqua cali-
da semiplena. Ex bonis euaporatoris est aqua
decoctionis furfuris, et chamæmeli, aut anethi,
aut herbæ vitri, & adhuc facillationes ex her-
ba vitri, & furfuris, postquam calefactum fue-
rit in latere calido, super quem rosatum prius
fuerit acetum permilum aqua: aut aqua sola,
aut aqua falsa s̄m quod exigit dispositio mate-
riæ: & qñq; madefiunt in aliquo eorum prius,

Et deinde calefiunt, & superponuntur. Et fortius
his est euaporatorium factum ex orobo, & se-
minibus, aut folijs caulium, & aceto positis su-
per lanam imbibitam, aut oleo anethino. Ex
siccis autem euaporatorijs est facellatio facta
cū fursure, & sale calefactis, aut milio, & sale
calefactis, aut panico, & sale. Ex medijs inter
humidum, & siccum est vas æneū, aut terreū,
aqua calida plenum: & oportet, vt sit vas am-
plum conuexum, vt ex omni parte circundet.
Et quidem super omnibus his canon est: quem
sēper obseruare iubemus, qm̄ circa cito, & tar-
de resolubile intense, aut remisse calidū, & cir-
ca in superficie, aut in profundo positum, eua-
poratorium administrationis oportet commē-
turare, sic. n. traditur sciētia s̄m sapientiam. Et
adhuc quidem canon est, debere ab humidis,
debilioribus incipere. Et quanto compactior,
& sicciior fuerit materia, tātō tardius ad fortio-
ra prorumpet, ne resoluatur materię, quod sub-
tile est, & cadat deinde durities in residuo, hoc
namque cauendum est. Cauendum etiam ne
vapor ex euaporatorijs ad ægri nares ascēdat,
dissolutionem enim, & tristitiam, & anhelitus
constrictionem generat. Cum autem ex serie
operationis huius peruenerit ad hoc, vt dolor,
& punctura qualiscunque fuerit, resoluantur,
aut s̄m aliquid, aut integre; subest excusatio
trāseundi ad aliud. Si vero multiplicatur vsq;
adeo, vt dilatetur, & ascendat dolor vsque ad
furculas, aut vsque ad hypochondria extendat-
ur; tunc certum est, quod resolutionem reple-
tio agitativa prohibet: immo adhuc euapora-
tio dilatat agitativam, & multiplicat: & hoc ma-
xime cum repletio fuerit in toto: tūc autem ad
aliud genus curæ procedendum est, quæ admo-
dum dicemus iam. Tertiam igitur rem com-
plent administrationes medicaminum s̄m exi-
gētiā vnus duarū occupationem. Et prima
quidē est, quod si materia fuerit dilatata, ascē-
dens vsque ad furculam, & nondū ex toto re-
pserit, sed adhuc est, vt repat; phlebotometur
basilica ex latere opposito: & extrahatur de s̄a
guine vsque dū alteretur color eius, iuxta vir-
tutis, & ætatis exigētiā. Et qñque apud pla-
ralitatē repletionis iubemus phlebotomari ex
saphena partis oppositæ, est enim eius inuamē-
tum sublime, festinum, & proprie apud ascen-
sum materiei ad caput. Huius ē intētionis sūt
ventosationes in cruribus, & fricationes in ex-
tremitatibz, & clysteres lenes, & quæ hoc cur-
su procedunt. Secunda vero est, quod si mate-
ria fuerit decliuior ad hypochōdria, præponē-
da est clysterizatio. Deinde si necessitas expe-
tit, phlebotometur basilica similiter partis op-
positæ: & non excludatur, si virtus permiserit,
phlebotomia saphenæ. Et vniuersaliter quidē
extractio facis, & alleuiatio partium v̄teris à
fæce, & v̄tositate excusat ab additione nocu-
mentorum in hac ægritudine. Administrentur
igitur

*Canon lincis
mancus.*

*Alia lincis
lincis mancus.*

*Alia lincis
lincis mancus.*

*Dr. Plinius
mancus.*

igitur
aqua
clæ
rum
ex d
flux
dem
anb
hui
non
men
ficio
inci
dat
teri
ratic
ficat
his,
ad d
inte
ad e
ex fi
phle
dici
hoc
nost
secc
erge
tia f
rem
tion
Exc
rit o
ra c
myr
iuu
dum
chol
solu
ca, a
bot
rit o
natu
med
para
& fi
infl
hum
tute
aqua
mili
niab
fio.
men
tē v
tinē
si de
fio n
uiat
dofi

igitur clysteres lenes facti ex eo, quod est sicut aqua hordei cum radice maluarum: et aqua sicca pauca, & similib. Et ne excedas in vsu eorum nisi vsq; ad illud quod significabitur tibi ex dispositione, qm̄ consuevit egritudine hanc fluxus sanguinis sequi immoderate. Et si quidem fuerit cum eis accessus incolumitatis ad anhelitum, & lentescant febrium; tunc est huius apparitio significatio laudabilis, si vero non, contraria. Ex rebus autem maximi iuamentis ad diuertendum morbi materiam est positio ventosarum super locum doloris: nunc cum incisione, nunc sine ea, sicut exigit necessitas: sedatur. n. ex hoc dolor interdum, & interdum materia ad partes cutis trahitur, verum oportet operationem hanc, quod precedat corporis mundificationem cum phlebotomia, solutione ventris ex his, quae dicemus, verum hoc a septimo vsque ad decimum quartum diem, & hoc proprie cum intelleximus materiam morbi posse reuocari ad cutem, huius est intentionis est emplastratio ex sinapi, & similibus. Quartam rem complet phlebotomia, & corporis mundificatio cum medicina solutiua sicut necessitatis exigentiam. Et hoc, quod non discutimus, dirigit intentionem nostram ad aegritudinem iam factam, in qua respicit secundum totalitatem ipsa materia. Necessaria est ergo phlebotomia tunc, si ex sanguinis abundantia fuerit, ex basilica partis, quae sequitur dolorem, facta vsq; ad coloris sanguinis permutationem cum conditionibus virtutis, & aetatis. Excusat. n. ab alijs haec phlebotomia, nisi fuerit constipatio naturae: tunc. n. lenienda est natura cum his, quae sunt sicut siracost. i. manna, & myrobalan. de violis, & decoctio violarum cum iuibis in aqua hordei, & quae hoc cursu procedunt, aut cum enemate leui. Si autem materia cholericam fuerit, tunc phlebotomia, & ventris solutio necessaria est: & similiter si phlegmatica, aut melancholica fuerit. Verum oportet phlebotomiam praeponi pharmaciae, nisi ventris fuerit constipatio: tunc. n. praecipimus lenire prius naturam. Mundificationem autem corporis cum medicina solutiua, oportet, quod precedat praeparatiua ad materiae digestionem necessaria, & si quidem materia cholericam fuerit, requirit inflammationem eius in frigidationem maiorem, & humectationem; non tamen expolianda a virtute abstersionis, & de hoc quidem genere sunt aqua citruli, & melonis indi, & cucurbitae, & similia, & proprie cum eo, quod est sicut secaniabin, quod scripsit Gal. cuius haec est permissio. Rec. mellis partem unam, zucchari, salis iamini partes duas, aceti, & aquae dulcis, an. partem unam. Inest autem huic secaniabin virtus extinctionis, & sedationis sitis, & abstersionis, & si duplicatur in eo mel, prouenit ex eo abstersionis maior, & si additur ei ad acetositatem, est obuatium cholerae, & multiplicationis sitis, & sitosis eius ab vnc. ij. vsq; ad iij. cum aliquo ex

prae dictis succis, aut cum aqua habente temperiem inter calidum, & frigidum, si aestas fuerit: & si fuerit hyems, detur cum aqua calida, ita tamen quod in matutinis praecedat haustum eius potus mucilaginis psyllij ex aqua sola, aut ex aqua granatorum dulcium, & aqua dulci cum iuleb: & subsequatur ipsum circiter per duas horas potus aquae hordei. Si autem est plura humectationis, & minoris abstersionis dispositio exigit, syrupus violae cum aqua iubarum datus est, aut aqua hordei cum violis conditis. Rescindatur autem omnia, quae in frigidant, & compingunt, sicut portulaca, papauer, & similia, nisi aliqua necessitas exigat, sicut dicemus. Si autem febris, & estuatio, anhelitusque frequentia, & sitis inualuerint, succurrendum tunc cum eo, in quo est humectatio sola, sicut est mucilago psyllij proprie, & iuleb subtile; sorbendo ex eo semper aliquid post aliquid, & si fuerit cum hoc constriictio naturae, datus est syrupus de prunis cum mucilagine psyllij, & similia. Si autem materia sanguinea fuerit, requiritur virtus in frigidationis minor, & abstersionis maior; & proprie cum eo, quod est, sicut secaniabin, in quo duplicatur mel, cuius haustum praecedat, sicut matutinis, hydromel, et iuleb factum subtile utrunque: & subsequatur aqua hordei, decoctio capillorum veneris, & similia. Si autem materia fuerit sanguis phlegmaticus, requiritur minor in frigidatio, & maior abstersionis cum eo, quod est, sicut secaniabin proprie, & decoctio hyssopi, & radix liliij, huius est intentionis est hydromel, & similia. Si vero fuerit materia sanguis melancholicus, datus est syrupus melinus, & hydromel cum decoctione anethi, vel lupini, vel buglossae, & ireos, et similia. Et super his canon est, ut res lenientes, et remouentes asperitatem praecedant res, quae abstergunt: immo non expolientur ab eis: sic. n. facilitatur operatio, cum aut administrationem medicinae solutiuae cognoueris necessariam esse in re, ut consideres. Nam si febris vehementia inualuerit cum estuatio, tunc timendum est solutiuum, et excusat ab ipso sola phlebotomia, in qua non est timor, nisi forsitan apud naturae constipationem, et iubemus eam leniri cum aqua hordei, et violis conditis, et pulpae casiae fistulae, et manna, et similibus: aut cum aqua prunorum, et quae hoc cursu procedunt, aut cum clysteri lenitio ex his, quae scis. Materia vero euacuanda qualiscumque fuerit, oportet, ut euacuetur cum eis, cum quibus cum solutione est lenificatio, de quorum summa sunt violae proprie humidae, et siccae conditae, et syrupus ex eis, et siracost, et tereniabin, et zuccharum alfor, et casia fistula, et similia: et proprie si materia fuerit cholericam, et quandoque miscetur cum eis, sicut sunt trochisci de violis habentes aliquid scamoneae, et nos scripsimus permissionem eorum in capitulo de asthmae. Et si fuerit phlegmatica materia, euacu-

Quaeunque fuerit materia pleur si semper est euacuanda cum medicinis lenitio. si euacuatio indigeat.

quan-

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

cuāda est cū eo, quod est sicut puluis ireos, aut agaricus, aut hysopus, alhasce, cū myrobalanis de violis mellitis, & tereniabin, & aq. hordei. Si vero fuerit melācholia cum eo, est, sicut elleborus niger cū aqua hordei: & iā quidem Gal. præcipit aquam hordei post solutiū propinari debere, aut aquā mellis, vt lenificet, & abstergat virtutem solutiui, & si dispositio aliqua est, quæ exigat, necessarium est, vt clysteribus lenib., medijs, & acutis sū necessitatis exigentiam; & proprie cū dolor procliuior ad hypochondria fuerit. Quintam rem complent administrationes medicinarum sputū facilitantium, ipsumque velocitātium. Et hoc quidem perficitur, cū inchoatione ab humectātibus, & lenificātibus, & procedendo ad res temperate abstersionis, & si quidem vehemēs inflammatio fuerit, cum eo, quod est, sicut aqua melonis indi, aut aq. citruli, aut cucurbitæ cū aqua zuchari; aut aqua hordei excorticati decocti in aqua pluuiali decoctione vehemēti cū iuleb. Et si quidē nō adeo fuerit vehemens, sufficit aqua iuiubarum, & sebesten cum violis, & seminibus cydoniorum, & oleo amygdalarum dulciū cū iuleb, & aqua mellis, aut aqua zuchari, & non prætermittatur post illam aqua hordei, sicut post horā, & in processu rei procedendum vsque ad id, quod est sicut decoctio radicū lilij, & capillorū veneris in aqua hordei cum hydromelite, verum aqua mellis est vltimior ad humectandum, quam aqua hordei; & aqua ficuū, & passularū est huius generis post ista, & proprie cū myrobalanis de violis, & aqua mellis, & oleo de amygdalis dulcibus; & similiter aqua liquiritiæ cū eis, aut sine eis: & facimus sequi post illā aquā hordei: & est via rector, & quāque perueniemus ad gradum eorū, quæ sunt sicut decoctio hysopi, et similia. Et ex rebus sputū facilitantibus, est forbitio facta ex aqua ad caliditatem decliui, hora post horā: & ex eis est embrochatio facta super locum doloris cum aqua calida: minuit. n. dolorem, & sputū accelerat, & si sit decoctionis maluarū, aut foenug. & similiū, magnificatur operatio eius: & cōferūt ei cerata, et emplastra: et ex eis, quidem sunt meliora, in quib. est lenificatio cum resolutione non eleuata, sed quasi in gradu primo: deinde procedendum paulatim ad ea, quæ amplius eleuantur, & ex rebus vtilib. non eleuatis est ceratū ex oleo violato, & cera, aut ex oleo amygdalino, et cera, et eleuatur super ista quæcunque sunt ex mucilagibus, aut adipi b. alijs, & adhuc ex hysopo humida: & ex eis est fortius ex radice lilij, aut foenugræco, & semine lini, & absinthio coctis cum succo herbæ bitri, & oleo de chamemelo, & pauco melle, et adhuc est fortius his, ex caulib. elixatis cū butyro, aut ex cinere radicū caulium cū adipe. & nos quidē plura his scribemus post, si Deus voluerit. Et ex his, quæ valde sputum facilitāt,

Aqua mellis plus humectat plus quā aqua hordei.

est, vt dormiat infirmus super latus dolorosū, & forbeat hora post horā paulatim ex aqua calida, & aqua zuchari, aut aqua mellis calida, & similibus. Sextā rem complent administrationes medicaminum sedantium accidētia superueniētia huic ægritudini, quæ si vltimatur accidit eis timor, & desperatio, & sunt proprie permittio intellectus, alienatio, vigiliæ, sitis vehemēs, fluxus vētris, & sanguinis ex naribus. Intellectus autem permittio, & alienatio quæque accidit apud permutationem pleuresis, & nos loquemur de ea, quæque accidit ex proprietate cuiusdam speciei pleuresis, sicut proprie, quæ sit in velamine distinguēte magno, & ē diaphragma, & cōicat cū cerebro mediante neruo quodam magno, qui dilatatur, & cōtextitur in substantiam pānicularem, & oportet in hac parte geminare curā simul pleuresis, sicut scribemus nunc; & phrenesis, sicut in proprio loco scripsimus, et huic erit modus curationis, si Deus hanc ægritudinem curari permiserit. Vigiliæ autem si accidant interdum, accessum ad permittionē intellectus significāt: & proprie dum multiplicantur, & tunc necessaria est administratio specierū de iacur, & syrui de papauere, & decoctionis eius, & hoc cum cautela, ne sputum cōpingāt, & prohibeāt, quod est res deterior eis, & medicinæ ex sem. papaueris meliores sunt eis, quæ ex cortice: cautela societatis aufert hoc nocuentū, & pprie si associetur eis, quæ est sicut decoctio passularū, aut aq. mellis, aut rob. & quod est simile. Sitis autem accidens eis sedanda est cum humectantibus, & vehementiā inflammationū extinguentibus, sicut cū aqua citruli proprie, & melonis indi, & mucilagine psyllij, & similibus, de quib. loquemur in proprio capit. Verū oportet non esse frigida actū: & oportet admisceri aliqua eis ex abstergētib. subtiliter, vt lenificetur sputum, & si fuerit sitis à caumate spiritualiū, administretur libertas aeris temperati, decliuis ad humiditātē, & vngat pectus ēt excreato de oleo violato, & similib. Si aut fuerit ab ebullitione cholere rubeæ, confert secaniabin subtile, quod scripsit Gal. cum aqua pluuiali: & syrupus violaceus cum aqua plurima sedat hanc sitim: & aqua hordei habēs bonitates suas ex materia permittionis suæ confert, sicut Hipp. dixit. Fluxum aut sanguinis in narib. contingentem eis post crism, sistere non debemus, nisi superfluat: & si fuerit non criticus, sed propter exuberātiā sanguinis, confert tūc phlebotomia, & alia, quæ diximus in capitulo proprio. Fluxus vētris accidēs eis in morbi principio est sū vnum duorum modorum, aut. n. propter multitudinem materiæ cum persistentia regulationis nature: & sequitur ex hoc anhelitus facilitas, & lentescētia febris: & est significatio bona, aut est propter exuberātiā materiæ præter, quam regulentur à natura: immo est sicut regurgitās: & est significatio

*De sitis
vltimatur
accidit eis
timor, & desperatio,
& sunt proprie
permittio intellectus,
alienatio, vigiliæ,
sitis vehemēs,
fluxus vētris,
& sanguinis ex naribus.
Intellectus autem permittio,
& alienatio quæque
accidit apud permutationem
pleuresis, & nos loquemur
de ea, quæque accidit ex
proprietate cuiusdam speciei
pleuresis, sicut proprie,
quæ sit in velamine
distinguēte magno, & ē
diaphragma, & cōicat cū
cerebro mediante neruo
quodam magno, qui dilatatur,
& cōtextitur in substantiam
pānicularem, & oportet in
hac parte geminare curā
simul pleuresis, sicut scribemus
nunc; & phrenesis, sicut in
proprio loco scripsimus,
et huic erit modus curationis,
si Deus hanc ægritudinem
curari permiserit. Vigiliæ
autem si accidant interdum,
accessum ad permittionē
intellectus significāt: & proprie
dum multiplicantur, & tunc
necessaria est administratio
specierū de iacur, & syrui
de papauere, & decoctionis
eius, & hoc cum cautela,
ne sputum cōpingāt, &
prohibeāt, quod est res
deterior eis, & medicinæ
ex sem. papaueris meliores
sunt eis, quæ ex cortice:
cautela societatis aufert hoc
nocuentū, & pprie si
associetur eis, quæ est sicut
decoctio passularū, aut aq.
mellis, aut rob. & quod est
simile. Sitis autem accidens
eis sedanda est cum
humectantibus, & vehementiā
inflammationū extinguentibus,
sicut cū aqua citruli proprie,
& melonis indi, & mucilagine
psyllij, & similibus, de quib.
loquemur in proprio capit.
Verū oportet non esse frigida
actū: & oportet admisceri
aliqua eis ex abstergētib.
subtiliter, vt lenificetur
sputum, & si fuerit sitis
à caumate spiritualiū,
administretur libertas aeris
temperati, decliuis ad
humiditātē, & vngat pectus
ēt excreato de oleo violato,
& similib. Si aut fuerit
ab ebullitione cholere rubeæ,
confert secaniabin subtile,
quod scripsit Gal. cum aqua
pluuiali: & syrupus violaceus
cum aqua plurima sedat hanc
sitim: & aqua hordei habēs
bonitates suas ex materia
permittionis suæ confert,
sicut Hipp. dixit. Fluxum aut
sanguinis in narib. contingentem
eis post crism, sistere non
debemus, nisi superfluat: &
si fuerit non criticus, sed
propter exuberātiā sanguinis,
confert tūc phlebotomia, &
alia, quæ diximus in capitulo
proprio. Fluxus vētris accidēs
eis in morbi principio est
sū vnum duorum modorum,
aut. n. propter multitudinem
materiæ cum persistentia
regulationis nature: & sequitur
ex hoc anhelitus facilitas, &
lentescētia febris: & est
significatio bona, aut est
propter exuberātiā materiæ
præter, quam regulentur
à natura: immo est sicut
regurgitās: & est significatio*

ficatio mala, & proprie cum nō sistitur per ipsum difficultas anhelitus, tristitia, & febris inflammatio: tūc. n. fortassis superueniet mors in iij. vel ante. Si autem accidat fluxus vētris in fine morbi, est similiter sūm alios duorū modorum, aut. n. expellitur materia ad hepar, & viscera, & sequitur ipsū incolumitas: aut accidit à debilitate hepatis, & prostratione digestiue virtutis, & contentiue in ipso, & sequitur post ipsum perniciosi. as. Septimam rē complent ad administrationes regulationum circa regimē aegri in generib. sex rerū, & proprie, vt dirigitur eis temperies in aere, quæ sit vtcunque ad caliditē decliuis, & timeatur obtusio, & acuitas in ipso ex multiplicatione boreæ, & austri, in quātū possibile fuerit: & fiat elōgatio à fumis, & vaporibus, & ventorū flatu: & ab aere agitationis aquarum, & ab æstuoso, & sicco. Nutriens autem oportet cōmensurari eis, sūm considerationem nostram, quam dirigimus, aut ad morbum, aut ad patientem. Et ad morbū quidem, aut sūm quātū acuitatis, aut sūm horā accessus, & recessus eius, & multitudo quidem acuitatis facit necessariam subtractionem nutriētis; sicut paruitas multiplicationem ipsius. Et Hip. quidem dixit apud vehementiam doloris, & acuitatis, si cibus detur, est ponere egrū ad desperationem, & mortē: & illud ideo, quā natura debilis ad alteram duarum occupationum, deficiet ad vtrāque, & certū est furiosam ex resistētibus nature suppeditationem multiplicari: quare tunc nutriens omnino prohibēdum est. Et adhuc nutrite circa acuitatis, & doloris aduentum, seu augmentum, horrendū est magis, quam circa ipsius vltimitatem. Apud vero acuitatis, & vehementiæ doloris declinationem, non suspectū est, & minus apud lentscientiam. Vtcrius autem nutriendum, quā iam accidentia quieta, & leuia, & facilia fuerint; & adhuc vterius, quā ex toto remissa sūt. Nutries igitur cum nondum in toto leuior fuerit, cum eo, quod est sicut aqua hordei, & aqua zuchari, aut aqua mellis; vtrisque factis subtilibus. Et cum iam à dolore alleuatū egrum inueneris, sed non integre, sis cōtentus aqua zuchari, & aqua hordei decocti in aqua plurima, decoctio ne vehementer; aut aqua altereniabin cum aqua hordei, decoctis vehementer; faciunt enim spurum, & si vterius sollicitare volueris, ex amygdalis iusculū decoctionis earū admiscbis, & dabis cū melle modico, aut zuc. & ex eis est aq. alchanderes, & aqua tritici, & proprie cum amplius aegrū alleuatū inueneris, similiter iusculū ex maluis, & crysolochana, & bletis, & sicla, & cucurbita, & sorbitiones earū ex fabarū farina: & concedimus in fine febris pulmenta ex butyro. Et post febrē iuscula ex herbis cum carnibus teneris, aut vitellis ouorum. Et quidam ex antiquis dabant panem cū aq. zuchari, & iuleb. Gal. autem præcipit, quod

A nunc comprehendi vniuersitas, fermentū non dari: facit. n. apertionem apostematis ante digestionem, & azymum non dari, sputum, n. inuiscat, cum aut rupturam apostematis quærimus, damus fermentatum; rupturam. n. apostematis faciliat. Et vniuersaliter quidem conceduntur eis canna mellis, & granata dulcia, & poma dulcia elixata, ac assata; & passulæ sine interioribus, & chesmes, & iuiubæ completæ, & amygdalæ. Et quāque extendimus vsq; ad pisce degentes in scopulis, & proprie habentes squāmas, & hæc proprie tribuantur, sicut exigat dispositio. Et in pleuresi quidē phlegmatica danda est aqua cicerum, aut aqua hordei, & cicerum cum melle; & aqua caulium cum oleo amygdalino, aut lacte amygdalarum, & cibentur sicla cum oleo amygdalino, aut lacte earū, & melle; & detur et altereniabin cum hyssopo, & melle: aut pulegio: est. n. ei cibus bonus. Et dico quod ips. ætas, regio, & cōsuetudo in administratione quantitatis nutriētū, & numeri; vtrum parum, vel multum, semel, aut amplius dari debeant, regulat: quare distinguendum est in illis, sicut scis. Potus autem eis bonus est aqua zuchari, & aqua mellis, iuleb subtile, & aqua hordei subtilis, & quæ hoc cursu procedunt. Aquā autem in hyeme calidam bibant: æstate vero temperatam. Verum abhorreant aquam frigidam, nisi in duobus casibus: & hoc quidem in tussi sicca, & aspera: & in siti ex caliditate vehemēti: tunc quoque concedimus ipsam, frangentes frigiditatem eius, cum secantiabin, & iuleb; acquirētes ei ex virtute incisionis alsecaniabin, virtutem penetrationis, vt penetret, discurrat in venas, & sigillatur, deinde ex frigiditate, & humiditate virtutis aquæ extinguis inflammationem, & sedas asperitatē, & sitim, hoc est. n. quā nō omnes cōprehenderūt. In morbi autem declinatione detur eis vinum album, dulce, subtile; & rob cum aqua pluuiæ, & aqua mellis, & conceditur vinum aquosum, & lene, & vinū chesmes, & aqua decoctionis alcheshmes, & aqua passularū, et iuleb, et quæ hoc cursu procedunt. In phlegmatica vero sorbeant aqua mellis, quāque decoctionis hyssopi, et quæ hoc cursu procedunt. In melancholica vero cibentur sorbitionibus factis ex saulich triticeo, et melle, et alterniabin, et oleo amygdalarum, et ex sorbitionibus factis ex farina fabarum in iusculis ex lingua bovis domestica, et syluestri. Potent aquam mellis cum aqua lupuli, anethi, et similium. Et quidem iam dictum est, in hac aegritudine ventrem fluxibilem cum moderantia fieri, etenim eius strictura, vel largitas plurima non est bona. In lubricitate igitur ventris, prohibenda sunt iuscula ex herbis, dāda vero sūt apud vētris stricturam, et cum sitis aspera fuerit. Et prohibenda sunt granata, et poma, cum ventris constipatio fuerit: danda vero sunt apud lubricitatem

non est hic necesse repetere. Abuhali. Iuleb al-
 chesmes cōferens cum auxilio Dei pleuresi, &
 doloribus peētoris. Recipit alchiesmes, & passu-
 las, et decoquatur in aqua, decoctione sufficie-
 ti: & accipe huius aqua, partem. j. penidiarū,
 partem semis. decoquantur vsq; dum sufficit.
 secūdum eūdem modum fiat iuleb. Idem. Sy-
 rупus conferens tussi, & pleuresi. Recipit succi
 granatorum dulciū, lib. ij. succi cānarum mel-
 lis, lib. j. penidiarum tantundem. Fiat ex eis sy-
 rупus, bonus, si Deus voluerit. Ioānitius. Iuleb
 subtile cōferens pleuresi cum inflammatione,
 & siti. Accipe succi melonis indj, aut succi cu-
 curbitaē assa, lib. iij. zucchari lib. iij. fiat ex eis
 syrүpus, & detur cū aqua hordei. Idē. syrүpus
 violaceus cōferens febribus, & pleuresi, & tuf-
 si sicca. Recip. violarum recentium, seminum
 cydoniorum, & citruli, ana drachm. x. seminis
 malua, dr. xij. gummi arabici, drac. viij. traga-
 canthi, drac. ij. Funde super ea, aqua calide, li.
 vij. & dimitte die, ac nocte, deinde bulliat ad
 cōsumptionem medietatis: deinde cū penidia-
 rum libris duab. fiat syrүpus, da cū aqua hor-
 dei, & mucilagine psyllij, mane, & sero. Israeli-
 ta. Syr. conferens pleuresi, & catarrho calido,
 & tussi calide cū asperitate, & siti vehemēti fa-
 ctis causa siccitatis tēporis. Rec. iuiubarū pin-
 guium, sebesten, ana c. violarum, siracost, ana
 drac. x. liquiritia, florū linguā bouis domesti-
 ca, ana drac. xij. seminis malua, cydoniorum,
 ana dr. v. super ea projice aqua calide, lib. vij.
 & dimitte die, ac nocte: deinde coque vsq; ad
 cōsumptionē medietatis, cum zucchari li. ij.
 & succi malorū granatorum dulcium, li. j. fiat
 syrүpus, da cū aqua hordei, et mucilagine psyl-
 lij. Idē. Syrүpus conferens pleuresi cū inflatio-
 ne, & acuitate vehemēti, & tussi difficili. Rec.
 aqua cucurbitaē lib. iij. siracost, violarum, ana
 drac. xx. pulpā castaē fistulae, dr. x. infundantur
 omnia p diē ac noctem in succo praedicto cali-
 do, deinde frica manib., & cola. & cū succi gra-
 natorū dulciū lib. j. & zucchari lib. ij. fiat syru-
 pus, da vt superius diximus. Hamech. Syrүp-
 de violis conferens pleuresi, & tussi calide.
 Rec. violarū, vnc. ij. seminū cydoniorū, & mal-
 ua, ana vn. j. iuiubarum, sebesten, an. xxx. de-
 coque in li. vij. aqua cucurbitaē ad tertie partis
 cōsumptionē, & cū zucchari, li. ij. fiat syrүp.
 Filius Zachariae, Confectio trochiscorū festi-
 nantium maturationē in pleuresi, & facilitan-
 tium sputū. Recipit violarum, succi liquiritie,
 ana dr. decem, tragacanthi, amyli, seminis al-
 thea, seminis feniculi, ana drac. quatuor, con-
 fice cū mucilaginibus, & proptic psyllij, & se-
 minū cydoniorum, & sem. lini. & sit dosis, dr.
 j. cum syrүpo violato. Idem. Cōfectio vnguē-
 ti lenientis peētus, & facilitantis sputum. Reci-
 pit olei violarū, vn. quatuor, mucilaginis semi-
 nis lini, & sem. cydoniorum, & mucilaginis se-
 minis althae, ana dr. iij. mucilaginis hordei

A mundi coctae ad perfectionem vsque dum ru-
 bescat, vnc. j. & semis. succi radicū lilij. vn. j. ce-
 raē pura, vnc. j. aggregentur oīa bona aggrega-
 tione, & inungatur cū eo peētus, bonū, si Deus
 voluerit. Sabor Rex Medorū. Descriptio vng-
 uēti sedantis dolorē, & lenientis sputum. Re-
 olei violati, vnc. j. ceraē drac. semis. adipis ana-
 tis, & gallinae, ana dr. quinque, hysopi humi-
 da, drach. viij. butyri ouium loti saepe in aqua
 hordei, dr. iij. mucilaginis seminis lini, althee,
 ana dra. x. & fiat ex eis vnguentū bonū, & ex-
 pertū. Et si materia cōpactior fuerit, pone pro
 oleo violato oleum de lilio. Idē. confectio em-
 plastri mirabilis ad ea, quae diximus. R. folio-
 rum violarum, drac. quinq; radicū lilij, dr.
 x. farinae hordei, & fabarum, ana drac. vj. & se-
 mis. mucilaginis maluauisci, & seminis cydo-
 niorum, & seminis lini, ana dr. xij. florum cha-
 mae meli, & tragacan. ana dr. vij. cere, vnc. ij. o-
 lei violati, vnc. viij. rob quantū sufficit aggreg-
 getur oīa, & decoquantur, & superpone. Si autē
 materia cōpactior fuerit, & indiget resolutio-
 ne, addat in eo farinae seminis lini, dr. j. & pro
 oleo violato ponatur oleum de lilio. Et si cali-
 ditas interior fuerit, adde eis succi foliorū cu-
 curbitaē, nenupharis, ana drac. xij. & subtrahi-
 mus semen lini. Idem. aliud sedans dolorē, &
 maturans. Accipe farinae hordei, meliori, ana
 partem vnam, far. saenu. sem. lini, ana partē se-
 mis. sem. papau. albi, partis. j. tertias duas, aut
 corticū papaueris partē semis. vitellū oui vnū,
 rob quantū sufficit ad aggregandum ea. Filius
 Amaran. Emplastrū conferens pleuresi. Acci-
 pe violarum, furfuris farinae albā, farinae hor-
 dei, & fabarū, malua, chamemeli, meliori, an.
 partes aequales, cōfice cū cera, & oleo violato
 quantū sufficit, & vtere. Et si necessitas expetit,
 ad maiorē resolutionē adde ficus albas, farina
 seminis lini, & foenugraeci. Si autem resolutio,
 quā querimus, non fuerit possibilis, immo ten-
 dit ad hoc, vt suppuretur: & hoc significatur ex
 eo, qđ nō mundificatur in xiiij. die: immo mul-
 tiplicatur dolor cū febre, et difficultas, & cōstri-
 ctio anhelitus, & tussis, & alia: tūc diuertemus
 nra cōsiderationē ad inuestigandū qualitatē
 accidentium significantium super alterū duo-
 rum ex his, quae cōprehendit ratio de etiē vir-
 tutis. Nam si dolor cum praedictis accidētibus
 nō multus fuerit, neque propter phlebotomiā,
 neque propter sputū, neq; propter alia sedatur:
 & virtus fuerit fortis, expecta suppurationē, et
 si virtus nō fuerit fortis, expecta casum eius, et
 mortem. Et dixit Hipp. quod quando pleure-
 sis non resoluitur, neque mundificatur vsq; ad
 diem xiiij. tunc permutatur ad collectionem.
 Et tunc oportet, vt ars perducendi collectionē
 ad suppurationem, et ex suppuratione ad statū
 incolumitatis, dirigat intētionem nram ad sex
 res. Prima quidem est maturatio apostematis.
 Secūda est ingeniatio ad rupturam eis. Tertia

Aliud vnguē-
 tum sedans do-
 lorem, & leni-
 ens sputū.

Emplastrū
 ad idē.

Aliud ad idē.

Aliud empla-
 strū ad pleu-
 resiam.

De empla-
 stris, quae ter-
 minatur, per
 suppurationē.

Mesur. T t est

MESVÆ DE EGRI. PECT. ET PVLM.

est absterfio, & mūdificatio materierū. Quarta est mundificatio, & consolidatio. Quinta est correctio accidentiū. Sexta est rerū sex regulatio. Primā igitur rē cōplent administrationes medicaminū aggregatiū in se virtutē lenificationis, vel simul ēt resolutionis, vt cadat maturatio equaliter in materiā iam collectam. & illa quidē oportet, vt latitudinem cum gradatione administrationis medicaminū habeat incipiendo ab eis, quæ sunt in gradu tēperatæ cōplexionis; extendēdo ad ea, quæ sunt maioris eleuationis, donec perueniatur ad gradum fortium. Et scias quoniā principium operationis medicaminis fortis inēqualē facit maturationem, aut ante maturationem apostema aperit. Maturatiuorum autem quædam operatur administrata interius per os, & quædam exterius. Et ex interius operatibus, et tēperatis est aqua decoctionis ficuum siccarum, & daçylorū, & fortius eis est decoctio vtrorūque. Et ex eis est decoctio fœnugræci, & ficuum siccarū cū rob, aut sine eo, aut passularū, & fœnugræci; aut aq. hordei decoctionis ficuū siccarū vel radicū lilij cū melle. Et ex eis est fortius decoctio ficuū, passularū enucleatarū, daçylorū, fœnugræci, & seminis maluæ cum meibuteg. & si fuerit in eo caliditas vehemēs, tunc cōueniens est aqua hordei cū aqua iuleb subtili, aut cū aqua mellis. aut cū aqua decoctionis maluarum, aut seminum earum, aut althææ, radicis lilij, aut ficuum siccarum, & passularum, aut sceniculi, aut seminum cydoniorum, & similibus. Cōfectio trochiscorum facientium maturationem, & proprie cum non est caliditas vehemēs. Recip. seminum maluæ, althææ, farina fœnugræci. semini lini assī, farine cicerū, succi liquiritiæ, tereniabin. an. fac trochiscos cū mucilagine seminis lini. da cū eo, quod cōuenit ex potibus. Confectio alia trochiscorū, cōferens ei cū quo est caliditas, & febris vehemens. Rec. violarū siccarū, tragacanthi, amyli, succi liquiritiæ, seminum cydoniorū, sem. citruli, & melonis, & cucurbitæ, seminum maluæ, althææ, florū meliloti, an. fac trochiscos cum mucilagine seminum cydoniorū, aut sem. lini: da cum eo, quod conuenit ex potibus. Extrinsecus aut operantium, quædam sunt embrochationes, & proprie ex aquis decoctionis maluæ, aut althææ, aut fœnugræci, aut seminis lini, aut cydoniorū, & similibus administratæ cum spongijis. Et quæque additur eis, quod est sicut melilotū, & anethū, & herba vitri, quando oportet sedare dolorē. Et quandoque oportet, quod sint linitiones, & proprie, quæ sunt sicut cera, et ol. ū imbibita in mucilagine psyllij, et seminū maluæ, aut in mucilagine fœnugræci, & seminis lini, & althææ, & similibus. Et ex eis est adeps gallinæ, & anatis, & similia. Et fortius eis est diachylon dissolutum in oleo de lilio. Et adhuc fortius, quod fit ex mucilagine radicū maluæ, althææ, farina hordei,

Et fœnugræci, seminis lini, & sem. cydoniorum, & melle, aggregatis cū butyro loto, & cerato facto ex oleo, & cera. Et quæcunque sunt emplastrationes, & proprie cū eis, quæ sunt, sicut ex farina hordei, & mucilagine ficuū cum melle simul coctis; aut ex farina hordei, & mucilagine cum melle, & oleo veteri: aut ex daçylis, & farina frumētī, & rob: & ex valde bonis est, quod fit ex oleo, & folijs caulium, & farina fœnugræci cū butyro simul coctis, & similiter ex radice lilij cocta cum rob, & butyro. Et fortius eis est, quod fit ex farina hordei, et semine lini, & fœnugræci, & semine maluæ coctis cum mucilagine ficuum, & althææ, cum melle, & butyro, & rob, & adipe antiquo. & adhuc fortius si addatur eis galbanum dissolutū in rob, aut vino dulci. Et adhuc fortius si addat ex fimo columbino, & fortius adhuc, si addatur vtrūque. Hoc autē medicamē interdum collectionē vsque ad partes cutis adducit. Et si addat in medicamine herbæ albedustur aliquid, operabit in vchemētius. Et confert in hac hora administratio quietis, & pprie in aere quieto, et tēperato ad caliditatē, & humiditatem declinū. Cibos aut manducant, malas, bletas, sielā, atriplicē cū oleo amygdalino. Et ex summa oleorū melius est leareng: est enim ei cibus, & medicina citā, & faciliē faciēs apostematis maturationē. & laudatur eis aliquid tereniabin, & ius cicerum dulcium cum meliloto, & sorbitio nes frumentales, & ius caulium, & similia, & cōcedantur eis in secūda mensa ficus siccæ elixæ, & daçyli humidi, & ch. smes, et poma dulcia elixa, & canna mellis, & similia. Secūdam rem complent administrationes medicaminū aggregantiū in se virtutē lenitionis, & apertionis cum ingeniationibus ex modis operationum. ad hoc quidē genus medicaminis perueniendum est cum iā factum est dubelati. et hoc quidē significatur ex remissione doloris, & febris à multiplicatione grauedinis in loco collectionis. Medicamina autem, quibus inest proprietas hoc facere ex eis, quæ sumuntur per os, sunt sicut syrup. de hyssopo, & de prassio. Et ex eis efficacior est syr. de succo herbæ albedustur. & melle: apozema decoctionis eius cum modico fermenti simul distemperatis, & coctis. Et fortius eis est succus ipsius cū fermento, & melle. Et adhuc fortius si addatur eis baurach modicum: & est forte, & confert in hac hora. & proprie cum natura est fortius, & febris nō est. administratio theriacæ, & mithridati. Festinant enim & facilitant apertionem. Et similiter sinapis cum aqua mellis, aut assa fetida cum lacte. Ex his autem, quibus linitur extra, est emplastrum factum ex herba albedustur, & butyro, aut adipe antiquo, & melle: fortius eis est, si addatur ex fimo columbino, & fermento: adhuc fortius si addatur baurach. Modi aut operationum, quibus ingeniamur ad operationē apostematis.

Maturatiua
ab intra

In caliditate
intensa.

Trochisci.

Trochisci.

Maturatiua
ab extra.

Stipite
herbæ
albedustur
sub
apostema

Trochisci
melle

preparatio
per os

matis, sunt prouocatio tussiculæ, hora post ho-
 rã. & fortius eo est prouocatio vomitus. & cõ-
 fert ante horã eruptionis, vt dormiat super la-
 tus infirmum, deinde reuoluatur subito, & im-
 petuose ad latus sanũ. & sunt ex ingeniãtibus,
 qui mouent, & agitant eos lecto pensili, aut in
 cunis. & sunt, qui agitãt sedem, in qua sedent,
 gubernando eos ne cadant. Et sint cibi eorum
 in hac hora sorbitiones fermentatæ, ex farina
 cũ melle, aut tritico; aut ex farina hordei, aut
 tritici, aut cicerũ. & panis fermentatus infusus
 in aqua mellis, aut rob. & concedũtur eis oua
 sorbilia cum pane: & lac calidum, sicut mulge-
 tur cum pane: & passulæ, & ficus siccæ cũ pane.
 Et comedãtur in secunda mensa grana pinea-
 rum, cũ ficibus siccis, & amygdalis dulcibus,
 & amaris, & similia. Verum si cum hac arte
 apostemata non rũpitur, tũc est timorosũ. qua-
 re oportet, vt aperiatur collectio cũ phleboto-
 mo, aut cauterio, vt sanies egrediat, & non
 subito, ne supueniat ei quod est, sicut debilita-
 tio, & syncopis, & mors, quare oportet, vt pau-
 latim omni die extrahatur, et cũ cautela. Cum
 autẽ sanies, quæ expuitur post apostema iam
 factum, aut egreditur post apertionem iam fa-
 ctam fuerit alba, et vnctã, equalis, nõ habẽs de
 odore corruptionem aliquid omnino, et febris
 cõtinuatur remissio paulatim; tunc est aliquid,
 de quo est spes ad incolumitatẽ: & proprie quã
 continentur ei quinque aliæ significationes
 laudabiles, quæ sunt pprie leuitas, quies, iucũ-
 ditas, & desideriu cibi, & bonitas aliarũ opera-
 tionũ, videlicet naturaliu, & spiritualiu. qua-
 re in hac oportet hora, vt conserues virtutem
 cum carnibus, & cibus temperatis, neq; terren-
 dum de febricula, quoniã eradicabitur paula-
 tim exeunte sanie. Cum autẽ accidentia in con-
 trarium eorum quæ diximus, apparuerit; tunc
 est illud, de quo desperabitur. Inquit Hip. Ter-
 minus rupturę huius apostematis quandoque
 præscribitur in xx. diebus, quãque xl. & quan-
 doque lx. & illud ideo, quia quãto accidentia
 collectionis fuerint vehementiora, tãto status
 vicinior, & eruptio velocior, & quãto accidẽ-
 tia leuiora, & pigriora fuerint, tanto status, &
 eruptio remotior. Accidentia autem super hæc
 significantia sunt febris, & dõlor. Hęc enim ve-
 hemẽtia, aut remissa citam, aut tardã eruptio-
 nem declarãt. Tertiam rem complent admini-
 strationes medicaminum à sanie mundifican-
 tium, post collectionis eruptionem. & quidem
 hoc secundũ exigentiam declinationis saniei.
 in quibusdam enim transitũ habẽs per pulmo-
 nem, excreatur cum tussi. in quibusdã vero re-
 cipitur in vacuitate corporis, & subintrans cõ-
 cauam venã trãsit ad hepar: & sic quidẽ aut in
 partem concauã eius, & declinabũt ad intesti-
 na magis, sicut ad propinquiores ductus: aut
 ad partẽ gibbosã ipsius, & declinabit ad vias
 vrinę. & in quibusdã fit post rupturã ad nullã

A partũ saniei declinatio: quare cõculcatur ibi-
 dem. & est materia morborum difficilium, &
 phthisis: & quandoque præfocat multitudinem
 sua, quib. omnibus iam succurrimus, vt mun-
 dificetur à principio vulnus. nisi etiã (sicut Hip-
 po. dixit) vltq; ad xl. dies mundificatum fuerit,
 faciet cadere in phthisim. Cum autem natura
 expulsionem saniei per os iam fecerit, absterfi-
 ua, mundificatiua, lauatiua medicamina ante
 dari oportet. & in genere eorũ est aqua mellis
 laudabilior, & aqua zucchari, & iuleb, & simi-
 liter aqua hordei, & aqua cicerũ. & fortius eis
 est secaniabin Galeni, quod scriptũ est in capi-
 tulo, quod est ante illud. Et adhuc eis fortius est
 decoctio hyssopi, & syrupus ipsius, & decoctio
 radicũ lilij cœlestis, & syrupus eius mellinus.
 Huius etiam intentionis est lohoc de caulib.,
 & lohoc de squilla, et electuarium de orobo, et
 lohoc de allijs est vehementis virtutis in hac
 parte: & allia assa cum melle & butyro. & nos
 hæc scripsimus in c. de asthmãte, & tussi. Plu-
 ra præterea, & diuersa ex eis, quæ pectus, & pul-
 monem à putredinibus mundificãt, scripsimus
 ibidem, quæ ibi requirantur. Conferet etiam vo-
 mitus prouocatio cum interpolatione cũ aqua
 mellis, & sale; aut cũ aqua mellis, & baurach,
 aut sinapi. Conferũt etiam super locũ embro-
 chationes, & linimenta, & emplastrationes; &
 pprie ex rebus, quæ adiuuãt ad mundificatio-
 nẽ. Et ex summa eorũ est decoctio alhasce, aut
 hyssopi, aut ireos, aut similiũ, administrata cũ
 spõgijs. & quandoq; miscetur cũ eis, quod est si-
 cut spica, & lignũ balsami, et gra. ci^o, & hueg,
 & aristolochia rotunda. Et ex eis, quæ liniũtur
 super locũ, est oleum de spica, & oleũ de alcã-
 na, & oleũ de lilio, & oleũ chamæmeli, & ane-
 thi, & fortius est eis oleũ de iride, & adhuc for-
 tius est oleum balsami. Emplastrationes autẽ
 oportet vt fiãt ex eis, quæ sunt sicut chamæme-
 lũ, melilotum, spica, & farina hordei, fenugre-
 ci, & seminis lini, & seminis malug, cõgregatis
 cũ cerato, quod fit ex hyssopo humida, & oleo
 de lilio, oleo de nardino: & oleo de iride, & ce-
 ra: & fortius eis est; & pprie quã quiritur ex vn-
 ctione; & pprie factũ ex alumine, sulphure, &
 asphalto aggregatis cũ oxymelite. Et quidem
 super his canõ est, medicinalia huiusmodi non
 esse euacuãda ab aliqua trium proprietatum.
 Et prima quidem est, vt sit absterfiua, & mũdi-
 ficatiua. Secũda vt sit mēbri, p quod est saniei
 transitus, confortatiua. Tertia, vt sint expulsio-
 nes factæ per illud membrum facilitatiua. Et
 primum quidem perficitur cũ eis, quæ sunt si-
 cut aq. mellis, & aq. zucchari, & syrupus mel-
 linus; et alia, quorum præcessit rememoratio.
 Secundũ vero cũ eo, quod est, sicut hyssopus,
 hasce, chesmes, et similia in expulsionem factã p
 pulmonẽ; & sicut spica, & cordumeni, et amyg-
 dalæ amaræ, & similia, in expulsionem factã per
 hepar ad vias vrinæ, & sicut trochisci diarho-
 Me sue. T t 2 don,

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

dū, & mastiche, & veeh: & similia in expulsione facta per hepar ad intestina. Tertium vero perficitur cū eo, quod est sicut iris, & semen alchurat, & carramus, & similia, qñ sanies expurgatur sputo, & sicut decoctio sceniculi, & apij, & aqua cicerum, & similia, qñ expurgatur per vrinam. & sicut sal, & baurach, & cartamus, qñ fit expurgatio per intestina. Et sunt ex medicinis, quæ aggregāt in se oēs intētiones, sicut ius galli antiqui, & mel, & liquiritia, & capilven. & hyssopus, & casia fist. & manna, & similia. Hæc .n. adiuuant ad expulsionem oēs, quas diximus. Et sunt ex medicinis magnis, quæ et aggregant omnes has intentiones: sed nō sunt administrandæ, nisi cum morbus proprie chronicatur, & sūt theriaca proprie, & michridatū, & athanasia; mundificant enim hæc sufficienter. & ex eis est cōfectio mirabilis relata ad Archigenem, quam scripsimus in c. de tussis; & similiter medicamē de piperibus. Verum super his cautela adhibēda est, oportet em febre lente scente dari, & natura non debili existente, & cū melle plurimō; aut aq. mellis, vt exiccetur sanies, & mūdificetur locus: & sit potio eorum circiter auellanam vnam, vel duas, sñ exigentiā rei cū eo quod conuenit ex potibus, & proprie cum aqua mellis. In crastinū aut sit quantitas eorum minor, sic semper diminuēdo, donec perueniatur ad mel solū. si non plene cum eis mūdificetur, iterum redeatur ad alia: & iterum, si oportet procedatur eadem doctrina, vfg que ad id, quo exiccetur in totū. Et si cum hoc regimine adhuc non mundificabitur plene, ac celerabimus cū sapientia, & administrabimus medicinam ex arsenico, & sulphure secūdam scientiam traditam à nobis in c. de asthma, & tussi: hæc enim exiccāt cum fortitudine. Et si cum his cōstringitur anhelitus, redeundum est ad ea, quæ dilatant ipsum, & educunt sanie, sicut aqua mellis cū medicamine hyssopi. Et si supercalesiunt ex eorū administratione, redeū dum est ad aquā hordei cū aqua mellis, & iuleb, & similia. Cū autem hæc accidentia cessauerint, scilicet cōstrictio anhelitus supercalescitio, & exiccatio, iterentur prædicta cum vicifitudine secundum exigentiā necessitatis. Ci- H bj aut eorum sint sicut aqua cicerum, & altereniabin, et sorbitiones subtiles, ex farina cicerū, hordei, & fabarum cum oleo amygdalino, & melle, & zuccharo; & ius caulium cum oleo amygdalino, & quandoque cū gallinis, nisi febris vehementia prohibeat: & ius gallinarum antiquarū, & ius galli antiqui, & carnes pullinæ, & hoedina: & addatur eis in cibis, aut iuribus eorū dū res expostulat, ex pipere aliquid; adiuuat .n. ad mundificandū, & exiccandum. Et præcepit Gal. dari cœpas, & allium in ieiunio, vt vulnus non cludatur, donec mundificetur. Et præcepit dum sanies ad intestina declinat, dari cibaria, quæ ventrem moueant, sicut

E pprie malua, bleta, atriplices, & leureng. & cū per vias renū educere volueris, dari, quæ sunt sicut asparagi, aut baucia, & similia. In secūda vero mēsa comedat grana pini, amygdalas cū melle, & semina foeniculi, dactylos humidos, & similia. Et conceduntur etiam post cibos potia dulcia, & cydonia, & pyra, & proprie scburc, & similia. Potū aut damus eis vinū dulce, & vinum alcheshmes, & vinū de passulis, & aquam mellis & aquam zucchari. Si aut collectio erumpitur, & diffunditur sanies in loco collectionis, ad nullam partem declinans; tūc oportet cauteria super eodē loco, iij. vel v. vel plura, si necessitas expetit, imprimi cum cauterio puncti, & perforetur pectus vsq; ad locum saniei; & hoc si fuerit in pectore. Si autem fuerit in latere, aperiatur cum sagitella vsq; dum perueniatur ad sanie, vt extrahatur, & exiccetur extractionibus remouentibus materiā; donec sanies paulatim exiccetur in totū, mundificationibus, & absterfionibus quotidie factis cū aqua mellis, aut cum vino mellito, & similib. Quartā rē cōplet administrationes medicaminū aggregantiū, nunc virtutem absterfionis & mundificationis, nūc vero incarnationis & cōsolidationis: & oportet medicamina huiusmodi sibi inuicē succedāt vsq; dū plena appareat sanitas. Et dictum est, aquā mellis absterfium bonum esse. Et dictū est de alijs; quæ nō oportet nūc iterare. Et iam quidem compertum est in lacte caprino, aut asinino aggregari intētiones duas, scilicet absterfionis ex parte aqueitatis ei⁹, & cōsolidationis ex parte caseitatis ei⁹. Et oportet vt sit lac calidum statim cū mulgetur, & post bonum pastum, & proprie desiccantium. Verum asinū lac subtilius est quā caprinum: caprinū vero tēperatius est eo. & aqua decoctinis hordei, & cærorū fluuialiū aggregat similiter intentiones duas prædictas, & similiter lac coctū cum oleis. Medicinalium autem incarnantium, et consolidantium vulnera pulmonis, & pectoris, summa dicta est cap. de sputo sanguinis. quare oportet, vt pars illa afferatur ad locum hunc. Et loquemur adhuc de eis in cap. de phthisi, si Deus voluerit. Cibi autem eorum sint carnes paruorum auium, & extremitates hedorum, & porcorū iuuenum, & arietum castratorū: & risum cū gallinis, & triticum, & sorbitiones teneræ ex frumento cum carnibus. Et ex valde iuuatibus sunt sorbitiones ex farina orobi, aut ex farina risi cū lacte. Et lac coctum cum eis est cibus delectabilis; & proprie cū lapidibus fluuialibus, aut chalibe, & similiter case⁹ recēs, & similiter sorbitiones, & pulmēta ex lacte cū farina cicerū, aut fabarū, aut amyli. caueatur aut indigestio eius: contingēs enim ex lacte molesta est & inimica, & proprie quantum eius nutrimētum est amicū. Potus eorum sit vinū mediocriter stypticū, & vinum album, & vinū antiquū dulce est bonū
eis, &

eis, & aqua, in qua extinguitur ferrū, aut aqua de minera ferri; & aqua rosata, aut aq. pluuialis infusionis gūmi assi, & similia. & laudatur eis rob myrtinū, & syrupus eius, & miua cum aqua mastiches. Et non negligentur excellentiæ zucchari rosati, & administrationes eius omni hora. Fortasse enim est ipsum solum medicina curans eos. & nos diximus in capit. de spūto sanguinis secundum sermonem Galen. & dicemus hoc latius in c. de phthisi, si Deus voluerit. Medicinarū autem summa, quæ administrantur emplastrando, dicta est in capitulo de spūto sanguinis. Quintam rem complēt administrationes medicinarum sedātium accidentia, in tota curæ latitudine, superuenientia: sicut sunt vehementia doloris, & febris, & prauitas angustię, & sitis, & tussis vehemēs, & strictio anhelitus, & vigilię, & fastidium cibi, quæ tempore collectionis, & maturationis timorosa sunt: maturata autem ea suspecta sunt magis; post eruptionem autem ipsius remanētia mortalia sunt. Verum ex eis quædam remanētia sunt secundum magis, & minus suspecta: & quædam corrigi possunt, quædam autē minime. Inquit Hip. dolor, et febris circa saniei generationem vehemētiora sunt: generata autem ea, remissiora; & amplius remissiora post eruptionem ipsius; & adhuc amplius mūdificata, et exicata ea. Si autē cōtrarium hoc acciderit, tūc nil aliud, nisi prassinitas, & profunda corruptio ex prauitate venenositatis significatur: & hæc quædē vere mortalis. & testatur hoc virtus apparēs sicut amureca, & fetidū; & hoc quidē incorrigibile, desperandum omnino. Et hoc idē de prauitate angustię dicimus; & similiter de tussis & constrictione anhelitus. Vigilię autē, sitis, & appetitus defectio, aliam, atque aliam possunt habere causam. propter quā nō iudicanda mala simpliciter. Vigilationem autem efficit mala cerebri complexio, sicut siccitas, & bauracitas ex mala humiditate occultata in ipso. Aliquādo autem efficit frequēs agitatio, super aliqua re. & iam quidem diximus curam eius in c. de sahara. Sitis etiā causam potest habere extraneam; sicut est proprie salsuginositas ex mala qualitate existente in stomacho, aut caliditas, aut siccitas in orificio ipsius, & alia, sicut dicemus in c. suo. & curatur, sicut dicemus ibi. Et si militer defectio appetitus potest habere causas quas et dicemus in proprijs c. Sextam rem complent administrationes regiminum ex generibus rerum sex, secundum exigētiam quinque canonum superscriptorum. et hoc quidem dictum est. Filius Zacharię. Confectio trochiscorum, qui administrantur cum aqua hordei, cum qua cocti sunt cancri fluuiales, & syrupus de papauere, aut rob myrti. Et cōferunt ad cōsolidationem, & mūdificationē vulneris pectoris, aut pulmonis, quorum permistio. Recipe papaueris albi, seminis cucurbitę, & citrulo

rum excorticatorum, ana drac. decem, amyli, dragacanthi, gummi arabici, succi liquiritiæ, ana dr. v. thuris masculi, sedenegi loti, boli armenæ, sanguinis draconis, charabæ, ana drac. ij. myrrhæ: cinnamomi, opij, ana dr. j. & fiant trochisci, & administrantur. Idem. Confectio emplastri festinantis maturationem pleuresis, sedantis dolorem eius. Rec. anethi, chamæmeli, violarum siccarum, furfuris, althææ, farinæ, seminis lini, scœnugræci, hordei, ana. decoquātur in aqua, donec sint discocta. deinde cōterātur, & misce cum oleo antiquo, & supponatur tepidum, & quandoq; addūtur in eo cinis caulium, & adeps anatis. Galen. Confectio lohoc mundificantis, & abstergentis sanie a pectore, & pulmone. Accipe amygdalarū dulcium & amararum, granorum pini, seminis vrticæ, farinæ lupinorum, ana partes æquales, cōfice cum melle, & da cum eo, quod conuenit. Plures præterea ex medicinis mundificantibus pectus, & pulmonem a sanie, & viru, dicta sūt in c. de asthma, & tussis, quæ requirantur ibi. Et ex medicinis sanantibus vulnera pectoris, & pulmonis plures dicta sunt in c. de spūto sanguinis. Abuhali. Confectio trochiscorum ad vlcera, quæ sūt in pectore, & pulmone, consolidatium ea. Recipe rosarum, balaustiarū, ana drac. ij. sanguinis draconis, amyli, olibani, ana drac. ij. dragacanthi, mastiches, ana drac. j. & sem. acaciæ, croci, ana dr. j. tertiā, charabæ, & myrrhæ, ana drac. semis. confice cum rob cydoniorum, & myrtillorum; & da cum eisdem. Cōfectio medicaminis ex inuentione nostra, quod est medicamē forte, & expertum ad vlcera pulmonis, & pectoris; & mundificat ea a sanie, & materia viscosa contenta in eis: & faciliat expulsionem earum. cuius hæc est permistio. Rec. olibani, myrrhæ, cinnamomi, amomi, granorū pini, radicū ireos, gummi albotin, croci, talch, ana dr. iij. spicæ, casis fistulæ, carniū dactylorū, an. drac. iij. costi, drac. ij. galbani, dr. j. tertias duas, mellis quantum sufficit ad aggregandum ea, decoquātur mel, & albotin in vase duplici, vsque dum habeat spissitudinē: deinde permisce cum eis galbanum, & fac bullire denuo: deinde proijce super ipsum puluerē aliarū rerum, & da cum eo, quod cōuenit. Permutationum autem pleuresis ad alias egritudines, quædam sunt ad bonum, quædam ad malū. Permutat autē in peripneumonia, & ad phthisim, & ad malū. Et permutatio eius ad peripneumonia est secundum alterum duorum modorum. Quandoq; enim fit ex conuersione materie pleuresis ad pulmonem; quandoq; ex conuersione virus ad ipsū, cū non mūdificatur vsq; ad quadraginta dies, a ruptura collectionis. Et permutatio eius ad phthisim similiter fit secundum alterum duorum modorum, aut mediāte peripneumonia, aut sine meditatione eius: & proprie cum sanies acuta, & mordicati

Emplastrum ad pleuresim.

Loci mundificati sanie.

Trochisci ad vlcera pectoris.

Medicamen inuentionis propria ad vlcera pul.

De permutationibus pleuresis.

MESVE DE ÆGRI. PECT. ET PVL.M.

ua resoluta ab eruptione apostematis trāsiens per pulmonem vlcerat substāciam eius. Et dixit Hip. quod quando pleuresis nō resoluitur, neq; mundificatur in quatuordecim diebus, in empyema transit: & si empyema non mūdificatur in quadraginta diebus à die rupturę, pmutatur in phthisim. Et dixit Gale. quod materia pleuresis quādoque rapitur fluxu vētris, quandoq; natura vincit super ipsam & expellit eam ad partem aurium, & facit collectiones; & est significatio incolumitatis. Et quandoq; apparet victoria morbi supra naturam, & significatur ex permistione intellectus, & vigilijs, & fit permutatio in phrenesim. Et quandoq; vltimatur materia morbi supra naturam, & declinat materia ad cerebrum, interficit vsque in diem. iij. quandoque declinat ad nervos, & facit spasmus. Et dixit iterū Galen. qđ quando rapitur ad partes cordis, multiplicatur tremor eius, & syncopis, & interficit in principio, & quādoque subito. Et dixit Hippo. qđ aliquādo accidit ex prauitate, & venenositate materię, vt vincat supra posse naturę omnino: & conuertat partes loci, vt appareat dorsum patientis, quasi dorsū verberati, & viret latus eius, & nigret ita, quod consuevit de eis dicere vulgus esse percussos à demone. Iterū Gal. dixit, quod natura multoties vincit supra morbū, & expellit materiam eius ad loca vacua subascellarum, & inguinū, & partium crurium, & aurium, & pedū, & conuertit in apostemata bene nata ad pleuresim; significant enim salutem. & quandoque conuertit materiam, & extrahit vsque ad cutem, & ducitur ad incolumitatem, cum apostemate sub cute.

De peripneumonia. Cap. 10.

Propter duas causas peripneumonia est morbus peritus hinc quoniam pleur. fit.

Peripneumonia ex ipsa mēbri denominatione nomen accipit: est enim apostema pulmonis. Et dixit Gal. quod est morbus difficilioris curę, quā pleuresis, & prōptior ad interficiendū. & illud pp duas res. Et quidē prima est, quoniam in pulmone (sicut scis) solutio continuitatis raro est susceptibilis curę, ppter causas in capitulo de sputo sanguinis assignatas. Secunda est, quia virtus cordis nō patitur, immo deficit ab int lāmatione eius: creuit enim ipsum sapientia, vt euentaret cor. Est autē peripneumonia morbus per se, aut morbus ex altero morbo causatus. Et quidē, qui causatur ab eo, quod est aptum natum esse nutrimentū pulmonis, aut à superfluitate nutrimentū ipsius, est morbus per se, deriuatur autē ex altero morbo, sicut ea quę fit post catarrhū, & post pleuresim. Fit autē peripneumonia ex omni materia, sicut pleuresis. Et ex ea qđam vera, qđam nō vera. Et dixit Gal. quod vera peripneumonia est, quę fit à phlegmate. Et videtur, quod dicēti, quod vera peripneumonia est quę fit ex

Secundum Galen. vera peripneumonia est quę fit à phlegmate.

cholera, fit magis credendum. Et enim pulmo est membrū cholericum, & eius nutrimentum est sanguis cholericus. Et iā quidē canon est, qđ morbus cuius cōplexio nō recedit à cōplexione mēbri, nisi sicut naturale, & innaturale, est morbus proprie verus. recedens autem ab eius complexione in contrarium ipsius, est morbus zebdeg. i. morbus nothus. Et fortassis ratio pro Galeno est, quoniā morbus proprie verus minus molestus est quā zebdeg. & peripneumonia phlegmatica nō est in vehementia prauitatis, sicut cholericā. interficit .n. cito cholericā acuitate sua: cum sit vicina cordi: & oppositio cum iufrigidantibus non peruenit ad locū, nec perducitur, nisi post eius alterationē plurimā eo quod propter viarum distantia calefit. Hoc autem secus est in phlegmatica, quoniā oportet medicamina esse maturatiua, et resolutiua: que facile sunt peruenientia ad locum necessitatis sine diminutione virtutis eorū. Pręterea morbus proprius alius est, qui fit de materia, quę deputatur ad nutrimentum alicuius mēbri, quę dum corrumpitur facit morbum: aut fit de materia, quę est superfluitas nutrimentū illius mēbri. Et iā quidē Arif. dixit, quod superfluitas est contraria illi rei, cuius est supfluitas sicut fimus, & chylus: & sicut vrina, & massa sanguinea: & sicut sudor, & humores in venis: & sicut medulla, & nutrimentum ossium: & sicut adeps, & caro, & similia, nisi fit supfluitas delatiua potērialitas eius, à qua deciditur, sicut sperma. Et sciendum, quod pulmo, sicut cętera mēbra, partē sibi ppriā de humoribus recipit, sed quod est, sicut sanguis cholericus, de ipsis deputatur ad nutrimentū ipsius. Et supfluitas sui nutrimenti, qđ est phlegma mittitur in vauitates eius, pp causas vtilitātū, quas scis. pp quod quidam crediderunt Gal. dicenti, quod vera peripneumonia fit ex phlegmate, sicut ex superfluo nutrimento, & crediderūt alijs dicentibus, quod fit ex cholera, sicut ex nutrimento, cui iam accidit corruptio. & hoc sīm intentiones proprias. Terminatur autē hęc passio secundum vnum trium modorum, sicut et pleuresis: aut .n. resoluitur, aut suppuratur; aut permuratur. Et cura eius est similis curę pleuresis.

De empyemate. Cap. 11.

Empyema quandoq; fit ex pleuresi, & diximus curam eius. Et quandoq; fit à peripneumonia sicut dictum est. Et quandoque ex sanguinis sputo. Verum causa eorum quādoque est à pulmone, quandoq; à pectore, & partibus. Et iam quidem Gal. dixit factā ex causis in pulmone, molestiorē esse ea, quę est ex causis in pectore, ppter causas dictas in capitulo, quod est ante istud. Et similiter curam eius difficilē esse, propter causas dictas in capitulo de sputo sanguinis. Cura autem omnis speciei huius

Peripneumonia vera terminatur in pleur.

ius, similis est curę empyematis factę ex pleu-
refi, quam diximus.

De phthisi. Cap. 12.

Phthisis est detrimentum desiccationis, &
cōsumptionis cadens in corpus ex calore
febrile habitu alium minutarum ex vlce-
ratione pulmonis. Et vlceratio quidem huius-
modi causam habet: aut ex præcedenti catarrho
acuto vlceratiuo destillante, et imprimen-
te in pulmone hora post horam: sicut accidit
ex frequenti instillatione super petram, perfo-
retur petra. Et quandoque fit ex præcedenti
pleuresi, aut peripneumonia: mediante tamen
empyemate: & quandoque tamen sine media-
tione. Et quandoq; fit ex materia putrida diu
stāte in pulmone, quam sequitur putrefactio,
& vlceratio. Et accidit nonnunquam post spu-
tum sanguinis sine mundificatione, sicut Hip-
pocritus dixit. Post sanguinis sputū, casus in saniei spu-
tum: & post saniei sputum, casus in phthisi-
m. Hic autem est sermo eius sub conditione: Et
enim post sanguinis, aut saniei sputum, quib.
nō resistitur, fit casus in phthisi-
m. Raro autem contingit hæc passio pueris, & senibus. Et si ca-
dant interdum senes in illam; occultari potest
eis, & possunt diu viuere cū illa. Viris autem,
& mulieribus frequenter accidit, & proprie pa-
ratis cadere in ipsā; & raro occultatur eis. Ve-
rum mulieribus occultatur interdum, licet pa-
rum. Contingit hæc passio, sicut Hippocritus dicit,
à decimo octauo anno vsque ad trigessimum
quintum. Expositi, autem, vt cadant in phthi-
sim, sunt habētes cerebrum debile, quare non
prohibetur receptio superfluitatū in ipso; nec
digeritur, quod transmittitur de nutrimento ad
ipsum, quare sunt catarrhizabiles, & ex parua
causa. Et adhuc expositi ad id sunt habentes
pectus strictum in creatione sua, cum multipli-
catione ventosiratum in ipso, & pulmone eo-
rum, & vicinis partibus, habentes humeros
alatos, sicut sunt curuaturę alarum, & collum
subtile, & longum; depressum inter alas, & hu-
meros, & frequentat eos tussicula cum punctu-
ra alicuius spatulę, aut mamillarum, & præ-
cipue si sint ex irascētib; facile, & cholericis.
Tempus autem magis aptum vt faciat cadere
in phthisi-
m, & quod vehementius nocet factis
phthificis, est autumnus, & constipatio borea-
lis multum dominas, & maxime, quando præ-
cessit auster: aut constitutio austrina, quam
præcessit boreas. Et ex eis est regio borealis
multum frigida, & sicca; & cibi, & potus eius:
& quęcunque hoc cursu procedunt. Curare
autem phthisi-
m, quę vehementer impressit,
& diuturnauit, impossibile est: & proprie quā-
do continuatur ei lubricitas ventris, fastidium
cibi, & scetor oris, curuaturę vnguuium, & ca-
sus capillorum, significant enim ex hoc corru-

Aptionem profundari, & nutrimentum esse ab-
scissum. Curare vero non diuturnam, aut quę
non multum impressit, & in qua accidentia ti-
moris nondum apparuerunt, fortassis præsu-
mendum est; quamuis non sit facile. Et inten-
tio in curatione eius est duplex, videlicet vni-
uersalis, et particularis. Et vniuersalis quidem
intentio est tres res. Et prima quidem est cor-
rectio causę facientis. Secunda est abscissio
eius. Tertia est regulatio ipsius vitę patientis.
Primam igitur rem complent administratio-
nes medicaminum abscidentium nocumen-
ta catarrhi (si accidat à catarrho) & hæc est ra-
dix operationis in hac cura. Et iam hæc scripsi-
mus in capitulo pprio: & si causa ipsius fuerit
ex præcedenti empyemate, ex pleuresi, & pe-
ripneumonia, aut sputo sanguinis, cura eorum
dicta est. Secundam rem complent admini-
strationes euacuationum abscidentium cau-
sas; quarum præcessit rememoratio. Et si qui-
dem malitiam complexionis calidam cogno-
ueris ex plenitudine sanguinis, phlebotoma-
mus ex basilica. Et si virtus permiserit, de-
mum ex saluatella, & quandoque phleboto-
mamus phlebotomia renouante numerum, si
necessitas expetit, administrando ex cibis, &
potibus, & alijs, quę boni sunt nutrimenti, &
hoc diebus, quibus non phlebotomas. Si au-
tem choleram abundare cognoueris, euacua-
cum eo, quod est sicut aqua decoctionis capil-
li veneris, & chayare, de singulis manipulos
singulos, iuiubas, & sebesten, ana xl. pruna sic-
ca. xx. pulpę casię fistulę, siracost, ana vnc. j.
zucchari violati. drachm. xij. si necessitas expe-
tit: addatur eis, quod est sicut trochisci de vio-
lis, & similia. Si autem causam lætuam mate-
riam phlegmaticam esse cognoueris, euacua-
cum cochijs, & similibus, quib. ex bdellio, &
tragacantho partes addantur conueniētes. Et
ex euacuationibus particularibus, & vtilibus
huic ægritudini, sunt prouocationes hæmor-
rhoidarum, & menstruorum, & maxime si ex
eorum retentione in nocumentum cadat. Et
nos de his in c. de sputo sanguinis. iij. canone
locuti sumus. Tertiam rem complent admini-
strationes regulationum in generibus rerum
sex: & proprie collocentur in loco aeris tempe-
rati ad siccitatem decliuis; & permutetur ad
regiones aeris temperati. Et sint cibi eorum
ex eis, quę sunt quantitatis pauca, & pluris
nutrimenti, & insuper ad digerendum faciles;
sicut proprie hepata gallinarum, & testiculi
gallorum, qui non calcauerunt, & alę pullo-
rum, & carnes minutarum auium tenerarum,
& carnes iuuenum perdicum, & alcubugi, &
columbarum; & sint huiusmodi elixa aut in iu-
ribus, aut in aqua hordei; & proprie quando
quæritur mundificatio, & oportet, vt addatur
tunc iuribus eorum de melle aliquid, & con-
gruūt eis vitelli ouorum sorbiles cū melle, &
con-

rupus eius cum drac. ij. pulmonis vulpis sicci. Et ex medicinis quidem mirabilis iuamenti aggregantibus virtutē confortationis, & mundificationis est medicamen Galeni, quod recipit pulmonis vulpis sicci, succi liquiritie, capillorum veneris, seminis feniculi, anisi, ana, cōfice cum zuccharo decocto cū aqua quantum sufficit. Et quandoque conficitur cū rob myrthino, & est confortatiuum amplius. Terciam rem cōplent administrationes medicaminum putredinis, quæ sunt in pulmone, exiccatiuum. Et nos quidem diximus in capit. de tussi, hæc administrando esse post mundificationem debitam, vt extirpetur post eas residuū putrefactionis omnino. Et diximus, quod administratio ex myrrhæ rubræ, drach. j. & mellis drac. iij. lambendo diebus interpolatis cum aliqua ex medicinis educentibus saniem, est medicamen vtile. Et fortius est lambere alchitran cū melle: aut cum melle, & galbano simul liquefactis. Et ex maxime iuuatiuis eis sunt medicina magna, sicut theriaca, & mithridatum; & alia, quorū in capitulo de empyemate præcessit rememoratio, & si indiget adhuc medicamine exiccante, procedemus ad medicinas de arsenico, & sulphure scriptas in eodem capitulo canon. xxx. Et non negligentur medicamina huius sumina, quoniam ad sanitatem perducunt, si Deus voluerit. Verum si peruenitur ex eis ad supercalefactionem, succurrendum est cum aqua hordei, & iuleb: cum trochiscis de camphora, vsque dum cesset accidens: dein de redeatur ad exiccatiua prædicta. Quartam rem complent administrationes medicaminū aggregantium in se duas virtutes: mundificationis, scilicet, & consolidationis. Et ex medicinis proprijs in hac summa est lac asininū eū virtute subtiliationis in ipso, & lac caprinū cum temperie sua: & lac muliebre cum proprietatibus temperici intra illam. Lac enim aggregant intentiones tres. Est enim res cibalis, & dilecta nimis, & est ex rebus velocis cōuersionis in sanguinē; est enim sanguis bis coctus: & est post illud medicina abstergens virtute serositatis eius, & cōglutinans ipsū virtute casearis eius. Et oportet, vt bibat camlidum cum mulgetur; & si posset, sugi ex mammillis: & hoc in ieiunio ante cibos alios, & oportet, vt post ipsum quiescant, ne corrumpantur, & acescat in stomacho eorum: nec dormiant super ipsum, nec suscipiant cibum, nisi prius descendat. Et si oportet, vt bibatur in lodium, & tranquillitas, & quādo ipsum magis mundificatiuum esse querimus, dandum est cum melle. Et quādo cumque ipsum magis cōglutinatiuum, & consolidatiuum querimus, detur cum zuccharo rosato, & similibus, aut coctum cum lapidibus. Et si sumens ipsum conspationem patitur viscerum, oportet, vt

A eligatur ex lacte, in quo multiplicatur serositas: & si nō sufficit multiplicetur quantitas potus eius in die sequenti: & adhuc in die tertia, & si adhuc non sufficit, miscendum est cū eo, quod est sicut zuccharum, & sal: & si adhuc non sufficit, miscendum est polypodium cum ipsis, si autem sumens ipsum lubricitatē intestinorum patitur; tunc oportet, vt misceatur ei: quod est, sicut hypocystis, & similia. Et si tussim habuerit, misceatur cum eo, quod est sicut dragacanthum. Et si cum stomachi debilitate fuerit, miscendum est cū eo, quod est sicut trochisci diarrhodon, & similia. Et lac quidem, de quo butyrum extractum fuerit, est magis cōglutinatiuum; & coctum quidem amplius: & quod cum butyro est, est magis humectatiuum, & impinguatium. Ars autem in decoquendo lac est huiusmodi. Accipe lac mundum; & recipe ipsum in vase puro absterfo, et pone super ipso circiter quintam partem eius ex aqua pluuiali, deinde extingue in ipso lapides fluuiorū ignitos sine fumo, vsq; dum lac fuerit coctum, & consumptæ aquæ partes in ipso, lac autem melius est, quod sumitur ex animalibus iuuenibus mediocriter, non nimis remotis, aut vicinis partui; quorum pasua sunt ex herbis montanis, in quibus est subtilitas, & mundificatio cum stypticitate, & exiccatione. Et laudauit Galen. herbas huiusmodi deputandas esse pasui eorum, scilicet ex herbis calidis; absinthium, hyssopum, hasce, polium, scea, iahde, feniculus, abrotanum, & similia, & ex frigidis, rubus, rhamnus, solatrum caiare, & similia. Et oportet, vt dandi lactis quantitas comparetur possibilitati virtutis suscipientis ipsum, quare incipiendum à quātitate minori, dando ex eo circiter vncias tres, prima die, & in crastinum addatur ei circiter vnc. j. & sic fiat alijs diebus, à prima die, vsque dum deueniatur ad li. j. vel parum amplius. Demum paulatim deueniendum est vsque ad illud, quod est sufficiens, & iam quidem diximus cauendum eis esse ab indigestione in potu lactis, in ipsa .n. est timor. Febricitantibus autem, aut caput dolentibus, aut siti vehementi obsessis abscinditur lac dulce: & laudatur eis lac acetosum, de quo extractum est butyrum secundum doctrinam traditam à nobis in hoc eodem c. danda est etiam eis aqua hordei cocta cum cancris fluuiialibus secundum, quod etiam dictum est, & syrupus de papauere, aut syrupus de myrto cum eo. Et oportet cancrorum extrema abscindi, deinde lauari corpora eorum cum aqua, & cinere frictione vehementi, & hoc cū iteratione, & iteratione, & oportet vt deī in ieiunio, & sit quātitas potus eius circiter vn. iij. & in crastinū adde, vnc. j. & sic die quolibet vsq; ad lib. j. & semel mane, & sero ante alios cibos. Summa autem medicinarum vlcera pulmonis, & pectoris consolidantium est hæc. Sanguis draconis,

Modus decoquendi lac pro phthisi.

Quorum animalium est lac debeat lac.

Modus preparandi cancris fluuiales.

Vlcus pectoris & pulmonis consolidantia.

&

MESVÆ DE EGRI PECT. ET PVL.M.

& proprie lutum sigillatū, bonū armenicum, charabæ, sedenegi, olibanum, mastiche, balauftia, rosæ, & semen eius, corallia, euphifidos, cortices cācrorum fluuialium vstorum, semen portulacæ affum, amyllum affum, semē malug, & althææ affum, semen arnoglossæ affum, gūmi affum, fructus myrti, & similia. Medicamina autem, cū quibus hæc danda sunt, proprie, sunt vitelli ouorum, lac dulce, & acetosum, aqua pluuiialis, & aqua hordei decoctionis cicerum, & cancrorum fluuialium; aqua alsauic, succus cydoniorū, miua, succus myrti, rosæ, & succus earum, mucilago psyllij, semen cydoniorum, syrupus de papauere, syrupus de iuiubis, syrupus de violis, & syrupus rosatus, & similia, ex medicinis autem compositis sūt hæc, trochisci de luto figi. aut de luto armenico, philonium persicum est vltimum: mūdificat enim & exiccat putredines, & consolidat vlcera, & nos scripsimus ipsū, & adhuc alia multa huius intentionis in c. de sputo sanguinis, quæ efficaciter afferantur ad hūc locum. Ex rebus autem mirabilis iuuamenti ad consolidationes, et fanationes vlcerum pulmonis, est zuccharū rosatum recēs: super quod non præterijt annus, aggregatur. n. in eo virtus absterfionis ex succo rosarum, & virtus consolidationis ex parte substantiæ earum. Et nosti, quod virtus absterfionis ex rosis propter antiquitatē abscinditur, quæ adhuc possidetur in recētibus. Et Gal. quidem præcepit dari zuccharū rosatum singulis diebus in quantitate plurima etiam cum rebus medicinalibus, cibalibus, & potalibus, secundum omnem modū administrationis eius: ita, quod etiam cum pane, & vsi sūt eo post ipsum plurimi: & non est comprehensibilis eorū numerus, qui sanati sunt ex vsu eius; tamē prius mundificationibus præcedentibus, falluntur enim vtentes eo à principio, dum mūdificatio non præcesserit, coarctat enim in pulmone materias, nos autem dedimus cū lacte calido non febricitantibus. Febricitantibus vero cū aqua hordei decoctionis cancrorum fluuialium, & alijs multis modis administrationū: & inuenimus esse medicamē vltimum. Verum quoties ex eius administratione contingit cōstringi anhelitū, dentur, quæ elargant ipsum ex eis, quæ educunt saniē: sicut proprie syrupus de hyssopo, & similia, & si accidat supercalefactio propter desicationē, detur syrupus de iuiubis, aut syrupus de violis, aut mucilago psyllij, aut cydoniorū cū aqua granatorū, aut aqua expressionis seminū portulacæ cū trochiscis de cāphora dictis in antidotario, & si sequatur post ipsū cōstipatio nature, detur myrobalanorū de violis, aut syrupus eius cum aqua hordei, & postquam cessauerint huiusmodi, redeatur ad zuccharum rosatum dandum in omnem modum. Quintam rem complent correctiones cadētes in accidentia concomitantia, & superueniētia

huic morbo, & ex concomitantibus est febris, consūptio, & macies, & debilitas, & ex superuenientibus est tussis, fluxus ventris, constipatio, & fastidium cibi. Et iam Hippocrates dixit mundificationū vlceris febris lētescentiam succedere debere: quæ si non successerit, constat corruptionem vlceris profundari. Nos autem experiemur, circa omne tēpus curationis eius interponere medicamina febris vehemētiam sedantia: vt sigillentur ex his, & illis beneficia concordantia: quorum finis est sanitas. Et succurratur cōstipationi, & arefactioni eorum cum eis, quæ adæquant, & humectāt ex cibis, & potibus, & rebus medicinalibus, & administratione lactis dulcis, & alijs, quæ diximus. Et cōfert eis balneatio in aqua dulci calida, postquā morbus in declinatione fuerit; & ante illud est res prauior; & est ponere ægrum in desperatione. Forma autem balneationis est in hunc modum. Præparetur aer balnei, vt sit liber, nō habens de corruptione odoris, aut prauæ qualitatis omnino aliquid; & calefiat, vt sit caliditas balnei, & aquæ caliditas temperata, aqua exicetur, & non resoluatur calor naturalis, & sit prima mansionum remissionem primam, & fricetur in ea leui frictione, et proprie tenerum faciente corpus, deinde intret mansionem secundam, & incipiat lauare corpus cum aqua calida vtendo leui frictione cum manu, deinde paulatim intret aquam calidam, & delectetur in ea, deinde incipiat lauare corpus eius cum aqua decoctionis capitum hædorū, aut cum aqua hordei cōquassata cū ouis multis, & oleo amygdalarum dulcium, deinde ducatur ad mansionē primam; & inungatur corpus eis oleo rosato: et ducatur ad habitaculum exterius, in quo sit aer temperatus, cū multitudine redolentium stypticorum: & quiescat in lecto, deinde post duas horas cibetur nutritiabilibus, paucæ quātitatis, & pluris nutritiabilibus, ex eis, quorum iam mentionum fecimus. Et ex hinc tota intentio nostra ad humectandum sit occupatio; & cū delectatione, & quiete, & somno, & delitijs similibus. In crastinum autem aut in die tertio balneetur similiter. Si autem patiens debilis fuerit, ante per duas horas, quam balneū intret, accipiat sorbitionem, & ex carnibus teneris, aut ex lacte dulci, & quiescat super sorbitiones per duas horas; deinde intret balneum. Si autem patiens talis fuerit, vt virtus eius tolerare possit, præcepit Galen. post sufficientem lauationem in aqua calida, aut in aqua capitum arietum castratorū, spargi super corpus eius in prima mansione, ex aqua frigida aliquid, præter quā in capite eius, deinde inungi oleo rosato. Lauationes etiam in tina sunt huius intentionis, & proprie cum rebus humectantibus, & impinguantibus corpus, ex his, quæ dicta sunt. Post hæc paulatim deuc-

Medicamen
mirabile ad
phisticas est
zuccharum
rosatum
est.

Quo nam mē
zuccharum ro
satum phisticis
febricitantibus
exhibendum
sit.

Quintam rem
complent
correctiones
cadētes

zuccharum
rosatum
est.

zuccharum
rosatum
est.

zuccharum
rosatum
est.

zuccharum
rosatum
est.

deueniendum est ad administrandum in balneis lauationes ex aquis decoctionū capitum arietum castratorum, & similia. Et si corpus remanserit debile, vngatur cum oleo mastichino, & similibus. Et similiter paulatim deueniendum ad alia cibaria laudabilia, & solidiora. De tussi autem, & constipatione ventris, aut fluxu, quæ superueniunt eis: dicemus sicut in præteritis iam diximus. Et si accidat eis casus appetitus, curetur sicut in capitulo proprio dicemus.

De medicaminibus ad phthificos.

Cap. 13.

Phthificis medicamina conuenientia scripta sunt plura in antecedentibus. Et ex eis sunt trochisci Galeni scripti in c. de tussi catarrhali, & descriptiones syrapi de papauere, & diapapauer, et trochisci, et pilule de papauere, & pilule de styrace, & alię pilule de narcoticis scriptę in eodem capitulo: & hæc proprie ad sedationem catarrhi, Medicamina vlcus mūdificantia, & saniem eius abstergentia partim dicta sunt in c. de asthma, & tussi: & partim in cap. de empyemate. Summa autem medicinarum vlcera pulmonis, & pectoris consolidantium, dicta est in c. de sputo sanguinis. Confectio testicularū vulpis est phthificis, & cōsumptis medicina experta: & dicta est in antidotario. Hamech filius Zazar. Confectio loch, quæ confert phthificis, & mūdificat vlcera pulmonis, & consolidat. Recip. iuiubas. l. passularum enucleatarum, drac. xxx. feminis maluæ, drac. iij. cancrorum fluuialium, dr. xx. capillorum veneris, caiare, virgæ pastoris, linguæ arietis, ana vnc. semif. liquiritiæ vnc. j. decoquatur in lib. iij. aquæ, vsque ad lib. j. & adde eis syrapi de papauere, & zucchari tabarzet, & sapæ, ana vnc. vj. decoquatur ad mellis spissitudinē, deinde projiciatur sup ea feminis cucurbitę mūdatur, vnc. j. gummi arabici, dragacanthi, seminum cydoniorum, amili, feminis portulacę, amygdalarum dulcium, ana drach. viij. papau. albi, drac. v. Post bonam triturationē miscentur cum alijs, da mane, & sero circiter, drac. v. Idem. Syrupus de psyllio conferens phthificis. Rec. spodij, seminum portulacę, seminum cydoniorum, papaueris albi, ana drach. ij. psyllij mundi, drac. v. succi arnoglossæ cocti, & depurati, drach. xx. cancrorum fluuialium lotorum secundum doctrinam prædictam, drachm. xx. decoquatur in lib. iij. aquæ vsq; ad lib. j. & cū lib. j. zucchari fiat syrupus, da mane, & sero cū succo arnoglossæ: est enim efficax. Et quandoque datur cū puluere huiusmodi. Recipit psyllij, gummi arabici, dragacanthi, boli armeni, ana, da cum syrupo prædicto, & succo linguæ arietis. Filius Zachariæ Araf. Vlcera pulmonis, cum non sunt chronica, sed adhuc aliquid

A ex sanguine egreditur cum tussi, curari possibilia sunt, detur ergo cum non est febris, lacrecenter mulsum; & si fuerit cum eis febris, detur aqua hordei cū cancris fluuialibus, aut cū syrupo de papauere, & dum non constringitur anhelitus eius, administrentur trochisci de papauere: quorum descriptio hæc est. Recipe papaueris albi, feminis cucurbitæ, & citulorum mundatorum, ana drachmas quatuor, dragacanthi, amyli, gummi arabici, succi liquiritię, ana drachmas quinque, thuris masculi, boli armenæ, sanguinis draconis, charabę, ana drachmas duas, myrrhę, cinnamomi, opij, ana drachmam vnam, fiant trochisci, da cum syrupo de papauere aut rob myrthi. Et quando cum istis rebus constringitur anhelitus, dentur in potu ea, quæ elargant ipsum, & educunt saniem; sicut syrupus hyslopi, & similia. Sabor. Loc cōferens phthificis, & cōsumptis. Recipe testicularum vulpis vncias quatuor, batrembuch, caiare, ana drac. j. cicerum dulcium tritorum, vnc. iij. feminis papaueris albi, vnc. j. & semif. hordei mundi, vn. j. passularum enucleatarum ficuum siccarum, carniū dactylorum, ana, drach. ij. cancrorum fluuialium, vnc. iij. decoquantur omnia in libris quatuor aquæ vsque ad lib. j. & semif. deinde accipe zucchari, & penidiarum, ana lib. j. testicularum vulpium elixorum in dulci lacte, vnc. iij. aut cum olei amygdalini, vncijs tribus, decoquantur vsque dum sufficientem habeant coctionem, deinde projice sup ea papaueris albi, succi liquiritię, seminū citruli, melonis, cucurbitæ, cinnamominum bobicis purgatorum, feminis maluæ, florū boraginis, ana drachmas duas, amyli, dragacanthi, gummi arabici, ana drach. ij. carniū dactylorum, passularum enucleatarum, ana drachm. v. tere, confice cū prædictis, bonū, si Deus voluerit. Filius Serapionis. Confectio de iacur conferens ad catarrhū acutum, & phthim ex eo. Recip. feminis papaueris albi, & nigri, ana vn. j. & semif. radicū liquiritiæ, vnc. j. & semif. feminis cydoniorum, feminis althæę, ana drachm. j. & semif. dragagathi, vnc. semif. gummi arab. vnc. semif. projice super ea aquæ pluuialis, lib. v. & dimitte die ac nocte, demum decoque vsque ad consumptionem duarum partium, & adde mellis li. j. s. & penidiarum lib. s. igni lento decoque vsq; cum mellis habeat spissitudinem, da mane cum aqua hordei. Et accipiatur in sero ex his pilulis. Recip. feminis portulacę, drach. v. dragacanthi, gummi arabici, ana drachm. iij. feminis citruli, drachmas iij. feminis cucurbitæ excorticati, & seminum cydoniorum, ana drac. vij. succi liquiritiæ, drachm. v. fac formas similes lupinis cum mucilagine seminum cydoniorum, dentur tenendæ sub lingua.

Troch. de pap.

Alind loch cōferens phthificis.

Conf. loch de iacur.

Pil. sub lingua phthificis.

MESVÆ DE EGRI. PECT. ET PVL.M.

S V M M A I.

De curatione agritudinum cordis. Et primo de
ipsis in vniuersali. Cap. 1.



Egritudines cordis sūt debilitas
pulsus, tremor, & syncopis. Et
hequidē agritudines easdē fe-
re habent radices, nō aliter in-
ter se differentes, nisi sicut debi-
les, & fortes. Causantia autē has agritudines
cum sint debilia, & remissa imprimētia debi-
litate cōtra vigorē minere, faciunt debilita-
tem cordis. Amplius autē eleuata, vt imprimāt
agitationem lætuam in ipso facientē in disse-
rentijs motus cordis sensu perceptibilem, quæ
sunt ex magno ad paruū: ex veloci ad tardum:
ex raritate ad frequentiam, & è conuerso, tūc
fiunt cōstitutiones due, aut enim fiunt illa non
integre, neque in omni hora, sed cum quadam
interpolatione, & vicissitudine; & fit tremor
cordis. Cū fortiora sūt vt imprimāt vehemē-
tius impressiones fortius ledentes impediētes,
aut præfocātes motus eius; aut sepelientes spi-
ritus ad interiora; aut intercedentes absq; in-
tercessione oīno; aut aggregantes ad principū;
aut refecantes absque eo, quod est in radice; fa-
ciunt syncopim. Vincētia autē ea vltimata vi-
ctoria sup naturā, ita vt abscindatur spiritus,
& calor vitæ, aut extingatur in minera; sunt
causa mortis. Causæ autem facientes has agri-
tudes, quædā sunt causæ corporeæ: quædam
extra corpus surgentes, & corporeæ quidē aut
sunt in ipso corde, aut sunt in membris vicinis
ei, aut in membris cōmunicantibus ei propin-
qua communicatione aut remota. Causæ autē
existentes in corde ledentes ipsū, aut sunt ma-
litia complexionis sine materia, aut cum mate-
ria. Et malitia quidem cōplexionis dominans
cordi facit debilitatem ipsius, debilitas autē fa-
cta forti vsq; adeo, vt sit agitativa virtutis, fa-
cit tremorem. Tremor autem superueniēs ge-
nerat syncopim. Vltimitas autem facta in syn-
copi est extinctio, & mors. Sed malitia quidē
cōplexionis frigidæ suspectior est, quam cali-
dæ, propter elongationē à re vitæ, & sicca ma-
gis quam humida, quamuis sit dominās in di-
spositione corporis, & causa etiā huius inter-
dum fit causa præfocationis, & mortis festinæ.
Solutionē autem continuitatis, aut apostema-
tionem fieri in corde, virtus non patitur, imo
sunt causa dissolutionis, & mortis, & quādo in
est dolor in ipso, fit causa syncopis, & mortis.
Dixit Gal. quod malitia complexionis puræ,
aut cū materia facit in vniuersā corporis par-
tē sensum læsionis, qui est dolor: & quomodo
nō in corde? Frustrabitur ergo, & supponemus
alterationes in corde non curari, & nos quidē
diximus, quod iam radix preposita est: etenim
esse agritudinem cordis aut non confirmatur,

E quia nō sunt māsivæ: & tunc ordo medicatio-
nis incolumitat: aut confirmatur, educēdo ad
mortem. Distinguemus autem in causis læsio-
num cordis, quæ sunt ab alijs mēbris: quoniā
læsiō cadens in panniculis, & in membris, quæ
ambiunt cor, dum redūdat ad ipsum, est causa
agritudinum eius prædictarum in ipso, & læsiō
cadens in cerebrum interdū est causa ad illud,
sicut in epilepsia, mania, & melancholia, licet
enim figantur in cerebro, terminantur tamē in
corde, & sunt causæ agritudinū eius. Et ex eis
est fluxus sanguinis narium, aut vnde cūque:
& communicat etiā cum corde cōmunitate
magis propria stomachus: & affert ei causas læ-
sionum, & proprie cum corrumpitur in eo hu-
mor mordacitius, aut malæ qualitatis, aut vi-
treus viscosus, aut repletio agitativa, aut fa-
mes vehemēs, aut dolor acutus, et pungitius,
aut fuerit in orificio eius bothor, aut vlcus pu-
tridū. Et dixit paulus, quæ agritudines, quæ sunt
in stomachi orificio, aut meri sunt propinquæ
cōuersionis ad ferendū læsionem cordi: ita vt
quidam putent tremorem factū in ore stoma-
chi esse tremorem cordis, & quidam voluerūt
debilitatem in ipso esse cardiacam. Et dispositio
hepatis cū est alterata, vt generet secundum
plurimum sanguinem melancholicum, impri-
mit: & est causa agritudinū cordis, & est præ-
uor dispositionib; alijs: ita vt faciat dispositio-
nem similem mania, & melancholia. Adhuc
autem causæ harum agritudinū sunt euacua-
tionēs omnes excedentes terminū: & similiter
in acuta; aqua hypochondriorum; extractio autē
faniei, in apertione apostematis. Et ex eis est præ-
focatio matricis, & priuatio menstruorum, aut
exuberantia eorum. Et ex eis est impregnatio,
& huiusmodi, & nocumenta ex vermibus, vt
etiā appareat dispositio similis epilepsia. Et
sunt ex vermibus habentes aculeos pūgentes
orificium stomachi pūctione vehemēti, do-
nec faciant cadere in dolorem acutum causam
ad syncopim, & aliquādo ad mortem, & sunt
quæque ex penetrantibus vsque ad cor, & sunt
causa mortis festinæ, & cōmunitate autē to-
tius corporis superueniunt læsiones cordi, sicut
propter febrem, aut propter vehementiam sud-
oris, & similia. Ex causis autē extraneis acci-
dit huiusmodi sicut ex aere pestilentiali, aut ex
odoribus fetidis, aut venenosis, aut assumptione
rerum venenosarum, aut ex mortu venen-
osarū animalū, aut incursione timoris, aut ex
balneatione vehemēti, aut labore, & similib;

Haecenus Mesues. Desiderantur reliqua, quæ hic
author in secūdi huius libri præfatione pollice-
batur. In quorū supplementum quædam scripserit
Peirus Apponus, & Frācisus Pedemontanus,
quæ his proxime adiuncta propedē prohibēt.

F I N I S.